B in Aegypto genuit Aram,& iſte Aminadab.Sed & Aminadab in Aegypto genuit Naaſon, q̃ꝝ vterq; egreſſus eſt Aegyptũ cũ Moſe.Dicũt q̃q; Hebræi ꝙ mari rubro diuiſo & Moſe in illud ingreſſo,cũ cæteræ tribus formidarẽt eũ ſequi,Aminadab cũ tribu Iuda,in qua principalior fuit,primo ſequutus eſt Moſen,q̃ viſo,aliæ tribus ſequutæ ſunt.Vnde ꝑ hoc dicũt tribũ Iuda meruiſſe principatũ & regnũ.Potius rñ tenendũ eſt ꝙ tribus hæc ſine ſuo merito ad regnũ electa atq; promota eſt,propter reuerentiã Chr̄i qui de ea incarnari elegit.⌊Naaſon aũt genuit Salmon.⌋Iſte Naaſon fuit princeps Iudæ,cuius ſororẽ noĩe Elizabeth accepit Aaron in vxorẽ,q etiã Naaſon fuit vnus duodecim principum,q̃s dñs iuſſit in patibulis poni propter pctã filioꝝ Iſrael cũ filiabus & idolis Madianitaꝝ fornicãtiũ. ⌊Salmon autẽ genuit Booz de Raab.⌋Salomon iſte cũ Ioſue terrã Chanaan introiuit.Nõ em̃ nũeratus fuit in prima nũeratione inter filios Iſrael.Accepit aũt Raab meretricẽ in cõiugẽ,gignẽs ex ea Booz. Quãuis em̃ filijs Iſrael eẽt prohibitũ,inire cõiugiũ cũ mulieribus alienigenis,maxĩe Chananæis,hoc tñ intelligẽdũ fuit de mulieribus in infidelitate durãtibus,ſed qñ cõuerſæ erãt ad Iudaiſmũ,& notabilr̃ virtuoſe viuebãt,poterãt in matrimoniũ recipi.Talẽ aũt fuiſſe hãc Raab cõſtat ex libro Ioſue.Recepit em̃,abſcõdit,atq; dimiſit exploratores miſſos à Ioſue,& omnipotẽtiã dei Iſrael cõfitebat,deinde gẽtilitate cõtempta,cũ om̃i ſua progenie appoſita eſt ad filios Iſrael.Vnde ,ppter hãc fidẽ,veritatẽ,atq; iuſtitiã,meruit à viro nobili in cõiugẽ recipi.ſ.à filio Naaſon.Quidã tñ aſſerũt hãc Raab nõ fuiſſe meretricẽ,q̃uis ſic noĩet,ſicut frequẽter aliquis pauper dicit dux,q nõ eſt dux.Dicit em̃ in Hebræo haberi,mulierẽ hoſpitatricẽ,

Tribus Iuda cur principatũ obtinuerit.

Exodi.6

Nume.25

Ruth.ult.

Ioſue.2

Raab meretricẽ fuiſſe quomodo intelligẽdũ.

C vbi nr̃a translatio cõtinet,mulierẽ meretricẽ.Nõ videt etiã veriſimile,ꝙ Salmon potẽtiſſimus pene & maximus in tribu Iuda,recepiſſet meretricẽ in cõiugẽ,Sed hoc dictũ nõ conſonat cõmunibus dictis ſanctoꝝ,q aſſerũt Raab meretricẽ fuiſſe.Tale q̃q; agnomẽ nõ fit cõmuniter in eodẽ caſu,nec tã turpe agnomẽ cõueniſſet mulieri honeſtæ.Idcirco meretrix nõ videt fuiſſe dũtaxat agnomẽ fœĩæ huius.Sed nec probabile arbitor,ꝙ beatus Hieron̄.in lingua Hebrea tã eruditus,loco hoſpitatricis trãſtuliſſet meretricẽ,imò potius æſtimo ꝙ nomen Hebraicũ ſit æquiuocũ, ad hoſpitatricẽ & meretricẽ.Sic em̃ frequẽter inuenio,ꝙ Lyra dicit aliter haberi in Hebræo,q̃ nr̃a habeat translatio.Tamẽ in libris Hieron̄.inuenio,ꝙ ſermo Hebraicus ſit æquiuocus,poſſitq; diuerſimode interp̄tari.Vnde Hieronymus ſignificationẽ cõuenientiorẽ accepit,& ita nõ proprie habet in Hebræo aliter q̃ Hieron̄.trãſtulit.Deniq; q̃d arguit,nõ eſſe probabile Salmon accepiſſe meretricẽ in cõiugẽ.Rñdendũ eſt ſecũdũ Chryſo. ꝙ propter virtutes eius accepit eã poſt ſuã emẽdationẽ,qñ etiã magna & ſublimata fuerat in pp̄lo Iſrael.Eſt q̃q; cõſuetudo ſcripturæ,vt mulieres incõtinẽtes & lubricæ,meretrices vocent,q̃uis nõ ſint publicũ ſcortũ.Vnde ad ſaluãdũ ꝙ Raab fuerit meretrix,nõ oportet opinari,ꝙ oĩbus ſe expoſuit.⌊Booz aũt genuit Obeth ex Ruth.⌋Iſta eſt Ruth Moabitis,q̃(vt legit in li.Ruth)venit cũ Noemi à terra Moab in terrã Iuda,quã Booz accepit in cõiugẽ,eo ꝙ eẽt propinquus priori marito Ruth filio Noemi ſine prole defuncto:q̃uis em̃ illicitũ fuerat, Iſraelitis cõtrahere cũ Moabitis,imò tale matrimoniũ nõ erat veꝝ matrimoniũ,propter diſparẽ cultũ pſonaꝝ,propter q̃d Eſdras abiecit à filijs Iſrael vxores eoꝝ Moabitidas,nihilominus,

Hieronymus.

Chryſoſt.

Ruth.4

Neemiæ.13

nus qñ cõuerſæ fuerũt fœriæ tales ad Iudaiſmũ,& virutuoſæ effectæ recipi poterãt, ſaltẽ ex D
diſpẽſatiõe. Quã aũt virtuoſa & fideliſſima, humilis atq; obediẽs fuerit Ruth, patet in eius hi
Ruth. 3 ſtoria. Vñ & Booz dixit ad eã: Scit oĩs pplꝰs vrbis meę mulierẽ te eẽ virtutis. Qm̃ vero inter
matrimoniũ Salmon & Raab, q̃d fuit tpe Ioſue, & matrimoniũ Booz & Ruth, q̃d fuit tpe He
Salmon quõ li, vel circiter tẽpus trecẽtorꝫ annorꝫ trãſierit, vt pt probari, cõputãdo tpa iudicũ interme-
genuerit Booz diorꝫ: mirũ apparet quõ Salmõ genuit Booz maritũ Ruth. Ad q̃d aliq dicũt, tres fuiſſe Booz,
q̃rꝫ primus erat filius Salmõ & auus huius Booz, cõprehẽdunt tñ ſub noĩe vno. Sed iſta rñſio
ex nulla canonica ſcriptura authoritatẽ ſortit, imò vbicũq; in nouo & vet. teſt. deſcribit or-
do gñationis iſtorꝫ, de vno dũtaxat Booz fit mẽtio. Nõ tñ pro pſenti occurrit rñſio melior,
niſi hic Booz dicat tpe tã longo vixiſſe. Erat aũt hic Booz hõ magnarꝫ opũ, vir bonus & iu-
ſtus. Obeth aũt genuit Ieſſe, Ieſſe trinomius fuit dictus, ẽ em̃ Iſai & Naas, vñ ſecũdo reg. »
Ieſſe fuit trino mius habet, ꝙ Amaſa fuit filius Iether Iſmahelitis, q ingreſſus ẽ ab Abigail filiã Naas ſororẽ Saruię
q̃ fuit ſoror Dauid, & mr̃ Ioab. Naas ergo erat pr̃ Dauid atq; Saruiæ, & qa Matthæus loquit
iã de Iſai, ſecundũ q̃d Chr̃s ex eo natus eſt, ideo noiat eũ Ieſſe, qa ſic appellat apud Eſaiã, vbi
Eſaiæ. 11 Chr̃s de eo naſciturus aſſerit. Sic em̃ habemus: Egrediet virga de radice Ieſſe. Sic ergo oſten
dit prophetia illa in ipſo cõpleta. De hoc Ieſſe primo Regũ inducit, ꝙ in diebus Saul erat vir
1. Reg. 17 grandæuus & magnus inter viros Iſrael. Ieſſe aũt genuit Dauid regẽ. Noĩat ſolus Dauid »
Dauid rex ſolus nominat. rex propter excellẽtiã grãæ ſibi cõceſſæ, & qm̃ nullus pcedentiũ rex fuit eorꝫ, videlicet q nunc
ante Dauid expreſſi ſunt, & qm̃ primus electus eſt ad regnũ tanq̃ ſtabiliẽdus in eo, hic Da-
Acto. 13 uid hõ ſecũdũ cor dei pene in oĩbus Chr̃i erat figura. Dauid aũt rex genuit Salomonẽ ex ea »
Pſal. 77 q̃ fuit Vriæ, i. ex Betſabee q̃ fuerat vxor Vrię Hethęi viri iuſti, q merito ſuæ virtutis, hoc lo »
2. Reg. 11. co exprimit. Genuit aũt Dauid ex Betſabee filiũ vnũ in adulterio, q & mortuus eſt infans, ac
2. Reg. 12 cepitq; eã in cõiugẽ anteq̃ ex ea genuit Salomonẽ. Porrò ꝙ Bethſabee iuſta fuerat, cõſtat ex E
lib. prouerbiorꝫ, vbi Salomon recitat, quõ à matre ſua inſtructus ſit. Iſte eſt Salomon, q in-
Prouer. 4 clinauit fœmora ſua mulieribus, & dedit maculã in gloria ſua. Reliquit q̃q; poſt ſe ſtultitiã,
Eccl. 47 id eſt filiũ ſtultũ, de quo ſubdit. Salomon aũt genuit Roboam, propter cuius ſtultã reſpõ »
3. Reg. 12 ſionẽ, decẽ tribus oĩno receſſerũt à domo Dauid, cõſtituentes ſibi Ieroboam Effratæũ in re-
gẽ. Roboam aũt genuit Abiam, ex filia Abſolonis fratris ſui, quã ſecundũ legem habere »
2. Para. 11 nõ potuit propter cognationis propinquitatẽ. Abias aũt genuit Aſa. Aſa aũt genuit Ioſa- »
phat. Magnificẽtia atq; pconia Aſa & Ioſaphat in lib. Paral. pleniſſime deſcribunt. Erant »
2. Paral. 14. 17 nãq; plurimũ virtuoſi & boni, qbus & maximas victorias atq; diuitias deus cõceſſit. Ioſa- »
4. Reg. 8 phat aũt genuit Ioram, virũ prauiſſimũ, qui Athaliam filiã Achab & Iezabel ſumpſit in cõ »
2. Reg. 21 iugẽ, cuius cõſilio plurima mala operatus eſt. Ioram aũt genuit Oſiam. In lib. regũ fertur »
4. Reg. 8 ꝙ Ioram genuit Ochoſiã, Ochoſias aũt genuit Ioas, de quo natus eſt Amaſias, qui genuit O-
ſiam, qui alio noĩe vocatus eſt Azarias, ſub quo Eſaias orſus eſt prophetare. Tres ergo hoc lo
Tres hic in genealogia reges omittuntur co reges omiſſi ſunt, videlicet Ochozias, Ioas, & Amaſias, cuius ratio vna eſt ſecundũ Hiero
nymũ, Hilariũ & Chryſoſtomũ, qm̃ Ioram accepit filiam Iezabel fœminæ gentilis ac peſſi-
Hieronymus. mæ in vxorẽ, idcirco filij eius de iniquo & maledicto ſemine nati, vſq; ad quartã generatio-
Hilarius nẽ tollunt, ne in ſanctę natiuitatis ordine cõmemorent aut collocent. Aliã rationẽ ponit Hie
Chryſoſtom ronymus. Nã Euangeliſtæ propoſitũ erat, tres quaterdenas generationum. i. ter quatuorde-
cim in Chriſti genealogia diſponere, & hoc in diuerſo tẽporꝫ ſtatu, vt plenius oſtendet, ita
vt à Dauid vſq; ad tranſmigrationẽ Babylonis eſſet vna quaterdena. Quoniã ergo decem &
ſeptẽ generationes inter Dauid & tranſmigrationẽ fuerunt, hi tres reges conuenientius q̃ alij
fuerant omittendi, propter cauſam inductã. Ioram ergo genuit immediate Ochoſiam, me- F
2. Para. 26 diate vero Oſiam, qui cũ thurificare vellet in tẽplo, lepra percuſſus eſt, manſitq; leproſus vſ-
4. Reg. 15 q; ad mortẽ, quẽ cõſtat iuſtum fuiſſe, & de ſua pſumptione pœnituiſſe, plagam quoq; pater-
næ correctionis dei patienter tuliſſe. Ozias aũt genuit Ioathan, qui rexit palacium patre »
Hieronymus eius propter lepram habitante ſeorſum. Hunc Ioathan dicit Hieronymus ſuper Eſaiam, fu
4. Reg. 16 iſſe iuſtiſſimũ. Ioathan aũt genuit Achas, hominẽ prorſus malignũ, cuius idololatria, per- »
2. Para. 28 uerſitas & infortunia in lib. regũ & Paralipome. recitant. Achas aũt genuit Ezechiam, q »
4. Reg. 18 tantæ pfectionis & gloriæ extitit, vt de ipſo in lib. regũ legat, ꝙ nec ante eũ, nec poſt eum ali
quis ei ſimilis fuerit. Deniq; ipſe bona cõſcientia auſus eſt dicere coram deo: Memento dñe
Eſaiæ. 38 quõ ambulauerim corã te in veritate, & corde perfecto, & q̃d bonũ eſt in oculis tuis feci. Ad
4. Reg. 20 cuius inſtantiã reuerſus eſt ſol decẽ lineis, p quas deſcẽdit in horalogio Achaz, ita ꝙ dies ille
Eſaiæ. 38 Dionyſius prolõgata fuit horis viginti. Vnde Dionyſius in epl'a ad Policarpũ affirmat diẽ illã pene tri
plicatã fuiſſe. Angelus q̃q; pcuſſit centũ octogintaquinq; millia virorꝫ Aſſyriorꝫ. Cũq; Eze
chias ab Eſaia audiſſet ſe moriturꝫ, fleuit vberrime. nõ ex formidine mortis, nec deſiderio vi-
tæ pſentis, ſed qm̃ promiſſionẽ patribus ſuis factã de Chriſti natiuitate ex eis vidit fruſtrari
4. Reg. 21 in ſe (nondum em̃ habuit filium,) miſertus dñs Ezechiæ, prolõgauit vitã eius p quindecim
2. Para 33 annos. Ezechias aũt genuit Manaſſen, cuius grauiſſima ſcelera li. regũ & Paralipomenõ »

recolunt

A recolunt. Obſeruauit ſomnia atq; auguria, ſeruiuit omni militiæ cœli, repleuitq; Hieruſalem 4. Reg. 21
ſanguine innocentũ, vſq; ad os, Eſaiam quoq; patruum ſuum iuſſit lignea ſerra ſecari. Refert 2. Para. 33
Chryſoſtomus, ꝙ Ezechias ægrotans pſente Eſaia, docere cœpit Manaſſen, quõ deo ſerui-
re, legẽ ſeruare, & pplm gubernare deberet. Dixit aũt Eſaias: Vere verba tua nõ deſcendunt Chryſoſt.
in cor eius, & ego ab eo occidẽdus ſum. Quod audiẽs Ezechias, voluit Manaſſen occidere:
Melius (inquiẽs) mihi eſt ſine filio mori, q̃ talẽ relinquere. Eſaias vero tenuit eũ, ne illũ occide
ret. Poſtremo Manaſſes propter pctã ſua à rege Aſſyrioꝝ captus, incarceratus & dire ligat⁹
egit pœnitẽtiã, valde toto corde cõuerſus ad deũ, & liberatus, ad regnũ ſuũ reductus eſt. 2. Para. 33
“ ⌞Manaſſes aũt genuit Amon,⌟ q ſequutus ẽ pctã pr̃is ſui, nõ tñ pœnitẽtiã eius. ⌞Amon aũt
“ genuit Ioſiã,⌟ viꝝ ſanctiſſimũ, q in pueritia ſua q̃ſiuit dñm, ſub q̃ Hieremias orſus ẽ vaticina 4. Reg. 21
ri. De cuius laude ſcriptũ eſt: Memoria Ioſiæ in cõpoſitiõe odoris facta, opus pigmentarij in
omni ore q̃ſi mel indulcorabit, & vt muſica in cõuiuio vini. *Occiſus eſt aũt à ſagittarijs Pha Ecci. 49
raonis Necao regis Aegypti, quẽ Hieremias maxime deplorauit. Huius Ioſiæ nomẽ per an- *alo vulneratus 4. Reg. 23
nos pene q̃dringẽtos diuinitus pnũtiatũ fuerat à ꝓpheta, q dixit corã Ieroboã rege Iſrael: Ec 2. Para. 35
“ ce naſcet domui Iuda filius, Ioſias noĩe, &c. ⌞Ioſias aũt genuit Iechoniã & frẽs eius in trãſmi
“ grationẽ Babylonis.⌟ In lib. regũ legit, Ioathas filius Ioſiæ imediate regnaſſe poſt patrẽ ſuũ, 3. Reg. 13
q cũ mẽſibus tribus regnaſſet, captus & in Aegyptũ pductus eſt à Pharaone Necao iã expſſo, 4. Reg. 24.
q loco Ioathas cõſtituit Eliachim fratrẽ Ioathas filiũ Ioſiæ in regẽ. Vocauitq; eũ Ioachim, q
etiã dictus eſt Iechonias: & iſte iã dr̃ genitus à Ioſia. Qui cũ vndecim annis regnaſſet, obſeſſus
& captus ẽ à Nabuchodonoſor rege Babylonis, quẽ aliqui dicũt trãſlatũ in Babylonẽ. Certũ
eſt aũt, ꝙ Nabuchodonoſor eũ remiſit in Hierl̃m vt regnaret, accepta ab eo ꝓmiſſiõe, ꝙ nõ
B rebellaret. Vnde ſecũdũ q̃ſdã in via remiſit eũ rex Babylonis. Cũ aũt tribus annis ſeruiſſet re
gi Babyloniæ, ſubditus repugnauit, propter q̃d ab exercitu eius interfectus ẽ, proieceruntq;
eũ extra portas Hierl̃m inſepultũ, quẽadmodũ dixerat Hieremias: Sepultura aſini ſepelietur. Hiere. 22
Quo mortuo, regnauit filius eius pro eo, q etiã appellatus ẽ Ioachim & Iechonias, ſicut pr̃ ip- 4. Reg. 23
ſius, q̃uis diuerſis ſcribant. Cũ vero & iſte regnaſſet mẽſib. trib. à rege Babylonis vallatus eſt 4. Reg. 24.
cernẽſq; ſe nõ poſſe reſiſtere, exiuit ad regẽ, q miſit eũ cũ mr̃e, vxoribus atq; principibus ſuis
in Babylonẽ, & fecit Mathaniã auũculũ eius filiũ Ioſiæ regẽ pro eo, appellãs eũ Sedechiã, qui
tãdẽ rebellãs, captus, excæcatus, & in Babylonẽ pductus ẽ, ſicut Hieremias ei pdixit. Babylo
nẽ intrabis, & eã nõ videbis. Sic ergo Ioſias genuit Iechoniã & frẽs eius iã noĩatos in trãſmi-
grationẽ Babylonis. i. trãſmigratiõe ſeu trãſlatiõe Iudæoꝝ in Babylonẽ iã imminẽte, q̃ poſt
“ gñationẽ iſtoꝝ ſequuta ẽ, euolutis annis circiter vigintiſeptẽ. ⌞Et poſt trãſmigratione Ba-
“ bylonis,⌟ i. poſt q̃ Iudæi in Babylonẽ trãſlati fuerũt, ⌞Iechonias,⌟ iſte ſecũdus filius prioris
“ Iechoniæ & nepos Ioſiæ, ⌞genuit Salathiel,⌟ de q̃ dicit Chryſoſtomus. Putamus eũ ſanctũ
ſuiſſe, & in captiuitate dñm aſſidue exoraſſe ꝓ liberatiõe populi ſui. Veꝝ Hilarius & Chryſo Chryſoſt.
ſto. ſentiũt eũdẽ eẽ Iechoniã, q ante & poſt trãſmigrationẽ fuit, ſed veꝝ eſt q̃d ait Hieroñ. ꝙ
vnus fuerit pr̃ alterius. Si eñ idẽ eẽt, nõ inuenirẽtur q̃tuordecim gñationes poſt trãſmigra-
tionẽ vſq; ad Chriſtũ, cuius cõtrariũ infra habet. Vnde Hieroñ. Si voluerimus (inq̃t) Iecho-
niã in fine primæ teſſereſſe decades ponere, hoc ẽ vltimo loco ſecũdę ſeu mediæ q̃terdenæ, in
ſequẽti. i. in vltima q̃terdena, nõ erũt q̃tuordecim, ſed tredecim. Sciamus ergo Iechoniã pri
C ore ĩpm eẽ quẽ & Ioachim, ſecũdũ aũt filiũ nõ patrẽ, q̃ꝝ prior p k & in ſequẽs p x & n ſcribit
“ ⌞Salathiel aũt genuit Zorobabel,⌟ cuius pconia in apocryphis Eſdræ narrant, ad eius q̃ppe 1. Eſd. 3
petitionẽ Darius rex Perſaꝝ dedit Iudæis licẽtiã redeũdi à Babylone in ſua, de q̃ in Eccl̃o in- Ecci. 49
ducit, quõ amplificemus Zorobabel. Ipſe eñ q̃ſi ſignũ in manu dextera Iſrael, & apud Ag-
gæũ: In die illo dicit dñs aſſumã te Zorobabel fili Salathiel ſerue meus, & ponã te q̃ſi ſignacu Aggei. 2.
“ lũ, q̃m te elegi. ⌞Zorobabel aũt genuit Abiud.⌟ In lib. Paral. legit, Zorobabel genuiſſe Me 1. Para. 3
ſollã & alios q̃ſdã, inter q̃s nõ ponit Abiud. Ad q̃d rñdendũ, ꝙ vnus illoꝝ alio noĩe appellat⁹
“ eſt Abiud, vel nõ oẽs filij eius ibi ponunt. De reliq̃s gñationibus q̃ ſequunt vſq; ad Ioſeph ni-
hil habet in ſcriptura canonica veteris teſt. Aliqui tñ Iudæi diligẽter ſcripſerũt genealogias
patrũ ſuoꝝ: pſertim ex cathena & ſemine Dauid, de q̃ nouerãt Chriſtũ naſcituꝝ, propter q̃d
“ eius poſteritatẽ diligẽtius deſcripſerũt. ⌞Iacob aũt genuit Ioſeph viꝝ Mariæ, de q̃ natus ẽ Ie
“ ſus, q vocat Chr̃s.⌟ Erat aũt Ioſeph veraciter vir Mariæ. Nã inter eos veꝝ extitit matrimo
niũ, q̃uis nõ fuerit cõſummatũ. De qua Maria. i. ex cuius puriſſimis ſanguinib⁹ loco ſeminis à
ſpũ ſancto formatis, natus eſt Ieſus, ſecũdũ hũanã naturã, q vocat & eſt Chr̃us. i. deus & hõ in
“ vna pſona, dupliciq; natura. ⌞Oẽs ergo gñationes ab Abrahã (incluſiue) vſq; ad Dauid,⌟ in
“ cluſiue, fuerunt ⌞gñationes q̃tuordecim, & à Dauid (excluſiue) vſq; ad trãſmigrationẽ Ba-
“ bylonis,⌟ videlicet vſq; ad primũ Iechoniã incluſiue, fuerũt ⌞gñatiões q̃tuordecim,⌟ loq̃n
do de gñatiõibus hic enũeratis, videlicet omiſſis trib. gñationib. pdictis ꝓpter cauſam indu-
“ ctã. ⌞Et à trãſmigratiõe Babylonis,⌟ i. à ſecũdo Iechonia incluſiue ⌞vſq; ad Chriſtũ (inclu-
“ ſiue, fuerunt) gñatioẽs q̃tuordecim.⌟ Ita vt q̃rtadecima generatio in Chriſto cõpleatur, hoc
planũ

planum eſt numeranti perſonas præſcriptas. D

¶Determinatio dubiorum concernentium locum iſtum. Arti. II.

DIfficultatem interea facit lectori in primis, ꝙ beatiſſimi Euãgeliſtæ, Matthæus & Lucas, deſcribẽdo genealogiam Chr̄i, in aliquibus diſſonare videnť & oppoſito modo procedere. Primo itaqꝫ dubitať, quõ Lucas aſſerat Ioſeph eſſe filium Heli, Matthæus vero affirmat, ꝙ Ioſeph ſit filius Iacob. Et rñdẽdũ, ꝙ Ioſeph fuit filius naturalis ipſius Iacob, filius vero legalis Heli. Mathat eñ & Mathan frẽs fuerũt, q ſucceſſiue eandẽ habuere vxorem, de qua Mathan genuit Iacob, Mathat vero genuit ex ea Heli, ita ꝙ Iacob & Heli fuerunt fratres vterini. Heli vero accepta coniuge, mortuus eſt nõ relicto ſemine, propter q̃d Iacob frater eius de p̄cepto legis, accepit coniugẽ fratris ſui defuncti, vt ſuſcitaret ſemẽ fratri ſuo, genuitq́ꝫ ex ea Ioſeph, qui fuit filius Iacob ſecũdũ naturã, & filius Heli ſecũdũ legẽ Moſaicã, q̃ præcepit, vt fratre aliquo vxorato ſine liberis mortuo, frater eius ſeu propinquus vxorẽ eius acciperet, & filiũ ex ea natũ, defuncto aſcriberet, ne nomẽ eius deleret ex Iſrael. Sed tũc dubiũ occurrit, quõ duo frẽs poterãt eandẽ habere vxorẽ, ita ꝙ vnuſquiſqꝫ eoꝶ ex ea propriũ ſemẽ habebat. Ad hoc aliqui dicũt, ꝙ qñ aliquis nõ habuit niſi vnã prolẽ ex coniuge ſua non reputabatur ſemen relinquere, & ſic propinquus ſeu frater ipſius cũ vxore ſua cõtrahere potuit, ac ſi nullũ ſemen reliquiſſet. Vnde in Deuteronomio pluraliter diciť, ſi frater ſine liberis mortuus fuerit, propinquus accipiat eius vxorẽ, &c. Secũdo dubitatur, quomodo Matthæus aſſerat Salathiel filium Iechoniæ, cũ Lucas dicat eũ eſſe filiũ Neri. Dicendũ ꝙ Salathiel fuerat filius Iechoniæ naturalis, Neri vero legalis vel adoptiuus. Tertio quæriť, quõ Zorobabel nunc dictus ſit filius Salathiel, cũ primo Paralipomenon appelletur filius Phadaida. Reſpondẽt aliqui, ꝙ Salathiel alio noĩe nũcupabať Phadaida, ſed hoc nõ videť cũ loco p̄allegato, in quo filij Iechoniæ deſcribunť, inter Salathiel & Phadaida alius medius nomineť. Ideo alij dicunt, ꝙ Zorobabel filius Salathiel fuit alius ab iſto Zorobabel filio Phadaidæ. Quarto principaliter dubitať, quõ Lucas dicat Chriſtũ deſcẽdiſſe à Dauid ꝑ Nathan, Matthæus ꝑ Salomonẽ. Ad hoc diuerſi diuerſimode rñderũt. Quidã, ꝙ Nathan iſte fuit filius Dauid adoptiuus, nõ naturalis. Et hoꝶ aliqui dixerũt, ꝙ fuit Nathan propheta, quem ꝓpter ſuã ſanctitatẽ Dauid adoptauit in filiũ. Alij, ꝙ fuit filius Sẽma fratris Dauid, quẽ Nathan Ieſſe auus eius adoptauit in filiũ. Defunctoq́ꝫ Ieſſe, ipſe Dauid eũdẽ ſibi filiũ adoptauit, & hoc dicit magiſter in hiſtorijs. Lyra aũt potius ſentit, ꝙ fuit Nathan ꝓpheta. Quòd eñ nõ fuerit filius naturalis Dauid, probat ꝑ hoc, q̃d Salomon in prouer. de ſeipſo teſtaťi Fui tenellus & vnigenitus corã matre mea, videlicet ex ꝑte mr̄is. Nã q̃uis Berſabee habuerat in filiũ de Dauid ante Salomonẽ, ille tñ non cõputať, qm̃ ante circũciſionẽ defunctus eſt ſecundũ Hebræos. Sed his obuiat, q̃d in lib. Paralip. manifeſte habeť, ꝙ in Hieruſalem nati ſunt Dauid q̃tuor filij de Berſabee, quoꝶ vnus ibidẽ Nathan vocať. Nec videtur ſufficere, ꝙ dicať filius naturalis Berſabee ex Vria & filius Dauid adoptiuus, vt aliqui dicunt, aſſerentes, ꝙ tres illic nominati fuerunt filij Vriæ, quos Dauid adoptauit in filios, dũ matrem eorũ accepit in coniugẽ Si eñ ſic eſſet, non proprie dicerentur nati ipſi Dauid ex Berſabee. Ideo probabilius reor, ꝙ Nathan fuit verus & naturalis filius Dauid ex Bethſabee, ad q̃d valet dictum Damaſceni lib. 4 vbi declarať beatã virginẽ deſcẽdiſſe de Dauid ꝑ Nathã. Si ergo Nathã nõ erat naturalis filius Dauid, ſed fratris ſui, vel alterius, diceret Chr̄s potius deſcẽdiſſe de Ieſſe ꝑ Sẽma, q̃ per Dauid, vel de alio aliq̃ etiã ſecũdũ carnẽ: cũ tñ ap̄lus dicat, eũ factũ ex ſemine Dauid ſecũdũ carnẽ, imò ſecundũ hoc Chr̄s nõ diceret p̄cipue filius Dauid. Preterea ſecũdũ Ambroſiũ ſuꝑ Lucã, Chr̄s ſecũdũ carnẽ veraciter natus ẽ ex ſemine Nathã. Q̃d aũt allegať in oppoſitũ, ex prouerbijs ſoluiť. Si dicatur Salomonem notãter dixiſſe, fui vnigenitus & vnicus, & nõ ſum, hoc eñ refert de ſeipſo pro tp̄e pueritiæ ſuæ, qñ & mater eius docuit eum, ſicut ſubiungit. Potuit aũt accidere, ꝙ vſqꝫ ad illud tẽpus fuerit vnicus, vnigenitus alijs poſtmodum natis, q̃d tñ dici nõ poteſt ſi cũ Hieronymo aſſeratur Salomon nõ fuiſſe, niſi vndecim annoꝶ, cũ cœpit regnare, cuius oppoſitũ alij ſatis probabil̄r tenẽt. Quinto q̃ritur, cur Lucas genealogiã Chr̄i deſcribat aſcẽdẽdo, Matthæus deſcẽdẽdo. Rñdendũ, ꝙ Matthæus principal̄r loq̃tur de carnali & naturali Chr̄i gñatione ſecũdũ q̃d venit ad nos, & carnẽ aſſumpſit, ideo à ſuꝑiori incipit, deſcẽdẽdo vſqꝫ ad Ioſeph & S. Mariã. Lucas vero loq̃tur de Chr̄i gñatione, prout ꝑ eã ad deũ reducimur, & eius filij adoptiui efficimur. Ideo incipit aſcẽdẽdo à Ioſeph vſqꝫ ad Adã. Sed q̃re nõ ſiſtit in Abrahã à q̃ Matthæus exorſus ẽ? Dicẽdũ ꝙ ideo, vt oñdat oẽs electos in q̃cunqꝫ mũdi ætate extiterint, ꝑ Chriſtũ ad deũ reductos atqꝫ ſaluatos. Sexto q̃ritur, cur ĩter Ioſeph & Abrahã m̄lto plures p̄res ponãtur à Luca, q̃ à Matthæo, Lucas q̃ppe enũerat. 50. Matthæus. 42. Dicẽdũ ꝙ Lucas ponit triplices p̄res, videlicet naturales, legales & adoptiuos. Matth. naturales dũtaxat, q etiã ex certa cauſa q̃ſdã naturales p̄res omiſit, ſicut oñſum ẽ. Septimo q̃ritur, quõ ſcd̃m Ambroſiũ atqꝫ Hilariũ Lucas genealogiã Chr̄i deſcribere dr̄ ſecũdũ gradũ ſacerdotalis originis, Matthæus vero ſcd̃m ſucceſſionẽ regalis ꝓpaginis. Ad hoc aliq rñderũt quòd

Luc. 3 Cur Ioſeph a Luca fili⁹ Heli a Matthæo vero filius Iacob aſſeratur.

Deut. 25 Luc. 20

Duo frẽs, quõ in lege eãdẽ potuerunt habere vxorem.

Deut. 25

Lucæ. 3 1. Para. 3

2. Reg. 12

Prouerb. 4 2. Reg. 11

1. Para. 3

Nathan verus naturalis fili⁹ Dauid.

Roma. 1

Soluitur obiectio.

Prouer. 4

Luc. 3

E

F

A ꝙ ideo quia Matthæus ponit Salomonē, qui fuerat rex, Lucas aūt Nathā quem dicunt fuiſſe ſacerdotē, iuxta illud: Filij aūt Dauid ſacerdotes erant. Sed hoc non videt̃ ſufficere. Non enī ſic intelligendū eſt, ꝙ legales hoſtias in templo more ſacerdotū Leuiticoꝝ offerebāt, & in altari miniſtrabāt, quia non erāt de genere Aaron. Sed q̃a religioſi, vel (vt alij dicūt) principales & primi ad homines fuerunt. Vnde in Paralipomenon ſcriptum eſt: Filij aūt Dauid erāt primi ad manū regis. Conuenietius ergo dicendum, ꝙ tribus Iuda & Leui ſeu regia & ſacerdotalis principales fuerunt, idcirco frequēter coniuncti fuerunt vinculo m̃rimoniali. Etiam añ Dauid. Nā Aaron vxorē habuit Eliſabet, filiā Aminadab de tribu Iuda. Dauid quoq; (vt tangit Hilarius) cōiugiū iniit cū tribu ſacerdotali, q̃d ſcd̃m eum Salathiel atq; Zorobabel cōfirmatū fuit ex ḡne, ſic & Nathan & alij q̃ de à Luca poſiti ex vna pte de tribu ſacerdotali fuerunt, queadmodū & Maria, q̃d innoteſcit p hoc, ꝙ Eliſabeth vxor Zacharię eius cognata ex filiabus Aaron duxit originē, vt in Luca habet̃. Octauo inquirit̃, cur Matthæus generationes has tripartit̃, ſeu in tres quater denas partit̃. Cū enī ſummatim dicere potuiſſet: Oēs generatiōes ab Abrahā vſq; ad Chr̄m quadragintaduæ fuerūt, diſtincte locutus eſt, dicēs: Omēs generatōes ab Abrahā vſq; ad Dauid q̃tuordecim &c. ſicut in fine p̄cedēt is dicebat̃ articuli. R̄ndet Chryſoſtomus, q̄m ſtatus hoīm in Iudæis ter mutatus eſt generatiōibus q̃tuordecim cōpletis. Ab Abrahā enī vſq; ad Dauid fuerūt ſub iudicibus. A Dauid vſq; ad trāſmigrationē ſub regibus. A trāſmigratōe vſq; ad Chr̄m ſub pōtificibus. Hoc ergo vult demōſtrare, ꝙ ſicut bis mutatus eſt hoīm ſtatus binis quater denis cōpletis, ita completa quaterdena à trāſmi-
B ratione vſq; ad Chr̄m, oportuit hoīm ſtatū mutari à Chr̄o, queadmodū factū eſt. Poſt eius gnāq; aduentū, cœpit humanū genus eſſe non ſub multis iudicibus, regibus, & pōtificibus, ſed ſub vno iudice, rege, atq; pontifice Chr̄o, q̃ triū illoꝝ ſtatuū ac pſonaꝝ ſortitus ē dignitatē. Pater quippe iudiciū oĩe dedit filio. Et ip̄e eſt ſacerdos in æternum ſcd̃m ordinē Melchiſedech, habetq; in veſtimēto, & in fœmore ſuo ſcriptū: Rex regū & dn̄s dominantiū. His verbis Chryſoſtomi obijci poſſet, ꝙ Iudæi ante Dauid habuerūt regē Saulem. Et añ Chr̄i aduentum Iohānem Hircanum. Itemq; Herodem. Ad quod dici p̄t, ꝙ Saul nō fuit aſſumptus ad pmanendum in regno, Iohānes quoq; Hircanus non diu regnauit, ſicq; tempus illud non reputabat̃. Herodes vero alienigena fuit. Nono inquirit̃, cur potius Ioſeph quā Mariæ origo ſcribit̃, cum tñ propoſitum Euāgeliſtæ fuerit demonſtrare Chr̄m ex ſemine Dauid natum, qui non de Ioſeph, ſed de Maria natus agnoſcit̃. Ad hoc oīm vna reſponſio eſt, cōſuetudinē nō eſſe diuinæ ſcripturæ, mulieꝝ genealogiā deſcribere, & q̄m docuit Ioſeph iuſtū fuiſſe, ſatis declarauit eū atq; Mariā ad eādem tribū ſpectare, cū ſcd̃m legē quælibet tribus cōtrahere debuit cū perſonis proprie tribus. Sed obijci p̄t, ꝙ conſequētia iſta nō teneat, eò ꝙ tribus Leuitica cū qualibet tribu cōtrahere potuit. Ad hoc pro p̄ſenti aliā reſponſionē nō video, niſi vt dicat̃, Euāgeliſta id ſuppoſuiſſe, ꝙ oībus ſuo innotuit tpe, vtpote p̄rem Mariæ fuiſſe de tribu Iuda & Dauid, vel ſecutū eſſe cōem curſum ſcd̃m ꝙ vterq; coniugū ad eādem tribum ſpectabāt. Sed rurſum occurrit, cur non potius origo Ioachim p̄ris Mariæ, q̃ Ioſeph enarret̃. Dici poteſt, ꝙ ideo, q̄m maior eſt vnitas mariti & coniugis, q̃ p̄ris & prolis, iuxta quod ſcriptum eſt: Erunt duo in carne vna, & relinquet homo p̄rem & m̄rem, & adhærebit vxori ſuæ. De-
C niq; de ortu & genealogia ſuplaudabilis benedictæq; virginis, Damaſcenus libro q̃rto, ſic ait: Dauid inter cæteros duos habuit filios, Salomonem & Nathan. Ex cathena itaq; Nathā Leui genuit Melchi & Panthera, Panthera genuit Barhanthera qui genuit Ioachim p̄rem Mariæ. Ex cathena vero Salomonis Mathan deſcendēs, habuit coniugem, de qua genuit Iacob, Mathan autem defuncto, Melchi duxit eius vxorem, videlicet, m̄rem Iacob, de qua genuit Heli frēm vterinum ipſius Iacob. Heli vero ſine liberis mortuo, frater eius Iacob duxit eius vxorem, de qua genuit Ioſeph, Ioachim inſuper nupſit Annæ matri Mariæ, ſoror vero Annæ nomine Hiſmeria genuit Eliſabeth, quæ genuit Iohannem Baptiſtam.

[Marginal notes: 2. Regū. 18 — 1. Paral. 5 — Exodi 8. — Lucæ. 1. — Iudæoꝝ ſtat⁹ ter mutatus — Daniel. 7 — Iohan. 5 — Pſalm. 109 — Hebræo. 10 — Apoca. 19 — Obiectio. — Solutio — Gene. 2 — Marc. 10 — 1. Corin. 6 — Damaſcenus — Lucæ. 3]

¶Proſecutio expoſitionis huius capituli, ab eo loco quo dicit̃: Chriſti autem generatio ſic erat. Articulus III.

Eſcripta conſueta, ac naturali generatione patrum. Nunc noua & ſupernaturalis generatio Chriſti deſcribitur: ⌊Chriſti autem generatio ſic erat.⌋ Tanquàm dicat: Prædicti ſolito modo generati ſunt, ſicut prædixi per ſeminis deſcenſionem. Chriſti autem generatio ſingulari modo & ordine facta eſt, quemadmodum ſubdit: ⌊Cū eſſet deſponſata⌋ .i. promiſſa vel in m̃rimoniū tradita ⌊Maria m̄r Ieſu Ioſeph⌋ .i. viro ſic dicto de eiuſdem Mariæ cognatione exorto, qui ſecundum Hieronymū cogebatur eam accipere vt propinquam. ⌊Anteq; conuenirent⌋ ad cohabitādum (vt aliqui dicūt) vel ad carnalē coniunctionē ſcd̃m alios, ad quā nec poſtea conuenerūt. ⌊Inuenta eſt, Maria à Ioſeph⌋ eius diligenti cuſtode ac ſpōſo. ⌊In vtero habens⌋ .i. filio impgnata, ⌊de ſpū ſancto⌋ id eſt, virtute & operatione ſpūs ſancti qui ex puriſſimis virginis ſanctæ ſanguinibus corpus

Ex puriſſimis ♃ virginis ſanguinibus corp⁹ Chri formatū.

Chriſti formauit, organizauit, & anima rationali decorauit, quæ omnia facta ſunt in inſtanti à tota ſupbeatiſſima trinitate, quãuis aſcribant & approprient ſpiritui ſancto, eo ꝙ ad miſericordiã bonitatemq́ꝫ dei ptineat, tanq̃ effectus ineffabilis clemẽtiæ dei. Clemẽtia aũt & bonitas appropriant ſpiritui ſancto. De deſponſatõe aũt & conuẽtione Mariæ & Ioſeph multa legunt, quę pro magna parte apocrifa ſunt: idcirco talia ꝑtermitto. Cur ãt vnigenitus dei de virgine deſponſata naſci voluit, potius q̃ de non deſponſata, multæ rõnes tradunt. Prima ſcd̃m btm̃ Ignatiũ martyrem, vt partus virginis lateret diabolum. Dicit tamen Thomas, & alij multi, ꝙ ſi deus pmiſiſſet, diabolus aliunde bene ppendiſſet Mariam eſſe virginẽ, non obſtante eius deſponſatione. Poterat em̃ ſua naturali induſtria faciliter pcipere quòd corpore integra fuit. Secunda ratio: Ne virgo ſanctiſſima à Iudęis reputaret adultera, maluitq́ꝫ Chr̃us Iudæos de ſuo ortu ambigere, quã de mr̃is pudore puerſe ſentire. Tertia, ne Iudæi occaſionẽ haberẽt abijciẽdi Chr̃m, quaſi de fornicaria natũ. Quarta, vt virgo beata haberet caſti viri ſolatiũ, atqꝫ obſequiũ, & Chr̃us nutriciũ. Alias plurimas cauſas aſſignãt doctores, q̃ ſatis notę vident. Deniqꝫ conuẽtionẽ ꝑdictã Hieronymus accipit de conuẽtione cõcubitus. Dicit em̃ ꝙ nec poſtea cõuenerũt. ⌊Ioſeph aũt vir eius cũ eſſet iuſtus, & nollet eã traducere⌋ .i. Iudęis q̃ſi adulterã tradere, ſeu puniẽdã exponere, vel publice accuſare, ⌊voluit occulte dimittere eã⌋ Scd̃m Hieronymũ & Bernhardũ, ſanctus Ioſeph certus fuit de caſtitate Mariæ. Si em̃ cognouiſſet eã fuiſſe adulterã, & nõ traduxiſſet eã, fuiſſet iniuſtus, qa ſcd̃m legẽ, nõ ſolũ actor ſceleris ſed & cõſcius eius obnoxius ẽ pctõ ſi taceat. Dũ ergo Euãgeliſta affirmat Ioſeph iuſtũ fuiſſe, atqꝫ ob id Mariã nõ traduxiſſe, innuit ꝙ de caſtimonia ſpõſę ſuę nõ dubitauit. Etſi Chr̃us noluit Iudæos de ſuæ mr̃is pudore ſiniſtrũ qd ſuſpicari, pbabile eſt q̃d nõ pmiſit iuſtũ Ioſeph de tanta virgine adulteriũ opinari. Sed cur tũc voluit eã occultè dimittere? Ideo, qm̃ reputauit ſe cohabitatõe, pſentiaq́ꝫ Mariæ indignũ, quãobrem & Petrus repulit Chr̃m, dicẽdo: Exi à me dñe, qa hõ pctõr ſum. Et Centurio: Dñe, nõ ſum dignus vt intres ſub tectũ meũ. Chryſoſtomus vero teſtat, ꝙ Ioſeph deſponſata ſibi virgine, accepit eã in domũ ſuã, vbi cũ angelus Gabriel ignorãte Ioſeph virgini conceptionẽ filij dei nũtiaſſet, & ipſa iam cõcepiſſet, ſuamq́ꝫ cognatã Eliſabeth cõcepiſſe audiſſet, mox ſurgẽs accepta à ſponſo ſuo licẽtia, abijt & viſitauit Eliſabeth, vt ei cõgratularet, obſequeret, & ex Chr̃i pñtia magnus pfectus accreſceret, tã ipſi Eliſabeth q̃ eius infanti. Reuerſa aũt Maria poſt triũ mẽſiũ ſpacia, vidẽs Ioſeph eã iã imprægnatã, prima facie ſuſpicatus eſt malũ de ea, excuſatõe vero ab ea recepta, attẽta etiã ſctitate ſuę cõuerſatõis, ambiguus fuit qd finalr̃ de ea ſentiret. Idcirco voluit eã occulte dimittere, ne vel innocentem traduceret, vel adulterę cõſentiret. Verba diui Chryſoſtomi, q̃ in diuerſis locis de hac materia introducit, intelligẽda ſunt ſapiẽter, qm̃ ſibi ĩuicẽ cõtrariari vident. Alicubi em̃ ait, ꝙ Ioſeph putauit eã adulterã, alibi vero dicit, ꝙ inęſtimabilis laus Mariæ magis credebat Ioſeph caſtitati eius, q̃ ventri eius, & magis gr̃æ q̃ naturæ. Conceptionẽ manifeſte videbat, & fornicationẽ ſuſpicari non poterat, poſſibilius credidit mulierẽ ſine viro poſſe concipere, q̃ Mariã poſſe peccare. Quod ergo dicit Ioſeph, putaſſe Mariã fuiſſe adulterã, referẽdum eſt ad tp̃s, quo primo vidit eã prole fœcundã. Quòd vero dicit, eũ non potuiſſe fornicationẽ ſuſpicari de ea, referendũ eſt ad tp̃s excuſatõis receptę & ſanctitatis penſatę. Dubiũ em̃ nõ eſt, quin interior gr̃a, ſanctitas, caſtitasq́ꝫ Mariæ, mirabilr̃ ac potẽter refulſit, nõ ſolum in eius vultu, ſed in toto corpis geſtu & apparatu, intantũ, ꝙ qui eius cõuerſationẽ diligẽter aduertit, fornicationẽ aut crimẽ aliq̃d de ipa ſuſpicari nõ potuit. Interea aliq aſſerunt, ꝙ Ioſeph profectus eſt cũ Maria ad viſitandũ Eliſabeth, tanq̃ obſequioſus ac diligẽs cõmiſſæ ſibi virginis cuſtos. Aliqui etiã dicũt, ꝙ Ioſeph nondũ recepit Mariã in domũ ſuã, ſed ꝙ deſponſatiõe peracta, ipe deſcẽdit in propriã domũ, quaſi nuptijs neceſſaria ꝑparaturus, Maria vero interim fuit in domo parentũ ſuoꝝ. Cũqꝫ reuerſa fuiſſet ab Eliſabeth, cernẽs eã Ioſeph grauidã, noluit eã in domũ ſuã recipere, qd hoꝝ ſit verius ignorat. ⌊Hæc aũt eo (videlicet) Ioſeph cogitãte⌋ vtpotè ꝙ Mariã occulte dimitteret. ⌊Ecce angel⁹ dñi appuit in ſomnis Ioſeph⌋ .i. ipſi Ioſeph dormiẽti. Apparuit aũt ei apparitõe viſiõis imaginariæ, & hoc tpe ſomni in q̃ reuelatiões diuinæ atqꝫ prophetiæ ſolent fieri, qa tũc aĩa aptior eſt ad talium receptionem propter exterioꝝ ſenſuũ clauſurã, & à ſenſibiliũ pceptõe vacãtẽ, & pſertim ppter imaginatiõis ampliorẽ quietẽ, propter q̃d dicit: Per ſomniũ in viſione nocturna aperit aures viroꝝ, & inſtruit eos. Apparuit ergo Ioſeph, dicẽs: ⌊Ioſeph fili Dauid⌋ nõ ſolũ carnis propaginę, ſed fidei atqꝫ iuſtitiæ imitatiõe. Vnde ad cõmendandã iuſtitiã Ioſeph noĩat eũ filiũ Dauid. ⌊Noli timere accipere Mariã cõiugẽ tuã⌋ .i. audacter eã recipias ad cohabitandũ, nec aliquid mali ſuſpiceris de illa. ⌊Quod em̃ in ea natũ eſt⌋ .i. proles quã habet in vtero, ⌊de ſpũ ſancto eſt⌋ hoc eſt, virtute & opatione ſpũs ſancti cõcepta ẽ, nõ humano ſemine, ſed deifico lumine ſine virginitatis iniuria. Cur nõ potius ait Euãgeliſta, q̃d in ea cõceptũ eſt, quàm q̃d in ea natũ eſt. Reſpondendum, quòd natiuitas ſeu generatio, eſt productio ſeu acquiſitio eſſe ſubſtantialis. Res ergo tunc naſcitur cum formam ſubſtantialem ſortitur, hanc autem proles recipit primum in

Chriſt⁹ cur ex virgine deſpõſata naſci voluerit. Ignatius. Thomas.

Hieronymus. Bernhardus.

Ioſeph cur occulte Mariam dimittere voluerit. Lucæ. 5. Matth. 8. Chryſoſtom⁹. Lucæ. 1.

Qñ, qua ve viſione angelus apparuerit ipſi Ioſeph. Iob. 33.

Cur euãgeliſta nõ, q̃d in ea conceptũ ſed q̃d in ea natum dicere maluerit.

A mũ in vtero matris, ideo prima eſt natiuitas in vtero, deinde ex vtero cũ fœtus ſeparaẽ à ma
tre, incipitq; apparere, & in ſe perfecte ſubſiſtere. Quãdiu nempe manet in vtero, ẽ quaſi ali-
quid matris, quemadmodum pomum eſt aliquid arboris. Alia ratio eſt, ad inſinuandũ, quòd
conceptio Chriſti, non fuit ſucceſſiua ac naturalis, procedens ab imperfecto ad perfectũ, ſed
inſtantanea & ſupnaturalis, itaꝙ in eodem inſtanti completa eſt corporis Chriſti organiza-
“ tio ac animatio. Ideo dicit: ⌊Quod in ea natũ eſt, ⌋ Qm̃ puer quẽ cõcepit à primo cõceptio-
nis ſuæ inſtãti, fuit hõ ꝑfectus, imò & vir nõ corpis q̃titate, ſed aĩæ ꝑfectõe. Vñ Hieremias di Hiere.31
cit. Nouũ creauit dñs ſup terrã mulier circũdabit virũ. ⌊Pariet aũt filiũ, ⌋ de q̃ Eſaias: Puer Eſaiæ.9
(inq̃t) natus ẽ nobis, & fili⁹ datus ẽ nobis ⌊& vocabis⌋ in die circũciſiõis qñ Iudęi noĩa pueris
“ imponebãt: ⌊Nomẽ eius⌋ noĩatũ. i. ipſum met pueꝝ ⌊Ieſum⌋. i. nomine tal, vel vocabis. i.
vocando dices, nomen eius nominans eſſe Ieſum. i. ꝙ nomen pueri ſit Ieſus. Cur aũt ita vo-
“ candus ſit, ſubdit: ⌊Ipſe em̃ ſaluum faciet populum ſuũ⌋. i. omnes electos peccato obnoxios
“ ⌊à peccatis eoꝝ⌋ originali & actuali. Chriſtus em̃ merito ſuæ incarnationis, ſanctiſſimæ cõ
uerſationis, atq; diriſſimæ paſſionis, liberauit genus humanũ ab om̃i pctõ ſufficiẽter, quantũ
in ſe eſt, ſolos aũt electos ſaluauit efficiẽter. Oportet tñ, vt meritũ Chři, ſeu virtus eius paſſio Omnes ſaluauit Chriſtus
nis nobis applicet̃ per ſacra eccleſiæ, ſeu fidẽ & charitatẽ, ad hoc quod liberemur à Chriſto. efficienter.
Ieſus aũt interpretat̃ ſaluator aut ſalutaris, cõſuetudo vero Iudæoꝝ fuit, rebus imponere no-
mina ab aliqua proprietate, quemadmodum Eſaias dicit: Puer iſte qui ſpoliauit infernũ, vo- Eſaiæ.7.
cat̃ velociter ſpolia, detrahe, cito prædare. Conuenienter ergo filius virginis ſalus mundi di
ctus eſt Ieſus. In cuius figura Ioſue & filius Ioſedech ſacerdos magnus dicti ſunt Ieſus. Quęrit̃ 1.Eſdræ.3.
B quõ ſecundum Matthæum angelus vocet nomen filij huius Ieſum, poſt eius conceptionem
cum Lucas dicat: Vocatum eſt nomen eius Ieſus quod vocatum eſt ab angelo, priuſquàm in Lucæ.2
vtero conciperet̃. Dicendum, quòd Lucas loquitur de vocatione angeli ad Mariam, cum di-
“ xit: Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. ⌊Hoc autem to-
“ tum factum eſt⌋ Scilicet quòd virgo de ſpiritu ſancto concepit, quòd ſaluatorem peperit, ꝙ
“ nomen pueri vocatum eſt Ieſus, ⌊vt impleretur quod dictum eſt à dño ꝑ prophetã Eſaiam, Eſaiæ.7.
“ dicentem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium & vocabit̃ nomen eius Emanuel, q̃d
“ eſt interpretatum (. i. expoſitũ) nobiſcũ deus⌋. i. ꝑ hoc nomẽ Emanuel deſignat̃, ꝙ puer iſte
ſit deus nobis ꝑ noſtræ naturæ aſſumptionẽ vnitus, & ꝑ humanæ vitæ conuerſationẽ coniũ-
ctus, iuxta id Baruch: Poſt hęc in terris viſus eſt & cum hoĩbus conuerſatus eſt. Vnde apud Baruch.3.
Eſaiam teſtat̃: Propter hoc ſciet populus meus nomẽ meũ in die illa, q̃a ego ip̃e q̃ loquebar Eſaiæ.12
ecce adſum. Allegat aũt Euãgeliſta potius ſenſum q̃ verba Eſaiæ. Sic em̃ ait Propheta: Ecce
virgo cõcipiet. Porro ꝑ hoc q̃d filius virginis appellat̃ Ieſus, q̃a ſaluat à peccatis, & Emanuel,
quia nobiſcum deus, declarat̃ duplex natura, puta diuina & humana in vna Chriſti perſona,
Nullus enim niſi deus à peccatis valet ſaluare & nobiſcum deus eſt, deus & homo. Arguũt aũt
Iudæi hoc loco aduerſum nos, aſſerẽtes Euangeliſtã noſtrũ mendaciter allegaſſe ſcripturam
propheticã, Eſaias nãq; ſecundum hebraicam veritatem ſic ait: Ecce adoleſcentula, cõcipiet
& pariet. Adoleſcentula aũt eſt nomen commune virgini & corruptæ. Reſpondendũ ſcđm
beatũ Hieronymũ, ꝙ in Hebræo pro eo ꝙ Euãgeliſta dixit: Ecce virgo, ita habet̃: Ecce Aal- Aalma bipharíam accipitur.
C ma. Aalma aũt duo ſignificat. ſ. adoleſcentulam, & abſconditam, nuncq; accipit̃ pro abſcon-
dita. i. pro puella abſcondita, ſeu diligenter cuſtodita, aſpectibuſq; viroꝝ ſubtracta, intantũ
vt de eius integritate dubitari non poſſit. Talis aũt extitit ſancta Maria, quæ vſq; ad tempus
ſuæ deſponſationis manſit, dominoq; ſeruiuit in templo. Vnde Matthæus ſpũ ſancto reple-
tus, mentẽ Eſaiæ certiſſime ſciens, allegauit ſenſum magis q̃ verba, de hoc plenius dixi in ex-
poſitione Eſaiæ proprio loco. Natiuitatem aũt Chři ex virgine Pſalmiſta fatet̃: Deſcendet Pſalm.71
ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſup terrã. Et in Zacharia diſſeruit dñs: Ecce Zacha.3.
ego adducã ſeruũ meum orientẽ, videlicet Chriſtum, & cælabo ſculpturã eius. i. corpus eius
in vtero virginis ſupnatural̃r ꝓparabo. Hoc idẽ in Eſaia pulchre legit̃ ꝓphetatũ, cũ de Chřo Eſaiæ.53.
illic inducit̃: Et aſcendet ſicut virgultũ corã eo, & ſicut radix de terra ſitienti. Quemadmodũ
em̃ virgultũ orit̃ de terra non ab hoĩbus culta, ſed cœleſti influentia fœcundata. Sic Chřus de
mře non ab homine tacta, ſed diuinitus impræ gnata, quemadmodũ etiã radix de terra ſitien
ti. i. ſicca non compluta pullulat: ſic Chřus de mře non virili ſemine impræ gnata proceſſit.
Circa hæc querit̃, cur dicat Euãgeliſta, hoc totũ factũ eſt, vt impleret̃ &c. & nõ potius hoc to Quæſtio
tum ꝓdictum fuit, quia ſic fuit agendũ. Non em̃ ideo factũ eſt q̃a prædictũ, ſed ideo ꝓdictum
quia ſic erat futuꝝ. Et reſpondendũ, ꝙ in talibus ſermonibus hoc dicitur vt tenet̃ non cauſa-
liter, ſed concomitãter, vt ſit ſenſus, hoc factũ eſt vt impleretur quod dictũ eſt ꝑ prophetã. i.
ideo eſt ꝓdictũ, quia ſic fuit futuꝝ, & hoc etiã dicit Albertus in libro de laudibus virginis glo Albertus
“ rioſæ. ⌊Exurgẽs aũt Ioſeph à ſomno, fecit ſicut ei ꝓcepit angelus dñi. Et accepit cõiugẽ ſuã⌋
Quam decreuit dimittere. Accepit aũt eam vel ad cohabitandum & obſequẽdum ſcđm eos
qui aſſerunt, ꝙ nondũ ſuſcepit eam in propriã domũ, vel ad ꝑmanendũ cũ ea ex aĩo, ſcđm [illegible]

Chryſoſtom⁹. qui dicunt ꝙ iam ante in domū ſuam eam accepit. Vnde Chryſoſtomus: Non in domo acce D
pit eā, nondū eñ de domo dimiſerat eā, ſed de animo ſuo depoſuerat eā, & iterū in animū ſuū
recepit eā. Itaq; eā accepit tanq̄ de cætero iugiter ꝑmanſurus cū ea ſine ſuſpitiōe cū ingēti hu
militate, puritate, ac reuerētia, miniſtrādo ei in oīnibus velut digniſſimę genitrici creatoris
ſaluatoriſq; ſui. ⌊Et non cognoſcebat eā, donec peperit filiū ſuū primogenitū.⌋ Hoc Chry
ſoſtomus de intellectuali cognitione ſatis ſubtiliter veraciterq; exponit. Nam ante virginis
partū ipſe Ioſeph ꝑfecte nō ſciuit quātæ dignitatis & gloriæ eſſet hæc virgo. Poſt partū vero
ipſius, plenius eius excellentiā nouit, qa extūc in animo Ioſeph facta eſt ſpecioſior atq; ꝑſtan
tior q̄ totus mundus. Quidā exponūt de cognitiōe ſenſitiua, dicētes, ꝙ Chr̄o in vtero virgi-
nis conſiſtēte, tantus in vultu eius ſplēdor claritatis ex ꝑſentia Chr̄i refulſit, ꝙ Ioſeph eam in-
tueri non valuit, ſicut nec filij Iſrael poterāt vultū inſpicere Moſi propter eius fulgorē ex cō
ſortio angeli, literaliter vero exponit de cognitōe copulæ carnalis, ita ꝙ Ioſeph non acceſſit
ad eam maritali affectu, donec peperit Chriſtū. Sed nūquid poſt modū eam cognouit? Non
vtiq;. Tūc eñ impijſſimus & præſumptuoſiſſimus extitiſſet, ſi templū filij dei, ſi ſacrariū ſpūs
ſancti, ſi vterū puritatis, violare tētaſſet. Maria quoq; igrata fuiſſet, ſi tāto filio nō fuiſſet cōtē
Donec ꝙ mul[...] ta. Sciendū ergo, ꝙ dictio donec interdū importat tēpus determinatum, quo euoluto fit ali-
quid. Sic Iob ait: Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, donec pertranſeat furor tuus.
Sicq; cōmuniter dicimus: Non faciā hoc, donec veneris. Interdū vero accipit pro tpe inde-
terminato, ſicq; includit omnē differentiā tpis. Excludendo eñ illud tp̄s quo magis videbat
aliquid eſſe, vel non eſſe, conſequēter excludit alia tpa, quibus minus tale quid videt, & ita ha
Pſalm.109 bet in Pſalmo: Sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos ſcabellum pedū tuoꝝ. Et ite- E
Pſalm.122 rum: Oculi noſtri ad dn̄m deū noſtrū, donec miſereat noſtri. Et rurſus: Deus ne derelinquas
Pſalm.70 me, donec annuntiē brachiū tuū, &c. Non eſt ſenſus, ꝙ poſtq̄ hoſtes Chr̄i fuerūt ei ſubiecti,
tunc ipſe ceſſabit ſedere ad dexterā p̄ris, imò tūc maior eſt rō vt ſedeat. Vnde cū ſcriptura di-
cit eum ſedere ad dexterā p̄ris, donec ponant aduerſarij ſcabellū pedū ſuoꝝ, innuit ꝙ poſtea
æternaliter ſedeat. Hoc itaq; modo ſumit donec in propoſito. Poſſibilius quippe videbat, ꝙ
Ioſeph cognouerit ſponſam & coniugē ſuā ante conceptionē filij dei, quā poſtea. Ideo cum
Euāgeliſta edocuit, ꝙ nō cognouit eā ante Chr̄i generationē, ꝓ certo reliq̄t, ꝙ nec poſtmo
Hebr.10. dū eā acceſſerit. Iuxta hūc ſenſum dicit de Chr̄o Ap̄lus: Oportet aūt illū regnare, donec po
Chryſoſtom⁹. nant inimici ſcabellū pedū eius. Nunq̄d poſtea nō regnabit? Hinc ait Chryſoſtomus, hoc ꝙ
fieri potuit, dixit Euāgeliſta factū nō eſſe. Id aūt q̄d fieri nō potuit, q̄d neceſſariū habuit dice-
Error Heluidij re, qa factū nō eſt? Ex his patet error Heluidij hæretici, q̄ erat ſacerdos & idiota, dicēs, ꝙ Io-
ſeph nō cognouit Mariā ante partū Chr̄i, ſed poſtea, eo ꝙ ſcriptū ſit: Nō cognouit eā donec
peperit. Itē, qm̄ Chr̄us nūc dr̄ primogenitus Mariæ, ergo & poſtea aliū genuit, ꝓſertim cum
mogenit⁹ dicat in euāgelijs legat Chr̄us fr̄ēs habuiſſe ſicut patebit. Dicendū, ꝙ in ſcriptura primogenitus no
Exodi.12 minat, nō ſolū reſpectu ſequētis, ſed etiā quia priorē nō habuit. Sic eñ in Exodo legit: Dn̄m
Pſalm.77 ꝑcuſſiſſe oīne primogenitū in terra Aegypti, nec erat domus in Aegypto, in qua non iaceret
Pſalm.104 defunctus. Nunq̄d in qualibet domo erāt plures filij? Sic etiā in lege Moſi fuit ꝑceptū, omne
Pſalm.134 primogenitū dei offerri, & ſi parētes nō habuerūt niſi vnigenitū, tn̄ vi huius ꝑcepti tenebant
Pſalm.135 illum offerre. Poſtremo fr̄ēs Chr̄i dicunt, qa cognati q̄uo Abrahā dixit ad Loth, fr̄ēs ſumus.
Exodi.13 Et Ioab ad Amaſam: Salue mi frater. Et Iudicū: Dixit Iudas Symeoni fratri ſuo. Cōtra iſtum F
Lucæ 8 Heluidiū prorſus turpiſſimū & inſanū, cōpoſuit ſc̄tus Hieronymus librū. Quod vero ſubiun
Gene.13. git: ⌊Et vocauit nomē eius Ieſum.⌋ Hoc tā de Maria q̄ de Ioſeph intelligi p̄t. Vtriq; eñi ſe-
Matth.22 orſum ꝑceperat angelus, vt pueꝝ Ieſum vocarēt, q̄d vtiq; nomē ſcd̄m ſuā plenariā proprie-
2. Regū.20 tatē. i. ſaluatiuā virtutē à deo impoſitū, & appropriatū eſt filio virginis, qui ſolus ꝑfecte ſal-
Iudicum.1
Eſaiæ.49 uat, & vniuerſaliter liberat, propter quod Eſaias dicit: Dn̄s ab vtero vocauit me de vētre ma
tris meæ recordatus eſt nominis mei.

ELVCIDATIO SECVNDI CAPITVLI: CVM ERGO natus eſſet Ieſus &c. Articulus IIII.

DESCRIPTA Chriſti generatōe præcedenti capitulo, nunc eius
apparitio ſeu manifeſtatio deſcribit. ⌊Cū ergo nat⁹ eēt Ieſus in Beth
Lucæ.2 lehem Iudæ⌋ Scd̄m q̄d Lucas plenius enarrat: Cū egreſſo edicto Au
guſti, vt deſcriberet orbis Ioſeph cum Maria aſcēdiſſet à Galilæa in
Bethlehem Iudæ, impleti ſunt dies vt pareret virgo, peperitq; deum
infantem in diuerſorio ſeu ſtabulo, reclinās eum in præſepio, quia nō
vacauit ei locus in diuerſorio. Dicit aūt in Bethlehem Iudæ, ad diffe-
rentiam alterius Bethlehem in Galilæa, pertinētis ad tribum Zabu-
Ioſue.19 lon, vt habet in libro Ioſue. ⌊In diebus Herodis regis.⌋ Aſcolonitæ
natione Idumæi, cuius filius dictus Herodes Antipas, occidit Iohan
nem &

A nem, & Chriſtum in paſſione illuſit. Fuit & alter Herodes Agrippa, qui Iacobū decollauit, &
Petrū incarcerauit, qui ab angelo ꝑcuſſus, conſumptus eſt à vermibus, ſicut in actibus Apoſto- Actor. 12
lorũ recolit. Nominat aũt hoc loco Herodes ſcd̃m Chryſoſtomū, ad oſtendendū, ꝙ prophe-
tia Danielis de natiuitate Chriſti poſt ſeptuaginta hebdomadas annorũ à tempore Danielis Danie. 9.
ſit in Chriſto impleta, quia ab illo tp̃e vſq; ad regnum Herodis tot hebdomadæ tranſierunt.
Vna autem hebdomada continet ſeptem annos, omnesq́; ſimul continent circa quadringē-
tos annos. Alia ratio eſt, vt prophetia patriarchæ Iacob declaret, impleta in Chriſto. Prædi- Gene. 49
xit enim: Non auferet ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus
eſt, & ipſe erit expectatio gentiū. Qm̃ ergo tp̃e Herodis alienigenæ ablatū fuit ſceptrū. i. do-
miniū de Iuda, & dux de eius proſapia, certū eſt Chr̃m tūc aduenisse, q eſt expectatio gētiū,
prout in Aggæo habet: Veniet deſideratus cūctis gētibus. Nā vſq; ad tp̃s Herodis, aliq de tri- Aggæi. 2
bu Iuda pręfuerunt Iudæis. Quãuis enĩ tp̃e captiuitatis Babylonicæ regia dignitas ſit ablata à
Iuda, tñ poſt captiuitatē illam rurſus ꝑfuerunt aliqui de tribu Iuda, videlicet Zorobabel cū q
« redierũt de Babylone, & Machabæi q erãt de tribu Iuda. Et Leui, & aliq alij. ⌊Ecce Magi⌋
« Id ē, ſapiētes viri, ⌊ab oriēte⌋ i. à Perſide, quæ ē in plaga oriētali reſpectu Iudææ, ⌊venerũt⌋
cum grandi comitatu, vtpote reges. Illis nãq; tp̃ibus ſapientes regnare ſolebant, quales etiã Iob. 2.
« erant amici Iob, qui in libro Tobiæ, & à ſancto Ambroſio reges vocant, ⌊Hieroſolymam, Tobiæ. 4
« dicentes:⌋ Viri iſti Magi vocantur, non ab arte magica, ſeu quia malefici, vt Magi Pharao- Magi cur vocentur
nis, nec quia illuſores, ſed quoniam ſapientes. Nam qui apud Hebræos dicuntur ſcribæ. Hi à Exodi. 7.
Græcis appellantur philoſophi, à Latinis doctores, à Perſis Magi. Quidam vero affirmãt,
B quod ſecundum Chryſoſtomum dicti ſunt Magi, quia fuerunt malefici, quàmuis conuerſi
ſint poſtea. Veruntamen Chryſoſtomus hoc loco dicit: quòd fuerunt viri orientales à Per-
ſide, & quòd apud Perſas Magi, non malefici, ſed ſapientes vocantur. Vnde neſcio, ſi hoc di-
cat Chryſoſtomus: Magi iſti ſecundum Hieronymum fuerunt ſucceſſores Balaam prophe-
« tæ, & de eo nati feruntur. ⌊Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudęorum?⌋ Quàm certa atq; ſecura in-
terrogatio. Iam Romani legem dederunt, vt ſub periculo mortis, nemo aliquem regem vo-
caret ſine eorum conſenſu. Fuit quoq; præceptum, & Magis non ignotum, quod qui rege vi-
uente, alium regem pronuntiat, aut adorat, punitur in ſanguine. Quomodo ergo Magi au-
debant, viuente & regnante Herode, in eius præſentia ſine Romanorum licentia regem ali-
um profiteri. Proculdubio, iſtam eis audaciam puer natus influxit. Dicit enim Chryſoſto- Quid Magi
mus, quòd nõ curabant de ſanguine. Quòd ſi curaſſent de morte, ita locuti non eſſent. Non- in Christo mu-
dum viderant Chriſtum, & iam parati erant mori pro Chriſto. Deniq; verbo, opere, atque neribus professi
muneribus Magi profeſſi ſunt, Chriſtum eſſe verum hominem, verum regem, verumq́; de- sint.
um. Verbo quidem, quia dum dicunt: Vbi eſt qui natus eſt, humanitatem eius fatent. Cumq́;
« adijciunt, rex Iudæorum, regiam eius poteſtatem declarant. Dum vero annectunt, ⌊& ve-
« nimus adorare eum,⌋ diuinitatem eius teſtantur. Quomodo autem idem egerunt opere, &
muneribus, infra dicetur. Inſuper cauſam cur tam ſecure interrogent de ortu regis Iudæorũ
« aperiunt. ⌊Vidimus enim ſtellam eius⌋ Id eſt, ſtellam ſuæ natiuitatis declaratiuam ⌊in ori-
« ente,⌋ quia in terra eorum apparuit eis, ita quòd ſtetit propè in conſpectu ipſorum. Non enĩ
ſic intelligendum eſt, quòd ipſi exiſtentes in oriente viderunt ſtellam hanc in Iudæa. Et ve-
C nimus adorare eum, adoratione latrię, quæ ſoli deo debetur, quòd Eſaias teſtatus eſt: Ego do- Latria soli deo
minus, hoc eſt nomen meum, gloriam meam alteri non dabo. Secũdum doctores Magi no- debetur
titiam ſtellæ apparituræ ex vaticinio Balaam patris ſui ſumpſerunt. Sic enim in Numeris le- Esaiæ. 42
gitur prophetaſſe: Orietur ſtella ex Iacob, id eſt, cauſa Chriſti nati de ſemine Iacob, videlicet Nume. 24.
ad manifeſtandum ipſius natiuitatem. Et exurget virga de Iſrael. Crediderũt ergo hanc ſtel-
lam apparituram, eiusq́; ortum ſeu apparitionem præſtolabantur, & obſeruabant. Cumq́;
in hora natiuitatis Chriſti vidiſſent coram ſe quãdam nouam ac radioſiſſimam ſtellam, mox
deo inſpirante intellexerunt hanc eſſe ſtellam diutiſſime expectatam, propter quod ſtatim
ſurgentes, paratis parãdis, ſecuti ſunt ſtellæ ducatum. Refert Chryſoſtomus (quòd tamē ipſe Chrysostom⁹.
non aſſerit ſicut nec reprobat) fuiſſe gentē quandã in principio orientis iuxta oceanū, quæ ex
doctrina Seth didicit futuram hanc ſtellam, propter quod elegerunt ex ſe duodecim viros ſa-
pientes atq; cœleſtiū myſteriorũ amatores, qui nominabant Maguſæi, qm̃ in ſilentio deum
glorificabãt q & obſeruabãt ortū ſtellæ iſtius. Cū vero aliqs iſtorũ duodecim moriebat, alius
ſubſtituebat. Cū igit quodã tp̃e eſſent in monte altiſſimo, quē vocabãt montē victorialē, ap-
paruit eis ſtella deſcendēs ſup hūc montē habēs in ſe formã pueri paruuli, crucē baiulantis in
humeris, & locuta eſt eis, vt tenderēt in Iudęã. Quibus ꝑ bienniū itinerãtibus, nec cibus, nec
potus defecit in peris eorũ, ſtellã iſtam ſequentiū. Interea Magis Iudæã ingreſſis, ſtella ad tē-
pus diſparuit, dicuntq́; aliqui, ꝙ idcirco diſparuit, quoniã Magi recurrentes ad humanū prę-
ſidiū. ſ. ad Hieroſolymitas, ꝑdere meruerũt diuinū ducatū & ita ingreſſi fuiſſent, vel ingredi
Hieroſolymam propoſuiſſent anteq̃ ſtella diſparuit, nec eius ducatū ſecuti fuiſſent aſſidue.

Quod

Quod nõ eſt veriſimile: qm̄ auidiſſima ac deuotiſſima mente ſectabanť hanc ſtellã. Vnde & ea D
denuo viſa, gauiſi ſunt gaudio magno valde. Probabilius itaq; dicit, ꝙ ſtella ex diuina diſpen
Stella cur diſparuerit. ſatione diſparuit, qua non apparente, Magi opinati ſunt regium puerꝝ in vrbe regali Hieruſa
lem eſſe quærendum. Voluit ergo deus, vt Hieroſolymam introirent, ad maiorem ſui confir-
mationem, & Iudæorꝝ confuſionẽ ac cõdemnationẽ, videlicet, vt teſtimonio prophetali cer-
QVoniam dominus noſter Ieſus Chriſtus ſecundū omnium vaticinia Johan. 8
prophetaꝝ ſalus & lux mundi eſt, doctor iuſtitiæ, & euāgelicæ inſti-
tutionis legislator, idcirco cū opportunū affuit tēpus, fecit quod de
ſeipſo prædictū erat, tradens euangelicā legē. Et quoniā lex omni- Jacobi. 4
bus danda eſt, aperte proponenda, & ad hominū correctionē ac ꝑ-
B fectionē ordināda, propterea videns ſaluator copioſiſſimā turbam
ſe ſequentē, inſtructione indigentē, & vitijs oneratam, aſcendit in
montem, vt ab omnibus melius videret, ac planius audiret. Secūdo, Luc. 6
vt per montem ſublimē, euangelicæ legis ac diſciplinæ excellentia
monſtraretur: de cuius vtiq; legis excellētia accipi poteſt illud pſal
miſtæ: Iuſtitia tua ſicut montes dei. Tertio, vt demonſtraret p̄dicatorē verbi dei, virtutū al- Pſal. 36
titudinē debere conſcendere. Iuxta illud Eſaiæ: Super montē excelſum aſcende tu qui euan- Eſaiæ. 40.
gelizas Sion. Deniq; ſecundū Auguſtinū, in hoc ſermone dn̄i continet quicquid ad optimos
ꝑtinet mores, & ad Chriſtianæ cōuerſationis perfectionē. Ideo prout dn̄s dederit diligenti-
« us immorandū eſt p̄ſenti, ſequentibusq; quibuſdā capitulis. Ait ergo: ⌊Videns Ieſus,⌋ ocu- Matt. 4
« lo corporali ⌊turbas,⌋ de quibus in fine p̄cedentis capituli dictū eſt, quas oculo intellectua-
li inceſſabilr vidit. Nā anima Chriſti ſemper à principio ſuæ creationis, actu intellexit ſcien
« tia viſionis oīa quæ vnquā fuerūt, ſunt, & erūt, ⌊aſcendit in montē,⌋ quendā Galilææ, vide-
licet in montē Thabor, vel aliū aliquē ſecundū Hieron̄. nō in montē Olíueti, vt aliqui puta-
« uerunt. Cur aūt in montē aſcēderit dictū eſt. ⌊Et cū ſediſſet⌋ in mōte tanq̄ magiſter, ad quē
« pertinet ſeſſio in docēdo, ⌊acceſſerūt ad eū diſcipuli eius,⌋ q' quaſi cæteris ꝑfectiores, magi
« ſtrū ꝑfectionis ſequi valebāt, & ei propinquius copulari. ⌊Et aperiens os ſuū.⌋ Per hāc cir-
cūloquutionē notatur magnitudo. Dicendū itaq;, Aperiens os ſuum. i. per ſeipſum atq; in ꝓ
pria ꝑſona loquens, legēq; tradens, qui olim ꝑ angelos & prophetas loquebat, & ꝑ Moſen le
« gē propoſuit, ⌊docebat eos, dicēs.⌋ Nō dicit ꝙ docuit turbas, ſed diſcipulos, q̄d q̄uo intel-
« ligendū ſit, mox oſtendet. ⌊Beati pauperes ſpū, qm̄ ipſoꝝ eſt regnū cœloꝝ.⌋ In exordio hu
ius ſacroſancti ſermonis docet vnigenitus filius dei octo beatitudines. Oportet ergo aduer-
C tere, quod virtutes, dona, fructus & beatitudines, in aliquibus cōueniunt, & in aliquibus di-
ſtinguunt. Virtus eñi & donum in hoc conueniunt, ꝙ vtrūq; eorū eſt habitus, differunt ta- Virtutū & do=
men in hoc, ꝙ dona perficiunt, & in operādo expeditas reddūt uirtutes, eaſq; in dignitate ex norū conuenien=
cellunt, demptis virtutibus theologicis, quæ p̄ſtantiores ſunt donis, vnde virtutes ſunt plu- tia, differētiaq;
res q̄ dona, q̄ nō ſunt niſi ſeptē. Beatitudo vero & fructus in hoc cōueniunt, ꝙ vtrūq; eoꝝ eſt Beatitudo fru
actus virtutis, ſed beatitudo ſuperaddit fructui rationē perfecti & eminētis, ita ꝙ rōne bea- tuſq; in qb9 cō=
titudinis eſt, vt ſit actus excellētis virtutis, ad rōnem vero fructus ſufficit, ꝙ ſit actus virtutis ueniāt & dñāt.
delectationē ſpiritualē habēs annexā. Interdū aūt fructus accipit pro delectatione actus vir
tuoſi, & beatitudo pro virtute ſeu habitu: imò hoc loco quidā per beatitudines iſtas intelli-
gunt ipſas virtutes: q̄uis magis proprie ꝑ eas intelligant actus. Beatitudo eñi conſiſtit ī actu, Beatitudo in
nō in habitu, ſecundū Peripateticos: tamen Platonici dixerūt eā in habitu cōſiſtere. Quēad actu conſiſtit.
modū aūt Chriſtiani doctores diſtinguūt virtutes, itaq; virtutes in ſummo gradu conſiſten
res dicuntur diuinæ, conuenientes ſtatui perfectorum, non incipientium, nec pꝛoficientium:
ſic Peripatetici tales virtutes vocabant heroicas, Platonici vero ſeu Stoici vocabant eas vir
tutes purgati animi, à paſſionibus & vitijs abſoluti. Harum ergo virtutum actus præſertim
beatitudines dicūtur. Quidam interea aſſerunt beatitudines potius eſſe actus donorū, quàm

D

virtutū: quoniam dona excedunt virtutes. Sed hoc ſic intelligendum opinor, quia virtutes non producunt elicitiue ipſas beatitudines, niſi ſecundum q̄ dona perficiunt ipſas virtutes, vt ſicut promptæ ad operandum, & omne obſtaculum cito, facileq́ue repellant. De prima ergo & fundamentali beatitudine veritas ait. ⌊Beati pauperes ſpiritu.⌋ In qualibet beatitudine duo tanguntur, videlicet meritum & præmium. Meritum eſt ipſa beatitudo viæ, videlicet actus virtutis, quod tangitur cum dicitur, Beati, &c. Præmium vero eſt merces merito correſpondens, quæ tangitur cum dicitur, quoniā, &c. Cum enī actus virtutis in hac vita ſit laborioſus aliquo modo, maxime in principio. Ars nanq; & virtus ſunt circa difficilia, ſecūdum philoſophum. Idcirco ſaluator beatitudines cōmendans, protinus ſubdit de præmio, vt ad beatitudines exercēdas nos excitet. Cōmemoratio enī mercedis prouocat & cōfortat laborantē. Expedit inſuper ſcire, q̄ beatitudo eſt duplex, videlicet viæ & patriæ. Beatitudo viæ, eſt meritū ſeu actio virtuoſa, vnde iā ſermo. Beatitudo patriæ, eſt p̄miū cœleſte. Beatitudo q̄q; habet dupliciter. ſ. in ſpe & in re. Beatitudo ergo patriæ nunc habet in ſpe, per hoc q̄ beatitudo viæ habet in re. Hæc eſt enī diſpoſitio propinqua & ſumma ad illam. Præterea cum beatitudo ſtricte accepta ſit optima operatio perfectiſſimæ virtutis, oportet q̄ inter octo beatitudines, ſit vna ſumma & eſſentialiter beatitudo vocata, præſertim cum in omni genere & ordinata multitudine ſit vnum primum atq; præcipuum, ad quod alia ordinātur. Hæc autem beatitudo in via eſt mundicia cordis, in patria vero eſt viſio dei, quæ ponit tota merces. Ad mundiciam ergo cordis aliæ beatitudines diſponunt ac referunt. Ex quo patet q̄ beatitudines non enumerant hoc loco ſecundum ordinem dignitatis ſeu perfectionis, quæ eminentiora ac meliora priora vocant: ſed partim ſecundum ordinem generationis, quo imperfectum præcedit perfectum, iuxta quem modum dicit Apoſtolus: Non prius quod ſpiritale ſed quod animale, deinde quod ſpiritale. Primam autem beatitudinem, qua dicit: Beati pauperes ſpiritu, Hieronymus, Auguſtinus, & Chryſoſtomus exponūt de humilitate, vt ſit ſenſus, Beati pauperes ſpiritu, id eſt humiles corde, qui non inflant, non magna de ſeipſis præſumunt, nec aliquid boni ſibi, ſed totum deo attribuunt, penſantes illud Apoſtoli: Quid habes quod non accepiſti. Et illud: Qui ſe putat aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. De quibus ait Pſalmiſta: Humiles ſpiritu ſaluabit. Qui autem in proprijs oculis magni, & ſapientes, cæteriſq; perfectiores ſunt, non ſunt pauperes ſpiritu. Ambroſius vero & Leo papa exponūt de voluntaria paupertate, propter deum aſſumpta, deſiderata vel complacente, vt ſit ſenſus, Beati, ſunt iam in ſpe, imò & beati in re, loquendo de beatitudine viæ, pauperes. i. temporalibus bonis carentes, ſpiritu. i. cum affectu cordis, ita q̄ diuitias non appetunt, ſed contemnunt, & in paupertate ſua lætant, nil propriū poſſidentes, dicentes cum Paulo: Omnia arbitror vt ſtercora, vt Chriſtū lucrifaciā. Hæc eſt paupertas euangelica, quā cōſulit Chrūs, dicēdo: Qui nō renūtiat oībus q̄ poſſidet, nō poteſt eſſe meus diſcipulus. Itemq́; Si vis perfectus eſſe, vade & vēde oīa q̄ habes, & da pauperibus. Hæc eſt paupertas illa ditiſſima, de qua Apoſtolus loquitur. Altiſſima paupertas eorum abūdauit in diuitias ſimplicitatis eorū. Hæc quoq; eſt paupertas potentiſſima, de qua Petrus claudo nato. Argentum (ait) & aurū nō eſt mihi quod autē habeo hoc tibi do, In nomine Ieſu ſurge & ambula. De vtriſq; autē pauperibus intelligi p̄t illud Eſaiæ: Dn̄e deus cōfitebor tibi, q̄a factus es fortitudo pauperi & egeno in tribulatione ſua. Hæc ergo paupertas cōtemnit oīa exteriora, honores atq; diuitias, quantū poſſibile eſt: quatenus ſummo enti, in quo oīa bona, oīa pulchra ac deſiderabilia ſupplenifſime cōtinent, abſoluta, tota, & libera mēte adhæreat hō, qui tāto minus deo cōiungit, q̄to amplius

F

tranſitorijs implicat, & p̄ diuerſa diſtrahit. O amāda, venerāda, & amplectenda paupertas, cuius ſe Chr̄s dedit exēplū, propter nos paup̄ factus, cū eēt diues, ſcd̄m q̄ ait, Volucres cœli nidos hn̄t, & vulpes foueas, filius aūt hoīs nō habet vbi caput reclinet. Deniq; ſcd̄m vtranq; expoſitionē, paup̄tas ſp̄us eſt baſis ſeu fundamētū beatitudinū cæterarū. Humilitas enī eſt radix, cuſtos, & ſtabilimētū virtutū, & oīs p̄fectionis. Simil'r diuitiarū abiectio, efficit hominē ad oīa ſp̄ūalia expeditū, cœleſtiūq; gratiarū abundāter capacē. Deinde ſubdit p̄miū pauperū ſp̄ū, ſeu merces volūtariæ paup̄tatis, ⌊qm̄ ipſorū eſt regnū cœlorū⌋. i. cœleſtis patriæ opulētia eis pro mercede debet, atq; parata eſt. Per regnū ergo cœlorū pleniſſima oīm bonorū ſufficientia deſignat, de q̄bus Eſaias & Paulus teſtant, quia oculus non vidit, nec auris audiuit, q̄ p̄parauit deus his qui diligunt illū. Quæ aūt ſunt bona hæc, niſi obiectaliter ipſemet deus glorioſus, & felix, diues in ſe, & diues in alijs, qui erit omnia in omnibus, Formaliter vero ſunt, dotes animæ & corporis, & cætera quæ cœleſtem beatitudinem ornant, cōplent, perficiūt. Cum enī p̄mium correſpondeat merito, pauperibus & humilibus rite promittit opulentia, atq; ſublimitas regni cœleſtis. ⌊Beati mites⌋. i. qui omnē irrationabilē irā refrenant, & animo manſueto illatas aduerſitates atq; iniurias ſuſtinent, nec propter aliquod cōtrariū occurrens iraſcuntur. Mititas nempe ſeu manſuetudo eſt virtus moralis, paſſionē iræ refrenans ac moderans. Nunc tamē p̄ſertim fit mentio de mititate purgati animi. Et ſumitur mititas

pro

Marginal notes: Beatitudo q̄libet, & meritū & p̄miū cōplectit. — Beatitudo bipartita. — 1. Cor. 15 — 1. Cor. 4 — Galat. 6 — Pſal. 33 — Philip. 3 — Lucæ. 4 — 2 Cor. 8 — Acto. 3 — Eſaiæ. 26 — 2 Cor. 8 — Lucæ 9 — Regnū cœlorū — Eſaiæ 64 — 1. Cor. 2 — Ephe. 2 — Præmiū merito correſpōdet — Mititas q̄d.

A pro actu mititatis. Videſ aũt mititas iam parum extẽſius accip i q̃ modo prædicto, videlicet
prout patienciã, paſſionẽ triſtitiæ ordinãtem includit, vt mites vocenſ hoĩes patiẽtes, amari
tudinis felle & indignatiõe, & appetitu vindicte carẽtes. Queadmodũ aũt ira cõparaſ ſtulti-
tiæ, qm̃ actũ rõnis plurimũ impedit, & inhoneſtos geſtus in vultu ac corpe parit, propter q̃d
Eccleſiaſtes dicit: Ne ſis velox ad iraſcendũ, qm̃ ira in ſinu ſtulti requieſcit. Et Iob: Virũ ſtul- Eccleſiaſtes.7
tum interficit iracũdia, Salomone quoq; teſtãte: Qui impatiẽs eſt, operaſ ſtultitiã. Et doctri Iob.5
na viri p patientiã noſciſ. Sic mititas maximè ornat ſciam, atq; diuinæ ſapiæ illuſtrationem Prouerb.14
mereſ, faciẽs hoĩem veraciter ſapientẽ, modeſtũ, ornatũ, ſcd̃m q̃d ait Pſalmiſta: Loquens de Prouerb.19
deo: Diriget mãſuetos in iudicio, docebit mites vias ſuas. Et qm̃ mititas ſapiam promereſ, Pſalm.24
& ad ſtabilem cõtemplationẽ diſponit, impedimẽta cõtemplatiõis & cauſas internæ inſtabi-
litatis tollendo, videlicet, irã, impatienciã, indignationẽ, & amaritudinẽ, ideo mites experi
ri merenſ internæ pacis dulcedinem, iuxta illud Pſalmiſtæ: Manſueti aũt hæreditabunt terrã Pſalm.36
& delectabunſ in multitudine pacis. Hæc etiã virtus ſpecialem à deo grãm ac familiaritatẽ
ſortiſ, imò & ſublimationem ac beatitudinis altitudinẽ, prout ferſ in Pſalmo: Quia benepla-
citũ eſt dño in populo ſuo, & exaltabit mãſuetos in ſalutẽ. Facit quoq; hoĩem proximis ſuis
vehementer amabilem, ſicut Eccleſiaſticus ſcribit: Fili in mãſuetudine opa tua pfice, & ſuper Eccl.3
hoĩm gloriã diligeris. Hinc Iacobus ait in ſua canonica: Quis ſapiẽs & diſciplinatus inter vos Iaco.3
oſtendat ex bona cõuerſatione opationẽ ſuã in mãſuetudine ſapiæ. Vnde Dionyſius in Epl'a Dionyſius
ad Demophilũ monachũ aſſerit, ideo Moſen, Ioſeph, & Dauid, maximã apud deũ grãm in- Nume.12
ueniſſe, qm̃ mãſueti fuerũt. Conſequenter poniſ proportionatũ præmiũ beatitudinis huius: Gene.42
" ⌊quoniã ipſi poſſidebunt (in p̃ſenti vita) terrã⌋ proprij corpis. i. carnẽ ſuã habebunt rõnis im
perio ſubditã, compoſitã, gubernatã. Cum em̃ radio diuinæ ſapiæ doceanſ, ſeipõs gubernãt
B in omnibus. In futuro aũt poſſidebunt terrã. i. firmã & ſtabilem mãſionem paradiſi cœleſtis:
de qua Propheta: Credo videre bona dñi in terra viuentiũ. Et placebo dño in regione viuo
rum. De qua in Eſaia habeſ: Si glorificaueris domũ dum non inueniſ voluntas tua, ſuſtollã te Pſalm.26
ſup altitudinẽ terræ, dicit dñs: Hoc eſt correſpõdens p̃mium mitiũ, vtpote ne æſtimemus in Eſa.58
futuro mites ſic poſſe repelli à terra cœleſti p inuiſibiles hoſtes, qũo nunc frequẽter expellunſ
à terra elemẽtari ac hæreditaria p hoſtes viſibiles. Cõueniẽter interea poniſ mititas poſt pau
pertatem ſpũs. Primo, quoniã humiles & inopes faciliter contemnunſ iniuriaſq;, & multas
penurias atq; incommoda ſentiunt: idcirco in primis maxime indigent mititate, ne ad iram,
vel impatientiã concitenſ. Secundo, quoniã humiles ac pauperes maxime diſpoſiti ſunt ad
mãſuetudinem obſeruandã, ſicut ſuperbi & cupidi ad iraçundiam proni ſunt, iuxta illud: Vbi Prouerb.11
fuerit ſuperbia, ibi & contumelia, vbi autem humilitas, ibi & ſapia. Sequiſ beatitudo tertia.
" ⌊Beati qui lugent,⌋ Propria vel proximorum peccata deflendo, & ad p̃riam ſuſpirãdo, vel
Chriſto paſſo ac crucifixo, compatiendo cordialr̃. Sic luxit qui ait: Exitus aquarum dedu Pſalm.118
xerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuã. Sic Samuel luxit Saulem. Hieremias Hie 1.Regũ.15
ruſalem, Daniel populi ſui captiuitatem. Sic ex deſiderio p̃riæ luxit Apoſtolus, dicens: Infe- Hiere.12.
lix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et Pſalmiſta: Fuerunt mihi lachry Dani.10
mę meę panes die ac nocte, dum diciſ mihi quotidie, vbi eſt deus tuus. Et denuo: Hei mihi q: Roma 7
incolatus meus prolõgatus eſt. Hic luctus omnem carnalem delectationem guſtus & tactus; Pſalm.41
omnem inanẽ gloriationẽ in verbis, factis, & ludis abſcindit, queadmodũ ſcriptũ eſt: Rẽnuit Pſalm.119
cõſolari anima mea. Et Eccleſiaſtes: Riſum reputaui errorẽ, & gaudio dixi, cur fruſtra deci- Pſalm.76
C peris. Videſ quoq; hic luctus eſſe actus pœniæ, vel charitatis fraternæ, ſiue diuinæ, ſcd̃m q; di Eccleſiaſtes.2
uerſæ ſunt cauſæ ac ſpecies luctus. Aliqui vero infeliciter lugent propter damna temporalia.
" Præmiũ luctus eſt. ⌊quoniã ipſi cõſolabunſ⌋ p internã diuinæ viſitatõis dulcedinẽ, ſicut te-
ſtaſ Propheta. Scd̃m multitudinẽ doloꝝ meoꝝ in corde meo cõſolatões tuæ lætificauerunt Pſalm.93
animã meã. Conſolanſ aũt in p̃ſenti inchoatiue & aliqualr̃: in p̃ria vero cõplete atq; totalr̃.
Si em̃ cõpatimur & cõglorificabimur. Pio etem̃ luctui ſæpe miſceſ, & pene ſemp eũ cõcomi Roma.8
taſ cõſolatio ſpũs ſancti, ſcd̃m illud: Dñe poſt tempeſtatẽ tranquillũ facis, & poſt fletũ exul- Tobi.3
tationẽ ĩfundis. Vere em̃ & copioſe mereſ guſtare quã dulcis ẽ dñs, ita vt cũ admiratõe excla
met. Quã magna mľtitudo dulcedinis tuæ dñe. Qui hũc ſctm̃ luctũ aſſumit oĩa vana oblecta Pſalm.33
menta aſpernaſ, dicens cum Salomone: Melius eſt ire ad domũ luctus, q̃ ad domũ conuiuij. Pſalm.30
Conuenienter aũt ordinaſ btĩtudo luctus tertio loco, quia poſt exterioꝝ abnegationem, & Eccleſiaſtes.7
adeptã animæ manſuetudinem, aptus eſt homo ad cõſiderationẽ eoꝝ, quæ p̃inductũ pariũt
" luctum. Sequitur quarta beatitudo: ⌊Beati qui eſuriũt & ſitiunt iuſtitiã⌋. i. tã ardenti affectu
appetunt in omnibus iuſtitiã obſeruari, vt deus honoretur in omnibus, ſicut famelicus appe
tit cibum & potum corporalem. Itaq; eſurire & ſitire iuſtitiã, quæ eſt virtus generalis, de qua
nunc ſermo eſt vehementer optare, vt omnes deo obediãt, & tã ipſe q̃ alij in bona vita profi
ciant, vnicuiq; quoq; quòd ſuum eſt, conferatur. De tali ſiti loquitur Eſaias: Omnes ſitientes Eſaię.55
venite ad aquas. Et Chriſtus Iohannis ſeptimo: Si quis ſitit, veniat ad me. Hac fame, Iohan.7

& ſiti laborant homines religioſi, qui toto conatu ſtudent, quotidie in gr̃a creſcere. De virtu D
te in virtutē procedere, & deo ſemp cū ampliori reuerentia deſeruire, ſcdm̃ q́ ait Apoſtolus:
Phil.3 Ego nō arbitror me apprehendiſſe, vnū aūt quæ quidē priora ſunt, obliuiſcens. In anteriora
aūt extendēs meipm̃, ad deſtinatā ſequor. Nemo aūt tm̃ proficit, quantū deſiderat: quatenus
hocipm̃ quod agit pro nihilo reputet, ſeq́ humiliet, & iuſtitiā eſurire nullo ceſſet in tpe. Cū
Lucæ.17 em̄ fecerimus omia quæ p̄cepta ſunt nobis, dicere debemus: Serui inutiles ſumus, quod debui
mus facere, fecimus. Magna pfectio eſt iſta eſuries, quæ pctā cōſumit, queadmodū ignis de-
uorat ſtipulā, cuius p̄miū ſubdit. [quoniā ipſi (ſic eſurietes) ſaturabunt] Nunc em̄ aliqualiter »
ſaturanť pane ſacramētali, de quo ait Saluator: Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus ve-
Johan.6 rè eſt potus. Pane quoq́ obedietiæ, de quo ait Iohānes: Meus cibus eſt, vt faciā voluntatem
Johan.4 pr̄is mei. Augeť em̄ in eis gr̄a dei quotidie, quia quo aliquis magis ſe p̄parat gr̄æ, eò copioſius
eam ſortiť. In futuro aūt ſaturabunť pleniſſime in intellectu atq́ affectu: quia tā clare deū vi-
debunt, poſſi debūt, ac diliget, ſicut optabūt, eumq́ habēdo obtinebūt, quicquid optauerint.
Pſalm.16 Propter q̄d dicit Pſalmiſta: Adimplebis me lætitia cū vultu tuo. Et ſatiabor cum apparuerit
gloria tua. Porro iſta eſuries & ſitis ſequiť luctum p̄dictū, quia dum homo impfectū ſuū cōſpi
cit, alioꝝ pctā ppendit, ad futurā felicitatē ſuſpirat: aliud nō exquirit niſi vt purgeť à culpa,
tam ipſe q̄ alij, creſcat in gr̄a, & pr̄iæ appropinquet iugiter p feruida deſideria. [Beati miſeri- »
cordes] alijs cōpatiēdo, ſubueniēdo, ignoſcendo: imò eoꝝ miſeriā quaſi propriā æſtimādo, »
ac releuādo, corpales ac ſpūales eleemoſynas impartiēdo, quoꝝ p̄miū eſt: [Qm̄ ipſi miam cō »
ſequenť] .i. pctōrum remiſſionem, optatæ gr̄æ infuſionē, atq́ diuinæ pietatis ſuccurſum in »
Pſalm.40 omnibus. Hoc eſt q̄d dicit Pſalmiſta: Beatus qui intelligit ſup egenū & pauperē, in die mala li- E
Prouerb.14 berabit eū dn̄s. Ideo Salomon dicit: Per fidē & miam purgant pctā. Et qui pronus eſt ad mi
Prouerb.22 ſericordiā benediceť. Tobias quoq́ inſtruens filiū ſuum, ſic eū hortať: Qoū potueris, ita eſto
Tobiæ.4 miſericors, & ne auertas faciem tuā ab vllo paupere. Ita em̄ fiet, vt nec à te auertať facies dn̄i
Miſericordes qui cenſendi Plane miſericordes rite cenſendi ſunt, qui implent illud Apoſtoli: Quis infirmať, & ego nō
Roma.8. infirmor: Quis ſcandalizať & ego non vror: Et rurſum: Alter alterius onera portate. Hinc
Gala.6 admonet Epheſios: Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & deus
Epheſ.4 in Chriſto donauit vobis, hac virtute deo aſſimilamur, cui proprium eſt miſereri & parcere.
[Beati mundo corde] Hoc eſt: Puri in intellectu, & ſynceri in volūtate, ita quòd conſciam »
peccati non habent, nec aliqua intentione obliqua fœdanť, ſed cōtemplationi ac dilectioni
dei altiſſimi, cœleſtiumq́ bonoꝝ vacāt ſine p̄mixtiōe erroris, & abſq́ occurſu paſſionis ani-
mā obtenebrantis. Ad hanc cordis munditiā diſponūt virtutes morales, appetitū ſenſitiuū à
paſſionum inordinatiōe purificātes, & cæteræ virtutes intellectuales, naturales, atq́ iuſtitia,
quæ eſt virtus ſpecialis, moralis. Omnia em̄ hæc ordinanť ad hoc, vt intellectus dono ſapiæ
ſupnaturalis ſupnaturaliter illuſtreť. Donis quoq́ intellectus ſciæ & conſilij. Et vt voluntas
diuina charitate feruefcat, donisq́ tribus, videlicet, fortitudine, timore, & pietate perficiať,
quibus peractis, potens eſt anima ſtabiliť, ſyncere, & affectuoſe, deo vacare, contemplando,
Munditia cordis. ac diligēdo, ſicq́ mundicia cordis eſſentialť eſt ardens contēplatio dei, ſeu cōtemplatiua eius
dilectio. Ad hāc cordis mūditiā p̄duciť hō triplici via ſeu tripli actiōe, hierarchica (vtpote pur
Sapiæ.7 gatiua) qua mundanť à culpa. Illuminatiua, qua diuinitus illuſtrať. Fitq́ ſedes ſapiæ, & vniti-
ua, ſeu pfectiua, qua charitate accenſus deo coniungiť. Cum ergo puritas cordis ſit finis oīm F
exercitioꝝ noſtroꝝ, ac ſumma pſentis vitæ pfectio, debemus inceſſabiliť eā intendere, ad eā
ſuſpirare, ad eius conſiderationem intellectū reducere, totieſq́ dolere ac reſipiſcere, quoties
ſentimus nos ab ea corruiſſe, receſſiſſe, vel elongationem aliquam incurriſſe, p̄pter q̄d Salo-
Prouerb.4. mon monet: Omni cuſtodia ſerua cor tuū, quia ex ipſo vita procedit. Et Moſes: Cuſtodi te-
Deuter.4 metipſum, & animā tuā ſolicite. Ne obliuiſcaris verboꝝ dn̄i, & ne excidāt de corde tuo cun
ctis diebus vitæ tuæ. Hoc deo iuuante facere poſſumus, ſi diuini vultus pſentiā atq́ iudicium
3.Regū.17 ſapiēter penſemus, dicētes cū ſancto Helia: Viuit dn̄s, in cuius cōſpectu ſto hodie. Et cū Pſal
4.Regū.3 miſta: Meditatio cordis mei in cōſpectu tuo ſemper. Talis erat ſanctus Iob, dicēs: Nonnē de
Pſal.18 us cōſiderat vias meas, & omnes greſſus meos dinumerat: Nec ſolū paſſiones & vitia magna,
Iob.31 ſed & cogitatiōes ſupfluæ, & diſtractiōes inanes cordis tollūt, aut minuūt puritatē, quia ve-
Eccle.19 riſſime ait ſcriptura, qui negligit modica, paulatim decidit. Oportet ergo oēm animi euaga-
tionē & cogitationē inutilē deuitare, atq́ ad fortiendā cordis puritatē infatigabiliť vigilare,
laborare, & exorare, [quoniā ipſi deum videbunt] facie ad faciem, i. clare p ſpeciem quæ vi- »
Pacifici qui ſio beatifica correſpōdet mūdiciæ cordis. Sequiť beatitudo ſeptima. [Beati pacifici] Hoc ē »
internæ pacis, fraternæ concordiæ, cōisq́ vnanimitatis amatores, ſectatores, & opatores, q
primo in ſeipſis pacē habere conanť, vt appetitus inferior ſuperiori obediat, ſenſualitas rōni
& caro ſpūi, & ipſe totus homo obediat deo. Deinde cū alijs ſatagunt pacē hr̄e, & diſcordātes
Acto.4 recōciliare, oēſq́ ad vnanimitatē quandā reducere, queadmodū in primitiua ecclīa. Multitu
dinis credentium erat cor vnum & aīa vna. Sic em̄ deus habitare facit vnius moris in domo.
De qua

A De qua habitatione concordi atq; fraterna cantamus: Ecce quàm bonum, & quàm iocundũ Pſalm.67
habitare frẽs in vnum. Hæc pax ex charitate procedit, iuxta illud Pſalmiſtæ: Pax multa dili- Pſalm.132
gẽtibus legem tuam. Et per iuſtitiam cuſtodiꝛ, ſicut Eſaias fateꝛ: Et erit opus iuſtitiæ pax, de Pſalm.118
qua pace dicit ſaluator: Pacẽ meã do vobis, nõ quõ mũdus dat, ego do vobis. Itemq; Apoſto Eſa.32
lus: Pax Chr̃i quæ exuperat omnẽ ſenſum, cuſtodiat corda vr̃a. Quod em̃ pax iſta appetẽda Iohan.14
ſit, ꝓcipue om̃i Chr̃iano, cõſtat ex hoc ꝙ Chr̃s ſuos diſcipulos ſalutãdo dicere cõſueuit. Pax Phil.4
vobis: eisq; ꝓcepit: In quãcũq; domũ intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui. Idcirco ad Iohan.20
hãc beatitudinẽ ſępe nos hortaꝛ Ap̃lus, vt cũ ait Epheſiis: Sollicite ſeruare vnitatẽ ſpũs in vin Matth.10
culo pacis. Et alibi: Si fieri (inquit) ꝑt quod in vobis eſt, cũ om̃ibus hoĩbus pacẽ habẽtes. Præ- Ephe.4
“ mium aũt pacificoꝝ ſubiungit: ⌊Quoniã filij dei vocabunꝛ.⌋ Hoc eſt, adoptiui, & digni erũt Roma.12
vocari filij dei in ꝓſenti ſeculo, & in futuro potiſſimũ. Homines nãq; filij dei vocanꝛ propter
aliquã aſſimilationẽ cũ eo. Hoc aũt maxĩe cõuenit deo amare & facere pacẽ, ſcd̃m illud Apo 2.Cor.5
ſtoli: Deus erat in Chr̃o mundũ reconciliãs ſibi. Et de Chr̃o ait: Ipſe em̃ eſt pax ñr̃a, qui fecit Ephe.2
vtraq; vnum. Pacifici ergo ſunt ſimiles deo, qui cũ Pſalmiſta dicere poſſunt: Cum his q̃ ode Pſalm.119
runt pacem, eram pacificus. Veruntamẽ ſicut dicit Chryſoſtomus: Multi ſunt q̃ alios liben
ter reconciliãt, & ipſi inimicis ſuis nunq̃ ex corde recõciliant. Hi tales, illuſores ſunt pacis nõ
“ amatores. Octaua demũ beatitudo ſubiungiꝛ: ⌊Beati qui ꝑſecutionem patiunꝛ propter iuſti
“ tiam⌋ Hoc eſt, propter veritatẽ doctrinæ, propter veritatẽ vitę, vel propter veritatem iuſti
tiæ. ſ. propter fidem, bonã conuerſationẽ, vel æquitatis, & iuris defenſionẽ: & hoc ex amo-
re dei, ad eius honorẽ & gloriã. Veritas enim & æquitas pariunt odiũ. Qui igiꝛ propter nullã
B aduerſitatem & ꝑſecutionẽ relinquit viam iuſtitiæ, ille beatus eſt, dicẽs cum ſancto Iob: Do- Iob.27
nec deficiam, non recedam ab innocentia mea, & iuſtificationem quam cœpi non deſeram.
Multi aũt propter ſuos exceſſus caſtiganꝛ, qui volentes ſeipſos excuſare, & quaſi beatificare,
cõueniẽter allegant iſtã ſcripturã, dicẽtes: Beati qui ꝑſecutionẽ patiunꝛ propter iuſtitiã, cũ
ipſi cõdignã luant diſciplinã propter ſuã malitiã. Verũtamẽ ſi q̃s exceſſit, & pœnã ſibi infli-
ctam pro culpa ſua æquanimiter tolerat, etiã ipſe quodãmodo btũs eſſe videꝛ. Quãuis enim
nõ patiꝛ propter iuſtitiã ſuã, tanq̃ propter cauſam alios ad ꝑſequendũ mouentẽ, patiꝛ tamẽ
propter iuſtitiam, tanquàm propter cauſam finalem, videlicet vt ſua culpa ꝑ pœnã ordineꝛ,
Et dei iniuria vindiceꝛ, amiſſaq; gr̃a repareꝛ. Idcirco quicquid aduerſitatis & pœnæ nobis ac- Iudith.8
ciderit, debemus propter noſtra pc̃tã patienter ſufferre, reputãtes hæc ipſa ſupplicia nr̃is flagi
tijs eſſe minora. Sed hoc multo minus eſt, q̃ propter iuſtitiã pati. Vnde Petrus inquit: Hęc ẽ 1.Petr.2
gr̃a, ſi propter conſciam dei ſuſtinet q̃s triſtitias patiẽs iniuſte. Quæ em̃ gr̃a, ſi peccãtes & col
laphizati ſuffertis? Si aũt benefaciẽtes ſuſtinetis, hæc eſt gr̃a apud deũ. In hoc em̃ vocati eſtis
“ Inſuꝑ taliter patientiũ præmium ſubdiꝛ: ⌊quoniã ipſoꝝ eſt regnũ cœloꝝ.⌋ i. æternã victo-
riam conſequenꝛ. Oppreſſis em̃ atq; afflictis, maximè conuenit gloria regni, cõſolatioq; cœ
leſtis, hoc præmiũ octauæ & vltimæ beatitudinis, primæ quoq; beatitudini eſt promiſſum, cũ
diciꝛ: Beati pauperes ſpũ, qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ cœloꝝ. Conſiderãdo nempè in regno cœleſti
ſublimitatẽ & opulentiã vniuerſoꝝ bonoꝝ, ſic poniꝛ præmiũ paupertatis. Conſiderãdo aũt Quam diuerſa
in eo plenitudinẽ gaudioꝝ, ſic poniꝛ præmiũ patientiũ & afflictoꝝ propter iuſtitiã, prædi- rõne primæ ac
ctaꝝ aũt btitudinũ ꝓmia vnũ & idẽ ſunt, vel eſſentialr̃ vel reductiue. Quid em̃ ẽ regnũ cęloꝝ vltimæ btitudi
C niſi poſſeſſio terrę viuentiũ? Et q̃d eſt cõſolatio pr̃iæ, niſi ꝑdicta poſſeſſio, vel aliq̃d cõſequẽs ni, regnũ cœloꝝ
eã? Silr̃ ſaturari & deũ videre idẽ exiſtũt. Huius vltimæ btitudinis ad martyres maxime pti ꝑmio ponaꝛ.
nẽtis, om̃es electi participes ſunt, prout teſtaꝛ Ap̃lus: Quia oẽs q̃ volũt pie viuere in Chr̃o ꝑ- 2.Timo.3
“ ſecutionẽ patienꝛ. Cõſeq̃nter ſaluator q̃ſi exponit btitudinẽ vltimã. ⌊Beati eſtis cũ maledi-
“ xerint⌋ Id eſt, malum de vobis dixerint ⌊homines⌋ ſcd̃m modũ q̃ ſubdiꝛ. ſ. propter Chr̃m
“ ⌊& ꝑſecuti vos fuerint⌋ mala inferendo, vel de loco ad locũ fugãdo, ⌊& dixerint om̃e malũ
“ aduerſum vos⌋ varia crimina vobis imponẽdo nõ veraciter, ſed ⌊mentiẽtes⌋ i. mẽdaciter
“ vos accuſantes ⌊ꝓpter me⌋ i. oĩa mala hæc vobis inferẽtes ob id, qm̃ mihi adhæretis ac mi
“ niſtratis, vel ꝓpter iuſtitiã vr̃am. ⌊Gaudete⌋ iterius cordialr̃ delectãdo in iſtis aduerſis, quẽ-
“ admodũ dicit Ap̃lus: Gloriamur in tribulationibus, ⌊& exultate⌋ i. ex plenitudine interio- Roma.5
ris iocunditatis ſigna lætitiæ foris oſtendite, iuxta illud: Cor meũ & caro mea exultauerunt Pſalm.83
in deum viuum. Hoc eſt, quod in Iacobo doceꝛ: Omne gaudium exiſtimate frẽs, cum in di- Iaco.1
uerſas tentationes incideritis. Hæc enim ſunt magna beneficia dei, ſicut affirmat Apoſtolus,
dicens: Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolum vt credatis in eum, ſed etiam vt patiamini
pro illo. Et Petrus: Si exprobramini (inq̃t) in nomine Chr̃i, beati. Hinc ait ſaluator: In mũdo 1.Petr.4
“ preſſurã habebitis, ſed cõfidite quia ego vici mundũ. ⌊qm̃ merces vr̃a copioſa eſt in cœlis.⌋ Iohan.16
Hæc eſt vna rõ gloriandi in aduerſis, magnitudo remunerationis, quia teſtante Apoſtolo: Id 2.Cor.4
quod in præſenti eſt momentaneum, & leuæ tribulatiõis noſtræ, ſupra modũ in ſublimitate
æternũ gloriæ pondus operaꝛ in nobis, vnde ſaluator ait diſcipulis ſuis: Vos nũc q̃dẽ triſtitiã Iohan.16
habetis, iteꝝ aũt videbo vos, & gaudebit cor vr̃m, & gaudiũ veſtrum nemo tollet à vobis.

Cum er

Roma 8. Cum ergo non ſint condignæ paſſiones huius tpis ad futuram gloriam, debemus in omi tri- D
bulatione cordialiter exultare. Gaudendũ quoq; eſt in iſtis aduerſis propter alias cauſas. Vi-
delicet quia p eas Chriſto paſſo aſſimilamur, deũ veneramur, & ſanctis hoïbus cõformamur
ideo ſubdit: ⌊ſic enim⌋ hoc eſt etiam ideo in aduerſis & pſecutionibus iſtis gaudere, ⌊pſe- »
Actor. 6 cuti ſunt (Iudæi) Prophetas qui fuerũt ante vos⌋ videlicet Eſaiã, Hieremiã, & cæteros, pro- »
pter qd Stephanus ait: Quẽ prophetaꝝ non ſunt pſecuti pr̃es veſtri. Ex hoc patet verba iſta
Quæſtio ſpecialiter dici ad Apoſtolos cæterosq; diſcipulos. ¶ Circa præinducta magna orit quæſtio
Lucæ. 6 an ſermo præſens, quẽ hoc loco deſcribit Matthæus ſit idẽ cũ ſermone, qui in Luca deſcribit:
Ad hoc quidã dixerũt, q imò, qa vterq; ſermo idẽ habet principiũ, eũdemq; finẽ, & in mul-
tis intermedijs coincidit. Alij tenẽt oppoſitũ. Primo, quoniã ſcd̃m Matthæum Chriſtus p-
dicauit in monte, ſcd̃m Lucam autem deſcendit de monte, & prædicauit in loco campeſtri.
Secundo, quia ſcd̃m Matthæum prædicauit ſedendo, ſcd̃m Lucam ſtando. Tertio, quia ſe-
cundum Matthæum docuit octo beatitudines, ſcd̃m Lucã quatuor. Quarto, quoniã Lucas
multa omittit quæ ponit Matthæus: Quid hoꝝ ſit verius, ignorat: vtriuſq; tñ opinionis rõ-
nes ſatis faciliter ſoluerent. Primã nãq; opinionẽ tenẽdo diceret, q Chriſtus primo cũ diſci-
pulis montẽ aſcẽdit, ibiq; electiõe Apl'oꝝ facta, & prædicatione incepta deſcẽdit verſus pe-
dem montis, & ibi ſtãs docuit diſcipulos, & populũ ſimul, & ſi mõs ille fuit in cãpo. tunc vtiq;
Lucæ. 11 ſtando circa mõtis aſcenſum, ſtetit in loco cãpeſtri. Nec obſtat, q multa omittit Lucas, quę
ponit Matthæus, ſicut in orõne dñica Matthæus ponit ſeptem petitiões, Lucas quinq; dũta- E
xat, vterq; tñ eoꝝ eãdem orõnem deſcribit: Sciẽs em̃ vnus Euãgeliſta, aliquid ab alio plenè
digeſtum, minus proſequit illud: Qui vero ſecundã opinionẽ tuet, dicere poteſt, q nõ ſit in-
cõueniẽs, diuerſos ſermones eodẽ modo inchoari ac terminari, atq; in multis cõicare. Hęc ſe-
cunda opinio verior æſtimat à quibuſdã, videlicet, q fuerint diuerſi ſermones, ſicut pateſcit
diligenter conſpiciẽti vtriuſq; ſermonis deſcriptionem.

¶ Proſecutio expoſitionis præſentis capituli, ab eo loco quo dicit: Vos eſtis ſal terræ, &c. Articulus decimus.

Lucæ. 6 QVamuis ſermo iſte ad turbas factus dicatur, ad Apoſtolos tamen præſertim dire-
ctus eſt: In principio enim huius capituli dicebatur: Acceſſerunt ad eum diſcipuli
eius, & aperiens os ſuum, docebat eos, Lucas etiam dicit: Eleuatis oculis in diſci-
Eccleſiæ prælati hic aduertãt pulos ſuos dixit, &c. Eoſdem ergo nunc alloquens, docet, quales debeant eſſe,
tam ipſi quàm eorum ſucceſſores, videlicet omnes prælati: ⌊Vos eſtis ſal terræ⌋ .i. condimẽ- »
tum hominum in terra viuentium, quia per diſcretionem & exemplarem conuerſationẽ ve-
ſtram corda alioꝝ condiri ſeu dirigi debent, vt ſaporem habeant opeꝝ virtuoſoꝝ, & vt pſer-
uent à putredine vitioꝝ, quemadmodum ſal confert cibis ſaporem, & à putrefactione cõſer-
uationem. Per ſal ergo notat diſcretio quæ in omni opere neceſſaria eſt, propter q in Leuiti-
Leuitic. 2 co dicit: Quicquid obtuleris ſacrificij ſale condies, in omni oblatione offeres ſal, vnde ait Sal-
Marci. 9 uator: Habete in vobis ſal. Et quia exempla ſuperioꝝ maxime dirigunt, & conſeruant ani-
mas ſubditorum, conuenienter per ſal deſignatur conuerſatio exemplaris. ⌊Quòd ſi ſal eua- »
nuerit⌋ Hoc eſt: Corruptum fuerit, & ſuum vigorem perdiderit, ⌊in quo ſalietur⌋ .i. quid il- »
lo condiri poterit? Nil vtique. Tunc enim potius inficit cibum quàm proſit, ideo ſubditur: F
⌊Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittat foras⌋ Hoc eſt: Penitus effundat, ne locum in domo »
inutiliter occupet, vel per errorem cibo immiſſum ipſum corrumpat ⌊& conculcetur ab ho- »
minibus⌋ in via vbi effuſum eſt ſal pergentibus. Per hoc inſinuatur, quòd prælatus indiſcre- »
tus vel inemplariter viuens, non condit, nec dirigit corda ſubditorum, nec poteſt eis prodeſ-
ſe, ſed potius obeſt: idcirco prælatione indignus eſt, & ab ea auelli meretur, ac humiliari, atq;
1. Timo. 4 ſubeſſe. Propterea Paulus admonet Timothęum, imò & omnem prælatum. Eſto exemplum
fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, hoc enim faciens, teipſum ſaluum facies, &
eos qui te audiunt. Conſequenter Chriſtus comparat eos luci. ⌊Vos eſtis lux mundi⌋ .i. do- »
ctores hominum in mundo degentium, quoniam mentes aliorum illuſtrare debetis radio ſa-
pientię atq; ſciæ, docendo eos quid credendum, quid ſperandum, quid diligendum, quomo-
do diſcernere debeant inter bonum & malum, inter verum & falſum, inter pretioſum & vile.
Hiere. 3 De talibus prælatis dñs loquit: Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia
& doctrina. Ex his conſtat, quòd paſtor aliorum debeat eſſe actione præcipuus, & contem-
Prælatorũ deploratur negligentia platione ſublimis, imò in vtraq; vita perfectus, vt valeat gregem ſibi commiſſum inſtar cœ-
leſtis hierarchiæ purgare, illuminare, & perficere. Sed heu multi iam aliorum curam ſuſci-
Eccl. 41 piunt, in quibus non eſt aqua ſapientiæ ſalutaris, nec panis ſanctæ conuerſationis. Qui ſi ſe-
Eſa. 3. pſos diligenter attenderent, puto quod dicerent: Non ſum medicus, & in domo mea non
eſt panis. Nolite me conſtituere principem populi. De talibus loquitur Eſaias quinqua-
geſimoſexto capitulo: Speculatores cæci, canes muti, non valentes latrare, videntes vana, &
Matth. 11. dormientes. ¶ Sed cum de Iohanne (quo maior inter natos mulierum non ſurrexit) legatur,

Non

A Non erat ille lux, quomodo Apoſtoli appellant lux mundi. Et reſpondendum, quòd Iohan- Iohan.1
nes non erat lux principalis & ſubſtantialis, ſed miniſterialis & participata. Deniq; triplex
eſt lux, videlicet, lux illuſtrans non illuſtrata, vt deus, & ſic Chriſtus ſecundum diuinam na- Lux triphariа
turam lux erat, non Iohannes, lux illuſtrans & illuſtrata, tales præſertim fuerunt Iohannes
& ſancti Apoſtoli, atque Prophetæ. Deinde glorioſus Dionyſius, alijq; doctores dicuntur,
lux illuſtrata, non illuſtrans, ſicut de pœnitentibus & conuerſis dicit Apoſtolus: Fuiſtis ali- Ephe.5
quando tenebræ, nunc autem lux in domino. Quod autem Apoſtoli & prælati debeant ſa-
pientiam ſibi communicatam alijs publice prædicare, eosq; ſplendore virtutum ædificare,
oſidit Saluator per duo, qbus hi comparantur, videlicet, per ſimilitudinem ciuitatis altæ, &
“ lucernæ accenſæ. ⌊Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montē poſita,⌋ Hoc eſt, in loco ſub-
limi conſtructa. Omnibus enim etiam à longinquo apparet. Sic vos aliorum paſtores ſeu ec- Daniel.2
cleſia prælatorum, qui eſtis fundati in Chriſto monte altiſſimo, de quo in Daniele aſſeritur,
quòd creuit in montem magnum, non debetis ſapientiam vobis conceſſam abſcondere,
Scriptum eſt enim: Sapientia abſcondita & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtroq;. Deinde Eccl.20
“ idem oſtendit per ſimilitudinem lucernæ. ⌊Neq; accendunt homines lucernam, & ponunt
“ eam ſub modio⌋ Id eſt: Cum eam accenderint, non abſcondunt accenſam communiter, ni-
“ ſi forte ad tempus, vt opportuno tempore ponat in publico, ⌊ſed ſuper candelabrum,⌋ po-
“ nunt eam, ⌊vt luceat omnibus qui in domo ſunt,⌋ ſimili modo deus non illuſtrauit Apoſto
los, tam copioſo lumine ſapientiæ, vt occultent, ac lateāt, ſed totum mundum luce veritatis
“ perfundāt, ideo ſubdit: ⌊Sic luceat lux veſtra,⌋ Hoc eſt: Virtuoſa ac ſplendida conuerſatio
“ veſtra, ⌊coram hominibus⌋ id eſt, in eorum præſentia manifeſtet, fiat, ac pateat, ⌊vt videāt
“ opera veſtra bona, & glorificent pr̄em veſtrum qui in cœlis eſt,⌋ hoc eſt, ad hoc ſeu propter
hunc finem opera bona, coram alijs facite, vt pater veſter cœleſtis glorificet, laudet, & iuſtus
B eſſe noſcat ab illis per veſtræ vitæ ſanctitatem. Deus nāq; per ſeruos peruerſos inhonoratur,
per bonos laudat, ſecundum quòd Apoſtolus ait quibuſdam: Per vos nomē dñi blaſphemat Roma.2.
inter Gentes. Et per Ezechielem ait dominus: Frequenter commaculaſtis nomē meum ſan Ezech.36.
ctum. Rurſusq;: Sanctificabo nomen meum magnum quod pollutum eſt per vos inter Gen
tes. Gentiles nāq; & perfidi, ſi viderint Chriſtianum in oīmbus ſancte & irreprehenſibiliter
conuerſantem, nonné dicturi ſunt: Vera & ſancta eſt lex quæ talem inſtruit vitā, & ſanctus
dominus cui talis complacet vita. Si autem conſpexerint Chriſtianum ſcelerate agentē, nō-
né mox legem Chriſti derident, & talem eſſe dominum ſuſpicant, quales ſunt ſerui eius: Fide
les vero & boni cum viderint quempiam honeſte & ſancte viuētem, ſtatim grām dei collau-
dant, deum in ſuo miniſtro atq; effectu extollunt, eiusq; miſericordiam admirant, dicentes:
Mirabilis deus in ſanctis ſuis. Non ergo debemus bona coram alijs operari, vel proprias ma Pſalm.67
nifeſtare virtutes, propter propriā laudem, ſed ad dei honorem, & etiā ad proximorū ædifi-
cationem. Soliq; deo debemus velle placere finaliter. Ideo enim dicit ſaluator: Videte ne fa- Matth.6
ciatis iuſtitiā veſtram coram hominibus, vt videamini ab illis. Porro ſciendum, q operum Eodem
bonorū quædā ſunt communia, ad quæ communiter obligamur, nec alicuius ſingularis ſan- Opera quæ in publico fienda.
ctitatis ſeu ſimulationis ſpeciem habent. Talia corā alijs fieri debent. Alia ſunt opera ſingu-
laris deuotionis, & gratiæ eminentis. Iſta itaq; potius occultanda videntur, ne homo vltra
modum ab alijs reputetur aut honoretur, & ne ſpeciem ſimulationis incurrat, aut ſingularis
apparear. Vnde non debemus in manifeſto pectus ſpecialiter tundere, ſuſpiria magna emit-
C tere, manus in cœlum extendere, ſed cum generali exterioris hominis apparatu eſſe con-
tenti, interius vero ſemper ad præcipuam deuotionem anhelare. Et quoniam Chriſtus
noua documenta intulit mundo, ne quis putaret ſuam doctrinam eſſe contrariam docu-
“ mentis Moſi, & Prophetarum, ſubiecit: ⌊Nolite putare quoniam (hoc eſt quòd) veni ſol
“ uere,⌋ Id eſt, falſificare, reprobare, deſtruere, ⌊legem⌋ Moſaicam, ⌊aut Prophetas,⌋ di-
“ uinitus inſpiratos, quorum aliqui fuerunt Gentiles & ante legem, vt Iob, Enoch. ⌊Non ve- Gene.4
“ ni ſoluere (illa) ſed adimplere,⌋ Legem enim Chriſtus impleuit, ſecundum duplicem ſen- Leges Chriſtus quō impleuerit.
ſum. Primo, quia quod lex iuſſit, fecit. Factus eſt enim ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redi-
meret, ſecundum Apoſtolum: Etenim ſecundum legem eſt circumciſus, in templo oblatus. Gala.4
Secundo, quoniam quod legi defuit, perficiendo ſuppleuit, præceptis legis euāgelica cōſilia Lucæ.2
adijciēdo. Sic Chriſtus impleuit prophetas, quia quod illi de eius incarnatōe, doctrina, con
uerſatiōe, prodigijs, paſſione, reſurrectiōe, & aſcēſione pdixerūt, verificauit, & actu cōpleuit,
cætera quoq; in die iudicij adimplebit. Propter qđ ait: Neceſſe eſt impleri oīa q̄ ſcripta ſunt Lucę.24
in lege Moſi & prophetis, & pſalmis de me. Deniq; pcepta legis fuerūt triplicia. ſ. moralia, vt-
pote pręcepta decalogi. Hæc Chriſtus impleuit, ſecūdum q ait: Si vis ingredi ad vitā, ſerua Leg. præcepta triphariа
mandata. Alia erant ceremonialia, vt circumciſio, diſcretio ciborum, eſus agni paſcalis &c. Matth.19.
quæ certum eſt Chriſtum obſeruaſſe. Cum enim de Iohanne Baptiſta prædixerit angelus: Lucæ.1.
Vinum & ſyceram non bibet. Et Petrus poſt reſurrectionem Chriſti teſtatus ſit, quia Acto.10
nunq̄

nunq̃ comedi omne immundum & commune, conſtat, ꝙ Chriſtus quoq; ſeruauerit diſcre- D
Marci.2 tione in cibis. Tertia legis præcepta erãt iudicialia, & hæc Chriſtus interdũ miſericorditer
Iohan.5 relaxauit, tanq̃ legiſlator præcipuus. Interdũ vero probabile eſt eum talia obſeruaſſe. Sed vi
Iohan.9 det contrarium: nã præcepit ſanato, vt tolleret lectum ſuum in ſabbato, ſabbato quoq; fecit
lutum quo oculos cæci nati liniuit. Propter quod Iudæi dixerunt: Non eſt hic homo à deo,
Deuter.6 qui ſabbatum non cuſtodit. Reſpondendũ, ꝙ opa corporalia directe ordinabant ad dei ho-
Matth.12 norem, licebãt in ſabbato, ſicut ornare templum, offerre ſacrificium. Quòd autem iuſſit ſana
to ferre lectum in ſabbato, fuit ad declarationem facti miraculi, in q̃ diuina virtus reſplenduit
Simili modo fecit lutum ad exhibendum miraculum, in quo omnipotentia dei fuit oſtenſa.
Iudæi vero male intellexerunt præceptum de honoratione ſabbati, multisq; aliis ſicut infe-
Lucæ.16. rius eluceſcet. Quod igit Chriſtus impleuit, hæc omnia manifeſtat, ſubdendo: ⌊Amen quip »
pe dico vobis, donec (.i. quouſq;) trãſeat cœlum & terra⌋ .i. vſq; ad finem ſeculi, in quo cœlũ »
& terra trãſibunt, & peribunt, ſeu eſſe ceſſabunt, quantum ad eſſe accidentale, non quantum
ad eſſe ſubſtãtiale, hoc eſt, quo ad qualitatem, ſitum, motum, & influentiam, non quo ad eoꝝ
ſubſtantiam, tunc enim mutabunt in melius, nec habebunt motum & influentiam vt modo
⌊iota vnum⌋ hoc eſt, minimũ verbum ſeu minima lr̃a ⌊aut vnus apex⌋ .i. minima particula »
⌊non præteribit à lege,⌋ hoc eſt, non remanebit non adimpletum, ſed erit ſicut lex aſſerit, »
⌊donec omnia⌋ in lege contenta, ⌊fiant⌋ ſeu impleant. Per hoc autem quod dicit, donec, »
trãſeat cœlum & terra, iota vnum &c. non dat intelligi, ꝙ poſtmodum iota prætereat, ſed ꝑ
hoc, ꝙ ait interim non præterire iota vnum, inſinuat, ꝙ nunq̃ aliquid ibit incaſſum, nec erit
mendoſum, quod continet in lege. Nam & figuræ atq; miniſteria legis ac prophetaꝝ in Euã
Iota gelio adimplent. Iota proprie eſt minima lr̃a hebraica. Apex vero iã ſumit pro particula lr̃æ
Apex in ſummitate lr̃æ poſita, ad diſcernendum. Inſuper docet ſaluator intm̃ oportere imple- E
ri, & obſeruari omnia verba legis, vt nec minimũ eius præceptum poſſet omitti ſine dãnatio
Lucæ.24 nis periculo. ⌊Qui ergo⌋ hoc eſt, cum neceſſe ſit om̃ia illa impleri, idcirco qui ⌊ſoluerit⌋ .i. »
transgreſſus fuerit ⌊vnum de mãdatis iſtis minimis⌋ in lege contentis, quę ſignificaui ꝑ iota »
Exod.20 & apicem, & quæ ſtatim dicturus ſum, videlicet: Non occides, non mœchaberis, non periu-
Deuter.5 rabis, quæ licet pertineãt ad præcepta decalogi, tñ minima appellant, qm̃ parui meriti, (com
Iaco.2 paratiue loquendo) eſt ea implere, pertinentq; ad imperfectos, rudes, & incipientes. Vnde ſe
Auguſtinus cundum Auguſtinum inchoãt hominem, faciunt em̃ declinare à malo. Qui igit ſoluerit vnũ
de mãdatis his minimis, ⌊& docuerit ſic homines⌋ .i. male & inobedienter viuendo prædi- »
cauerit aliis ⌊minimus vocabit⌋ .i. infimus erit & dicet, quantum ad bona gr̃æ gratũ facientis, »
quãuis interdum ſit magnus prælatus, ⌊in regno cœloꝝ⌋ .i. in eccleſia militãte, de qua dicit »
1.Cor.3. Apoſtolus, loquens de ſuis diſcipulis: Hi ſoli ſunt adiutores mei in regno dei. Talis nãq; nõ
eſt in ſtatu ſalutis & gratiæ, quia præuaricãdo præceptum, peccat mortaliter, docendo quoq;
alios, quòd ipſe non facit, imò cuius contrarium facit, grauius peccat, & deo acceptus non eſt
Pſalm.49 Peccatori enim dixit deus: Quare tu enarras iuſtitias meas. Propterea itaq; minimus iudicat
Fide ſola non ſufficit eẽ eccleſiæ membrum à ſanctis & ſapientibus viris, quoniã ſola fide ad corpus eccleſiæ pertinet, nõ per charitatem
& opera. ⌊Qui autem fecerit & docuerit⌋ nõ adiecit de mãdatis iſtis minimis, ſed abſolute »
affirmat, qui aũt fecerit & docuerit .i. qui diuina ꝑcepta ſeruauerit, & taliter conſeruãdo vere F
inſtruxerit alios, ⌊hic magnus vocabit⌋ .i. magni meriti erit, ⌊in regno cœloꝝ⌋ prædicto, »
Dionyſius imò & in futuro. Nihil em̃ diuinius ſcd̃m Dionyſium quã deo cooperari in reductione ani-
Danie.12 maꝝ ad ſuæ beatitudinis fontẽ. Hinc in Daniele legit: Qui multos erudiunt ad iuſtitiã, quaſi
ſtellæ fulgebunt in ꝑpetuas æternitates. Quod vero non ſufficiat docere, niſi adſit cuſtodia
præceptoꝝ, adiecit ſaluator: ⌊Dico em̃ vobis⌋ diſcipulis meis, ⌊quia niſi abundauerit iuſti- »
tia⌋ .i. bona conuerſatio, ⌊veſtra plus quàm (abundat iuſtitia) ſcribaꝝ & phariſæoꝝ⌋ hoc ẽ »
niſi maior fuerit iuſtitia veſtra q̃ illa, ⌊non intrabitis in regnum cœloꝝ⌋ .i. in pꝛ̃iam beato- »
Phariſæorum ſcribarumq; iuſtitia. rum. Quod tripliciter accipi poteſt. Primo, quoniã ſcribæ & phariſæi veraciter docuerunt,
ſed opa non correſponderunt doctrinę, prout infra habet: Super cathedrã Moſi ſederũt ſcri
Marc.12 bæ & phariſæi, omnia quæ dicunt facite, ſcd̃m opera vero eoꝝ nolite facere, dicunt enim &
Matth.23 non faciunt. Scd̃o, qm̃ ſcribaꝝ & phariſæoꝝ iuſtitia fuit ſeruare præcepta minima ſcd̃m ſu-
perficialem intellectum eoꝝ, videlicet, non occidere, non mœchari, vitãdo dũtaxat opa ex-
teriora nepharia, nõ deſideria praua. Per talia quippe præcepta putabãt prohiberi opa, non
affectum, ſcd̃m ꝙ verba ſonãt. Talis aũt iuſtitia nõ ſufficit ad ſalutem. Huic ſenſui cõcordãt
ſequentia, ſicut patebit. Tertio accipi poteſt, quaſi dictum ad Apoſtolos, & prælatos, ac eos
qui ex ſpeciali vocatione, profeſſione, ſeu gradu ad perfectionem tenentur, ideo eoꝝ non eſt
circa communia languere, quia nec ſufficit eis, ſed oportet vt vitam aliorum alta puritate
tranſcendant. Itaq; ꝙ non ſufficiat iuſtitia ſcribaꝝ ac phariſæoꝝ, ſubiungit: ⌊Audiſtis quia »
Exod.20 dictum⌋ .i. præceptum à deo, per Moſen, ⌊eſt antiquis⌋ hoc eſt, populo Iudæoꝝ egredien- »
Deuter.5 tium de Aegypto, ⌊Non occides. Qui aũt occiderit,⌋ hominem prætermiſſo ordine iuris, »
⌊reus

A ⸤reus erit iudicio⸥ dānatiōis.i.mortē corporalē meret̄,& itē æternā.⸤Ego āt dico vobis,⸥ Leuit.19
“ .i.nō ſolū occidi prohibeo,ſed dico,⸤quia oīs qui iraſcitur fratri ſuo⸥ ira inordinata, ratio-
“ nem obfuſcāte,⸤reus erit iudicio,⸥.i.accuſatione corā diuina iuſtitia,hoc eſt tantū dicere,
Ego legē nō ſoluo,ſed impleo,expono,atq; perficio,& ad perfectā ac ſufficientē iuſtitiā do
ceo ac perduco. In lege eñ aperte prohibet homicidiū,cū dicit:Non occides,ſed lex nō ex- Nume.25
ponit perfecte qūo intelligendū ſit illud ꝓceptū. Propterea ego verū intellectū illius pando
ꝓcepti,& dico,ꝙ oīs qui iraſcit.i.vindictā deſiderat,ſeu nocumentū inferre proponit, reus
cōſiſtit iudicio. Eſt ergo ſciendū ꝙ aliqui Iudæoꝝ per ꝓcepta huiuſmodi negatiua,quib⁹ di
citur:Nō occides,nō mœchaberis,nō furaberis,æſtimabāt ſola facta vetari,nō aūt cogitati-
ones & affectiones,vnde putabāt eas nō eſſe pctā,niſi in opus procederēt.Hunc errorē au-
fert ſaluator,inſinuans nō ſolū facta,ſed etiā motus interiores & verba peruerſa eſſe damna-
tione condigna. Obſeruatio aūt præceptoꝝ decalogi fuit ſemper ad ſalutē ſufficiens.Si er-
go ſola facta impia prohibentur,nemo propter deſideria praua,cogitationes, & animi mo-
tus damnaretur,cuius oppoſitum nunc docet ſaluator,imò ex lege & prophetis patet op-
poſitum.Scriptum eñ eſt:Væ qui cogitatis inutile.Et:Malum vir fratri ſuo non cogitet in Mich.2.
corde ſuo.Imò per Hieremiam dominus ſæpiſſime ait:Reuertimini à cogitationibus veſtris Zacha.7
peſſimis.Ira quoq; in veteri teſtamēto prohibet. Vnde in Geneſi Iacob: Maledictus(inquit) Hiere.18
furor,quia pertinax & indignatio,quia dura. Et Ioſeph ad fratres ſuos:Ne iraſcamini(ait)in Gene.50 Gene.45
“ via. Vnde quod dictū eſt:⸤Audiſtis quia dictū eſt antiquis:Nō occides,⸥ Quidā exponunt
“ hoc modo. Audiſtis quia dictū eſt antiquis per modū interpretationis ſeu expoſitionis, Nō Exodi.20
“ occides.i.ꝓceptū de nō occidēdo interpretabant̄ de ſolo facto.⸤Ego aūt,⸥ corrigendo ho
B iuſmodi expoſitionē,⸤dico vobis,⸥qa oīs qui iraſcit,&c.⸤Qui aūt dixerit fratri ſuo,⸥.i.
“ ꝓximo ⸤Racha⸥.i.verbū indignātis animi effuderit,tñ cōfuſe & q̄ſi in gñali,nō certā vitu-
perationē aut cōtumeliā inferēs,ſed affectū interioris cōmotiōis p ſignū ſeu verbū indignati
“ onis aperiēs,⸤reus erit cōſilio⸥.i.tractatu q̄ inueſtigat,q̄ pœna torquēdus ſit,quē cōſtat eſſe
“ dānandū.⸤Qui aūt dixerit(proxīo ſuo)fatue⸥.i.cōmotionē irę p verbū cōtumelioſum,ma
“ niſeſtā vituperationē deſignās effuderit,⸤reus erit gehēnæ ignis⸥.i.pęnæ infernalis.¶Ecce Triplex gradus culpæ.
triplex gradus culpæ,cui correſpōdet triplex gradus reatus ſeu pœnę. Eſt eñ ira latēs in aīo
q̄ notat,cū dr:Qui iraſcit,cuius pœna eſt mereri iudiciū. Et eſt ira prorūpēs in vocē indigna
tionis & vituperatiōis in gñali,q̄d grauius eſt primo,cuius pœna eſt,prolatio ſnīæ contra eū,
q̄ pœna grauior eſt q̄ prima. Et eſt ira in verbū cōtumelioſum procedēs,q̄d eſt grauius pri-
mis duobus,cuius pœna eſt,punitio ignis gehēnæ,quæ ꝓdictis pœnis eſt grauior, ordinant
tñ & tendūt ad eā. Loquit ergo ſaluator de ira prout eſt mortale pctm̄,videlicet vt eſt ex cō
ſenſu cū affectu nocēdi iniuſte. Dicere aūt Racha,ex tali ira ē grauius,dicere vero fatue,extat
grauiſſimū. Secundū Hieronymū,Racha eſt verbū Hebraicū,ſignificās vacuum vel inane,& Hieronymus.
idē dicit Chryſoſtomus. Auguſtinus tñ teſtat,ꝙ ſit vox non ſignificās aliquid determinate, Chryſoſtom⁹.
ſed ſolū cōmoti cordis affectū,cuiuſmodi ſunt interiectiōes. Sed hoc facile cōcordat, qa ſecū Auguſtinus.
dū Chryſ.q̄uis ſignificat vanū ſeu inane.i.ſtultū. Hic tñ accipit ſecūdū vſū loquētiū.ſ.Iudæo
rū,ſecūdū q̄d quælibet prouincia habet aliq̄d verbū exprobratoriū. ¶Circa ꝓdicta inquirit, Queſtio
qñ & qūo & quał̄r ira ſit pctm̄. Quāuis aūt hæc q̄ſtio cōis ſit,habet tñ difficultatem ꝓcipuam
propter ſanctoꝝ atq; catholicoꝝ doctoꝝ contrariā(vt videt)determinationē. Dicit eñ ꝓ-
ſenti loco Hieronymus:Definita ſnīa eſt,vt ira penitus tollat. Si eñ iubemur verberāti alterā Hieronymus.
C ꝓbere maxillā,& inimicos diligere,& pro pſequētibus exorare,oīs iræ occaſio tollit, qm̄ ira Lucę.6
viri iuſtitiā dei non operat. Sed aliter ſonant verba Chryſoſtomi dicentis hoc loco: Qui ex
cauſa iraſcitur,reus nō eſt. Nā ſi ira non fuerit,nec doctrina proficit,nec iudicia ſtāt,nec cri- Chryſoſt.
mina cōpeſcunt. Iuſta ergo ira mater eſt diſciplinæ. Itaq; non ſolum nō peccat qui cum cau-
ſa iraſcit,ſed contra,niſi iratus fuerit peccat,qm̄ patientia irrationabilis vitia ſeminat, negli-
gentiā nutrit,& nō ſolū malos,ſed etiā bonos inuitat ad malū,quia malus, quāuis incorrept⁹
fuerit non emendat,bonus aūt niſi correptus fuerit, perit,quia in corpore ꝓualet magis ma-
lum q̄ bonum. Ad habendā autem huius quæſtionis plenā notitiā, aduertendū,ꝙ Stoici ſiue
Platonici dixerunt,paſſiones ſimpliciter eſſe malas atq; culpabiles,ac animæ morbos. Et ho
rū modū loquendi multi Theologi ſunt ſequuti. Peripatetici aūt dixerunt paſſiones eſſe q̄ſ-
dam motus naturales indifferentes,videlicet,nec bonos,nec malos moralr̄ ex ſua rōne,ſed ſi
eri bonos ſi per rōnem moderent,& malos ſi metā rōnis excedant. Horum ergo ſnīam imitā Auguſt.
do,quam Auguſtinus & poſteriores cōmuniter imitantur. Dicendū,ꝙ ira proprie ſumpta, Damaſcenus.
ſecundū Damaſcenū,eſt deſideriū vltionis ſeu appetitus vindictæ propter iniurtā illatā ſeu Iræ diffinitio.
culpā alterius. Hæc aūt vindicta bene & male optari ꝑt & exerceri, videlicet ſecundū rōnis
cenſuram & ordinem iuris,& item modo oppoſito. Itaq; ira ad rōnem ſe habet dupliciter.ſ.
antecedenter,ſicq; impedit actum rōnis,& dicitur ira per vitium. Secundo ſe habet ad ratio
nem conſequenter,prout mouetur contra peccata ſecundū rōnis dictamen, quæ dicitur ira

CAP.V. per zelum,& eſt bona,& actus virtutis moralis,quę appellatur vindicatiua, de qua ira dicit D
Gregorius. Gregorius. Tunc robuſtius rō contra peccata erigitur,cum ira ſubita rōni ſamulatur. Et de-
nuo:Cauendum ſummopere eſt,ne ira quæ vt inſtrumentū virtutis aſſumiť,rōni dominef,
ne quaſi domina præeat,ſed tanquā ancilla ad obſequium parata à tergo rationis nunquam
recedat. Deniq; moderamen ſeu ordo rōnis circa iram penſatur dupliciter. Primo,quātum
ad id in quod tendit ira,quod eſt vindicta,quæ ſi quæratur propter correctionem peccātis,
punitionem culpæ,ſeu conſeruationem iuſtitiæ,erit ira laudabilis & per zelū. Secūdo, quā-
tum ad modum iraſcendi,videlicet,ne ira immoderate ferueſcat,ſic enim fieret vitioſa,quis
Thomas. in finem laudabilem tenderet. Dicendum ergo ſecundum Thomā,ꝙ ira immoderata ex pte
1.Cor.13 vindictæ optatæ ſeu irrogatæ ex ſuo genere eſt mortalis,quoniam charitati contrariať,quæ
non irritatur,nec cogitat malum,contrariatur quoq; iuſtitiæ,quia maiorem expetit vltionē
quàm culpa meretur,vel iuſtū eſt. Poteſt tamen eſſe venialis propter paruitatē nocumenti il
lati,vel propter imperfectionem actus rōnem ꝑuenientis. Ira vero immoderata intus vel fo-
ris in ſignis ex modo iraſcendi,non eſt ex genere ſuo mortalis,niſi in tm̄ cōcreſcat, vt faciat
hominem à charitate dei vel proximi ſui excidere,quod cōtingit dum impedit rōnem ab eo
ad quod tenetur. Deniq; ꝓter prædictā acceptionē ſumitur ira adhuc dupliciter, quamuis im
proprie. Primo, pro ſola commotione animi ex imaginatione contrarij quæ non eſt graue
peccatum. Secundo,pro motu volūtatis,pœnā iuſte infligentis,& ita diciť eſſe in deo ac an-
gelis. Eo autem modo quo ira laudabilis eſt,defectus iræ eſt vitioſus. Doctores ergo q irā di-
cunt omnino vitandam atq; culpabilem,accipi poſſunt de ira rōnem præueniente & dicta
per vitiū,de qua exponendæ ſunt authoritates ſcripturæ,quæ iram vituperant. Alij vero lo-
quuntur de ira per zelum,quam bonam eſſe præſertim hinc cōſtat,ꝙ de Chriſto ſcriptū eſt: E
Marci.3 Circūſpiciēs eos cum ira. ¶Hac ira motus eſt Phinees & Samſon. De ira autem per vitiū,
Nume.25 Chriſtus iam loquitur. Quæritur quomodo dicens fratri ſuo fatuæ,mereatur gehennā, cū
Iudi.16. dicat apoſtolus:O inſenſati Galatæ. Et iterum: Tu inſipiens quod ſeminas,&c. Chriſtus q;
Galat.3. ait diſcipulis:O ſtulti & tardi corde ad credendum. Dicendum,ꝙ cum verba ſint notæ & ſi-
1.Cor.15 gna conceptionum animæ,ex ipſa cordis intentione & affectione conſideratur culpa in ver
Lucæ.24 bis. Dum ergo huiuſmodi verba dicuntur non animo calumniādi ſeu contemnendi, ſed in-
ſtruendi,aut charitatiue corripiendi, nō eſt peccatum. Sićq; Chriſtus & eius apoſtolus ſunt
locuti. Ex hac præ inducta doctrina,infert ſaluator,⌊ſi ergo⌋.i.cum non liceat iraſci fratri, „
vel dicere ei racha aut fatuæ,idcirco ⌊ offers munus tuū⌋.i.oblationem corporalē vel ſpūa- „
lem quam das deo vel eius miniſtris,non ꝙ deus ea indigeat,ſed quoniam ſponte hāc offers
2.Para.29. in ſignum,ꝙ omnia bona tua à deo receperis,ſecūdum quod Dauid teſtať:Tua domine ſunt
omnia,& quæ de manu tua accepimus,dedimus tibi,⌊ad altare⌋ materiale in templo. Vel, „
ad altare,ſpiritale in anima,quod eſt fides ſecūdum Auguſtinum,vel charitas ſecūdum Gre
gorium. Nil enim acceptum eſt deo niſi in fide & charitate agatur, & per eas deo exhibeať,
⌊& ibi⌋ videlicet in loco & tempore oblationis, ⌊recordatus fueris, q frater⌋ id eſt pro- „
ximus,⌊tuus habet aliquid⌋ hoc eſt iuſtā quærelā ⌊aduerſum te ⌋ propter iniuriā ſibi à te il „
latam,hoc eſt,quia ei in aliquo male feciſti. Si enim tu eū offendiſti ipſe habet aduerſum te, F
non tu contra eum. Si vero ipſe te offendit,habes aduerſus eū, ſed tunc ſufficit vt ignoſcas ei
ſicut vis tibi à deo ignoſci,nec oportet facere quæ ſequuntur. Quæ tn̄ ſi feceris, opus magnæ „
perfectionis exhibes,maximá́q; mercedē acquiris,⌊relinque ibi munus tuū añ altare⌋.i.in- „
choatū obſequiū ſeu oblationē ſuſpēde vel intermitte actu aut propoſito,qa non eēt deo ac-
ceptū,niſi q̄d ſubdiť feceris,⌊& vade pri⁹ recōciliari fratri tuo⌋.i.placa & ſatisfac ei,veniā po „
Obſequiū noſtrū deo placēs ſtulādo,& emendationē exhibēdo,ſecūdū exigētiā culpæ. Obſequiū em̄ noſtrū deo nō pla-
cet niſi ex charitate naſcať,quā nō habet,imò & cōtra iuſtitiā agit,q fratri à ſe læſo nō ſatagit
recōciliari & ſatisfacere. Eundū eſt aūt pedibus corpis ſi cōmode fieri poſſit, videlicet ſi fra-
ter offenſus nō longe ſit & haberi queat,alias eūdum eſt pedibus mētis, hoc ē,deſiderio atq;
propoſito,quatenus proponas & optes ei ſtatim ſatisfacere,q̄d quia nō vales,intēdas eū ac-
cedere & placare loco & tpe oportunis. In his q̄q; pēſanda eſt mēſura offenſæ ſeu iniurię ꝓ-
ximo irrogatæ,q̄ quāto maior extiterit,tāto celerius ac laborioſius conādū eſt,vt recōciliet
offenſus. Debemus vero interim munus añ altare relinquere.i.nō facere opa bona niſi primo
proponamus ire ad frēm offenſum,q̄d vtiq; propoſitū exeq oportet ſtatim cū cōuenienter
Chryſoſtom⁹. fieri poterit. Porrò ſcd̄m Chryſoſtomū & Caſſianū ad charitatis pfectionē pcipue ptinet,
Caſſianus. vt etiā ille q lęſus ē,ſtudeat aduerſariū mitigare,nō ſolū dimittēdo illatā iiuriā,ſed blādo ſer
mone cor eius placādo,q̄tenus de cætero ſyncerꝫ ad ſe affectū retineat. Si em̄ poſſum alteri-
us quāuis iniuriatoris iracūdiā,inuidiā,puerſitatē,ſancire,eiuſq; animā à morte culpæ eripe
re. Primo accedēdo ad eū & pacē reformādo inter eū & me,& tn̄ nō facio hoc,nō videor eſſe
pſectus in charitate Chri,q pro iniqꝫ ſalute ſanguinē ſudit. Nec ꝓximi quē poſſum à tanto
liberare piculo humiliādo meipm. Dicit ergo Chryſoſt. Ne dicas ille mihi nocuit,ille mihi
ſatisfa-

A ſatisfacere debet,non ego illi,ſi pro gloria ſalutis tuæ iubet te dñs amicitias facere,tu potius
nocitus ſeu nocumentũ perpeſſus,debes nocētē rogare vt duplicē gloriā cōſequaris. Vnā,q̄a
nocitus es:alterā,q̄a prior rogaſti. Feſtina ergo inimicũ tuũ ꝑuenire ad amicitias,ne forte
te tardāte ille ꝑueniat ad rogandũ,& rapiat de manibus tuis pietatis mercedē. Nam ſi ille tibi
nocuit,& ille te rogat,infructuoſa eſt amicitia tua. Quā em̄ iuſtitiā feciſti ante deũ,ſi rogatus
te placaueris. ⌊Et tūc veniēs⌋.i.localr rediēs,vel intentionē tuā ad id quod cœperas,reuo-
cans,⌊offeras munus tuũ⌋.i.inchoatũ dei obſequiũ ꝑficies & cōtinuabis,ſpiritualē vel cor
poralē hoſtiā immolādo. Spũales aũt hoſtiæ ſunt deuota orō,dei laudatio,cordis cōpunctio Hoſtiæ ſpiri
ꝑceptoꝵ impletio. Inſup inſert ſaluator aliud documentum ex his quæ de ira inducta ſunt. tuales.
⌊Eſto cōſentiens aduerſario tuo cito⌋.i.concordiā fac cũ eo quē læſiſti velociter,qm̄ peri-
culũ eſt in mora,cũ ignores diē & horā,⌊dũ es in via cũ eo⌋.i.cũ in vita ꝑſenti ſecũ cōuerſa-
ris,q̄ vita eſt via ad patriā,peregrinatio atq; exiliũ,⌊ne ſorte tradat te aduerſarius iudici,⌋.i.
ne læſus à te,faciat te reũ corā Chrō,ſicq; tradat te materialr,qm̄ eſt occaſio & materia,pro-
pter quā corā Chriſto culpabilis inueniris,iuxta quē modũ,dracones,abyſſi,ignis,grando, Pſal.148
& cætera inanimata & irrationabilia dicuntur deũ laudare,⌊& iudex tradat te miniſtro⌋.i.
Chriſtus det te in manum diaboli,⌊& in carcerē⌋.i.lacũ inferni mittaris,in æternũ damna-
tus,quia nō ſatisfeciſti offenſo.⌊Amen dico tibi,non exies inde,⌋ videlicet de inferno quaſi
liberatus,quamuis in die iudicij omnes egreſſuri ſint in inferno detenti,rurſus grauius retru-
dendi in eum,⌊donec reddas nouiſſimũ quadrantem⌋.i.pro minima culpa ſatisfacias,hoc
eſt nunq̄ redimeris,quoniā in inferno nulla eſt ſatisfactio. Poteſt quoq; per aduerſariũ intel- Aduerſarius
ligi ſacra ſcriptura,mandatum ſeu lex,quæ noſtris concupiſcentijs & propriæ voluntati ad- quis.
B uerſatur,prohibēdo quod cupimus. Huic bono aduerſario cōſentire debemus,ꝓbediēdo ſa
cræ ſcripturæ dũ ſumus cũ ea in via.i.quādiu viuimus in ſeculo iſto,in quo verba dei audim⁹
& locũ merendi ac demerendi habemus. Ne ſorte aduerſarius iſte tradat nos iudici.i.teſti-
moniũ proferat cōtra nos,reprobādo ſcelera nr̄a in cōſpectu diuino. Nō aũt poſſimus ꝑ ad-
uerſariũ iſtũ intelligere carnē aut dæmonē,qm̄ nulli eoꝵ cōſentire aut cōcordare debemus.
Deinde ſaluator oſtendit veꝵ intellectũ ꝑcepti negatiui prohibentis mœchationem ſeu ad-
ulterium,vel illegitimum concubitũ.⌊Audiſtis quia dictũ eſt,⌋.i.diuinitus iuſſum,⌊anti- Exodi.20
quis,⌋ egredientibus ex Aegypto cũ Moſe:⌋Nō mœchaberis. Ego aũt dico vobis⌊.i.non Deut.5.
ſolũ corporalē fornicationē prohibeo,quā Iudæi putabāt dũtaxat hoc prohiberi ꝑcepto,nō
cōcupiſcentiā interiorē:imò ꝑceptũ quo dicitur:Nō cōcupiſces vxorē proximi tui,ꝓpoſu-
erunt de ſignis cōcupiſcentiæ,vt ſunt amplexus & oſcula:nō de cōcupiſcentia intus latente.
Dico itaq; vobis,⌊qm̄ oīs qui viderit mulierē ad cōcupiſcendā eā⌋.i.ad hoc & eo fine,vt cō
cupiſcentia fœminæ cōcitet in eo,⌊iam mœchatus eſt eam in corde ſuo⌋.i.aīo ſeu conſenſu
cum ea fornicatus eſt,& ipſe inordinatus cordis affectus facit eũ reum ac ſi opere perpetraſ-
ſet. Deus em̄ inſpicit intima cordis. Concupiſcentia itaq; quæ eſt cũ animi deliberatione at- 1.Reg.16
q; cōſenſu in delectationē vel opus,eſt mortale peccatũ. Qm̄ hoc nō eſt ſolũ titillari,ſed con
ſentire. Refrenandi ſunt ergo ſenſus exteriores maxime,viſus,tactus,auditus,ne mors intret Exteriores ſen
in animā ꝑ corporis ſui feneſtras. Teſtante quippe ſcriptura:Colloquiũ mulieris quaſi ignis ſus refrenandi.
inardeſcit,& in ſpecie mulieris multi corruerunt. Propter q̄d ait beatus Iob:Pepigi fœdus Eccl.9 Iob.31.
cum oculis,ne ſaltem cogitarē de virgine. Vnde ſecundũ Gregoriũ:Non liceat videri quod Gregorius.
non licet concupiſci.⌊Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te,erue eũ & proijce abs te.⌋ Oculus dext.
C Oculus dexter intelligi poteſt tripliciter. Primo,ipſe oculus corporalis. Si ergo iſte ſcanda-
lizat.i.occaſionē peccādi ingerit,& ad cōcupiſcendum inducit,⌊erue eũ,⌋non eſſentialr,
ſed quantũ ad vſum.i.reprime eũ,ne intueat illicita,quēadmodũ in Ecclo legit:Auerte ocu- Eccl.9.
los tuos à muliere compta. Et in pſalmo:Auerte oculos meos ne videāt vanitatē,⌊& proij- Pſal.118
ce abs te⌋.i.ſepara eũ à te,quantũ ad vſum illicitũ,nō quantũ ad organũ. Iuxta hũc ſenſum di
cit apl'us:Mortificate mēbra veſtra quæ ſunt ſupra terram. Et ne hoc male intelligeretur,ad Col.3
iecit quaſi exponens ſeipſum,fornicationem,immunditiam,&c.i.vitia membroꝵ occidite.
Secundo,ꝑ oculũ intelligit oculus cordis,videlicet intellectus ſeu cōſideratio curioſa,q̄ abij-
cienda ſunt modo ꝑfato cũ ſcandalũ pariunt. Tertio,ꝑ oculũ dextrum intelligitur quicunq;
proximus,ſeu quælibet res adeo chara vt oculus,cuius occaſione ſi ad ruinam peccati indu-
cimur,debemus eā vitare. Cauenda eſt ergo familiaritas & cōtactus eius,cuius occaſione ſcā
dalũ patimur.⌊Expedit em̄ tibi vt pereat⌋.i.ꝑdicto modo eruat ac proijciat à te,⌊vnũ mē-
broꝵ tuoꝵ,⌋vel oculus dexter præſertim dilectus,⌊q̄ totũ corpus tuũ⌋.i.caro tua in die iu
dicij,⌊proijciatur in gehennā ignis.⌋Poteſt q̄q; ꝑ corpus intelligi cōgeries opeꝵ,de qua in
fra dicet:Si fuerit oculus tuus ſimplex,totum corpus tuum lucidũ erit, opera aũt illorum ſe- Mat.6.
quuntur eos. Melius ergo eſt vnius mēbri vitioſum actũ abſcindere,q̄ totius corporis opa Apoc.14
bona amittere & dānari.⌊Et ſi dextera manus tua ſcādalizat te,abſcinde eā & ꝓijce abs te.⌋
Sicut de oculo,ita de manu ītelligi pt̄ tripl'r,videlicet de manu corꝑali, de manu īteriori,vel

CAP. V. volūtate,& de ꝗcūq; ita dilecto ac vtili vt eſt manus dextra. Quodcūq; ergo iſtoꝝ ſcādaliza D
uerit te.i.occaſionē peccādi intulerit,⌊abſcide⌋ illud quātū ad actū, vſum,atq; affectū im-
moderatū,quatenus manus corpis à cōtactu libidinoſo,& ope malo cohibeas,volūtatē ꝗq;
à prauo deſiderio retrahas,proximoꝝ vtilitatē ac delectationē,propter bonū honeſtū .i. a-
nimæ tuæ ſalutē & grām, vites. Nō em̄ pōt vitare pctā,ꝗ nō vitat occaſiones peccādi. Præ-
terea Chrs corrigit Iudæoꝝ errorē circa matrimoniū.⌊Dictū eſt antiqs⌋ (ꝑ Moſen) Qui-
Deut.24 cūq; dimiſerit vxorē ſuā⌋.i. dimittere voluerit,⌊det illi libellū repudij⌋ hoc ē,cauſam repu
Matth.19. Marc.10. diatiōis ſcribat & repſentet, antequā eam dimittat, libellus repudij eſt ſcriptura, cōtinēs cam
Libellus repudij. cur vxor dimittit. Præcepit aūt deus ꝑ Moſen, nō vtiq; vxorē dimittere tanq̄ in ſe bonū ac
licitū,ſed hoc ꝑcepit, vt nō dimitteret, niſi dato libello repudij. Sic em̄ ſcriptū eſt: Si accepe-
Deut.24 rit hō vxorē,& nō inuenerit grām añ oculos eius propter aliquā fœditatē, ſcribet libellū re-
pudij, quē dabit in manu illius, dimittetq; eā. Iudæi vero putabāt dimiſſionē vxoris eſſe ſim-
pliciter bonā, iuſſam ac licitā, ignorātes verba ꝑdicta intelligēda eſſe ꝑ modū ꝑmiſſionis, ne
maius malū accideret.ſ.ne Iudęi vxores ſuas odioſas occiderent, ad ꝗd proni fuerūt. Per quē
modū etiā ꝑmittebātur dare ad vſurā extraneis, nō aūt ꝑ modū iuſſionis. Chrūs ergo errorē
Iudæoꝝ excludēs, ſubiecit.⌊Ego aūt dico vobis, qa om̄is ꝗ dimiſerit⌋.i. à ſe expulerit ⌊vx-
orē ſuā, excepta fornicatiōis cauſa,⌋ corporalis vel ſpūalis, videlicet idololatriæ ⌊facit eam
mœchari⌋.i. dat ei occaſionē adulterādi, ex ꝗ patet ꝙ diuortiū fit illicitum,& ꝙ illa toto tpe
Diuortium illicitum. vitæ ſuæ maneat vxor prioris mariti ſi vixerit.⌊Et ꝗ dimiſſam duxerit, adulterat⌋ qa alteri-
us viri vxorē ſumit in cōiugē, cognoſcitq; eā. Propter vtrāq; aūt fornicationē prædictā, vi
delicet adulteriū idololatriā, licet relinquere cōiugē ſeu maritū quātū ad cohabitationem &
debiti redditionē. Nō tñ oportet niſi in caſu. Sunt etiā varij caſus, in ꝗbus propter fornica-
tionē corpalem nō licet relinquere cōiugē.ſ.ſi mulier ab alio ſub ſpecie proprij viri ſit cogni E
ta, vel ſi vir eā proſtituit, vel ipſe quoq; adulter exiſtat,&c. His verbis cōſonāt dicta Apl̄i ad
1.Cor.7. Corinthios: His ꝗ in in cōiugio ſunt ꝑcipio nō ego ſed dñs, vxorē à viro ſuo nō diſcedere, ꝙ
ſi diſceſſerit manere innuptā, aut viro ſuo recōciliari,& vir vxorē non dimittat. De hac ma
Leuit.19 teria infra plenius dicetur.⌊Audiſtis, qa dictū eſt antiquis (ꝑ Moſen) Nō periurabis, reddes
Oſee.4 Leuit.5. aūt dño iuramēta tua⌋.i. nō ꝑ idola, neq; ꝑ elemēta, ſed ꝑ deū iurabis, dixit em̄: Dñm deum
Deute.6 tuū timebis,& ꝑ nomē eius iurabis. Hoc Iudæi male intellexerūt, putantes ſola iuramēta mē
doſa eſſe prohibita, iuramenta quoq; iniuſta & incauta eſſe ſeruanda. Hunc errorē excludēs
Hieronymus. ſaluator, ſubiunxit.⌊Ego aūt dico vobis, nō iurare om̄ino⌋ ſecundū Hieronymū. Chrūs nō
prohibet iurare ꝑ deum, ſed per ea quę ſubſequuntur, videlicet.⌊neq; ꝑ cœlum⌋ ſed qm̄ ſta-
tim ſubiūgitur,⌊ſit aūt ſermo veſter eſt eſt, non non⌋ intelligitur ſcd̄m aliq̄s. Chrūs etiā iu-
Auguſtinus. ramentum per deum diſſuaſiſſe vel prohibuiſſe, non quia ſemper malum atq; illicitum ſit, ſed
Iacobi.5 (vt ait Auguſtinus) ne per aſſiduitatem iurandi, incidat homo piurium. Eſt quoq; alia ratio
cur non debeamus iurare ſine neceſſitate, vel magna vtilitate, ꝗuis ſint vera quæ dicimus, qa
Iurare nō prorſus illicitum. hoc cedit ad irreuerentiam dei, ꝙ homo tam leuiter, inaduertenter & intimoratæ aſſumit,
Roma.1 tantæ ſanctitatis maieſtatem in teſtem. Quòd autem iurare non ſit prorſus illicitum, inno-
2.Cor.1. teſcit ꝑ hoc, ꝙ Paulus in ſuis epiſtolis toties inuenitur iuraſſe, dicendo: Teſtis eſt mihi deus.
Philip.1. 1.Theſſ.2 Et: Teſtificor coram deo &c. Porrò ſecundum Hieronymum ſuper illud Hieremiæ: Iurabis F
2.Timo.4. viuit dominus in veritate & iudicio & iuſtitia, tres ſunt comites iuramēti, videlicet veritas,
Hiere.4. iudiciū atq; iuſtitia,& ꝗdcūq; hoꝝ defuerit, iuramētū erit illicitū, imò ſic iurās, eo ipo ꝗ iurat
piurus efficit, ſcd̄m Thomā, qa hæc obſeruare tenet in quolibet caſu. Si em̄ deſit veritas iu-
ramētū eſt mēdax, ſi iudiciū deſit, iuramētū eſt temerariū & incautū, ſi iuſtitia, iniquū eſt, le-
uea tq; inutile. Veritas itaq; ad iuramētū ordinata reꝗritur, ex pte rei de qua iuratur. Iudiciū
vero ſeu diſcretio ex parte iurātis, iuſtitia aūt ex parte cauſæ, vt ſit neceſſitas ad iurandū. Iu-
ratio ergo debite circūſtantionata, videlicet, vt fiat ex cauſa neceſſaria, tūc vbi taliter & pro
pter congruū finē nō ſolū eſt licita, ſed & actus virtutis, quæ dicit latria. Qui em̄ ſic iurat, ex-
hibet reuerētiam deo, præſupponēs eū habere inſallibilē veritatē, omniūq; certā notitiā, ac
vniuerſalē prouidentiam. Vnde ait ſcriptura: In omni corde ſuo iurauerunt dño, & inuene-
runt. Et pſalmiſta: Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Hieronymus quoq; affirmat, ꝙ iu
2.Para.15 rans veneratur vel diligit eum ꝑ quem iurat. Sic ergo intelligenda eſt litera.⌊Dico vobis nō
Pſalm.62. iurare omnino⌋ hoc eſt, non iurare omnibus modis indifferenter, ſeu ex qualibet cauſa, ſed
ſolum modo iam dicto, videlicet ⌊per cœlū, quia thronus⌋ id eſt ſedes & habitatio ⌊dei ē⌋
Quāuis em̄ incircūſcriptus, immēſusq; deus loco nullo claudat, ibi tamē eſſe aſſerit, vbi ope-
ratur,& ſeipſum oſtēdit. Cū ergo in cœlo empireo maxime operetur, illicq; facie ad faciem
Apoca.3 cōſpiciatur, merito cœlū empireū appellatur thronus eius. Vnde vnigenitus dei: Ego (inqt)
vici & ſedi cum patre meo in throno eius⌊Neq; ꝑ terrā (iuraueris) quia ſcabellū pedum eius
Pedes dei. eſt⌋.i. diuinæ poteſtati ſubiecta,& à deo in vltimo ac infimo reꝝ ordine collocata. Per pe-
des itaq; dei deſignatur opatio ſeu prouiſio eius, pertingens vſq; ad infima. Hoc idē in Eſaia
ſcriptum

A ſcriptũ eſt: Hoc dicit dñs, Cœlũ mihi ſedes eſt, & terra ſcabellũ pedũ meoꝝ. Non eſt itaq; ſic [Eſaiæ.66]
intelligendũ, quaſi deus in diuinitatis natura corporalia habeat liniamenta, & ſitualiter ſede- [Iob.11]
at, præſertim cũ de ipſo ſcriptum ſit: Excelſior cœlo eſt, & profundior inferno, longior ter-
ra menſura eius, & latior mari. ⌊Neq; per Hieroſolymã (iuraueris,) quia ciuitas eſt magni re
gis,⌋ de quo legiť in lib. Heſter: Dñe rex omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita. Et in [Heſter.13]
pſalmo: Quoniã deus magnus dñs, & rex magnus ſuper omnes deos. Fuit eñi Hieruſalẽ de- [Pſal.94]
putata ad huius regis obſequiũ. ⌊Neq; per caput tuũ⌋ iuraueris, ⌊qa nõ potes vnũ capillum
albũ facere aut nigrũ,⌋ propria poteſtate & ſolo imperio, q̃uis per artẽ & naturaliũ rerum
applicationem, poſſit homo diuerſos colores crinibus capitis ſui inducere. Ecce nõ ſolũ ꝑ de
um, ſed etiã per creaturas iurare prohibuit vel diſſuaſit. Sed q̃uo intelligendũ eſt hoc? Nonné
ꝑ euangeliũ & ꝑ ſanctos ſit licitũ iuramentũ? Nonné Ioſeph per ſalutem Pharaonis iurauit? [Gene.42]
Nonné apoſtolus dicit: Ego teſtẽ inuoco deum in animã meam? Quæritur ergo q̃n & quo [1.Theſſ.4]
modo liceat ꝑ creaturas iurare: Reſpondet beatus Thomas, ꝙ iuramentũ ſit dupliciter. Pri- [2.Cor.1.]
mo ꝑ ſimplicẽ cõteſtationẽ. Secũdo, ꝑ execrationẽ. Iuramentũ primo modo factũ, principa [Per creaturas q̃n ꝛ q̃uo iurare liceat.]
liter diuinæ veritati innitiť. Secũdario aũt aſſumunť aliquæ creaturæ ad iurandũ, nõ ſecundũ
ſe, ſed in q̃tũ diuina in eis veritas manifeſtať, ſic q; iurať ꝑ euangeliũ. i. ꝑ deũ, cuius veritas in
euãgelio contineť. Et itẽ per ſanctos, q hanc veritatẽ crediderũt. In iuramento aũt quod ſit
per execrationẽ aſſumiť creatura, tanq̃ id in quo diuinum execrať iudicium, ſi non veræ aſſeri
B tur vt cũ homo iurat per caput, vel ſiliũ ſuũ, ſeu aliam rem dilectã. Deniq; ſicut licitũ eſt iura-
re per deum pro loco, cauſa & tempore: ſic & per creaturas, tam per ſimplicem conteſtatio-
nem, q̃ per execrationem. Per execrationem nanq; iurauit aplꝰs: Ego (inquiens) teſtem in-
uoco deũ in animã meã. Quod vero Ioſeph ꝑ ſalutẽ Pharaonis iurauerit, vtroq; modo intel- [2.Cor.1.] [Gene.42]
ligi pt, videlicet ꝑ modũ execrationis, ita ꝙ Pharaonis ſalutẽ obligauit deo & per modũ con
teſtationis, conteſtando veritatem diuinæ iuſtitiæ, ad cuius executionem principes terræ cõ
ſtituunť, quoꝝ vnus extitit Pharao, ſic q; ꝑ eius ſalutem iurauit Ioſeph, inquantũ diuina iuſti-
tia in Pharaonis imperio monſtrabať. Cũ ergo ꝑ creaturas iurať, iurãs obligať implere iura-
ta, ac ſi ꝑ deum iuraret: quia non iurat ꝑ creaturas, niſi inquantũ diuina virtus in eis relucet.
Ideo quoq; nõ licet ꝑ eas iurare, niſi circunſtãtijs debitis obſeruatis, quẽadmodũ nec ꝑ deũ.
Eſt etiam alia ratio cur Chriſtus ꝑ creaturas iurare prohibuit, quia ſpeciẽ idololatriæ habet [Chrs ꝑ creaturas iurare, cur prohibuerit.]
hmõi iuramentũ. Idololatræ eñi ſic iurãt, & ei ꝑ quod iurať diuinus honor impendi videť, vt
tangit hoc loco Hieronymus. Quid eñi eſt iurare, niſi infallibilẽ teſtẽ ad cõfirmationẽ ver-
boꝝ inducere. Chrs vero inſinuat ideo ꝑ creaturas nõ eſſe iurandũ ſine cauſa neceſſaria, quia [Iurare quid]
in eis aliquid diuinæ virtutis relucet, Dicit eñi: ⌊Neq; ꝑ cœlũ, quia thronus dei eſt⌋. i. gloria
dei manifeſtať in cœlo, ⌊neq; ꝑ terram, q̃m ſcabellum pedum eius eſt⌋. i. in terra relucet diſ- [Eſaiæ.66]
poſitio poteſtatis diuinæ, ſic q; iurando ꝑ cœlũ aut terrã, iurať ꝑ eum, cuius maieſtas præſen
tať in cœlo, vel cuius diſpoſitio relucet in terra. Per hoc quoq; ꝙ non poſſumus vnum capil-
C lum capitis noſtri facere album vel nigrũ, euidenter pateſcit, ꝙ nõ à nobis, ſed à deo ipſm ca-
put accepimus. ⌊Sit aũt ſermo veſter, eſt eſt, non non,⌋ i. ſimpliciter affirmate quod verũ [Iacobi.5]
eſt, & negate quod falſum eſt, nec adhibeať iuratio ſine neceſſitate. ⌊Quod autem his abun-
dantius eſt⌋. i. iuramentum quod affirmationi ſeu negationi ſuperaddiť, ⌊à malo eſt,⌋ i. ex
malo culpæ, vel malo pœnæ procedit, videlicet ex infirmitate, incredulitate, vel ſuſpitione
eius qui exigit iuramentũ, vel ex malo iurantis, qui iurat omiſſis tribus prædictis iuramenti
comitibus. Non dixit, quod his abundantius eſt, malũ eſt, ſed à malo, quia iuramentum non
eſt ſemper peccatum, ſed origo iuramenti eſt malum quoddam, videlicet, quoniam homines
ſibi inuicem diſcredunt.

¶ Elucidatio ſequentis partis huius capituli, vſq; ad finem ipſius, videlicet:
Audiſtis quia dictum eſt. Arti. XI.

COnſequẽter ſaluator informat diſcipulos circa iudiciale legis ꝓceptũ, de pœna ta-
lionis. ⌊Audiſtis qa dictũ eſt⌋. i. ꝑ Moſen denũtiatũ eſt filijs Iſrael. ⌊Oculum pro
oculo,⌋ requires, ⌊dentẽ pro dẽte⌋ exiges. i. ſi qs tibi excutiat dentẽ vel oculũ. Fi [Exod.21.]
at ei ſilr. Dixit eñi Moſes: Qualẽ læſionẽ qs intulerit, talẽ ſuſtinere cogeť, vt liuorẽ [Leuit.24]
pro liuore, vulnus pro vulnere, animã pro aĩa. Hæc vltio licita erat in lege rudibus data, q̃te- [Deut.19]
nus timore eadẽ patiẽdi retraherenť ab iniuriatõe, & ne læſi ex impatiẽtia & crudelitate exce
derẽt modũ in vlciſcẽdo. Eſt eñi cõe hoĩbus, vt velint plus læſionis repẽdere, q̃ paſſi ſunt, eo
ꝙ alius prior in eos peccauit, ſic q; nõ ſolũ læſionẽ, ſed & cõtemptũ, iniuſtitiamq; ꝑpeſſi ſunt.
Lex ergo aliqualr̃ reduxit ad pacẽ, & ꝑparauit ad patiẽtiã, dũ iubet nõ plus inferre q̃ illatũ eſt
Iudæoꝝ vero nõnulli circa verba ꝑdicta duplr̃ errauerũt. Primo, q̃m æſtimabãt vindictã ꝑ-
pter ſe appetẽdã. Secũdo, qa putabãt hæc verba ſic dici ꝑ modũ ꝓcepti, vt nõ liceret aliter a-
gere, ſeu penitus indulgere, nõ ꝑpẽſantes illud in pſal. Si reddidi retribuẽtibus mihi mala, de- [Pſal.7]
cidã merito ab inimicis meis inanis. Hieremias q; virũ ꝑfectũ deſcribẽs, ait: Dabit ꝑcutiẽti [Theñ.3]

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAP.V. ſe maxillā, ſaturabitur opprobrijs. Chrs ergo iſtos errores excludēs ſubiecit. ⌊ Ego aūt dico D
vobis, nō reſiſtere malo ⌋.i. nō repugnare, nō reddere malū pro malo, nō litigare, nec repcu
tere. Per hoc nō dat intelligi, vitia nō eē coercēda nec exceſſus eē corrigēdos ab his qbus rō-
ne officij cōpetit ſeruare iuſtitiā, ſed ne priuata ꝑſona vindicet ſemetipſam, & ne aliqs affe-
ctu vindictę, potius q̄ zelo iuſtitię, corrigēdiq́; aīo reſiſtat malo.i. pctōri ſeu pctō. Si aūt per
hoc ꝙ nō reſiſtit malo, periret ordo iuſtitiæ, ac rigor diſciplinæ, & impij ī ſuis malignitatibꝰ
indurarētur ac fouerētur, reſiſtēdū eēt ſcd̄m ordinē iuris ex charitate, præſertim ne iniqui in
æternū perirēt. Si vero ex reſiſtētia mali, orit graue ſcādalū infirmoꝝ, vel maius malū, tenet
hō nō reſiſtere malo, ne ponat offendiculū proximo, aut peior fiat ſciſſura, vel ſcādalū tale a-
lio mō ſedādū eſt. Si aūt deſiſtat hō reſiſtere malo, vindictā nō quærēdo, quāuis reſiſtēdo nō
oriret ſcādalū ꝑdictū maiuſve malū, tūc erit opus ſuperogatōis atq; cōſilij nō reſiſtere. Hinc
Roma. 12. ergo dicit apłus: Noli vinci à malo, ſed vince in bono malū. Deniq; imꝑfectis & paſſionatis
hoībus tutius atq; ſalubrius ē, vt aſſueſcāt nō reſiſtere malo, q̄uis poſſint. Nā & ſi æſtimēt ſe re
ſiſtere ſcd̄m ordinē iuris, timēdū eſt tn̄, ꝙ potius impellātur paſſione q̄ rōne, impatiētia quā
iuſtitia, priuato amore, quā ſyncera dilectiōe. Itaq; vindicta nō eſt optanda neq; q̄renda ſub
rōne vindictæ, ſed medicinæ atq; iuſtitiæ, vtpote vt trāſgreſſor in hoc ſeculo corrigat, ordo
iuſtitię obſeruetur, alij terreātur, vel propter aliqd ſimile. Præterea ſcd̄m Chri ꝑfectiſſima
Maxilla ver/tera quō ꝑbēda documēta, paꝝ eſt nō reſiſtere, ſubditur eñ: ⌊ Sed ſi qs te ꝑcuſſerit in dexterā maxillā tuam »
præbe ei & alterā ⌋ vel ſecūdū realē exhibitionē ſi ratio id depoſcat ad oſtendēdā patientiā, »
& alioꝝ ædificationē, vel ad demōſtrandā charitatis feruorē, quo hō paratus eſt ad oīa ſu
ſtinēda pro fide & Chro. Si aūt nil tale occurrat, ꝑbenda eſt altera maxilla, ſeu alia pars cor-
poris, ſicut beatus Martinus ꝑbuit dorſum cædētibus ſcd̄m animi ꝑparationē, ita vt hō pa-
ratus ſit plura ꝑferre, q̄a nō ſemꝑ corporaliter ꝑbenda eſt altera maxilla. Pręſertim cū Chrūs
Joban. 18 alapa recepta dixerit ſacrilego: Si male locutus ſum, teſtimoniū ꝑhibe de malo, ſi autē bn̄, qd E
Acto. 22. me cædis? Paulus q̄q; apłus cū à militibus cæderet, dixit: Si ciuē romanū & indēnatū licet vo
Actoꝝ. 23 bis flagellare? Et tn̄ vtiq; nō ſolū flagellari, ſed & mori pro Chro paratus fuit, ſed deſiderauit
primo romā videre & informare. Videtur tn̄ ꝑdictis cōtrariū, ꝙ illico iuſſus cædi, dixit pon
tifici id iubēti, Percutiat te deus paries dealbate. Thomas q̄q; apłus in vultu ꝑcuſſus, ſatis hor
rēdā legit vltionē impetraſſe, ita vt ꝑcuſſorē leo occideret. Ad primū reſpōdet Auguſtinus,
ꝙ verba apłi erāt prophetia, nō imꝑcatio mali. Ad aliud dicit, q̄d nō cogimur illi hiſtorię cre
dere. Poſſumus aūt dicere, ꝙ ex miſericordia potius q̄ ex crudelitate Thomas hoc fecerit, vt
deus ꝑceret aīæ ꝑcuſſoris, & cæteri diuinā ptāē agnoſcerēt. ⌊ Et ei q vult tecū iudicio cōtē- »
dere & tunicā tuā tollere, dimitte ei & palliū ⌋ Iſtud ſcd̄m Auguſtinum intelligitur non q̄ad »
1. Cor. 6 operis oſtēſionē, ſed animi ꝑparationē. Sed q̄a apłus dicit: Iā omnino delictū eſt in vobis, ꝙ
iudicia habetis inter vos, quare nō magis iniuriā accipitis, quare non magis fraudē patimini.
Hinc ergo oportet diligētius intellectū hoꝝ verboꝝ inq̄rere. Chryſoſtomus itaq; hoc loco
multis perſuaſiōibus videt velle probare, nequaq̄ ſeruum dei debere corā iudice pro tꝑalibus
cauſam habere vel apparere, propter peccati periculū, q̄d vix euitari pōt, & ſcādalum alioꝝ.
Et qm̄ Chrs maiora repēdere pōt, ſi eius amore vitet iudiciū. Idē videtur Auguſtinus ſentire
exponēdo ꝑmemorata verba apłi dicēs: Hoc ipm̄ vr̄o pctō agitur, ꝙ inter vos negotia iudi
cio determināda habetis, q̄a pctm̄ eſt habere iudiciū cōtra frēm. Veꝝ ſi hoc abſolute intelli-
gatur, daretur ipſis magna libertas atq; occaſio ſpoliādi & rapiēdi, ꝑſertim bona ſimplicium
Chriſtiano an iudicio contendendum. merētq; innumerabilia mala. Gloſa igitur q̄ſi exponēs verba Auguſtini, adiecit. Perfectis li- F
cet repetere ſua ſimpliciter, vtpote ſine lite, ſine cauſa, ſine iudicio, ſed non conuenit eis inde
mouere cām añ iudicē: Infirmis vero licet repetere ſua corā iudice, iudiciūq; habēdo contra
frēm, ſed nō cōtentioſe vel fraudulenter, vel apud iudices infideles. Veꝝ nec iſtud videt alijs
ſatis reſolutū. Eccleſia nāq; nō peccat habēdo iudicia, & religioſi poſſunt corā iudice ſua re-
petere. Fideles q̄q; in terris infideliū habitātes, nec fideles iudices habere potētes, poſſunt ad
iudices fideles recurrere. Alij ergo reſpōdēt, ꝙ liceat (nō aūt expediat) ſecularia habere iudi-
cia, & ꝙ religioſi ac ꝑfecti, poſſunt ſua repetere corā iudice q̄ſi bona cōmunia, nō vt propria.
Aliqui etiā breuiter dicūt, ꝙ nō licet repetere ſua in iudicio, ſi ex repetitōe oriatur ſcādalū &
malū deterius. Sed tūc ſcire oportet, qn̄ & q̄uo bona tꝑalia omittēda ſunt propter vitāda ſcā
Temporalia qn̄ ob ſcandalū omittenda dala alioꝝ. Ad q̄d Thomas reſpondet, ꝙ tꝑaliū bonoꝝ q̄dā ſunt nobis cōmiſſa, quēadmodū
bona eccleſiæ cōmittūtur ꝑlatis, & bona reipublice cōmittunt rectoribus. Hoꝝ itaq; cōſer-
uatio īminet his, q̄bus cōmiſſa ſunt de neceſſitate, ſicut & depoſitoꝝ. Ideo ꝑpter ſcādalū vi
tādū dimittēda nō ſunt, ſicut nec alia q̄ ſunt de neceſſitate ſalutis. Vñ btūs Thomas Cantua-
riēſis eps̄ repetijt bona ecclīæ cū grādi ſcādalo regis. Alia bona tꝑalia ſunt nr̄a ſeu propria, &
hæc propter ſcādalū dimittēda ſunt, vel largiēdo ea alijs, ſi apud nos ſint, vel dimittēdo ea a-
lijs, ſi apud nos nō ſunt, qn̄ ſcādalū ex infirmitate, vel ignorātia oritur, q̄d eſt ſcādalū infirmo
rū, dimittēda ſunt inquā, vel ſcādalū alio modo ſedādū eſt, vt errās inſtruatur, & ſcādalizari
deſiſtat.

A deſiſtat. Quod ſi noluerit, iam ſcandalũ eius erit ſcandalũ phariſæorũ. Dũ igit̃ ſcandalũ ex malitia ſcãdalizati procedit, nõ ſunt bona tẽporalia (quãuis propria) propter id vitãdũ dimittẽda, q̃a hoc vergeret in detrimẽtum boni cõmunis, & rapiẽtibus hoc noceret in aĩa. Quod ergo ait ſaluator, & eius aplus, intelligẽdũ eſt ſcd̃m promptitudinẽ animi, itaq̃ hõ paratior ſit pati fraudẽ atq̃ iniuriam, q̃ iudicio agere, deſiderio pacis internæ & quietis, & ne alij offendant̃ dũmodo aliunde expediat. Ex his aliqualiter eluceſcit q̃uo intelligendũ ſit, q̃d alibi pcipit Chrũs. Qui aufert q̃ tua ſunt ne repetas. ſ. cũ lite & cõtentione, vel cũ ſcandalo puſillorũ. Lucæ. 6.
⌊Et qcũq̃ te angariauerit⌋ .i. coegerit ſeu violẽter cõpulerit, ⌊mille paſſus⌋ hoc ẽ ambulare ſecũ p mille paſſuũ ſpaciũ. Quinq̃ aũt pedes faciũt paſſum, ⌊vade cum illo alia duo milia⌋ paſſuũ, ſcd̃m animi pparationẽ, vel ſecũdũ opis executionẽ, ſi ſine maioris mali & ſcãdali ortu vitare nõ poteris, id eſt, ſi aliqs à te exegerit indebitã ſeruitutẽ ſed licitã, debes aĩo eẽ paratus plus facere, q̃ ille angariãdo reqrit. Si aũt in oĩbus pinductis percutiẽs, rapiẽs ſiue angarians, ex nr̃a patiẽtia in ſua malitia cõfirmet̃ ac foueatur, expedit ei reſiſtere ſecũdũ iuris proceſſum. Si tñ habeatur ſpes de eius emollitione, videlicet, q̃ eius prauitas p noſtrã pietatem, charitatẽ & patientiã corrigatur, ſuſtinẽdũ eſt, ſicut apoſtolus loqtur: Vince in bono malũ. Roma. 12
Vnde Chryſoſtomus: Patiẽtia (inqt) tua vincat crudelitatẽ, & oſtende q̃ maior ſit benignitas dei in ſanctis, quàm malitia diaboli in iniquis hominibus. Interea ſi ſeruus Chr̃i libenter eat cum impio, vel ſeruiat violẽto, nõ angariatur, ſed ille æſtimat ſe iſtũ angariare. ⌊Qui aũt petit à te da ei⌋ quod poſtulat, ſi rõnabiliter quærat, & tibi facultas adſit. Da itaq̃ ei ſecundũ exigentiã & poſſibilitatẽ tui ſtatus ac facultatũ tuarũ, & ſi non corporale, tamen ſpũale munuſculum, vt ſi inconuenienter vel inconuenientia poſtulauerit, informes errantẽ, quia verbum melius q̃ datum. Nonne ecce verbum ſuper datum bonũ. Vt autem teſtat̃ Ambroſius. Eccle. 18.

B Eiuſdem criminis eſt habenti ſua auferre, & indigenti quod quærit denegare, cum poſſis tribuere. Quoniam (conteſtante Chryſoſtomo) homines non domini, ſed diſpenſatores ſunt diuitiarum, idcirco omnia q̃dãmodo ſunt communia. Huic conſonat quod in Actibus dicit apoſtolus: Oportet reminiſci verbi domini Ieſu, quia beatius eſt dare quàm accipere. Denique ſecundũ principẽ Theologorum, bonum eſt ſui diffuſiuum, & charitas non quærit quæ ſua ſunt: Ideo dicit apoſtolus ad Timotheũ: Diuitibus præcipe facile tribuere. Veruntamen prodigalitas nõ laudatur. Nec obſtat prædictis illud in Eccleſiaſtico: Benefac humili, & ne dederis impio. Hoc enim intelligendum eſt de beneficio corporali, quod non eſt impio dãdum, ſi ſit in fomentum & adiutorium ſuæ impietatis. Spũale autem beneficium nulli negandũ eſt, ſicut nec corporale, in articulo neceſſitatis. Actorũ. 20 1. Corĩ. 13 1. Timo. 6 Eccle. 12. Nulli ſpũale deneganđum beneficium.
⌊Et volẽti mutuari à te⌋ .i. aliqd ſibi cõcedi ſeu mutuum accipere ⌊ne auertaris,⌋ negando ei q̃d petit, ſi rõnabiliter petit, & tibi adſit facultas. Hoc enim ſpectat ad charitatem, vt neceſſitatem proximi quaſi propria æſtimemus ac ſubleuemus ſubueniendo egenti, imò agendum eſt in Eccleſiaſtico. Perde pecuniam propter fratrem & amicum. Teſte quoq̃ Pſalmiſta: Iocundus homo qui miſeretur & commodat, quia in æternum non commouebitur. Inſuper Chriſtus exponit prçceptum legis de dilectione proximi, de qua ait apoſtolus: Qui diligit proximum legem impleuit. Eccle. 29 Pſalm. 111. Roma. 13 Lucæ. 19
⌊Audiſtis quia dictum eſt⌋ in lege Moſi ⌊diliges proximum tuum⌋ non dilectione carnali, nec ſolum dilectione naturali, ſed & dilectione charitatiua atq̃ gratuita, quæ fundatur in communicatione felicitatis æternæ ⌊& odio habebis inimicum tuum⌋ non odiẽdo naturã, ſed culpam, non perſonã ſed vitium, quod vtiq̃ odium ex charitate procedit, & ad perfectionem pertinet. De quo in pſalmo cantatur: Perfecto odio oderam illos, & iniquos odio habui. Pſalm. 138

C Hoc aũt quod de odio inimici ſubijcitur; quidam Iudæorum peſſime intellexerunt, dicẽtes: inimicos ſimpliciter odiendos, ad quod multa veteris teſtamenti teſtimonia adduxerunt. Multa eñ ſunt quæ ſuperficialiter intellecta, videntur hoc ipſum prætendere. Sicut cũ Moſes ait: Non quæres eis bonum, & Neemias: Confundantur & peccatum eorum non deleatur. Sed talia atq̃ ſimilia intelligenda ſunt, quantum ad temporalia bona, vel de inimico ſecũdum vitium inimicitiæ, non ſecundum eſſe naturæ, vel ducũtur zelo iuſtitiæ, ſeu modo prophetiæ, nõ affectu inuidiæ. Pſalm. 118 Deut. 23. Neem. 4
Quod autem inimici nõ ſint odiendi ſecundum verum intellectum legis, hinc liquet, quod in Leuitico ſcribitur: Ne oderis frẽm tuum in corde tuo, ſed publice argue eum ne habeas ſuper illo peccatum. Et denuo: Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Salomon loquitur: Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius ne exultet cor tuum. Iob quoque proteſtatur. Si gauiſus ſum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultaui, quòd inueniſſet eum malum. Iudæorum ergo errorem Chriſtus excludẽs, adiũxit. Lucæ. 19. Ibidem. Prouer. 24 Iob. 31 Lucæ. 6.
⌊Diligite inimicos veſtros⌋ quantum ad id quod habent à deo, puta naturã ad dei imaginem factam, & beatitudinis ſuſceptiuam. Diligere autem, eſt alicui bonum velle, ſecũdum Philoſophum. Debemus ergo aduerſarijs noſtris bona ſpũalia velle, videlicet, gratiam in pſenti, & gloriam in futuro, imò & bona corporalia eis optanda ſunt, ſecundũ q̃ expedit eorũ ſaluti, ⌊bñfacite his q̃ oderũt vos⌋ interiorẽ affectũ extẽdẽdo in opus, vt ſcilicet impẽdatis Diligerẽ qđ.

Prouerb. 25 eis bñficia ſpũalia ſeu corpalia, ſcđm cõgruentiã cauſæ, loci, ac tpis. Vnde & Salomon admo D
Roma. 12 net: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potũ da illi. ⌊Et orate pro pſequẽtibus & ca-
Pro omnibus orandum lumniãtibus⌋ Hoc eſt, calumniã inferẽtibus ⌊vos⌋ in generali pro oĩbus illis orãdũ ẽ & etiã
in ſpeciali, ſi ſpecialis cauſa orãdi occurrit, vt ſi viderimus inimicum grauiter anxiatũ, ſeu dã
nationis periculo expoſitũ. De neceſſitate ergo pcepti eſt, vt omnibus quãtumcũq; aduerſa-
rijs appetamus ſaltem in generali grãm conuerſionis, & cætera ad ſalutem neceſſaria. Nec ali
cui tali ſpecialr̃ nos prçcanti negemus ſubſi diũ ei neceſſariũ, ſi dare poterimu. In ſpeciali aũt
alicui aduerſario charitatiuè affici & auxiliari ſpeciali neceſſitate non occurrente ad ſupero-
gationem pertinere videt. ⌊Vt ſitis filij (adoptiui) prĩs veſtri qui in cœlis eſt⌋. ſ. dei prĩs, vel
totius ſupbeatiſſimæ Trinitatis, quæ eſt vnus creator ac deus & pr̃ omniũ noſtrum ⌊qui ſolẽ
ſuum⌋ corporalem in cœlo fulgentẽ ac diſcurrentem, ⌊oriri facit ſup bonos & malos⌋ om̃i
bus enim hominibus ſol miniſtrat & naſcit, radios ſuos omnibus influendo, ⌊& pluit ſup iu-
ſtos & iniuſtos.⌋ Inuitat ergo nos Chriſtus ad inimicoꝝ dilectionem exemplo dei, qui na-
turalia beneficia nemini ſubtrahit, ⌊vt ſimus filij eius⌋. i. vt ei aſſimilemur, conformãdo nos
eius bonitati ac pietati. Ratio em̃ filiationis in quadã aſſimilatione conſiſtit: propter quod di
Ephe. 5 cit Apoſtolus: Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi. Vnde Iohãnes loquit: Sicut ille eſt,
1. Iohan. 4 & nos ſumus in hoc mundo, videlicet aduerſarijs noſtris affectum & effectum charitatis im- E
pendendo. Conſequenter ponit Saluator aliam rõnem amandi inimicos. ⌊Si enim diligi-
tis eos q vos diligũt⌋. i. ſi ſolum amatis amãtes vos non tã propter deum, quã ideo quia vos
diligunt ⌊quã mercedem habebitis⌋ à deo in pr̃ia, quaſi dicat, nullã ⌊Nonné & publicani⌋
Hoc eſt, publici pctõres ⌊hoc faciunt⌋ vtiq; & tñ nullã à deo mercedem ſortiunt. ⌊Et ſi ſa
lutaueritis frẽs veſtros tantum⌋ id eſt, ſalutem & bona optaueritis propinquis veſtris ⌊quid
amplius facitis⌋ quã publicani. ⌊Nonné & Ethnici⌋. i. Gentiles ⌊hoc faciũt.⌋ Quia in hac
clauſula addit, tantum, dat intelligi, quòd in prçcedenti quoq; clauſula ſubaudiendum erat.
Sciendum ergo quòd amicos diligere ex charitate, non eſt immeritorium, diligere vero ami-
cos alia quacunq; dilectione non eſt meritorium. Signum aũt quòd amici diligunt, quia ami-
ci, & non principalr̃ propter deum, eſt, cum ſic diligunt, quòd inimici non diligunt. ¶ De-
niq; qui vnũ hoĩem odit, nullum veraciter diligit, cũ ſit in pctõ mortali, quod charitatẽ extin
guit. Idcirco qui amat amicos, & nõ inimicos, nõ amat amicos p charitatẽ, ſed p naturalem,
carnalẽ, ſiue politicã amicitiã. Non ergo habet à deo mercedẽ. ¶ Quçri pt hoc loco, quid ſit
magis meritoriũ, diligere amicũ vel inimicũ. Ad hoc diuerſimode ſatis à diuerſis rñdet: Tho
mas vero reſpondet hoc modo: Dilectio refert ad diligentẽ, & ad deũ, qui eſt rõ diligẽdi pro
Quam diuerſimode amicoꝝ dilectio, inimicoꝝ dilectioni pemineat, & è diuerſo. ximũ. Referendo ergo dilectionẽ ad diligentem, ſic dilectio amici eminet dilectiõi inimici.
Quia amicus cũ ſit melior atq; ppinquior, eſt materia aptior dilectioni q̃ inimicus, ppter q̃d
actus charitatis trãſiens ſup talẽ materiã eſt melior, & oppoſitũ eius eſt peius, videlicet, odiũ F
amici q̃ inimici. Quãtũ vero ad id q̃d eſt rõ diligẽdi proximũ, q̃d eſt deus, dilectio inimici p-
eminet. Primo, qm̃ ſolus deus ẽ cauſa huius dilectõis. Scđo, qa ex dilectione inimici oſtendit
amor dei fortior eẽ in diligente, q̃ ex dilectõe amici. Nihilominus dilectio amici ſcđm ſe eſt
melior, feruẽtior, magiſq; meritoria: qa ad rõnem virtutis ac meriti, plus facit bonũ q̃ diffici
le. Quãuis ergo dilectio inimici ſit difficilior, non tñ eſt melior vel magis meritoria, niſi pmij
accidentalis rõne laboris annexi. Præmiũ vero eſſentiale correſpondet feruori dilectionis.
⌊Eſtote ergo vos pfecti⌋ Non ſolũ amicos ſed etiã ęmulos diligendo, pietatis viſcera ſemp
habẽdo, & in om̃i virtute virilr̃ vos habẽdo, ⌊ſicut & pr̃ veſter cœleſtis pfectus eſt⌋ pfectio
ne ſimplr̃ dicta, & extra om̃e genus, ita ꝙ nulla ei deeſt nobilitas, ſed om̃e q̃d abſolute loquẽ-
do melius eſt ineſſe q̃ deeſſe, cõuenit deo cũ plenitudine infinita. Huic ergo pfectioni aſſimi
Eſa. 40 lari nõ poſſumus ſilr̃itudine æqualitatis, ſed imitatõis. Scriptũ eſt em̃: Cui ſilẽm feciſtis deum,
aut quã imaginẽ ponetis ei, & cui aſſimilaſtis me, dicit ſanctus. De hac pfectõe deiforme, qua
Deuter. 18 deo aſſimilari pcipimur. Ait Moſes: Perfectus eris, & abſq; macula cũ dño deo tuo. O vere
quãta ẽ bonitas atq; dignatio dei, & quãta eſt dignitas rõnalis creaturæ, eò ꝙ de⁹ im̃ẽſus, in
Eſaię. 40 cuius cõparatõe totus mũdus eſt velut puluis exiguus, vult ſibi aſſimilari, ſilẽmq; vocari crea-
Leu. 11. 12. 19. 20 turã ſuã rõnalem. Ad hãc quippe pfectionem, etiã in veteri teſtamẽto diuinitus innitamur,
Deute. 7. iuxta illud: Nolite cõtaminare aĩas veſtras: Ego em̃ ſum dñs deus veſter. Sãcti eſtote, qm̃ ego
Gene. 17 ſctũs ſum. Poſtq̃ ſublimia pfectaq; documẽta Saluator ppoſuit, congruẽtiſſime admonet vi
Eſa. 42. 43 tare vulpeculã, vtpote vanã gloriã, q̃ tũc fortius atq; latẽtius igredi ſolet ſiue pulſare, nõ ſolũ
Eſa. 50 puſillos, ſed & pficiẽtes ac feruidos, qñ efficacius diuinis obtẽperauerũt pceptis ſiue conſilijs
⌊Attẽdite ne iuſtitiã vr̃am⌋ videlicet opa virtuoſa q̃ docui ⌊faciatis corã hoib⁹ vt videamini
ab illis⌋ hoc ẽ ad hũc finem, quòd virtuoſi ab illis reputemini, & laudem humanam captetis,
hoc em̃ eẽt hoib⁹ velle placere, de⁹ aũt diſſipat oſſa eoꝝ q hoib⁹ placẽt. ⌊Alioqn⌋. i. niſi attẽ
Pſalm. 52. deritis ſicut admoneo, ⌊mercedẽ nõ habebitis apud pr̃em vr̃m q in cœlis eſt⌋. i. in cõſpectu
dei in pr̃ia, qm̃ cœleſtem btitudinẽ ſortituri non eſtis. Non em̃ aliqd meremini ſic agendo,
quia in

A quia in moralibus. Actus habet ſpeciē à fine, & ſecūdum Ambroſiū. Intētio imprimit ſpeciē actui tuo. Si ergo finis eſt vanus, opus eſt vitioſum. Deniq; ſcd̄m Dionyſiū, bonū eſt ex integra cauſa, videlicet om̄ibus circūſtātijs cōcurrētibus. Malū vero cōtingit omnipharie .i. qcūq; circūſtātia omittat. Inter oēs aūt circūſtātias actus virtuoſi, propter qd extat pcipua, — Moralis act⁹ a fine ſpeciē ſortitur.
« & ergo ſi opus agat propter laudē humanā, maxime vitiat atq; inficit. ⌊ Tu ergo cū facis e-
« leemoſynā noli tuba canere añ te ⌋ .i. noli alta voce, vl' ſigno alio manifeſtare teipm, propter
« laudē hoīm obtinēdā, ⌊ ſicut hypocritæ faciūt in ſynagogis & vicis ⌋ hoc ē tēplis & plateis. — Hypocritæ.
« Sic em̄ multi Iudæo℞ fecerūt, ⌊ vt honorificētur ab hominibus. Amē dico vobis, receperūt
« mercedē ſuā ⌋ videlicet laudē humanā. O vanitas ac miſeria infinita, propter volatilē, vilem,
« fallacē & momētaneā hoīm laudē, diuino, ęterno & cœleſti honore priuari. ⌊ Te aūt faciēte
« eleemoſynā, neſciat ſiniſtra tua, qd faciat dextera tua ⌋ .i. tā occulte hāc facias, quā tū ad animi intētionē, vt nec ab illo videat, q tibi tā vicinus ē, vt vna manus alteri. Per talē etem̄ modū loquēdi, dat intelligi, q hō debet à nemine velle videri propter gloriā hoīm capiendā, quis ad alio℞ ędificationē & dei honorē, poſſit eleemoſyna fieri in aperto vel ſpūaliter. Neſciat ſiniſtra .i. cogitatio peruerſa ſeu vana affectio, qd faciat dextera tua .i. cogitatio & affectio bona, hoc ē, cogitatio vana oīno abijciat, nec bonę cogitatiōi de q eleemoſyna naſcit, admiſceat, — Ab hūana laude abſtinendū.
« ⌊ vt ſit eleemoſyna tua in abſcōdito ⌋ loco .i. occulte fiat, ſaltē ſcd̄m deſiderium cordis,
« intētionemq; animi, ne cupias inaniter apparere. ⌊ Et pater tuus (cœleſtis) qui videt ⌋ oculo
« intellectuali, ⌊ in abſcondito ⌋ id eſt intus in anima, ſcrutans corda & renes, & etiam in occultis, tenebroſiſq; locis, quēadmodum Hieremias ait: Si occultabitur vir in abſconditis, & ego — Hiere. 23
« non videbo eum. Homo quippe videt quæ foris apparent, deus autem intuetur cor ⌊ reddet — 1. Reg. 16.
« tibi ⌋ copioſum pmium eleemoſynæ quod in pſenti inchoatur, & in futuro pficitur.

¶EXPLANATIO CAP. VI. Et cum oratis. Articulus XII.

CAP. VI.

B POST exhortationē ope℞ miſericordiæ & charitatis fraternę, qbus homo ad proximos ſuos virtuoſę extēditur, docet ſaluator de actu latriæ, per quem anima ad deū eleuatur, videlicet de oratione, quæ ſecūdum Damaſcenum, eſt aſcenſus mētis in deū vel petitio decentium .i. re℞ quas decet peti à deo. — Oratio quid.
« ⌊ Et cū oratis ⌋ deum ſuppliciter
« inuocando, ⌊ nō eritis ſicut hypocritæ ⌋ .i. aſſimilari nō debetis vanis hoībus, humanā laudē potius q dei honorē, vel honorationem à
« deo qrētibus ⌊ q amāt in ſynagogis ⌋ .i. ī publicis cōuēticulis ſeu tē-
« plis, ⌊ & in angulis platea℞ ſtātes orare ⌋ Stāt enim, vt ſic remotius videantur. Quod aūt apud Chriſtianos deſignat eccleſia, hoc apud Iudæos ſignificat ſynagoga, videlicet locū cultus diuini, vel collectionē fidelis populi. Secūdū Chryſoſtomū dicit nō in plateis, ſed in angulis platea℞: ad inſinuādū, q hypocritę interdū quærunt ſecretum locum orandi, non vt lateant, ſed vt videantur quaſi in abſcōdito orare, ſicq; dupliciter commendentur. Primo, quoniā orāt. Secundo, quoniā latere deſiderant, ſciunt em̄ laudabilius eſſe in occulto orare. Tales ſunt multi qui ſimulant ſe honores refugere, nolle pręeſſe. gloriā vanam odire, vt honorem, prælationem & gloriā, cōſequātur. Sciūt — Lucæ. 14
enim, quoniam honor ſequitur fugientem, & q ſe humiliās exaltetur. Ideo ſcriptū eſt: Eſt q — Lucæ. 18
« nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Sic igitur orāt, ⌊ vt videātur ab homi- — Eccle. 19.
« nibus ⌋ .i. deuoti putētur, laudētur & honorētur. ⌊ Amen (id ē veraciter) dico vobis, receperūt mercedē ſuā ⌋ Imò & ſi à nullo hoīe videātur neq; laudētur, receperunt tamen mercedem ſuam in præſenti, quātum ad ſuū propoſitū & affectū, nec à deo pmium ſortiūtur, ſed pœnā

C tāquam ſacrilegi, qui re ſacra abutūtur in vanitatē. His verbis nō prohibet Chriſtus in eccleſia materiali ac publicis locis orare, cum dicat apoſtolus: Volo viros orare in om̄i loco, leuātes puras manus. Et pſalmiſta: Vota mea domino reddam coram om̄i populo eius. Itemq;: Adorate dominum in atrio ſancto eius: Et quomodo poterimus ſemper & ſine intermiſſione orare, ſi nō orauerimus vbicūq; fuerimus. Deniq; ſunt orationes ſolēnes ac publice, quas faciūt miniſtri eccleſiæ pro populo, quas certū eſt in ipſa eccleſia publicę fieri oportere. Orationes quoq; priuatę ſingulorum maxime in eccleſia fieri debēt, propter loci ſanctitatem & ſacramenti præſentiam, iuxta illud: Domus mea domus orationis vocabitur cunctis gētibus dicit dominus: Quod ad literā de materiali eccleſia dictum eſſe. Chriſt⁹ allegat: Prohibet ergo dominus in templo & angulis platearum orare, more hypocritarum, videlicet, appetitu laudis humanæ, vel commodi temporalis. Et ne ſolum oremus in publicis locis, ideo ſubdit: — 1. Timo. 2 / Pſalm. 117 / Pſalm. 28 / Pſalm. 95 / 1. Timo. 5 / Lucæ. 18. / Eſaiæ. 56 / Matth. 21 / Lucæ. 19 / Marc. 11
« ⌊ Tu autem cum oraueris ⌋ id eſt, orare intendis vel incipis, ⌊ intra in cubiculū tuū ⌋ .i. locum
« ſecretū & quietū, ⌊ & clauſo hoſtio ⌋ loci ne quis accedat, teq; impediat, vel ad inanē gloriā exciret, eo q inueniaris in tam ſancto opere humanum aſpectum, præconiumq; vitare. Aliq em̄ ſolēt ſubito & īaniter gloriari, cū inueniunt pter vl' cōtra ppoſitū ſuū laudabilr occupari

Ora

⌊Ora pře̅m tuum⌋ Cœleſtem deum trinum ac ſimplicem, ⌊in abſconſo(loco) Et pater tu-
us qui vidit in abſconſo⌋ non enim latent eum quę fiunt in locis abſtractis. Specialiter quoq;
vidit deus per approbationem, in abſconſo .i. miſericorditer aſpicit, & acceptat opa bona, D
quæ fiunt in abditis ad vitandum vitium vanitatis. Locus vero ſecretus & quietus plurmum
confert ad orationis puritatē atq; feruorem: quia tūc hō̄ ſecurior eſt nec à ſenſibilibus totiēs
inquietaſ, vnde imaginatio eius quietior eſt, & intellectus ſtabilior: voluntas quoq; tāto ardē
tius ferſ in deum, ſtabiliusq; in eo p̄manet fixa, quāto amplius à multis abſtrahiſ. Poteſt etiā
per cubiculum ſpūaliter accipi cor hominis. Sic ergo debemus intrare cubiculū animæ .i. ad
Pſalm.84 cor noſtrum redire, & ſpm̄ noſtrū intra ſe nos colligere. Iuxta illud: Audiā quid loquaſ in me
dn̄s deus, qm̄ loqueſ pacem in plebem ſuā, & in eos qui cōuertunſ ad cor, & pře̅m in abſcon-
Iobā.14 ſo .i. in cordis ſecreto ſoli deo patenti orare, ſicut ait Saluator: Spūs eſt deus, & eos qui adorāt
1.Regū.2 eum, in ſpū & veritate adorare oportet. Hoc modo orauit Anna, cuius tm̄ labia mouebantur
& vox penitus non audiebaſ. Et pater tuus qui videt in abſconſo. Hoc eſt, in intimo cordis
Iob.42 fundo, quem nulla latet cogitatio ⌊reddet tibi⌋ quod poſtulas, imò multiplicem ořonis ef-
fectum tibi præſtabit, videlicet: dulcem in orādo ſaporem, optatæ gřæ infuſionem, ſempiter
1.Regū.1 namq; gloriā, ſi tn̄ infatigabil'r oras. ⌊Orātes aūt nolite multū loqui⌋ .i. verba corā deo mul-
tiplicate, ⌊ſicut ethnici⌋ .i. Gentiles ⌊faciūt⌋ qui ideo orādo multum loquunſ: ⌊putāt em̄
quòd in multiloquio ſuo⌋ hoc eſt, virtute multo⁊ verbo⁊, ⌊exaudianſ.⌋ à dijs ſuis, & non
mirum quòd diu orant, & verba multiplicant. Nam orant dæmones, qui & ſi audiant, exau-
dire non valent, nec aliquid facere, niſi permiſſi à deo. Orant reges mortuos, Iouemq́. Mercu- E
riū, quo⁊ crimina ſunt notiora q̄ nomina, qui & ſi viuerent, ſalutem conferre non poſſent.
Pſal.113 Orant idola inſenſata, quæ habent aures, nec audiūt. ⌊Nolite ergo aſſimilari eis.⌋ Verba mul
Pſal.143 tiplicādo ea ratione, qua illi vt arbitremini in multiloquio, & non potius in affectu feruido,
exaudiri. Patet ergo ꝙ Chřus non abſolute prohibet verba in ořone protendere, ſed ne hoc
Lucæ.18. faciamus more Ethnicorum. Nā ip̄e hortaſ nos, vt oremus inſtāter & ſemp̄, quod ſine multi-
Lucæ.6 plicatione verborum mentalium ſiue vocalium non fit. Ipſe quoq; in ořone pernoctauit.
⌊ſcit em̄ př veſter, quid opus⌋ .i. neceſſe vel vtile ⌊ſit vobis, anteq̄ petatis eum⌋ p̄ quocūq;
negotio. Scia em̄ dei ęterna, p̄fecta, inuariabiliſq; conſiſtit. Ideo non oportet multum loqui
quaſi in multiloquio exaudiret deus, quia ſi ſic, tunc p̄ nřos ſermones aliquid ſibi notificareſ,
quòd antea ignoraſſet, vel p̄ verbo⁊ multitudinem flectereſ, quo⁊ nullum omniſcienti & in
commutabili cōpetit deo. ¶Deniq; circa hunc locū dicit Chryſoſtomus: De ořone nobis ē
ſermo, quā ſolā quaſi ſpūale tributū aīa de viſceribus ſuis offert deo. Vis aūt ſcire, q̄ præcioſa
ſit ořo. Nulla iuſtitia thymiamati comparaſ, niſi ſola ořo. Sicut enim thymiamata bene confe
Exod.30 cta delectāt hominē odorātem, ſic ořo iuſti ſuauis eſt aň deum. Vis autem ſcire dignitatem
Tobiæ.12 eius: Mox vt de ore proceſſerit, ſuſcipiunt eam angeli manibus ſuis, ſicut Tobiæ angelus di-
xit: Ego ořonem tuā obtuli deo. Orās aūt, nil noui faciat quod aſpiciāt alij: altè clamādo, ma
Hypocrita non ora nus extendendo, pectus tundendo, vel oculos impudēter ad cœlos leuādo. Sed interiora ſua
Orāti oſtium intrandum. ingrediaſ, vt nihil cogitet, niſi de quo orat, & quem orat, vt claudat oſtium, ſenſus carnalis,
omneſq; cogitationes carnales, & ſolicitudines foras expellat. Si autem de extraneis & carna
libus rebus cogitaueris, non introiſti in interiorem intellectum tuum, neq; clauſiſti oſtiū ſen F
ſus, ſed tacite cum cogitationibus ſuperfluis loquens: Tempus ořonis amittis. Poſſumus & p̄
Quæ male ex clamoſa ſequantur oratione oſtium intelligere, vt non clamoſe oremus. Ex clamoſa em̄ ořone, multa mala ſequunſ. Ma
xime tria hæc. Primū, quia clamoſe orās, non credit deum eſſe vbiq;, & abſconſa audire .i. ita
⌊Et eiecto dęmonio⌋ q̃d Chr̃us ab hoĩe expulit, potẽti imperio, q̃m oĩa ſubiecta erãt pedibus ſuis, ⌊locutus ẽ mutus⌋, i. q̃ mutus extiterat. Ceſſante em̃ cã, ceſſat effectus. Et ideo ſicut dæmon p ſuã pñtiam fecit hoĩem mutũ, ſic p ſuã expulſionẽ, reſtitutus eſt hõ priſtinę facultati loquẽdi ⌊& admiratę ſunt turbę⌋ propter inſolitũ opus. Imò duo ſigna in eodẽ pacta ſunt videlicet dęmonis eiectio, & linguę relaxatio, multoq; amplius admirabilis, virtuoſus, & glorioſus fuit modus agẽdi, q̃ opus. ſ. q̃ tam imperialiter atq; faciliter, & itẽ tã frequẽter & quaſi innumerabiliter Chr̃us ſigna iſta peregit, ideo admiratæ ſunt turbæ ⌊dicentes: Nunq̃ apparuit ſic in Iſrael⌋. i. Nunq̃ aliquis Iſraelita, pr̃iarcha ſiue propheta, tam glorioſe operatus eſt, vt iſte. Quãuis em̃ multi eoꝝ fecerint ſigna maiora, q̃ ſit dæmonẽ mutũ expellere, ſicut Ioſue & Eſaias, ad quoꝝ inſtantiã ſol à naturali curſu ceſſauit: nullus tñ in veteri teſtamẽto, tot & tanta fecit miracula, tanq; potenter & imperialiter ſicut Chr̃us. Propter quod Iohannes dicit: Si opera (inquit) non feciſſem in eis, quę nemo alius fecit, pctm̃ non haberent. ⌊Phariſæi autem⌋ qui erant ambitioſi, auari, & inuidi, maximẽ contra Chr̃m, quia eoꝝ vitia increpabat liberrimẽ ⌊dicebant⌋ ex inuidia rationis iudicium obtenebrante. Amor em̃ priuatus & odium, peruertunt iudicium, iuxta illud Prophetæ: Nunquid veſtrum eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonum? ⌊In principe dæmonioꝝ⌋. i. virtute & cooperatione peſſimi dæmonis, huic ſeductori familiaris: cum quo pactum habet ⌊eijcit dæmones⌋ ab obſeſſis, ita quòd eiectio dæmonũ eſt obedientia in ſuum ſuperiorem, ad cuius inuocationẽ iſte dæmonia eijcit. Dicebãt itaq; q̃ Ieſus principi dæmonioꝝ, videlicet Beelzebub eſſet concors & familiaris, & q̃ dæmon ille ſuperior præciperet dæmonibus inferioribus exire ab hominibus ad inuocationem ſeu imperium Ieſu, quatenus homines æſtimantes talia fieri poteſtate diuina ſeducerent, putando Ieſum eſſe Chriſtum ſiue Prophetam. Sic quoq; dicebant miracula ſaluatoris fieri magicis artibus. Falſitatem vero huius dicti Chr̃us infra euidenter oſtẽdit, ſicut patebit: ⌊Et circuibat Ieſus⌋ cũ diſcipulis ſuis, ⌊ciuitates omnes & caſtella⌋ Galilææ & aliaꝝ terraꝝ vicinaꝝ & ſimpliciter om̃es ciuitates & caſtella, vel quaſdã de om̃ibus, vt ſit diſtributio pro generibus ſinguloꝝ. Vel forte eſt locutio hyperbolica. i. per exceſſum prolata, ad inſinuandũ, q̃ valde multa loca circuiuit ⌊docens in ſynagogis eoꝝ⌋ videlicet Iudęoꝝ, ad quas cõuenire ſolebant vt audirẽt verbum dei. Porrò per hoc q̃ Chriſtus non ſolũ ciuitates, ſed & caſtella circuiuit, docent plati, & pdicatores nõ poſtponere curam paucoꝝ, & eoꝝ qui in paruis locis morant, ſed omnibus & ſingulis pro viribus prouidere, ⌊& prædicans euangelium regni⌋. i. euangelicam legem atq; doctrinam, in qua regnum cœleſte promittit, & per cuius obſeruantiã ad illud directe ac immediate pertingit ⌊& curans omnẽ languorẽ (grauiorem) & omnem infirmitatem⌋ minorem, vel languor refert ad vitia animæ, infirmitas aũt ad incommoda corporis. Nam quos curauit in corpore, ſanauit quoq; in anima. Primo itaq; pdicauit & docuit: deinde ægritudines repulit, quatenus operatio miraculoꝝ ſupnaturalem doctrinam commendaret, auditoribusq; vehementer infigeret, & vt eos quos ſermo nõ emendauit, ſigna conuerterent. Frequenter Euangeliſtæ deſcribunt Chr̃i miracula in communi, nam tot, tanta, & talia extiterunt, q̃ ſingillatim & plenẽ recitari non poterant, in quo euidẽter oſtendit virtus & veritas Chriſti, præſertim cum nil tale legat, de aliquo ſancto veteris teſtamenti, q̃uis Helias & Heliſæus plurima fecerint ſigna. Hinc Iohannes ait: Multa quidem alia fecit Ieſus, quæ ſi ſcribant per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe, eos qui ſcribendi ſunt libros: ⌊Videns aũt Ieſus⌋ ipſum ſequẽtes, ⌊miſertus eſt eis⌋ tanq̃ miſericordiſſimus & amator præcipuus ⌊quia erant vexati⌋ laſſitudine, fame, ſiti, & etiam dolore cordis propter cõmiſſa mala, & bona omiſſa, de quibus cordialiter multi eoꝝ pœnitebant, ex verbis Chriſti ad compunctionem inducti, ⌊& iacentes⌋ præ fatigatõe & forte iacebant in terra ſub diuo carentes hoſpitio, quoniã plures eoꝝ pauperes erant, nec poterant prę multitudine faciliter hoſpitari, & illum ſequebant qui perſonaliter non habebat reclinatorium capitis. Erant ergo afflicti, ⌊ſicut oues non habentes paſtorẽ⌋ quoniã ſicut oues tales non hñt alentẽ & eas in ſtabulum colligentem ne deuorent à lupis, ſic iſti carebãt bonis doctoribus ac prælatis, excepto Chriſto & eius diſcipulis. Sacerdotes quippe & ſcribæ paſcebant & quærebãt ſeipſos, non gregem ſibi commiſſum: de talibus em̃ dñs dicit per Prophetã: Qui comedũt panem populi mei, & pellem deſuper excoriauerunt. Et p Hieremiam: Sacerdotes (inquit) nõ dixerunt, vbi eſt dñs, & tenentes legem neſcierunt me, & paſtores pũaricati ſunt in me. Sed cum Chriſtus ſit paſtor bonus, q̃uo gregem ſe ſequentẽ comparat ouibus ſine paſtore. Et reſpondendũ, q̃ excepit ſemetipm̃. Vel ideo dicit eũ ſimilẽ ouibus ſine paſtore, q̃m licet ipſe in ſpũali-

Iohan. 10 · Nume. 27 · Mar. 6 · Michæ. 3 · Hiere. 2 · Iohan. 21 · Alias dio · Marc. 3 · Luc. 9 · Michæ. 3 · Iohan. 15 · Ioſue. 10 · Eſai. 38 · E · F

A ſpiritualibus paſceret ſe ſequentes, nõ tamẽ ſemper in tẽporalibus ſeu corporalibus, ſed erãt
« ſæpe in magna penuria. ⌊Tunc⌋ Chrũs prouidus paſtor ⌊dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidẽ
« multa⌋ .i. multi ſunt parati audire & facere verba dei, qui meſſi cõparanť, quia diſpoſiti ſunt
cõgregari ac recipi in horreũ Chriſti, tanq̃ boni fructus, & in virtute maturi. De talibus em̃ Matt. 3
ait Iohannes Bap. loquens de Chro: Triticũ colliget in horreũ ſuũ, videlicet eccleſiã militan Luc. 3
tem & triũphantẽ, ⌊operarij aũt⌋ .i. boni & efficaces paſtores, doctores, ac ꝑdicatores ſunt,
« ⌊pauci,⌋ imò pauciſſimi, & tanto panciores, quãto maior ꝑfectio requiriť ad bonũ paſtorẽ
q verbo & ope cõgreget populũ in domũ ſeu horreũ dei. Nã & ſi ſint q audiãt, deſunt q di- Eccleſiæ paſtores rarat.
« cant. ⌊Rogate ergo dñm meſſis,⌋ videlicet Chriſtũ oĩm hoĩm dñatorẽ, ſeu deũ trinitatẽ,
« dñm vniuerſoꝝ maxime electoꝝ, in quibus actualiter dominať: dũ ei obediunt, ⌊vt mittat
« operarios⌋ .i. fructuoſos atq; idoneos doctores & ꝑlatos, ⌊in meſſem ſuã⌋ .i. ad plebẽ eccle
ſiæ inſtruendã ac gubernandã. Maximũ etem̃ dei beneficiũ eſt, habere bonũ paſtorẽ: qm̃ ve
re ait ſcriptura: Qualis eſt rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Hoc Moſes orauit, dicẽs Nume. 27
Prouideat dominus deus ſpirituũ vniuerſæ carnis hominẽ qui ſit ſuper multitudinẽ hanc, ne
ſit populus dñi ſicut oues ſine paſtore. Tales operarios promittit ſe dñs præſtituꝝ per Hiere Hiere. 3.
miã prophetã, dicens: Dabo vobis paſtores iuxta cor meũ, & paſcẽt vos ſcientia & doctrina
Eccleſia ergo quæ ſecundũ Apoſtolũ, eſt dei agricultura, & ſecundũ Eſaiã dr̃ vinea domini, 1. Cor. 3 Eſaiæ. 5
ipſa quoq; nunc diciť meſſis domini.

¶ Elucidatio Cap. X. Et cõuocatis duodecim diſcipulis. Arti. XIX.

POſtq̃ Chr̃s docuit ſe rogandũ, vt mitteret oparios in meſſem ſuam
ſtatim nõdũ rogatus, ſaltẽ cõdigne, ex abũdãtia ſuæ clemẽtiæ mit
B tit oparios ſanctos apl̃os: in meſſem ſuã, de qua alio aſſerit loco. Nõ Mat. 15
ſum miſſus, niſi ad oues q̃ perierũt domus Iſrael. Itaq; poſtq̃ inſtru-
xit apl̃os de euãgelicæ legis doctrina, multiſq; miraculis eos cõfir-
mauit in fide, mittit eos vt alios doceãt. Vt em̃ Dionyſius proteſtať Dionyſius.
nõ eſt aptꝰ alios ad deũ reducere, purgãdo, illuminãdo, ꝑficiẽdoq;
eos: niſi q in ſeipſo excellẽter purgatus, illuminatus, ꝑfectuſq; fue-
« rit, q̃tenus de plenitudine eius accipiãt alij. ⌊Et conuocatis duode- Iohan. 3
« cim diſcipulis ſuis,⌋ puta apl̃is ad ſe, ⌊dedit illis (Ieſus) poteſtatem
« ſpirituũ immũdoꝝ⌋ .i. virtutẽ ſupra & cõtra dæmones impuritate pctĩ repletos, ⌊vt eijce-
« rent eos⌋ ab hoĩbus obſeſſis, in noĩe Chriſti. Dedit quoq; eis poteſtatẽ, ⌊vt & curarẽt omnẽ Marc. 3
« languorẽ,⌋ difficulter ſanabilẽ, inueteratũ, latentẽ, ⌊& omnẽ infirmitatẽ,⌋ facilius curabilẽ Luc. 6
Hoc eſt omne genus cuiuſcũq; morbi. Vel per languorẽ inualitudo aĩæ ſeu peccatũ: per infir
mitatẽ vero morbus corporis deſignať. Nã & corporꝝ curatio, ordinabiť ad animæ ſanatio
nem, de qua Hieremias: Sana me (inquit) & ſanabor. Miſſi ſunt ergo apoſtoli ad animas re- Hiere. 17
parandas. Data præterea eſt apoſtolis tanta miraculoꝝ poteſtas, quatenus veritas euangeli- Marc. 16
cæ prædicationis diuino teſtimonio fulciret: & quia non aliter crederet illiteratis ac ideotis.
« ⌊Duodecim aũt apoſtoloꝝ nomina ſunt hæc.⌋ Ponit Euangeliſta nomina apoſtoloꝝ: ne
alij pſeudoapl̃i reciperenť quaſi veri apoſtoli. Vt em̃ in epiſtolis Pauli frequenter oſtendiť, 2. Cor. 11
« tẽpore apoſtoloꝝ, multi falſi apoſtoli ſurrexerũt, dicentes ſe veros Chriſti apoſtolos. ⌊Pri-
« mus⌋ dignitate, non vocatione, eſt ⌊Symon,⌋ qui alio noĩe diciť ⌊Petrus,⌋ & etiam Cæ- Matt. 4
phas. Symon aũt fuit primũ nomen ipſius: alia duo nomina impoſuit illi Chriſtus. Symon Marc. 3
C interpretať, obediens: Petrus, firmus: Cæphas, caput, vel principalis. Petrus tamen & Cæ-
phas idẽ ſignificant: ita quod Petrus interpretať firmus & principalis, ſimiliter Cæphas. Vn
« de alio in loco ait ſaluator: Tu vocaberis Petrus, quod interpretať Cæphas, ⌊& Andreas fra Iohan. 1.
« ter eius,⌋ videlicet Petri. Quãuis autẽ Petrus & Andreas primo ſimul à Chriſto vocati ſint
ad apoſtolatũ: (vt dictũ eſt ſupra) Andreas tamen primo à Chriſto vocatus eſt ad ſui cogni Matt. 4
« tionẽ, & cognito Chriſto, Andreas duxit fratrẽ ſuũ Petrũ ipſo ſeniorem, ad Chriſtũ, ⌊Iaco
« bus maior,⌋ id eſt vocatione prior, & Chriſto familiarior, qui interfuit reſuſcitationi puel-
« læ, transfigurationi, & trinæ orationi Chriſti tẽpore paſſionis, ⌊Zebedæi⌋ filius, ⌊& Iohã Marc. 5 Luc. 8
« nes⌋ Euangeliſta, ⌊frater eius,⌋ vtpote Iacobi. Hos duos (vt Marcus refert) Chriſtus voca- Matt. 17
« uit Boanerges .i. filios tonitrui, propter altiſonã & inuictã euangelij prædicationẽ, ⌊Philip- Marc 9
« pus,⌋ quem Chriſtus legiť apud Iohannẽ ſtatim poſt ſuã baptizationẽ vocaſſe. Eratq; Phi- Mat. 16 Marc. 14
lippus à Bethſaida, & frater Nathanaelis, de quo teſtatus eſt Chriſtus: Ecce vere Iſraelita, in Marc. 3
« quo dolus non eſt, ⌊& Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus,⌋ Lucas & Mar- Iohan. 1.
cus nominãt Matthæũ ante Thomã, nec addunt publicanus. Matthæus vero ſicut vere hu- Luc. 9
« milis, Thomã ſibi præponit, ſeq; publicanũ appellat, ⌊& Iacobus,⌋ minor, filius ⌊Alphei⌋ marci. 3.
qui dictus eſt frater dñi, tanq̃ vultu & conuerſatione ei cõformis: & fuit primus Hieroſoly- Luc. 6
« moꝝ Chriſtianoꝝ antiſtes, ⌊& Thaddæus,⌋ qui alijs in locis vocať Iudas Iacobi .i. frater Ia Acto. 1.
cobi minoris, q etiã (teſte Hieronymo) dicebať Lebbæus, quod interpretať corculus, id eſt Hieronymus.

cordis ſui diligens cuſtos. Fuit ergo trinomius, ⌊Symon Cananæus,⌋ qui dicitur Cananæ- D
us, non quia de genere populi Chanaan, ſed à vico Cana, vbi Chriſtus cõuertit aquã in vinũ.
Hunc Lucas vocat Symonẽ Zelotem, quoniã Cana interpretatur zelus ſecundũ Hierony-
marci. 26 mũ, ⌊& Iudas Iſchariotes,⌋ .i. natus à vico Iudææ nomine Iſchariot, ⌊qui & tradidit eum,⌋
Eſaiæ. 14 videlicet Ieſum, dicens: Quid vultis mihi dare, & ego eũ vobis tradã? Qui velut alter lucifer
cecidit de cœlo, & tanq̃ alter Satan affuit inter filios dei. ⌊Hos duodecim miſit Ieſus⌋ ad p̃-
marci. 6 dicandũ binos & binos, ſeu cõbinatos, ſecundũ Marcũ. Vnde quod Matthæus & Lucas ex
primũt eos cõbinatos, putant nõnulli ideo factũ, quia illi pariter miſſi ſunt, qui conbinantur.
Luc. 10 Deniq; poſt hanc miſſionẽ apoſtolorũ, deſignauit dñs Ieſus & alios ſeptuagintaduos diſcipu
los, & miſit illos binos & binos ante faciẽ ſuã, vt Lucas refert, ⌊præcipiens eis,⌋ puta apoſto
lis, ⌊& dicens: In viam gentiũ⌋ .i. ducentẽ ad gentiles, ⌊ne abieritis,⌋ illas viſitando ſeu in-
4. Reg. 18 ſtruendo, ⌊& in ciuitates Samaritanorũ,⌋ qui receperunt quinq; libros Moſi, ſed nõ prophe
tas, erantq; natione gentiles, & à rege Aſſyriorũ adducti, filijs Iſrael captis, prout in libris Re
gũ plenius edocet, ⌊ne intraueritis,⌋ gratia p̃dicandi, nec in villas aut caſtella eorũ, ⌊ſed po-
tius ite ad oues quę perierũt⌋ .i. perditas, ſeu propter peccatũ dãnationi obnoxias, ⌊dom⁹⌋
Gene. 32 .i. populi ſeu familiæ ⌊Iſrael.⌋ Poteſt aũt per Iſrael intelligi Iacob patriarcha, de quo Iudæi
Gene. 35 exorti ſunt, qui alio nomine nuncupatus eſt Iſrael, vel populus Iſraeliticus. Quemadmodum
matth. 15 ergo Chriſtus ait: Nõ ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierũt domus Iſrael: ſic & apoſtolos mit
tit ſolũ ad illas, nõ quod ipſe nullo modo miſſus ſit ad gentes, p̃ſertim cũ in Actis apoſtolorũ
Acto. 28 dicat apoſtolus: Notũ vobis ſit, quia gentibus miſſum eſt hoc ſalutare dei. Et Symeon iuſtus
Luc. 2 Viderunt (inquit) oculi mei ſalutare tuũ, quod paraſti ante faciẽ omniũ populorũ. Sed quo-
niã primo ac principalr̃ miſſus eſt ad conuertendos Iudæos, deinde gentiles: ſic nunc iubent E
Roma. 9 apoſtoli ſolis p̃dicare Iudæis, qm̃ primo eis p̃dicari decebat tanq̃ populo peculiari, quorũ pa
Galat. 3 tres, ex quibus Chrũs, ad quos facta fuit de Chriſti aduẽtu promiſſio: & etiã vt Iudæi inexcu
Rom. 1. ſabiles fierent de ſua incredulitate. Si eñ Chriſtus ſuos diſcipulos ad infideles primo miſiſſet,
habuiſſent occaſionẽ calũniandi atq; dicendi, quod ipſe non eſſet Chriſtus in lege promiſſus
populo Iudæorũ. Itaq; qm̃ Chriſtus & eius diſcipuli ante paſſionẽ ipſius modico tp̃e prædi-
matth. 28 cauerunt, idcirco ante paſſionẽ non p̃dicauerũt, niſi Iudæis. Porrò poſt reſurrectionem dixit
marci. 16 eis ſaluator: Euntes in mundũ vniuerſum, p̃dicate euangeliũ omni creaturæ. Et tamen nec
Actorũ. 13 hoc executi ſunt apoſtoli, niſi poſt p̃dicationẽ Iudæis copioſe & diu impenſam, quibus pro
maiori parte induratis, ad gentes profecti ſunt. Propter quod Paulus & Barnabas dixerunt
Iudæis: Vobis oportebat primũ loqui verbũ dei, ſed qm̃ repuliſtis illud: ecce conuertimur ad
matth. 3 gentes. ⌊Eũtes aũt p̃dicate, dicentes: Quia appropinquauit regnũ dei⌋ .i. gloria regni cœle
marci 1 ſtis, quia per Chriſti incarnationẽ ac meritũ, ingreſſus regni pateſcit. Homines nẽpe elon-
gant ac diſtant à regno cœleſti, & vera felicitate per culpã. Quoniã ergo Chriſtus venit tol
Iohan. 1 lere peccata mundi, idcirco à tẽpore ſui aduentus appropinquauit hoc regnũ, & homines ad
eius adeptionem diſponi cœperunt. Nemo tamen ante paſſionẽ illud ingredi potuit. Con-
ſequenter ſaluator donat apoſtolis congrua, proporcionataq; argumenta probandi doctri-
nam euangelicam. ⌊Infirmos curate,⌋ miraculoſe & inſtrumentaliter, diuinam potentiam
atq; clementiã inuocando, ⌊mortuos ſuſcitate.⌋ Non legunt apoſtoli ante paſſionẽ mor-
tuos ſuſcitaſſe, ſed poſtea, ⌊leproſos mundate,⌋ orando pro curatione eorũ. ⌊Gratis,⌋ .i. ſi
ne pretio veſtro ac merito, ⌊accepiſtis⌋ à me dona ſpũs ſancti, videlicet gratias gratis datas
Roma. 11 & gratiam gratũ facientem, alioqui gratia non eſſet gratia, ⌊gratis,⌋ pure propter deũ, ⌊da
Spiritualia, [illegible] cia gratis adminiſtranda te,⌋ alijs cõmunicate ſpiritalia vobis conceſſa, ſacramẽta eccleſiæ, beneficia ſanitatũ, ſapien-
tiam & ſcientiã, & cæteros actus ſpiritales, pro quibus nihil ſumendũ eſt per modum pretij, F
1. Pet. 4 ne ſpiritalia temporalibus comparent: quãuis aliquid accipi poſſit, tanquã ſtipendium vitæ.
Hoc & Petrus in prima ſua hortatur canonica, dicens: Vnuſquiſq; ſicut accepit grãm, in al-
marci. 6 terutrum illã adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores, multiformis gratię dei. ⌊Nolite poſſi
Luc. 9. 10 dere aurũ neq; argentũ, neq; pecuniã in zonis veſtris⌋ .i. in burſis ad zonas pendentibus.
¶Quid mirũ ſi hoc dicat ad diſcipulos, quibus & dixit: Qui non renuntiauerit omnibus quæ
Lucæ. 14 poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus? Apoſtoli namq; eſſe debuerant, cæteris oĩbus ma
marci. 6 xime p̃dicatoribus exemplũ perfectionis, videlicet paupertatis, & plenæ ſpei in deo, non co
gitando de craſtino, itemq; de libertatis perfectione, ſola futuri ſeculi bona quærendo. De-
Lucæ. 9 niq; non ſolũ prohibuit Chriſtus apoſtolis nil horũ poſſidere, ſed etiam nihil ſecum portare.
Vnde apud Lucam: Nihil (inquit) tuleritis ĩ via, &c. Temporaliũ namq; poſſeſſio parit ſolici
tudinẽ, & impedit animi libertatem, ſicq; efficit hominẽ minus expeditum ad infatigabile
Lucæ. 22 p̃dicationis officiũ, ⌊non peram⌋ .i. repoſitorium victualium in via prædicationis poſſide-
atis aut circũferatis. Videt contrarium quod ait ſaluator: Quando miſi vos ſine ſacculo & pe
Iohan. 18 ra, nunquid aliquid defuit vobis? Sed nunc qui habet ſacculũ, tollat, ſimiliter & perã. Sed &
ipſe ſaluator aliquid tulit in via, videlicet ſacculũ, perã, pecuniã, quorũ Iudas cuſtos fuit. Nã
cum

A cum in cœna Chriſtus ei dixiſſet: Quod facis, fac citius, putabant apoſtoli ꝙ dixiſſet ei, Eme nobis quæ ad diem feſtū neceſſaria ſunt. Diſcipuli quoqꝫ eius intrauerunt ciuitatē Samaritanoꝝ emere cibos? Et reſpondendū ad primū, quod Chriſtus ſecundū congruentiā loci ac tē- Johan.4
poris, conuenientia dedit p̄cepta. In legatione igitur aplo̅ꝝ, q̄ facta eſt ante paſſionē p̄cepit, Luc.9
ne q̄d tollerēt in via, q̄a tūc mittebant ad notos, nec p̄dicabāt mirabilia aut ſupnaturalia de Chr̄o, ſicut poſt paſſionē, vnde & tunc pſequutionē perpeſſi nō ſunt, vt poſtea, ſed ſatis prouiſum eſt eis ab his, quibus p̄dicauerūt, ideo iuſſi ſunt protunc nihil ſecū portare. Poſt paſſionem vero cœperūt mirabilia p̄dicare de Chriſto, & hominū vitia ac idola publice reprobare, idcirco tunc permiſſi ſunt ſecū ferre neceſſaria vitæ. Quod aūt apoſtoli poſt paſſionem hoc egerint, innoteſcit ex eo, quod ad Corinthios dicit apoſtolus: Nunquid non habemus poteſtatem, mulierē, ſororē circūducendi, ſicut & cæteri apoſtoli, & fratres dn̄i, & Cæphas? 1.Cor.9
Post Christi passionē aplis permissum eis de necessariis prouidere.

Ad ſecundū dicendū, ꝙ Chriſtus tulit & habuit talia pro comite ſui gregis, & pro neceſſitate ægenoꝝ, non quaſi priuata & propria bona, ⌊neqꝫ duas tunicas,⌋ ſuperiores ſeu tales quarū vna dūtaxat neceſſaria eſt. i. non habere veſtes ſuperfluas, iuxta quē ſenſum ait Iohannes Bap. Qui habet duas tunicas, det non habenti. Hoc ergo intelligendū eſt, ſecundū qualitatē Luc.3
locoꝝ ac temporum: quia in vno loco & tempore pauciora veſtimenta ſufficiunt, q̄ in alio, ⌊neqꝫ calciamēta neqꝫ virgā.⌋ Marcus refert Chriſtū dixiſſe: Nihil tuleritis in via, niſi virgā Marc.6
tm̄, ſed calciati ſandalijs. Quō ergo nunc dicit, neqꝫ calciamēta, neqꝫ virgā? Et reſpondeo dū quod loquit de integris calciamentis. Sandalia vero ſunt incōpleta calciamenta, nec reputātur pro calceis. Quod aūt ad Epheſios dicit apoſtolus: Calciati pedes in p̄paratione euangelij Ephe.6.
B pacis, de ſpūalibus calciamentis intelligi poteſt, de quibus in Canticis ſcribit: Quàm pulchri Cant.7
ſunt greſſus tui in calciamētis. Deniqꝫ non omnia quæ iam iubent apoſtolis, æſtimanda ſunt omnibus prædicatoribus ad literā eſſe præcepta, ſed his in quibus eadem ratio inuenitur. De virga maior eſt difficultas. Vnde ſciendū quod Chriſtus conceſſit diſcipulis portare virgā, ſumendo virgam ad literam, quoniam Iudæoꝝ conſuetudo erat, vt doctores & p̄dicatores eorum ferrent virgam in ſignum doctrinæ, & in ſignum quod hi quibus p̄dicabant, tenebantur eis de victualib⁹ prouidere. Sed hoc loco virga accipit ſpiritaliter, pro innitentia animi ſuper quamcunqꝫ rem temporalem, vel pro re temporali quantumcunqꝫ parua & vili, vt ſit ſenſus, Neqꝫ virgam, id eſt, nolite alicui rei temporali inniti, vel rem temporalem quantumcunqꝫ minutā, quaſi proprium poſſidere. Cur autem nil horum poſſidendum ſiue portandū
Quam virgā Chr̄s aplis p̄hibuerit.

ſit prædicatori, ſubiungitur. ⌊Dignus eſt enim operarius,⌋ id eſt prędicator verbi dei, & miniſter altaris, ſeu quilibet ſpiritalis in templo miniſtrans, & ſpiritalia populo exhibens, ⌊cibo ſuo,⌋ id eſt neceſſarijs ad corporis ſuſtentationem. Imò hoc dictat ratio, lexq́ꝫ diuina, & ius humanum. Imò hoc ipſum apoſtolus pro modico reputās, ſic ait: Si nos nobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi veſtra carnalia metamus? Ideo iterum loquit: Communicet autem qui cathecizat ei qui ſe cathecizat in omnibus bonis. Itemq́ꝫ: Dominus ordinauit his qui euangelio deſeruiunt, de euangelio viuere. ¶ Myſtice per aurum hoc loco prohibitum, intelligitur ſapientia ſecularis, per argentum ſermo coloratus, per pecuniam autem cupiditas, per duas tunicas, duplicitas animi, vel ſanctitas ſimulata, per virgam rigor vindictæ, per peram theſauri impietatis. Omnia igitur hęc abijcienda ſunt prædicatoribus atqꝫ doctoribus Chriſti: quia vt ait Apoſtolus: Prudentia carnis, mors eſt. Et rurſus: Sermo (inquit) meus non fuit
Lucæ.10
1.Tim.5
1.Cor.9
Gala.6
1.Cor.9
Myſticus ſenſus.
Roma.8
1.Cor.2

C in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis. Iacobus quoque hortatur: Purificate corda duplices animo. ⌊In quamcunqꝫ autem ciuitatem,⌋ id eſt locum maiorem, ⌊vel caſtellum,⌋ id eſt locum minorem, ⌊intraueritis,⌋ gratia prædicandi, veſcendi, vel hoſpitandi, ⌊interrogate,⌋ id eſt, ab hominibus locorum illorum diligenter inquirire, ⌊quis,⌋ habitator, ⌊in ea,⌋ ciuitate, id eſt tali vel tali loco, ⌊dignus ſit,⌋ veſtro introitu ſeu hoſpitatione, id eſt, Ad quemlibet indifferenter non intretis ad veſcendum vel quieſcendum, ſed ad aliquem bonæ famæ, ac vitæ laudabilis, ne ex diffamia & peccatis hoſpitis vos recipientis, incurratis diffamiam vel ſuſpitionem malam, & ne alios ſcandalizetis, veſtraq́ꝫ doctrina vilipendat ab alijs
Iaco.4.
Luc.10

¶ Sed huic documento videtur contrarium, quod ipſemet Chriſtus ad publicanos & peccatores ingreſſus eſt, conueſcens cum eis. Porrò Apoſtoli & ſucceſſores eorum cum ſint medici animarum, videntur potiſſimum ingredi debuiſſe domus peccatorum, non iuſtorum? Et reſpondendum, quod peccatores, ad quos Chriſtus declinauit, veraciter pœnituerunt, & tales à prædicatore ſunt viſitandi: qui vero indurati atqꝫ infames ſunt, non ſunt viſitandi à prędicatoribus: ſicut nec medicus viſitat languidos omnem medicinam & ſanitatis conſiliū reſpuentes, ⌊& ibi,⌋ id eſt in tali hoſpitio, ⌊manete donec exeatis,⌋ id eſt, tamdiu quouſqꝫ occurrat vobis rationabilis cauſa egrediendi de domo illa, videlicet vt alibi prædicetis, vel aliquid boni alibi efficiatis. Vult itaqꝫ Chriſtus ne prædicator more gyrouagi & hominis vani currat de domo ad domum, & locum ſine profectu frequenter tranſmutet: quia vt Solomon profitetur: Sicut auis tranſuolans de nido ſuo, ſic homo qui relinquit locum ſuū, ſed
Marc.2
Luc.5
A paſtore qui peccatores viſitandi.
Prouer.27

D

actu prædicationis & corporalis neceſſitatis ceſſante, conuertatur ad deum orationi, compunctioni, & contemplationi vacando, quatenus illic ſibi deus infundat, quod alijs poſtmodum affectuoſe proponat. Qui autem non valet corpus ſuum ſtabilire in loco, quomodo poterit cor ſuum ſtabilire in deo? ⌊Intrantes autem domum (talem) ſalutate eam, dicentes, ⌋ id eſt veram ſalutem ſeu felicitatem optate, & dicite habitantibus & exiſtentibus in ea: ⌊Pax, ⌋ exterior, ſcilicet quies ab hoſtium impugnatione. Paxq́ interior, puta tranquillitas mentis,
Ephe. 2 ſit, ⌊huic domui. ⌋ Quid enim Chriſtus pax noſtra aptius, quàm pacem mandaret? Eſt tamen
Gene. 3. pax quędam carnalis & vitioſa, quam habuit Adam & Eua, quã etiam habet ratio impij cum
Lucæ. 11 ſenſualitate. Hanc Chriſtus non mandat, iuxta illud: Non veni pacem mittere, ſed gladium.
⌊Et ſiquidem fuerit domus illa digna, ⌋ id eſt, ſi exiſtentes in ea fuerint capaces pacis, ſe diſ-
Philip 4 ponendo ad gratiam à vobis eis petitam, vel ſi fuerint præordinati ad pacem Chriſti, quę omnem ſenſum exuperat, & prædeſtinati. ⌊veniet pax veſtra ſuper eam, ⌋ i. pax quam eis optaſtis præſtabitur ipſis, & oratio veſtra pro illis exaudietur, ⌊ſi autẽ non fuerit digna, ⌋ id eſt, capax ſeu prædeſtinata, ſed obicem ponẽs & reproba, ⌊pax veſtra ad vos reuertetur, ⌋ id ẽ,
Pſal. 34 ſermo quo eis pacem petiſtis vobis meritorius erit, & ſalutarem in vobis ſortietur effectum in præſenti & in futuro, iuxta quem ſenſum ait Pſalmiſta: Oratio mea in ſinu meo conuertetur. ⌊Et quicunq́ non receperit vos, ⌋ negando vobis hoſpitium, ⌊neq́ audierit, ⌋ auribus cordis, ⌊ſermones veſtros, ⌋ veſtris exhortationibus obtemperãdo, ⌊exeuntes foras de domo vel ciuitate, ⌋ non recipientium vos, ⌊excutite puluerem de pedibus veſtris, ⌋ id eſt minutias terræ pedibus veſtris adhærentes remouete, & in loca illorum reijcite, in ſignum damnationis eorum, vt excuſſio illa ſignificet illos in infernum excutiendos, & item quod vos nil temporale ab ipſis quæſiſtis. ⌊Amẽ dico vobis, tolerabilius, ⌋ i. minor pœna, ⌊erit terræ, ⌋ E
Gene. 19 id eſt populo, ⌊Sodomorum & Gomorrhæorum, ⌋ & per conſequens, aliarum trium vrbium, cum illis merſarum, videlicet Seboim, Adama, & Segor, ⌊in die iudicij, quàm illi ciuitati, ⌋ id eſt populo ciuitatis, vos non hoſpitanti nec audienti. An hoc intelligendum ſit abſolute, ita quod ſimpliciter omnibus conſideratis, maior erit dãnatio horum, quàm Sodomita-
Fideliũ maloꝝ dãnatio an maior infidelium. rum: difficile eſt determinare. Videtur enim quod ſic, quoniam cæteris paribus, maior eſt damnatio malorum fidelium, quàm infidelium: & tanto grauius eſt peccatum, quo maior gratia offertur ac ſpernitur. Sodomitæ autem non viderunt miracula, nec prædicationem tam effi-
Gene. 19 Gene. 18 cacem, vt fuit ſermocinatio apoſtolorum. Oppoſitum vero huius apparet ex eo, quod ĩ Geneſi legitur, quemadmodũ homines Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores nimis coram dñó mino. Lyra ergo reſpondet, quod cõparatio iſta intelligenda ſit, ſolum quantum ad aliqd, hoc eſt quo ad peccatũ in hoſpitalitatis & immiſericordiæ Sodomorum, non quo ad peccata eorũ contra naturam, ita quod Sodomitis remiſſius erit in die iudicij quàm iſtis, non ſimpliciter: ſed quo ad hoc quod minus peccauerunt non exercendo opera miſericordiæ in ſuos, quàm iſti q non receperunt Apoſtolos. Sed huic ſolutioni videtur obſtare, quod Chrũs ſimpliciter loquitur. Item q non receperũt Apoſtolos non videntur minus peccaſſe quàm Iu-
Ezech. 16 dæi tẽpore Ezechielis, & tamen de illis ait Ezechiel, quod Sodoma non peccauit dimidium peccatorum illorum. Rurſus Sodomitæ tranſgreſſi ſunt legem naturalem dũtaxat, iſti vero legem naturalem atq́ diuinam ſeu ſcriptam. Hæc tangendo, ſic dixerim: quoniã determinare nil audeo. Certũ eſt tamen quorundã Iudæorum, eorum videlicet qui Chriſtũ occiderunt & forte eorũ qui occiderunt eius diſcipulos, peccata eſſe grauiora ſceleribus Sodomoꝝ.

F

¶ Explanatio reſiduæ partis huius capituli. Ecce ego mitto vos. Arti. XX.

SVbinde ſaluator docet diſcipulos, omnesq́ prædicatores ad veram prudentiam, ad inuictam atq́ fortiſſimam patientiam, ad plenam quoq́ habendam in deo fiduciam.
Lucæ. 10 ⌊Ecce ego mitto vos, ⌋ ad prædicandum, ⌊ſicut oues in medio luporum, ⌋ id eſt, ſicut mittuntur homines pij, innocentes, ac ſimplices, qui ouibus comparantur: inter rapaces, voraces, crudelesq́ homines, qui more luporum opprimunt innocentes, Iuxta illud
Eſaiæ. 3 Eſaiæ prophetæ: Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? Tales fuerunt ſacerdotes, ſcribæ, & phariſæi Iudæoꝝ, qui Chriſtum & eius diſcipulos dilaniare conati ſunt. ⌊Eſtote ergo prudentes, ⌋ id eſt circumſpecti, cauti ac ꝓuidi, ne à lupis fallamini,
Pſal. 57 ⌊ſicut ſerpentes, ⌋ qui obturant aures ſuas, ne audiant incantantem, & toto corpore caput ſuum, in quo vita conſiſtit, occultant, & ꝓtegunt: Sic nos aures obturemus, ne verba nociua
Eccl. 28 detractoria, aut deceptoria audiamus, quemadmodũ Sapiens nos hortatur. Sepi aures tuas
Roma. 12 ſpinis, & noli audire linguam nequã, ⌊& ſimplices, ⌋ id eſt ſine felle amaritudinis, ſine ſimula-
Eccl. 2 tione ac duplicitate eſtote, ⌊ſicut columbæ. ⌋ Non enim eſt ſenſus, Vbi abundat amaritudo & væ duplici corde. Ecce ordinata temperies, vt prudentia noſtra, ſit ſimplex, nõ vulpina, aut
Iob. 36 Prouer. 14 verſipellis. Callidi nanq́ ꝓuocant iram dei, & vir verſutus odioſus eſt, vt in ꝓuerbijs dicitur. Simplicitas quoq́ noſtra nõ ſit rudis, indocta, aut indiſcreta. De hac ſancta ſimplicitate Salo-

mon

A mon ait: Simplicitas iuſtorum diriget eos, & iuſtitia ſimplicis diriget viam eius. Et alibi: Cũ Prouer. 11.
ſimplicibus ſermocinatio dei. Qui itaq; inter peruerſos & perſequutores mittitur, viuit, & Prouer. 3
conuerſatur, maxima eget prudentia: ne aliquo modo peruertatur, aut mente lædatur ab ip-
ſis. Idcirco Sapiens inquit. Dic ſapientiæ ſoror mea es, & prudentiam voca amicam. ⌊Ca- Prouer. 7
uete autem,⌋ id eſt voſipſos obſeruate & cuſtodite, ⌊ab hominibus,⌋ ne detrimentum ſalu Marc. 13
tis & gratiæ inferant vobis, terrendo aut blandiendo. Vnde in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: A Lucæ. 21
filijs tuis caue, & à domeſticis tuis attende. Et Hieremias: Vnuſquiſq; (ait) à proximo ſe cuſto Eccl. 32
diat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam. Et certe multum perfectus atq; beatus eſt, q Hiere. 9
ſe ita ab hominibus cauet, quod nullus ſit ſibi peccati occaſio. ⌊Tradent enim,⌋ id eſt addu Mar. 13
cent, ⌊vos in conſilijs,⌋ id eſt ad loca ſecreta conſiliorum, ſeu inter ſeipſos contra vos conſi-
lia celebrates, ⌊& in ſynagogis ſuis,⌋ id eſt puplicis locis ſeu congregationibus, ⌊flagella-
bunt vos.⌋ Hæc atq; ſequentia non leguntur illata apoſtolis ſeu diſcipulis Chriſti, ante ipſi-
us paſſionem, ſed poſtea frequenter & copioſe, vt patet in actis Apoſtolorum, ⌊Et ad præ- Acto. 5
ſides,⌋ id eſt iudices ſubſtitutos, quales fuerunt Feſtus & Felix, ante quos ductus eſt Paulus,
⌊& ad reges,⌋ qualis fuit Herodes qui Iacobum occidit, & Petrum incarcerauit, volẽs poſt Actor. 25
paſcha producere eum populo, ⌊ducemini propter me,⌋ id eſt ob conſtàntem prædicatio- Acto. 12
nem fidei meæ, & nominis mei cultũ atq; amorem, ⌊in teſtimonium illis, & gentibus,⌋ id
eſt in teſtimoniũ dãnationis tam regũ & iudicũ vos condẽnantium, q̃ gentiũ eis cõſentiẽtiũ,
vel vos eis p̃ſentantiũ: ita quod veſtra innocens adductio, vera confeſſio, libera p̃dicatio, in-
B iuſtaq; paſſio, teſtimoniũ perhibebit & declarabit illos eſſe dãnabiles qui credere noluerunt,
& vos perſequuti ſunt. Vel, In teſtimoniũ illis, id eſt vt teſtimoniũ perhibeatis de me coram
ipſis: vel, vt ipſi teſtimonium ferant aduerſum vos. ⌊Cum autẽ tradent vos,⌋ ante conſpe
ctum regum & iudicum, ⌊nolite cogitare,⌋ id eſt anxie præmeditari, & cum ſolicitudine
quadam inquirere, ⌊quomodo aut quid loquamini,⌋ id eſt per quem modũ, vel quam rati-
onem ſeu reſponſionem detis ad obiecta vel interrogata. Non prohibetur per hoc, quin ho
mo poſſit facere quod in ſe eſt, ſagaciter conſiderando, quid & quàm conſtanter ac ſapien-
ter reſponderi oporteat, præſertim cum princeps apoſtolorum dicat: Parati ſemper ad ſa-
tisfactionem omni poſcenti vos, de ea quæ in vobis eſt fide & ſpe. Sed ne homo in ſua præ- 1. Pet. 3
meditatione, inquiſitione, vel eruditione confidat aut turbetur, & metuat ſi tempus præme
ditandi non habeat. Huius inſuper efficax ratio aſſignatur. ⌊Dabitur enim vobis in illa ho- Johan. 15
ra⌋ traditionis veſtræ, ⌊quid loquamini,⌋ id eſt diuinitus mentibus veſtris infundetur ac re
uelabitur apta reſponſio. Tunc enim potiſſimum adimpletur quod dominus loquitur: Ape Psal. 80.
ri ſeu dilata os tuum, & implebo illud, cuius annectitur ratio. ⌊Non enim vos eſtis qui loqui
mini,⌋ quaſi principales loquutores, vel ex proprio ingenio reſpondentes, ⌊ſed ſpiritus pa Johan. 15
tris veſtri,⌋ id eſt ſpiritus ſanctus à patre æterno procedens, eſt, ⌊qui loquitur in vobis,⌋ id
eſt in anima veſtra, per inſpirationem internam, docendo vos, iuxta illud: Audiam quid lo- Psal. 84
quatur in me dominus deus. Propter quod dicit ſaluator: Paracletus ſpiritus ſanctus docebit Johan. 14
vos omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis. Vel, Loquitur in vobis, id eſt,
per os veſtrum, tanquam principalis loquutor, prout in actis de Stephano ſcribitur, quod Iu Actor. 6
dæi non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur. ⌊Tradet autem frater⌋ infi-
delis ⌊fratrem⌋ fidelem ⌊in mortem⌋ martyrij, ⌊& pater⌋ infidelis ⌊filium⌋ fidelem. ⌊Et Mich. 7
inſurgent filij⌋ infideles, ⌊in parentes⌋ fideles, ⌊& morte eos afficiẽt.⌋ Hæc omnia freque
ter contigiſſe in ſanctis martyribus, multæ teſtantur hiſtoriæ. ⌊Et eritis odio omnibus,⌋ id Marc. 13
C eſt aliquibus de omni genere hominum, puta cunctis peruerſis, de quibus dicit Apoſtolus: Si Luc. 12
hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem, ⌊propter nomen meum,⌋ .i. propter me, Gala. 1.
& propter fidem, ſpem, & charitatem, conuerſationem, & prædicationem, quam habetis in
me. Veritas em̃ generat odium. Hinc Chriſtus inquit: Si de mundo eſſetis, mundus quod ſu- Johan. 15
um erat diligeret, quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit
vos mundus. Et Iohannes: Nolite (inquit) mirari ſi odit vos mundus. ⌊Qui autem perſeue- 1. Johan. 3
rauerit,⌋ in fide, charitate & opere, ⌊vſq; in finem,⌋ vitæ præſentis incluſiue, ⌊ſaluus erit,⌋ Mat. 25
beatitudinem patriæ conſequendo. In quacunq; em̃ hora iuſtus receſſerit à iuſtitia, om̃es iu-
ſtitiæ eius obliuioni tradentur, vt ait Ezechiel. Et in ea affectione anima æternaliter manet,
in qua ſe paratur à corpore, prout Salomon aſſerit: Si ceciderit (inquit) lignũ ad auſtrum, aut Ezech. 33
ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit: Sola ergo perſeuerantia coronatur, nec in Eccl. 11.
choaſſe, ſed conſummaſſe virtutis eſt. Hanc vocem (qui perſeuerauerit) nõ audiunt niſi oues Conſummaſſe virtutis eſt.
⌊Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta,⌋ in qua principaliter eſtis, ⌊fugite in aliã.⌋
Sic enim Chriſtus fugit in Aegyptum, & ſæpius abijt & abſcondit ſe. Petrus quoque de car-
cere ab angelo liberatus, relicta Hieroſolyma, fugit in alium locum. Sic & Paulus à Damaſco Mat. 2
fugit. Et Stephano lapidato, fideles qui erant Hieroſolymis, diſperſi ſunt per regiones Iudeę Actor. 5
præter Apoſtolos, quæ omnia in Actis recitãtur. ¶ Sed videtur huic contrarium, quod apud Actor. 9 Actor. 8

D

Iohannem ſcriptum eſt: Mercenarius videt lupum venientem, & fugit. Et reſpondendum quod iſta admonitio de fuga non eſt vniuerſaliter intelligenda, nec per modum præcepti communiter data. Quando enim ex fugu alicuius alij grauiter ſcandalizarentur, fides irrideretur, iuſtitia opprimeretur, ſubditi periclitarentur, nequaquam eſt fugiendum, præſertim prælato, ſuperiori vel doctori, niſi omnes ſimul fugere poſſint. Porrò cum ex fuga alicuius nõ immineat tale periculum, ſed potius aliquod commodum: ſcilicet, quia non expediret eccleſiæ tali paſtote ſeu membro priuari, propter futurum profectum: & quia qui fugit poteſt alibi fructificare, & in loco à quo fugit, alium idoneum loco ſui relinquere: tunc fugere licet. Fugere autem ex timore ruinæ, propter propriam infirmitatem, non ſemper eſt illicitum, quamuis ſit imperfectum. Sed & multi ſanctorum ex feruore fidei, etiam non requiſiti, obtulerunt ſeipſos ad martyrium. Et quaſi Apoſtoli quærerent, quandiu fugiemus, reſpondet. ⌊Amen dico vobis, non conſummabitis,⌋ id eſt perfecte non perambulabitis, nec prædicando circuietis, ⌊ciuitates Iſrael,⌋ id eſt populi Iudæorum, ⌊donec,⌋ id eſt antequam, ⌊filius hominis veniat,⌋ id eſt poſt reſurrectionem ad vos reuertatur, quemadmodum apud Iohannem ſcriptum eſt: Non vos relinquam orphanos, vado & venio ad vos. Et alibi: Iterũ autem videbo vos. Tempus quippe prædicationis Apoſtolorum in Iudæa ante paſſionem modicum fuit, nec in eo poterant omnes ciuitates Iſrael conſummare. Vel ſic: Non conſummabitis, id eſt non conuertetis ad fidem, ciuitates Iſrael, id eſt totum populum Iudæorum, vos & ſucceſſores veſtri, donec veniat filius hominis ad iudicium vniuerſale. Non enĩ generaliter conuertentur, niſi in fine ſeculi, inſtante ſecundo Chriſti aduentu. ⌊Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum.⌋ Si per magiſtrum & dominum determinate intelligamus Chriſtum, certum eſt nullum Chriſtianum hoc magiſtro ac domino eſſe maiorem vel parem. Si vero per magiſtrum & dominum intelligatur indeterminate quicunq; magiſter & dominus, intelligendum eſt verbum hoc formaliter, vt ſit ſenſus: Non eſt diſcipulus, inquantum diſcipulus, ſuper magiſtrum, id eſt maior aut doctior eo, nec ſeruus, ſecundum quod talis eſt, ſuper dominum ſuum, id eſt maior ac dignior eo. ⌊Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius,⌋ id eſt ei aſſimiletur, ſi tamen ille perfectus ſit. Alioquin æmulari oportet chariſmata meliora, & magis proficere, præſertim cũ dicat propheta: Super om̃es docentes me intellexi. Si vero per magiſtrũ Chriſtus ſpecialiter deſignetur, tunc omnino ſufficit diſcipulo, id eſt cuilibet Chriſtiano, vt ſit ſimilis Chriſto, qui om̃is perfectionis ac ſanctitatis exemplar eſt, cui nullus æquari valet ſeu parificari. Debet tamen eius ſequi veſtigia. iuxta illud: Qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Et ſeruus debet eſſe contentus: vel. ⌊ſeruo⌋ ſufficere debet ⌊ ſit ſicut dominus eius.⌋ id eſt domino ſuo conſormetur vt decet. Hæc ſaluator ait, quatenus ſuipſius exemplo prouocet diſcipulos ſuos & om̃es fideles ad patientiam inconcuſſam. Vnde prædicta applicans ad ſeipſum, adiecit. ⌊Si (pro quia) patremfamilias,⌋ id eſt me Chriſtum, eccleſiaſticæ familiæ patrem, ⌊Beelzebub,⌋ id eſt dæmonem ſeu dæmoniacum ⌊vocauerunt⌋ Iudæi dicendo: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia, ⌊quanto magis,⌋ id eſt multo amplius, ⌊domeſticos eius,⌋ id eſt diſcipulos meos filios domus meæ, quæ eſt eccleſia, appellabunt Beelzebub, aſcribendo verba, facta, & ſigna eorum principi dæmoniorum. Dicitur autem aliquis dæmon dupliciter, videlicet per naturam & per participationem ſeu imitationẽ diabolicæ prauitatis, & hoc ſecundo modo vocauerunt Iudæi Chriſtum Beelzebub: ſicqúe Chriſtus ait de Iuda: Nonne vos duodecim ego elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt?

E

[Margin: Perſequutiõis tpe quando fuga capenda.]

[Margin: Iohan. 14. Iohan. 16. Iohã. 15. Iohan. 13. 1. Cor. 12. Pſal. 118. 1. Pet. 2. 1. Iohan. 2. Chriſti ab om̃ib. imitanda veſtigia. Matt. 12. Lucæ. 11. Iohan. 6.]

F

⌊Ne ergo timueritis eos,⌋ propter iniurias & contumelias, quas vobis poſſunt infligere, ſed potius exultate in om̃i aduerſitate, quam ab eis patimini: conſiderantes quid paſſus ſim ego, & gloriantes in hoc, quod domino veſtro ac magiſtro conformari meruiſtis, cum hoc ſit beneficium ingens. Quid enim tam glorioſum eſt ſeruo, quàm vt domino ſuo aſſimiletur? Sæpe contingit, vt aliquis iniuriam paſſus doleat, & vlciſci ſe cupiat. Si vero conſpexerit alium multo ſublimiorem, eadem vel grauiora perpeſſum, & tamen ſeruare patientiam: incipit conſolari, & ab ira ceſſare: dicens in ſe: Si ille tantus talia patitur, quanto magis ego? Ita & nos, ſi CHRISTI paſſionem, patientiamq́ penſamus, patientiam diſcimus: & cum Apoſtolo in tribulationibus iucundamur. Cur vero hi impij metuendi non ſint, ſubditur. ⌊Nihil enim opertum,⌋ id eſt nullum opus eſt iam ita abſconditum & ignotum, ⌊quod non reuelabitur,⌋ id eſt manifeſtum erit cunctis & ſingulis in die iudicij, quatenus omnes ſciant iuſtum eſſe iudicium dei, ⌊& occultũ,⌋ id eſt nullum propoſitum, conſilium, deſideriũ, vel cogitamen eſt nunc ita ſecretum, ⌊quod non ſcietur,⌋ ab om̃ibus in die nouiſſimo, quando ſecundũ Apoſtolũ adueniet dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordiũ. Quaſi dicat: Non curetis quid nũc patiamini propter me, quoniã veniet hora, in qua & veſtra patientia, & illorũ peruerſitas dignã ac iuſtã ſortietur mercedẽ, ſecundũ illud Iohannis in Apoc. Ecce venio cito & merces mea

[Margin: In Chri paſſione qd diſcendũ. Roma. 5. 1. Theſſ. 1. Lucæ. 12. Iob. 34. Pſal. 118. 1. Cor. 4. Apoca. 22.]

mecũ

A mecum eſt, dare vnicuique ſecundum opera ſua. ⌊Quod dico vobis in tenebris⌋ Hoc eſt, in
locis ſecretis vel in tenebris, id eſt, in parabolis, myſterijs, & figuris, de his quæ euangelicam
veritatem concernunt, ⌊dicite (alijs) in lumine.⌋ hoc eſt, publice coram omnibus. ⌊Et quod
in aure⌋ id eſt, ſecrete, & quaſi ſilenter ⌊auditis⌋ à me de finali omnium retributione, & cæ-
teris fidei documentis ⌊prædicate ſuper tecta.⌋ id eſt, ſtando in locis eleuatis atque patenti- Eſa. 58
bus, prout Eſaias inquit: Clama quaſi tuba exalta vocem tuam. Et alibi: Super montem ex- Eſa. 40
celſum aſcende tu, qui euangelizas Syon. Ad literam per tecta, intelligi poſſunt, deambula-
toria templi, ſuper quæ aſcendebant doctores Hebræorum prædicaturi populo. Vel tecta
domorum in palæſtina, quæ plana erant & apta, vt ſuper ea ſtaret prædicans populo. ⌊Et
nolite timere⌋ timore carnali & inordinato, ⌊eos qui corpus occidunt⌋ hoc eſt, tyrannos
& perſecutores ⌊animam autem (rationalem) non poſſunt occidere.⌋ cum ſit immortalis.
Non ergo poſſunt ei auferre vitam naturæ, nec etiam vitam gratiæ, compellendo eam ad cul-
pam, cum libera ſit. Ideo dicit ſcriptura: Qui timet hominem cito corruet. Et Eſaias: Nolite Prouerb. 29
(inquit) timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum. Quis tu vt timeas ab homi- Eſa. 51
ne mortali, & à filio hominis, qui quaſi fœnum areſcit. Non itaque ceſſemus ab opere bono
propter tormenta, quæ reprobi infligere poſſunt, ne ſimus de eorum collegio, de quibus fer-
tur in Pſalmo: Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Pſalm. 13
Vnde rurſus ait Pſalmiſta: Non timebo milia populi circundantis me &c. Et: Si conſiſtant Pſal. 52
aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Et Iob: Si expaui (inquit) ad multitudinem ni- Pſalm. 3. Job. 31
miam. Si autem penſemus huius vitæ breuiſſimam vmbram, inſtabilem fluxum, & infinitã
B calamitatem, atque futuræ beatitudinis quæ pro temporali paſſione momentanea redditur,
merces in æternũ manſura, non ſolum non timebimus, ſed & affectabimus mori pro Chri-
ſto. Quoniam tamen hoc ipſum magna perfectio eſt, & donum dei, orare debemus cum
Pſalmiſta: A timore inimici, eripe animam meam, videlicet: Ne timeat perſequentem. Pſalm. 63
Veruntamen naturalis timor mortis, qui etiam fuit in Chriſto, non reprobatur, ſed per ra-
tionem frenandus eſt, ne immoderatus conſiſtat: quinimò ceſſet ⌊ſed potius eum timete qui
poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.⌋ hoc eſt, damnare atque proijcere in in-
fernum. Videlicet deum qui tanto amplius metuendus ẽ omi perſecutore & impio homine, Naturalis ti-
quanto pœnalior ac diuturnior eſt pœna inferni, quàm pœna huius mundi, temporaliſque mor mortis nõ
mortis. Ideo Propheta: Magnus es tu (inquiens) & magnum nomen tuũ in fortitudine, quis reprobatur
non te timebit, o rex Gentium? Et ſanctus Iob ait: A facie eius turbatus ſum, & conſiderans Hebræo. 10
eum timore ſolicitor. Salomon quoq; in Prouerbijs: In timore (inquit) domini, eſto tota die Job 32
& habebis ſpem in nouiſſimo. Denique ad habendũ cor tam ſecurũ ac imperterritũ, iuxta il- Prouerb. 23
lud: Iuſtus quaſi leo confidens, abſq; terrore erit, hortatur nos Chriſtus ex conſideratione di- Prouerb. 28
uinæ prouidentiæ omnia diſponentis ac præmiantis, dicens: ⌊Nonné duo paſſeres aſſe ve-
neunt?⌋ Hoc eſt, pro nũmo ſic dicto venduntur. Eſt eñi as aſſis genus nummi parui valoris.
⌊Et vnus ex illis (paſſeribus venditis) non cadet ſuper terram⌋ mactatus, id eſt, non occide-
tur ⌊ſine patre veſtro⌋ hoc eſt, ſine nutu & prouidentia patris cœleſtis. Vnde in alio loco, Lucæ. 12
C inquit: Nonné quinque paſſeres veneunt dipondio? Et vnus ex illis non eſt in obliuione co-
ram deo. Eſt autem dipondium, duplicem valorem aſſis habens. ⌊Veſtri autem & capilli ca-
pitis omnes numerati ſunt.⌋ Quoniam omnia quantumcunque parua & vilia, diſtincte &
perfectiſſime cognoſcuntur à deo. Ex his infert ſaluator concluſionem intentam. ⌊Nolite
ergo timere⌋ corporum occiſores quaſi deus non attendat nec curet de perſecutione & mor-
te vobis inferenda, nec præmium tribuat, quòd vtique ita non eſt. ⌊Nam multis paſceribus
meliores eſtis vos⌋ cum ſitis rationales. Si ergo illorum prouidentiam habet deus, nec ſine
eius nutu vnus illorum occiditur, quanto magis habet curam veſtri, & penſat quid pro iu-
ſtitia ſuſtinetis, reddetq́ præmium copioſum. Oſtendit præterea Chriſtus, quanta ſit mer- Merces quan
ces timentium deum, non homines perſequentes. ⌊Omnis ergo qui confitebitur me⌋ Ver- ta deum timen
bo & opere ſeu confeſſione fidei formatæ, ac laudis diuinæ ⌊coram hominibus⌋ maximè in- tium
fidelibus, impijs, & tyrannis, quod ſe feciſſe gloriatur Pſalmiſta dicens: Et loquebar in teſti- Pſalm. 118
monijs tuis, in conſpectu regum, & non confundebar ⌊confitebor⌋ hoc eſt, approbabo &
ad me pertinere affirmabo, ⌊eum coram patre meo, qui in cœlis eſt.⌋ quia cum fuerit meo
tribunali præſentatus, iudicabo pro eo, & eius iuſtitiam commemorabo, imò Chriſtus inde-
ſinenter confitetur tales pertinere ad ſe. ⌊Qui autem negauerit me coram hominibus, nega-
bo & ego eum⌋ niſi pœnitentiam agens, reſipuerit, quemadmodum Petrus, qui poſt trinam Matth. 26
negationem fleuit amare, & veniã meruit ⌊corã patre meo, qui in cœlis eſt⌋ quia cum fuerit Marci 14
mihi ad iudicandum oblatus, pronuntiabo ſententiam contra eum, dicamq́, neſcio te. Lucæ. 22
¶ Tripliciter Chriſtus negatur, verbo tantum, vt in his qui timore pœnarũ Chriſtum ne- Chriſtus tri-
gauerunt. Verbo & opere, ſed non corde, vt cum malus Chriſtianus dicit & agit contra fi- phariam negat

dem, cum tamen non dubitet fidem eſſe veram. Opere, ſed non verbo, iuxta illud Apoſtoli: D
Confitentur ſe noſſe deum, factis autem negāt, cum ſint abominati & reprobi. Poteſt etiam
Titum.1 addi quartus modus, videlicet cum quis corde non credit, & tamen ſe credere aſſerit vel oſtē
1. Timo.2 dit. Quælibet harum negationum eſt peccatum mortale, ſaltem in caſu aliquo. Vnde dicit
2. Timo.1 Apoſtolus: Si negauerimus eum, & ipſe negabit nos. Et alibi: Noli (inquit) erubeſcere teſti-
monium domini noſtri Ieſu. ⌞Noli arbitrari quod venerim mittere pacem⌟ carnalem, mū „
Lucæ.12 danam, & in malo fundatam, ⌞in terram.⌟ hoc eſt, inter homines. Eſt igitur pax nociua & „
inordinata, quæ eſt concordia ſeu cōſenſus, vel quietatio aliquorum in malo, quam Paulus ſci-
Acto.24 ens eſſe inter Sadducæos & Phariſæos, ex induſtria rupit eam, dicens: De ſpe & reſurrectio-
Lucæ.19 ne mortuorum, ego iudicor hodie. De qua pace dicit Saluator: Hieruſalem, Hieruſalē. Et
Pſalm.72 quidem in hac die quæ ad pacem tibi. Et Pſalmiſta: Quia zelaui ſuper iniquos, pacem pecca-
torum videns. Denique alia eſt pax vera, ſpiritalis, interna, quæ eſt tranquillitas mentis, ex
Pſalm.118 ordinatione interiorum (quam charitas facit) procedens. De qua fertur in Pſalmo: Pax mul-
Pſalm.36 ta diligentibus legem tuam. Et rurſus: Manſueti delectabunt in multitudine pacis. Iſta non
conuenit prauis, prout in Eſaia ſcriptum eſt: Non eſt pax impijs, dicit dominus. Hanc Chri
Eſa.57 ſtus venit mittere in terram, ſicut in Actis loquitur Petrus: Verbum (inquiens) miſit deus in
Acto.10 Iſrael, pacem annuntians per Ieſum. Vnde per Prophetam de Chriſto prædictum eſt: Et
Mich.5 erit iſte pax Aſſyrijs, cum venerit, & cum calcauerit in domibus veſtris. Et Zacharias dixit:
Zacha.9 Loquetur pacem Gentibus. Conſequenter ergo Chriſtus, quaſi exponens ſeipſum, adiun-
Lucæ.12 xit. ⌞Non veni pacem⌟ Iam dictam ac vitioſam ⌞mittere, ſed gladium⌟ hoc eſt, eradicatio „
nem ac ſeparationem huiuſcemodi pacis. Poteſt quoque per gladium accipi rigor perfectio-
nis, quam docuit Chriſtus, vel ſermo euangelicus, de quo Paulus: Et gladium (inquiens) ſpi E
Ephe.6 ritus, quod eſt verbum dei. Et in Pſalmo: Accingere gladio tuo, ſuper fœmur tuum poten-
Pſalm.44 tiſſime. Hinc in Eſaia Chriſtus teſtatur: Poſuit dominus os meum, quaſi gladium acutum.
Eſaiæ.49 Ad literam autem loquitur Chriſtus potiſſimū, de gladio ſeu diſcordia, quæ in toto orbe, ex
Apoſtolorum prædicatione ſecuta eſt, dum pene in qualibet domo quidam conuerſi ſunt,
Matth.10 & quidam in infidelitate manſerunt, inter quos diſſenſio fuit. Propter quod dictum eſt: Tra
Hieronymus. det frater fratrem in mortem, & pater filium. Vt enim dicit Hieronymus: Nullus fidus affe-
Lucæ.12 ctus inter eos eſt, quorum diuerſa eſt fides. ⌞Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem „
ſuum,⌟ Hoc eſt, filium à patre diuidere, carnalem eorum pacem deſtruendo, & inordina- „
tam vnionem tollendo, ne vnanimes ſint in peccato, ſed altero eorum auerſo à me, alius con
Mich.7 uertatur ad me, ⌞& (ſimili modo, veni) ſeparare, filiam aduerſus matrem ſuam⌟ malam ami „
citiam auferendo, & bonam inimicitiam ſeu veram dilectionem inducendo, vt euellatur car
nalis affectus. ⌞Et nurum⌟ Hoc eſt, coniugem filij⌟ aduerſus ſocrum ſuam.⌟ matrem ma- „
riti. ⌞Et inimici hominis⌟ Patriſfamilias erunt ⌞domeſtici eius,⌟ quia commorantes ſe- „
cum ſibi aduerſabuntur atque diſſentient. Hoc ipſum apud Michæam prophetam legitur:
Mich.7 Vir fratrem ſuum venatur ad mortem. Ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris
tui: quia filius contumeliam facit patri, filia conſurget aduerſus matrem, nurus aduerſus ſo-
Quā vnionem Chriſtus abſtulerit a propinquis. crum, & inimici hominis domeſtici eius. ¶ Venit igitur Chriſtus homines quantumcunque
propinquos ſeparare ab inuicem, dupliciter: Primo, auferendo ab eis vnionem carnalis af- F
fectionis, & conſenſum in malo, & hæc eſt ſeparatio ſpiritalis, neceſſaria ad ſalutem, ſine qua
nemo poteſt eſſe ſeruus vel diſcipulus Chriſti. Secundo, auferendo ab eis vnionem conui-
ctus & cohabitationis, trahendo quoſdam ad religionis ingreſſum, & hæc eſt ſeparatio lo-
Lucæ.9 calis, pertinēs ad ſupererogationem. ⌞Qui autem amat patrem aut matrem (carnalem) plus „
quàm me⌟ maius bonum eis optando quàm mihi, vel magis adficiendo ad eos, quàm ad me, „
ſeu magis inhærendo eis quàm mihi, aut magis appreciando eos quā me ⌞non eſt me⌟ hoc „
eſt mea fruitione, aut dilectione ⌞dignus⌟ cū non habeat charitatē ordinatam, & per con- „
Charitatis ordo in præcepto ſequens nec charitatem, cum ordo charitatis ſit in præcepto. ⌞Et qui amat filium aut filiam „
ſuper me,⌟ Hoc eſt, plus quàm me ⌞nón eſt me dignus.⌟ quoniam bonum creatum, cadu- „
cum, finitum, præfert bono diuino, incommutabili, atque immenſo. Ordo nempe chari-
Deuter.6 tatis efflagitat, vt deus ſumme & incomparabiliter, ac ſine menſura diligatur, videlicet, toto
Matth.22 corde, tota virtute, &c. Deinde propria anima, deinde proximus, deinde proprium corpus.
Marci.12 Inter proximos vero maximè diligendi ſunt parentes, nec propter alicuius rei creatæ fauo-
Lucæ.10 rem, amorem, ſiue intuitum recedendum eſt ab amore & cultu diuino. Denique in Euange-
Lucæ.14 lio ſecundum Lucam Chriſtus affirmat: Qui non odit patrem, & matrem, & vxorem, & fi-
lios, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Non quòd debeamus odio habere illos, quo ad id quod
Lucæ.9 ſunt, ſed quo ad culpam quam habent, & quantum nobis in via dei obſiſtunt. ⌞Et qui nō ac- „
Matth.7 cipit crucem ſuam⌟ Hoc eſt, pœnitentiæ afflictionē, vitiorum, & concupiſcentiarum crucifixio- „
nem, ⌞& ſequitur me,⌟ ambulando per artam viam, & ingrediendo per portam anguſtam, „
Lucæ.13. vel etiam mortem corporalem ſuſtinendo pro me, ſi ratio exigat, ⌞non eſt me dignus,⌟ „
quia nō

A quia non habet gratiam gratum facientem. Idcirco hortatur Apoſtolus: Semper mortifica-tionem Ieſu in corpore noſtro circumferẽtes, vt & vita Ieſu manifeſtet in carne noſtra mor-tali. Rurſusq́: Si commortui ſumus, & cõuiuemus. Si ſuſtinebimus, & cõregnabimus. Ma-ledicti ſunt ergo qui nũc in delicijs & vanitatibus, vel voluptatibus viuũt, qui ducũt in bonis dies ſuos, quia in pũcto ad inferna deſcendũt. Ex quo certiſſime cõſtat impoſſibile eſſe, nunc gaudere cũ ſeculo, & poſt regnare cũ Chřo, ſcd̃m quòd Saluator noſter aſſerit: Væ vobis qui ridetis nũc, quia lugebitis. Væ vobis qui ſaturati eſtis. Væ vobis q habetis cõſolationem ve-ſtram. Totũ equidem tempus vitæ præſentis ad gemẽdum & flendum, ad pœniam peragẽ-dam, ad ſuſpirãdum ad patriam, ad pugnandum cõtra vitia nobis indultũ eſt, diſtrictéq́ re-quirendum à nobis per Chriſtum, quomodo ſit expẽſum. ⌊Qui inuenit⌋ Hoc eſt, vere co-gnoſcit & ſpũaliter diligit ⌊animam ſuam, perdet eam.⌋ Id eſt, in præſenti ſeculo eam affli-get, ac mortificabit, abſtrahẽdo ei delectabilia mũdi, exponendóq́ eam omĩ propter Chri-ſtum perſecutioni. ⌊Et qui perdiderit animam ſuam (hoc modo) propter me⌋ Hoc eſt, amo-re mei, & vt mihi finaliter vniat, quod tamẽ non eſt animam perdere ſecũdum veritatem, ſed ſcd̃m carnaliũ æſtimationem. ⌊inueniet eam.⌋ Id eſt, in futura beatitudine eam poſſide-bit, & ſaluam reperiet. Hoc eſt quòd alibi dicit Saluator: Qui odit animam ſuam in hoc mũ-do, in vitam æternam cuſtodit eam. Alij ſic exponũt: Qui inuenit animam ſuam, id eſt, præ-ſentem vitam carnaliter inordinatéq́ diligit, perdet eam, hoc eſt, damnatiõi faciet eam ob-noxiam, ſeu damnatõe cõdignam, cum præſens vita nõ ſit amãda in ſe, nec delicioſe fouẽda, ſed ad futuram vitam ordinãda. ⌊Qui recipit vos⌋ Prædicatores & pauperes meos ad ſuam menſam, vel domũ neceſſaria miniſtrãdo ⌊me recipit⌋ hoc eſt, rem mihi tam gratam ac me-ritoriã facit, ac ſi meã perſonam reciperet. Recipit enĩ membra mea, ſeu myſticũ corpus me-

B um. Hinc Chriſtus ait ad Paulum: Quid me perſequeris? Et ad Samuelem: Non te abiecerũt ſed me. Tantus eſt amor dei ad nos, vt dicat p Zachariam prophetam: Qui tetigerit vos, tã-get pupillam oculi mei. ⌊Et qui me recipit⌋ In propria pſona dũ adhuc in mũdo viuo inter homines, vel in membris meis, vel ſpũaliter in corde ſuo p fidem & charitatem, ⌊recipit eũ qui me miſit,⌋ hoc eſt, deũ prẽm vel totam trinitatem, quę inſeparabilis eſt. A qualibet nãq́ pſona diuina miſſus eſt Chriſtus ſcd̃m q hõ, quẽadmodũ in Eſaia teſtať, dicẽs: Et nũc domi-nus miſit me, & ſpiritus eius. Qui autẽ Chřm corporaliter receperũt in mũdo, certum eſt, ꝙ rem deo patri gratã fecerũt, eũq́ per grãæ infuſionẽ ſpũaliter ſuſceperunt. Qui vero me rece-perũt, Chřm ſpiritaliter credẽdo in ipm, receperũt & prẽm, totamq́ ſuperbenedictiſſimam Trinitatẽ. Vnde Iohãnes ait in prima ſua epiſtola: Qui negat filiũ, nec prẽm habet. Et q nõ credit in filiũ, mendacem facit patrem, q a nõ credit in teſtimoniũ q̃d teſtificatus ẽ pr̃ de filio. ⌊Qui recipit prophetam⌋ Hoc eſt, nũtium dei de futuris vaticinantem, ⌊in nomine pro-phetæ⌋ id eſt, ad hoc, quia propheta eſt, & inſpiratus ac miſſus à deo, ⌊mercedem prophe-tæ.⌋ Hoc eſt, beatitudinem prophetæ in cœlo paratã ⌊accipiet⌋ à deo, quàmuis nõ tãtam ſicut propheta, niſi aliũde ſit magni præclariq́ meriti. Imò ſi talis receptus vt propheta non eſſet verus, ſed pſeudopropheta, ſi tamen recipiť, quia putať prophetã recipiens nõ priuatur mercede veri prophetæ, quoniam deus mentalis intentionis inſpector eſt. ⌊Et qui recipit iu-ſtum in nomine iuſti⌋ Hoc eſt, ea ratione quoniã iuſtus eſt, & famulus dei, iuſtificatus à deo, non quia cognatus aut compatriota, ⌊mercedem iuſti accipiet⌋ à deo in patria pro ope mi-

C ſericordiæ. Talis nãq́ receptio iuſti, cũ ex charitate procedat, & actus miſericordiæ ſit, me-ritoria eſt vitæ æternæ. Si vero recipiens nõ eſſet in charitate, nil de cõdigno mereret. Poſſet tamen deus ei charitatẽ infundere occaſione receptionis præfatæ. ⌊Et quicũq́ potũ dederit vni ex minimis iſtis⌋ Diſcipulis meis aut famulis, vtpote ⌊calicẽ aquę frigidæ⌋ hoc eſt, aquã frigidã tam modicã quæ contineri poſſit in cypho ⌊tantũ in nomine diſcipuli⌋ id eſt, ideo ſolum, quia diſcipulus Chriſti eſt, quod eſt ad Chriſti honorẽ conferre. ⌊Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuã.⌋ Deus enĩ nullum bonũ dimittit irremuneratũ magisq́ penſat affectum & intentionem quàm munus vel magnitudinẽ eius. Nullus ergo adeò pauper eſt, vt poſſit ſe de omiſſione operũ miſericordiæ excuſare, cum regnũ cœlorũ porrectione calicis aquæ frigidæ poſſit mercari, imò ſolo adfectu, ſi deſit aqua. ¶ Poſtremo ſapienter penſanda eſt diſcretio Chriſti in ſuis præceptis, quomodo rigorem iuſtitiæ, clementia temperet. Qui enim præcepit prædicatoribus ſuis ſanctis Apoſtolis, alijsq́ diſcipulis nil poſſidere vel fer-re in via, nunc alios ad receptionem, & ſuſtentationem illorum tam copioſiſſimis promiſſio-nibus incitat, vt aſſerat ſe recipi ab his, qui illos receperũt, recipientes quoq́ aſſociandos rece-ptis in gloria. ⌊Et factũ eſt cũ conſummaſſet (.i. terminaſſet) Ieſus ſermonem⌋ præhabitum ⌊præcipiens duodecim diſcipulis ſuis⌋ puta Apoſtolis nihil poſſidere aut ferre in via, & cæ-tera quæ nũc expoſita ſunt, ⌊tranſiit inde⌋ id eſt, à loco in quo iſtũ ſermonẽ fecit, ⌊vt doce-ret & prædicaret in ciuitatibus eorũ.⌋ videlicet Iudæorũ ſeu Apoſtolorũ, quia in eiſdẽ locis ad quæ præmiſit eos, & de quibus orti fuerunt, prædicauit dominus Ieſus.

¶ Eluci-

2. Cor. 4
2. Timo. 2.
Iob. 21
Gregorius.
Luc. 6
In præſenti vita quid cum ctis Chriſti fidelibus agẽdũ.
Marc. 8
Lucæ. 9
Lucæ. 17
Iohan. 12
Lucæ. 9.
Acto. 9
1. Regũ. 8
Zacha. 2
Eſa. 48
1. Iohan. 2
Charitate vacuus de condigno nihil meret
Marci. 9
In Chriſti præceptis diſcretio

ELVCIDATIO CAPITVLI VNDECMI, IOHANNES autem cum audiſſet in vinculis opera Chriſti. Arti. XXI. D

Caput Vndecimum.

RECITATA ERVDITIONE AC miſſione Apoſtolorum,
conſequenter agit de præcurſore, Iohannes autem (Baptiſta) cum
Lucæ.7 audiſſet à ſuis diſcipulis, iuxta illud: Nuntiauerũt Iohanni diſcipuli
eius de om̃ibus his, videlicet Chriſti miraculis, quomodo filium vi-
duæ ſuſcitauit à morte &c. Vnde iam ſubdit: opera Chriſti (mi-
raculoſa) in vinculis poſitus, hoc eſt, ab Herode Antipa incarcera-
Marci.6 tus ad inſtãtiam Herodiadis, prout Marcus Euangeliſta deſcribit:
Deuter.17 mittens duos de diſcipulis ſuis ad Chriſtũ. Duos miſit ad ſocialis
Matth.18 vitæ commendationem, & ad idoneam teſtificationem, quia in ore
2.Cor.13 duorum vel trium teſtium, ſtat omne verbum: ait illi interrogan
do per internuntios: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Iohannem non dubi-
taſſe de Chriſti perſona, videlicet quod ipſe eſſet rex Meſſias, mundi ſaluator in lege promiſſus,
& à Prophetis prænũtiatus, omnes ſancti catholicique doctores concorditer proteſtantur.
Lucæ.1. Quomodo enim de hoc ambigere potuit, qui nondum natus Chriſti præſentiam ſe cogno
Iohan.1 ſcere exultando monſtrauit? Qui alijs quoque Chriſtum monſtrãdo diſſeruit: Ecce agnus dei.
Matth.3 Qui ſpiritum ſanctum in forma columbæ conſpexit, ſuper Chriſtum deſcendere: ſeque humi
Marci.1 liando ei dixit: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Non ergo dubitando interro-
Lucæ.3 gauit. ¶Sed vt breuior fiat tractatus, exponenda ſunt diligenter verba Baptiſtæ: Tu, es qui
Iohan.1 venturus es? Quare non ait: Tu es qui veniſti? Et ſi venturus erat, quomodo venit vel ventu E
Iohannis de Chriſti perſona non dubitauit rus erat. Arbitror ego hæc verba Iohãnis, dupliciter poſſe intelligi. Primo ſic: Tu de quo ta
lia audio, es, qui venturus es, hoc eſt prænuntiatus ſeu prophetatus es eſſe futurus, hoc eſt: An
Iohannes interrogatio expenditur tu es Chriſtus, quem prophetæ cecinerunt venturum? an alium expectamus? id eſt, alium ſal
uatorem præſtolari debemus? Quoniam enim apud Iudæos celeberrima extitit fama Chri-
ſtum tandem naſciturum, ſicut à principio mundi erat prædictum: idcirco per hanc circũ-
locutionem: Tu es qui venturus es, Chriſti perſona exprimitur, ſicut & alio loco ſcriptum eſt:
Iohan.6 Illi homines cum vidiſſent quod fecerat ſignum, dixerũt: Quia hic eſt vere Propheta, qui vẽ
turus eſt in mundum. Hoc etiam patet per id quod in actibus Apoſtolorum Paulus affirmat:
Acto.19 Iohannes baptizauit populum, dicens in eum qui venturus eſt vt crederent, hoc eſt in Ieſum
Si ergo hoc modo exponatur, certiſſimum eſt, Iohannem non interrogaſſe hæc ex aliqua ſui
dubitatione. Cur ergo interrogauit, imò quomodo interrogauit, cum interrogatio videa-
tur eſſe dubia propoſitio. Et reſpondendum, quòd interrogauit non ob propriam dubita-
Iohannes ob diſcipulorum ſuorum ignorantiam interrogauit tionem, ſed propter diſcipulorum ſuorum ignorantiam, quos volebat ex Chriſti reſponſio-
ne doceri & certificari. Nouerat enim in ſpiritu, qualiter Chriſtus fuerat reſpõſurus: Vt enim
ait ſanctus Hieronymus, diſcipuli Iohannis ſuperbierunt, & aliquid mordacitatis habuerunt
Hieronymus cõtra Chriſtum. Nam ex liuore atque inuidia ſciſcitabant à Chriſto: Quare nos & phariſæi
Matth.9 ieiunamus frequenter, diſcipuli aũt tui manducant & bibunt? Similimente dixerunt Iohan-
ni Baptiſtæ: Magiſter cui tu teſtimonium perhibebas, ecce hic baptizat, & omnes veniũt ad F
Iohan.3 eum. Tanquàm dicant: Nos relinquimur, & ad illum cõfluit turba. Præterea, quod nuntiauerũt
Iohanni opera Chriſti, non fecerunt ſimplici corde, ſed inuidia ſtimulante, vt dicit gloſa Lu
Luc.7. cæ: Volens ergo Iohannes animas diſcipulorum ſuorum ſanare, mittit eos ad Chriſtũ, vt vi-
ſis eius miraculis, credant ac diligant. Quærit autem non quaſi dubitans, ſed informationem
nuntiorum deſiderans. Vnde & Chriſtus multoties interrogauit, quæ vtique non ignorauit. Vt
Iohan.11 cum dixit de Lazaro: Vbi poſuiſtis eum? Et ad Philippum: Vnde ememus panes vt mandu
Iohan.6 cent hi? Et alias: Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Quandoque enim interrogat homo, vt
Matth.22 inſtruat. Interdum vt inſtruat. Interdum vt experiat ſi aliquis ſciat, quod quærit. Interdum
Marci.12 vt alterius ignorãtiam monſtret. Iohãnes quæſiuit vt diſcipuli ſui inſtruerent. Hęc dicta ſunt
Lucæ.20 ſcdm eos, qui exponũt hunc locum modo nũc tacto. Secundo, exponitur ſic: Tu Chriſte fili
dei vnigenite, es, qui venturus es ad paſſionem & lymbũ inferni, an aliũ expectamus? qui pro
Gregorius mundi ſalute paſſurus ſit, & ad inferos deſcenſurus? Sic exponit Gregorius: Tanquàm dicat
Iohannes: Quæro, an ſicut natiuitatem tuam præcucurri naſcendo, & tuam baptizationem
baptizãdo, ſic tuũ deſcẽſum ad inferos pcurrã nũtiando pribus in inferno te deſcẽſurum ad eos
Secũdum Gregoriũ aũt Iohannes quæſiuit duo. Primo, an Chriſtus p ſeipſum deſcenderet
in infernum. Secundo, an mori dignaretur pro humana ſalute. Et secũdum Gregorium hæc
Lucæ.7 interrogauit Iohannes de eis dubitando. Sed hoc communiter tenet, Iohãnes enim fuit plus
Lucæ.1 quàm propheta. & repletus ſpiritu ſancto in vtero matris, præcurſor Chriſti, & iudicis præ-
Refellitur beati Gregorij opinio cõ ideo magis illuminatus fuit de Chriſto, & eius myſterijs, quàm prophetæ veteris teſta-
menti. Quòd autem Chriſtus per ſe pro hominũ redemptiõe moreretur, prophetæ ſciuerũt,

&aper

A & aprrtiſſime prædixerunt. Vnde rſt illud Danielis: Poſt hebdomadas ſexaginta duas, occi- Danie.9
detur Chriſtus. Et Hieremias inquit: Ego quaſi agnus manſuetus, qui portaꝛ ad victimam. Hiere.11
Eſaias quoq; ait: Ipſe autem vulnrratus eſt propter iniq̃tates noſtras, attritus eſt propter ſce Eſa.53
lera noſtra. Imò in Pſalmo qui incipit: Deus deus meus reſpice in me. Paſſio Chriſti tam cla- Pſalm.21
rè prædicta eſt, vt potius vidraꝛ illic res geſta narrari, quàm prænuntiari futura. Inſuper
quòd Chriſtus prr ſe ad infernum deſcenderet, per Zachariam prophetam prædictum eſt: Zacha.9
Tu quoq; in ſanguine reſtamenti tui, emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo nō eſt aqua. Ad q̃d Ozee.13
pertinet illud Ozee: Ero mors tua o mors, morſus tuus ero inferne. Et illud in Pſalmo: Aſcē- Pſalm.67
diſti in altum, cœpiſti captiuitatem. Veruntamen cognoſcendum, quòd expoſitio Gregorij Ephe 4
ſumpta ē ex verbis Hieronymi, vel ſaltē conſonat eis. Sic nãq; exponit Hieronymus: Tu es Hieronymus.
qui venturus es an alium expectamus, hoc eſt: Manda mihi, quia ad inferna deſcenſurus ſum
Vtrum te & inſeris debeam nuntiare, qui nuntiaui ſuperis, an non conueniat filio dei; vt gu
ſtet mortē, & alium ad ſacramenta hæc miſſurus es. Hoc omnino eſt ꝙ dicit Gregorius, ſed
in hoc differunt: quia ſcd̃m Hieronymū: Iohannes non quaſi ignorans interrogat, & hoc me
“ lius ſonat. ⌊Et reſpondens Ieſus (diſcipulis Iohannis) ait illis: Euntes renuntiate⌋ Hoc eſt,
“ pro nuntio mihi ab eo ſacto reſpondete: ⌊Iohanni quæ audiſtis & vidiſtis⌋.i. verba & ope-
ra mea, vtpote doctrinam meam, & quomodo verbis imperatiuis miracula facio, de quibus
“ ſubiungiꝛ: ⌊Cæci⌋ Hoc eſt, qui pauloante cæci fuerunt, nunc ⌊vident⌋ miraculoſe illumi- Matth.9
“ nati à me ⌊claudi⌋ qui vim progreſſiuam penitus perdiderunt, ⌊ambulant⌋ curati à me, Lucæ.5
“ ⌊leproſi mundanꝛ (à lepra) ſurdi audiunt, mortui reſurgunt.⌋ Scd̃m Auguſtinum incertum Marc.1 Lucæ.5
eſt quot mortuos ſuſcitauerit Chriſtus. Tres quippe legiꝛ ſuſcitaſſe, ſed multa alia fecit Ieſus Lucæ.7
in conſpectu diſcipuloꝝ ſuoꝝ, quæ non ſunt ſcripta. Quod vero ſuſcitauerit plures q̃ tres, vi Auguſtinus
B detur ex verbis iſtis apparentiam quandam habere. Cum enim dixit hæc verba, nondū ſuſci Iohan.11
tauerat Lazarū, quàmuis fortaſſe ſuſcitaurrit filiam archiſynagi, & filiū viduæ. Si ergo Chri- Iohan.11 Matth.9
ſtus rempore huius reſponſionis non ſuſcitaſſrt niſi hos duos, nō dixiſſet forſitā, tam abſolu- Lucæ.7
te pluraliter, mortui reſurgunt, præſertim cum ſcd̃m philoſophum morale ſit in his, quæ ad
propriam commendationem pertinēt, declinare ad minus ſalua ſemp veritate. Sed & om̃es
tres euãgeliſtæ omiſerūt deſcriberr ſuſcitationem Lazari, quæ tamē ſolēniſſima extitit. Vn
“ de probabile eſt, quòd quorūdam alioꝝ ſuſcitationes referre omiſrrūt, ⌊pauperes euãgeli-
“ zanꝛ.⌋ Hoc eſt, euãgelica lege & gr̃a inſtruunꝛ, vel beati p̃dicanꝛ, iuxta illud: Beati pauperes Mat.5
ſpū, quoniam ipſoꝝ eſt regnū cœloꝝ. Vnde p Eſaiam prophetam ait Chr̃us: Spūs domini Lucæ.9
ſup me, euãgelizare pauperibus miſit me. Et iſtud intelligi potrſt, tam de pauperibus ſpiritu, Eſaiæ.60
quàm de pauperibus opibus, qui contemnūt terrenas diuitias. Sicq; Chriſtus oſtendit ſe nō Deutero.10
eſſe acceptorem pſonaꝝ, dum nō præfert diuites pauperibus, ſed omnibus indifferēter euã- Eſa.42
gelizat. Prædictoꝝ aūt miraculoꝝ multa fecit Ieſus in præſentia diſcipuloꝝ Iohannis ſecū- Roma.2
dum quòd Lucas ſcribit, dicens: In ipa hora curauit multos à languoribus & plagis, & ſpiri- Lucæ.7
tibus malis & cæcis multis donauit viſum. ¶Quomodo vero ſaluator iſta miracula ſpūaliter
fecerit, facile eſt penſare. Spūaliter etenim cæci vident, dum Chriſto deſup radiante, homi- Spiritualis ſenſus.
nes ab ignorantia, errore, vel infidelitate purganꝛ. Surdi audiūt, dum rebellrs verbo dei obe-
C diunt. Spiritualiter nãq; duritia obſtinatæ mentis, ſurditas appellaꝛ. Leproſi mundanꝛ, dum
à vitijs gulæ atq; luxuriæ homines expurganꝛ. Claudi ambulant, dum pigri & inſtabiles, ad
diuina efficiunꝛ feruentes. Claudicatio enim obliquitas adfectionis, accidia vel nutatio men- 3.Reg.18
tis accipiꝛ, iuxta illud Rrgum: Vſq; quo claudicatis in duas partes. Vnde Apoſtolus admo- Hebræo.12
net, dicens: Rectos facite greſſus pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret, magis autem
ſaneꝛ. Mortui quoq; reſurgūt, dum impij pœnitent. Sed & pauperes euangelizanꝛ, dum in-
firma & abiecta mundi, & ea quæ non ſunt, prædicanꝛ à deo electa, vt fortia & ſuperba con-
“ fundanꝛ. ⌊Et beatus eſt⌋ Nūc in ſpe, beatificandus tandem in re: ⌊qui non fuerit ſcandali-
“ zatus⌋ hoc eſt, ad ruinam peccati, ſeu infidelitatis inductus ⌊in me⌋.i. ex verbis & factis me
is, præſertim ex humilitate eoꝝ, quæ in me apparent, vt quod inter homines ambulo, mã-
duco, & bibo, & ex acerbitate eoꝝ quæ patior, & paſſurus ſum, vt ꝙ more alioꝝ fatigor, de-
rideor, & morte turpiſſima occidendus ſum. Quemadmodū aūt in Chriſto erat duplrx na- Sapiæ.2
tura, vna altiſſima & diuina, alia humilis & humana, ſic in Chriſto fuerūt quædam altiſſima,
vtpote præmemorata miracula, & alia multa diuinitatis inſignia. Fuerūt quoq; in eo quædã
humillima & abiecta, vt quod eſurijt, laſſus fuit, irriſiones ſuſtinuit, & tandem amariſſimam
ptulit mortem. Quidam ergo penſantes magnalia Chriſti, cōcrſſerūt ꝙ eſſet verus filius dei, Quam diuerſi modc quidã in Chriſto ſcandalizati.
ſed non hominis, & iſti ex magnificētia Chriſti ſunt ſcandalizati. Alij conſiderantes abiecta
Chriſti, vt quod mortalis fuit, quod expauit, triſtis fuit, & cruci affixus eſt, conceſſerūt quod
eſſet filius hominis, ſed non dei, & iſti ex humilitate Chriſti ſcandalum paſſi ſunt. Sicq; nunc
loquitur Chriſtus: Tanquàm dicat: Beatus eſt, &c. hoc eſt, Ille qui viſis miraculis meis credit
me eſſe Chriſtum filium Dei, & viſis tormentis & tribulationibus meis, non diſcredit de mea

maieſta

maieſtate, ſed ſtabilis manet in fide, & charitate, beatus eſt. Talis tempore paſſionis fuit Ma- D
Matth.26 ria, non Apoſtoli, quibus dixit Saluator: Omnes vos ſcandalum patiemini in me nocte iſta.
Prædictis verbis tetigit Chriſtus: Iohannis diſcipulos, qui ſcādalizati fuerunt in Chriſto. Ex
præinductis conſtat, quòd Chriſtus non reſpondit directe ad verba interrogationis ſancti
Iohannis, ſed opa ſua iuſſit ei referri, quatenus ex illis miraculoſis effectibus. Iohannes demō
Eſa.35. ſtraret ſuis diſcipulis Ieſum eſſe Chriſtū, qm̄ talia ſigna futura eſſe in Chriſti aduentu Eſaias
prædixerat, dicens: Tunc aperient oculi cæcoꝝ, & aures ſurdoꝝ patebunt. Tunc ſaliet clau-
dus ſicut ceruus, & aperta erit lingua mutoꝝ. Inſup Chriſtus conuertit ad laudem Iohannis:
Quoniā em̄ turbæ nouerant Iohannem ante ſuā incarcerationē teſtimonium phibuiſſe Ieſu,
quòd eſſet Chriſtus, & nunc quæſiuit: Tu es qui venturus es, poterāt ſuſpicari Iohānem eſſe
leuem, mollem & mobilem: ideo hoc excludens ſaluator laudat Iohānem, non in præſentia
Commēdatio Iohannis Baptiſtæ diſcipuloꝝ ſuoꝝ, ne illis vel Iohāni videat adulari, quoniā certū fuit, quòd diſcipuli Iohānis
referrēt ei, quicquid à Chriſto audiſſent. Subdit itaq;: ⌊Illis aūt abeuntibus⌋ Hoc eſt: Ad Io
hannem redire incipiētibus: ⌊cœpit Ieſus dicere ad turbas de Iohāne: Quid (.i. qualem virū)
Marci.1 exiſtis in deſertū⌋ vbi morabat Iohānes ⌊videre?⌋ ante incarceratione Iohānis. ⌊Arundi-
nem vento agitatā⌋ Id eſt: An exiſtis ad hoc vt videatis hoīem leuem atq; inſtabilem ſimilē
arundini ſeu calamo, quē ventus in omnē partem immpellit, & faciliter mouet, quaſi Iohan-
Matth.3. Lucæ.3. nes ex animi leuitate nunc dubitet de me, de quo dixit: Quia non ſum dignus vt procumbēs
Iohan.1 ſoluam corrigiā calciamentoꝝ eius? Hoc Chr̄us interrogat, & interrogando innuit, talem
non eſſe Iohannem. Quaſi dicat: Iohānes vir iuſtus & ſtabilis eſt, quē nulla culpa vel paſſio à E
Eccl.27 rectitudine deijcit: quemadmodum ſcriptum eſt: Homo ſanctus in ſapientia pmanet vt ſol,
Prouerb.10 nam ſtultus ſicut luna mutat. Et Salomon ait: Iuſtus quaſi fundamētum æternum. Tales ſunt
omnes qui nec blandimentis, nec minis, nec amore, nec odio, nec proſperis, nec aduerſis à ve
ritate & æquitate flectunt. Sed homines vani cum laudant, extollunt: cum vituperant, iraſcū
tur, quaſi propter aliorum laudem aut vituperationem ipſi meliores eſſent, vel deteriores.
⌊Sed quid exiſtis videre?⌋ Scd̄m ſenſum prætactum, ⌊hoīem mollibus⌋ hoc eſt, delicioſis
indumenntis ⌊veſtitū?⌋ .i. an talem videre exiſtis? Quòd ſi feciſtis, erraſtis: quoniam Iohan-
nes talis non fuit, ſicut ſubiungit: ⌊Ecce qui mollibus veſtiunt⌋ hoc eſt, pretioſis & dulcibus
Marci.1. veſtimentis ⌊in domibus regū ſunt⌋ .i. in pallacijs principum. Iohannes aūt non in pallacijs
Matth.3 ſed in heremo habitauit, non mollia indumenta, ſed veſtē de pilis cameloꝝ portauit, cibuſq;
Lucæ.3 eius fuerunt locuſtę, & mel ſylueſtre. ⌊Sed quid exiſtis videre? Prophetam?⌋ Hoc eſt: Nun-
Iohan.1. Luc.7. quid egreſſi eſtis ad videndum Prophetam? Hoc Chriſtus quærit, ſed non negat, quin poti-
Lucæ.1. us auget & roborat. Iohannes enim propheta fuit, ſcd̄m illud Lucæ, dicētis: Tu puer prophe
ta altiſſimi vocaberis. ⌊Etiam dico vobis, & plus q̄ prophetā⌋ Exiſtis videre .i. exeundo ad
videndū Iohānem egreſſi eſtis videre virū, qui eſt plus q̄ propheta .i. excellens propheta, &
Eodem maiori honore ac grā, atq; cognitōe de Chr̄o decoratus, q̄ cæteri prophetaꝝ. Nam nondū
natus, ſigno prophetauit, & ſpū ſancto præuentus vſum rōnis accepit, & Chriſtum agnouit,
Iohā.1 Chr̄m quoq; baptizauit, ac digito demonſtrauit, & p prophetas prophetatus eſt, atq; ange- F
Eſa.40 lus appellatus: eratq; finis legis ac prophetaꝝ, & nouę legis exordiū. Vnde dici pōt Orizon
ligamentum, ac cingulus noui & veteris teſtamēti. ⌊Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt⌋ per
Malach.3 Marci.1. Malachiam prophetam: ⌊Ecce ego (deus pater vel trinitas) mitto angelū⌋ .i. nuntiū, vel an-
gelum ⌊meum⌋ .i. hoīem conuerſationis angelicæ. Vel Iohannes dicit angelus, quoniam fi
lius ſacerdotis, & p conſequens ſacerdos fuit, ſaltem ſcd̄m authoritatem vel poteſtatem. Sa-
Malach.2 cerdos aūt angelus appellat per Malachiam prophetam dicentē: Labia ſacerdotis cuſtodiūt
ſciam, & legē de ore eius requirent, quoniā angelus dn̄i exercituū eſt. Quemadmodum enim
Dionyſius Dionyſius docet infimū, ſuperioris ordinis, & ſupremū inferioris ordinis, magnam conue-
nientiam habēt in natura & appellatōe. In ecclſiaſtica vero hierarchia ſacerdotes ſortiuntur
primatū, & ſummi cenſent, idcirco nomen eoꝝ qui in cœleſti hierarchia infimū ordinē ſor-
tiunt, conuenit eis ita, vt angeli nuncupentur, quia ſic appellant cœleſtes ſpūs, de infimo ordi
ne ſpirituū ſupernoꝝ. Quidam hæretici dixerunt Iohannem angelum incarnatum, ita ꝙ an-
Matt.1 gelus appelletur, non tm̄ rōne officij, ſed & veritate ac ſocietate naturę. Itaq; mitto angelum
Lucæ.7 meū, de quo Iohannes inquit: Fuit homo miſſus à deo, cui nomen erat Iohannes: ⌊ante faci
Iohan.1 em tuam⌋ .i. ante tuam apparitionem, vel ante te ó Chriſte. Iohānes em̄ orſus eſt prædicare
Ibidem ante Chriſtum, & manifeſtationem Chriſti præceſſit, imò ipſe Chr̄m manifeſtauit, quemad-
modū apud Iohannem inquit: Vt manifeſtet in Iſrael: propterea veni ego in aqua baptizās.
⌊qui præparabit viam tuam⌋ hoc eſt, fidem, doctrinam, & opera virtuoſa, per quæ Chr̄us
Chr̄us q̄bꝰ me dijs ingreditur corda hominū. ingreditur corda hominum, diſpoſitiue īducet in animas populi ⌊ante te⌋ .i. antequàm tu o
Chriſte venias ad prædicandū. Per hoc em̄ quòd Iohannes diſpoſuit animas Iudæoꝝ ad re-
cipiendū fidem, doctrinamq; Chriſti, & ad pœnitentiam peragendam, præparauit Chriſto
Iohan.1. ingreſſum ad corda audientiū. Vnde ſcriptū eſt: Hic venit in teſtimoniū, vt teſtimoniū per-
hiberet

A hiberet de lumine, vt oēs crederēt per ipſm. Hoc plenius expoſitū eſt ſupra cap. 30. quo legit. Vox clamātis in deſerto, parate viā dñi, rectas facite ſemitas eius. Porrò Euangeliſta hoc loco ſenſum magis, q̄ verba Malachiæ allegat. Sic nāq; cōtinet nr̄a tranſlatio, Ecce ego mitto angelū meū & p̄parabit viā ante faciē meā ſed ſnīa vna eſt, quia ſicut Iohannes diſpoſuit homines ad notitiam Chriſti, ſic & ad notitiam patris. Quod autem Iohannes merito nuncu- *Mat. 3 Luc. 3 Malach. 3*
« petur plus q̄ propheta, ſubiungitur. ⌊Amen dico vobis, non ſurrexit, ⌋ id eſt ortus non eſt, *Luc. 7. Iohannes cur plus q̄ propheta*
« nec ad virtutes aſcendit, nec fuit, ⌊inter natos mulierū, ⌋ id eſt, inter eos qui ex fœminis à vi-
« ris impręgnatis geniti ſunt, ⌊maior, ⌋ i. dignior aut ſanctior ⌊Iohanne Baptiſta. ⌋ Mulier ergo hoc loco accipit pro fœmina cognita à viro, ſic q; Chriſtus natus de virgine, & virgo mater, quæ fuit inter natas, non inter natos, excipiunt. Quamuis ergo nullus prophetarum, & patriarcharū vel ſanctorum naturali ordine genitorum præferat Iohanni, non tamen Iohannes cunctis illis præfertur, ſed poteſt eſſe æqualis eis. Hoc teſtimonio de Iohanne prolato, Chriſtus oſtendit ſe eſſe deum ac iudicem hominū, aliter non iudicaret nullum prædictorum Iohanne maiorem, quoniam (Salomone teſte) ſpirituum ponderator eſt dominus. Propter quod ſtultū eſt diſputare de cōparatione ſanctorū, quis maior ſit alio, niſi quantū ex ſcri- *Prou. 16*
« pturis elicitur. ⌊Qui autem minor eſt in regno cœlorum, ⌋ id eſt infimus beatorum ſeu cō- *De cōparatione ſanctorū diſputare ſtultū ē*
« prehenſorum in patria, ⌊maior, ⌋ id eſt perfectior ⌊eſt illo, ⌋ puta Iohanne Bapt. quoniam clarius videt & ardentius diligit deū quilibet comprehenſor, q̄ aliquis purus viator. Præmium quippe excedit meritum, nec poteſt perfectio viæ æquari perfectioni patriæ, quia ſecun-
B dum Dionyſium, ſupremū ordinis inferioris nō attingit infimum ordinis ſuperioris, quamuis eius perfectioni multū propinquet. Veruntamen Iohānes & multi viatores in diſpoſitione propinqua maiores fuerūt multis beatis, quoniam tāti meriti extiterūt, quod amplior eis felicitas debebatur, quàm multis ſanctis in patria. Interea aduertēdum, quod cum Chriſtus verba hæc protulit, nullus hominū adhuc in regno cœlorum fuit, niſi ipſemet Chriſtus, ſecūdum quod ait: Nemo aſcēdit in cœlum, niſi qui deſcēdit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Quod igitur dicit ſaluator: Qui minor eſt in regno cœlorum, nō de hominibus, ſed de an- *Dionyſius.* *Iohan. 3*
« gelis rite accipitur, & ita intelligi poteſt de dignitate naturali, vt ſit ſenſus, Qui minor eſt in regno cœlorum, id eſt infimus angelorum, maior, id eſt dignioris naturæ ſeu ſpeciei eſt illo. Planum eſt em̄ quod natura angelica altior ſit, quātum ad eſſentialia, natura humana: ſic q; ijs verbis Chriſtus excludit errorem, dicentium, quod Iohannes ſit angelus incarnatus. Vnde veritas quæ Iohannem appellauit angelum, volens hoc intelligi ratione officij, nō naturæ, dicit minimum angelorum maiorem Iohanne. Quocirca vitādus eſt error Euſtachij Græci Epiſcopi, qui in cōmētarijs ſuis ſuper librum Ethicorum aſſerit nullū viatorem poſſe pertingere ad æqualitatem beatitudinis cuiuſcū q; angelici ſpiritus: ita quod poſt Chriſtum & virginem benedictam, nemo quātumcū q; perfectus perueniat ad aliquem ordinem angelorū, ſed ex vniuerſitate hominum electorum, vnus ac infimus ordo conſtituatur in cœlo. Quidā exponunt prædicta hoc modo, Qui minor eſt in regno cœlorū. i. Chriſtus qui in eccleſia militāte, minor fuit Iohāne, hominū reputatiōe, & natiuitate poſterior, at q; humilitate profundior, maior eſt illo, queādmodū idē fatet Baptiſta: Qui (inquiēs) de cœlo venit, ſuper oēs eſt. Et rurſus: Illū oportet creſcere, me autem minui. *Euſtachius* *Iohan. 3*

¶Proſequutio expoſitionis præſentis capituli. Arti. XXII.

« A Diebus autē Iohānis Baptiſtæ vſq; nūc, regnū cœlorū vim patitur. ⌋ Quid eſt hoc?
C Quis em̄ vim inferat regno cœlorum? Et ſi illud vim patitur, cur potius à diebus Iohannis, quàm ante? vel quomodo à diebus Iohannis vſq; nunc, id eſt hora qua Chriſtus hæc dixit, quaſi nec ante nec poſtea paſſum ſit vim? Eſt igitur ſenſus, A diebus autem, id eſt ab exordio prædicationis, Iohannis Baptiſtæ, regnum cœlorum, id eſt vita æterna ſeu gloria patriæ, vim patitur, id eſt per violentiam quandam acquiri prædicatur. Iohannes enim primo ſic legitur prædicaſſe: Pœnitentiam agite, quia appropinquabit regnū celorum. Sed pœnitentiam agere, eſt ſibiipſi bonam violentiam facere, affligendo & reprimendo ſeipſum. Non ergo ſic intelligendum eſt, quaſi ante Iohannis prædicationem, potuerit aliquis regnum cœlorum mereri ſine vi tali ſeu pœnitentia, ſed quia ante non docebatur aperte, quod regnum cœlorum taliter acquireretur. Per hoc quoque, quod dicitur, vſque nunc, non datur intelligi, quod poſt verba hæc Chriſti, non patiatur vim. Sub- *Regnū cœlorū vim patitur* *Matt. 3* *Luc. 3.* *Quid ſit pœnitentiam agere*
« ditur enim, ⌊& violenti, ⌋ id eſt ſuperantes ſeipſos, qui contra ſeipſos & concupiſcētias, cū- *Luce. 16.*
« cta q; vitia efficaciter pugnāt, ⌊rapiūt, ⌋ id eſt cum labore & bona violentia capiūt ⌊illud, ⌋ pro præmio ſui certaminis. Violenti ſunt ergo qui deſiderio patriæ, ſeipſos quotidie mortificant, carnē ſuam cū vitijs & cōcupiſcentijs crucifigentes, qui dicere poſſunt cum propheta: Propter verba labiorū tuorum ego cuſtodiui vias duras. Et cū ap̄lo: Nullā requiē habuit caro noſtra, ſed omnē tribulationē paſſi ſumus. Foris pugnæ, intus timores. Dicit ita q; regnū cœlorū vim pati, quoniam propter ipſum adipiſcendum, infert homo ſibiipſi vim bonam, *Galat. 5* *Pſal. 16* *2. Cor. 7*

CAP. XI. & patitur affligendo ſeipſum, & ita eſt prædicatio cauſalis, cũ dicitur. Regnum cœloꝝ vim D
Lucæ. 16 patitur. Vnde Lucas ſic habet. Om̃is in illud vim facit. Vel dicitur vim pati, q̃a per modum
Eſaiæ. 1 patientis ſe habet, dũ homo cũ grandi labore illud apprehẽdit, ſecundũ quẽ ſenſum dñs ait:
Malach. 3 Laboraui ſuſtinẽs. Et alio in loco. Si affiget homo deũ, quia vos cõfigitis me & inualuerunt
ſuper me verba veſtra. Inſuper Chrũs aperit cauſam, cur dixit à diebus Iohãnis, regnũ cœlo-
rũ vim pati. ⌊Oẽs em̃ prophetæ, & lex (Moſi) vſq; ad Iohannẽ prophetauerunt⌋ .i. obſcure »
& figuratiue de Chriſto, & regno cœleſti annuntiauerũt ſub promiſſionibus terrenorum bo
noꝝ, intelligẽdo cœleſtia, atq; p̃ corporalia bona, deſignãdo ſp̃ũalia beneficia Chr̃i. Iohan-
nes vero de his apertiſſime nũtiauit, digito Chriſtũ demonſtrãs, regnuḿq; cœleſte proprio
Iohan. 1. Lucæ. 16 nomine exprimẽs ac promittẽs. Et q̃d iſte ſit ſenſus patet p̃ illud quod in Luca ſcriptum eſt:
Hieronymus. Lex & prophetæ vſq; ad Iohannẽ, ex eo regnum dei euãgelizatur. Sanctus Hieronymus ita
exponit. Om̃es prophetæ & lex vſq; ad Iohannẽ prophetauerũt, hoc eſt de Chriſto vatici-
nati ſunt, quẽ Iohãnes demõſtrauit, & eius t̃pe fuit. Loquiṫ ergo de prophetis veteris teſta-
menti, & per legẽ ſignificat ſcripturã libroꝝ Moſi. ⌊Et ſi vultis recipere (id eſt cognoſcere) »
Iohãnes ipſe eſt Helias⌋ nõ per eſſentiã, ſed p̃ magnã aſſimilationẽ, ſecundũ quẽ modũ, qui- »
Matt. 16. dã dixerũt Chriſtũ eſſe Hieremiã, alij Heliam, & Chrũs vocauit Iudã diabolũ ⌊qui (Helias) »
Iohan. 1. venturus eſt⌋ in fine ſeculi ad cõuertẽdos Iudæos, vt p̃cedat ſecũdũ Chriſti aduentum, ſicut »
Iohan. 6 Iohãnes primũ, iuxta illud Malachiæ prophetæ: Ecce ego mittã vobis Heliã Teſbyten an-
Malach. 3. Iohannes cur tequàm veniat dies dñi magnus & horribilis. Diciṫ ergo Iohãnes Helias, q̃a vterq; heremita
Helias dicat. vterq; ſimilibus veſtibus vtens, vterq; p̃curſor, præcóq; iudicis, vterq; ardentiſſimus zelator
3. Reg. 18. 19 iuſtitiæ, rigoroſus, ſtrennuus & imperterritus. Nã ſicut Helias corripuit Ahab & Iezabel, ſic E
Iohãnes Herodẽ ac Herodiadẽ. Vnde de Iohãne p̃dixerat angel⁹: Ipſe p̃cedet ante illum in
Lucæ. 1. ſpiritu & virtute Heliæ. Sed q̃a hæc verba, q̃bus dictũ eſt Iohannẽ eſſe Heliam, prudentẽ in-
tellectũ req̃runt, ideo Chrũs adiecit. ⌊Qui habet aures audiẽdi⌋ hoc eſt aures cordis, videli- »
Deute. 21 cet intellectũ aduertentẽ ac ſtudioſum, de q̃bus auribus ſcriptũ eſt in Deuteronomio: Dixit
Moſes ad filios Iſrael. Nõ dedit vobis dñs aures, quæ poſſent audire vſq; in præſentẽ diem,
⌊audiat⌋ .i. ſapiẽter aduertat, q̃d dixi Iohãnẽ eẽ Heliã, ne ĩcidat errorẽ hæreticoꝝ, & q̃rũdã »
Plato. Iudæoꝝ Platonẽ ſequẽtiũ atq; dicẽtiũ. Aĩas trãſcorpari, vt q nũc eſt ĩ iſto corp̃e, ſit idẽ q olĩ
Eccle. 3 fuit in alio corp̃e. Fideli igiṫ aure oĩa verba dei aduertẽda ſunt, iuxta illud Sapiẽtis: Auris bo
na, audiet cũ om̃i cõcupiſcentia ſapientiã. ⌊Cui aũt ſimilem æſtimabo⌋ hoc eſt iudicabo & »
pronũtiabo ⌊generationẽ iſtã⌋ .i. rebelles atq; peruerſos Iudæos. Non de om̃ibus tũc præ- »
ſentibus dicit hoc Chrũs, ſed de ſcribis ac phariſæis, de q̃bus ſequẽti capitulo ſcribitur: Gene
Matt. 12 ratio praua & adultera ſignũ quærit. Vnde apud Lucã legitur: Om̃is populus audiens. ſ. p̃di-
Lucæ. 7. ctas laudes Iohãnis & publicani, iuſtificauerũt deũ, baptizati baptiſmo Iohãnis. Phariſæi au
tem & legiſperiti conſiliũ dei ſpreuerũt, nõ baptizati ab eo. De his itaq; Chrũs nũc loquitur:
¶ Quærit quoq; vt audientes ad diligentẽ aduertentiã excitet. Et reſpõdet. ⌊Similis eſt pue- »
ris, ſedẽtibus in foro, qui clamãtes (hoc eſt cantãtes) coequalibus⌋ .i. alijs pueris ſibi numero »
paribus ⌊dicũt⌋ cũ exprobratiõe ⌊cecinimus vobis,⌋ id eſt carmen lætitiæ cãtauimus ⌊& »
nõ ſaltaſtis⌋ .i. nobis cõgratulati nõ eſtis ⌊lamẽtauimus⌋ hoc eſt carmẽ lugubre vobis ceci- »
nimus ⌊& nõ planxiſtis⌋ id eſt ad compaſſionẽ moti nõ eſtis. Pueris ergo q nec gaudẽtibus »
cõgaudent, nec dolentibus cõdolent iſti aſſimilantur, cuius ratio ſubditur. ⌊Venit em̃ Iohã- »
nes Baptiſta neq; mãducãs neq; bibẽs⌋ hoc eſt ſocialiter nõ cõuerſans, nec cõſueto cibo po- »
tú́q; vtẽs, & ſrequẽter ieiunãs, ſicut de eo p̃dictũ eſt. Vinũ & ſicerã nõ bibet ⌊& dicũt⌋ hoĩes »
huius peſſimæ generatiõis ⌊dæmonium habet⌋ id eſt dæmoniacus eſt Iohãnes, & dæmonis »
operatione ſic abſtinet, abſtinenteŕq; viuit. Poſſeſſi quippe & arreptitij multa agũt & ſuſti- F
nẽt, quæ alij agere, & pati nõ valent. ⌊Venit filius hominis (.i. Chrũs) manducãs & bibens⌋ »
hoc eſt ſocialiter viuẽs, cũ hominibus veſcẽs, & filijs ſuis licentiã mãducandi cõcedẽs, dicen
Matt. 9 do: Nunq̃d ieiunare poſſunt filij ſponſi, quamdiu cũ illis eſt ſponſus? ⌊& dicũt (de eo) Ecce »
homo vorax⌋ inſtar lupi ſeu canis famelici, quaſi putaret ſe nõ poſſe ſaturari ⌊& potator vi »
ni⌋ tanquam lurco & delitioſus ⌊publicanorum⌋ id eſt magnorum & manifeſtorum præ- »
uaricatorum ⌊& peccatorum⌋ hoc eſt aliorum minus maloꝝ ⌊amicus⌋ quia mãducat cum »
Iohan. 10 eis, non ſolũ amãs eoꝝ naturã, ſed etiã culpas. Erat vtiq; Chrũs eoꝝ amicus, amãdo naturã,
Chrũs publi- nõ vitia, nam & animam ſuam pro talibus poſuit, & idcirco cum eis cõuerſari ac veſci digna
canoꝝ amicus. tus eſt, vt ſua pietate, charitate ac manſuetudine, eos ad pœnitentiam prouocaret. Quoniã
1. Timo. 2 em̃ mediator erat dei ac hominum, recõnciliator peccatoꝝ, & medicus infirmoꝝ ac miſero
rum, tales vitare non debuit, ſed benigniſſime reparare, cõuerſando cũ ipſis. Prædictis itaq;
pueris aſſimilantur ſcribæ ac phariſæi, quia nec Iohãni abſtinenti, nec Chriſto manducãti ſe
cõformare vel credere voluerũt, ſed vtriuſq; vitam peruerſe interpretati ſunt, & in ſua obſti
natione pertinaciter permanſerũt. ¶ Referunt quidã, quòd Iudæi volentes filios ſuos ad vir-
tutes prouehere, aſſueſecerũt eos ad ludos honeſtos, ita quòd pueri cõuenerunt in forũ, eiſq;
in duas

A in duas partes æquales diuiſis: vna pars cecinit carmen iucundũ, alia lugubre. Et quæ cecinit
carmen lætitiæ, exprobrauit alteri, cur ſibi non congauderet: ſimiliter pars cantãs canticum
triſte, exprobrauit alteri parti, cur ſibi non cõpateretur. Et iſta fiebant ad inſinuandã vani-
tatem lætitiæ, & defectũ compaſſionis ac amicitiæ in hoc mundo. Aliqui per pueros iſtos in
telligunt prædicatores & diſcipulos Chriſti: de quibus per Eſaiã Chriſtus teſtatur: Ecce ego
& pueri mei quos dedit mihi dominus, hi prædicauerunt Iudæis canticũ iucunditatis ſpiri-
tualis vt delectarent in deo: canticũ quoq; doloris, vt pœniterent: Iudæi vero nulli cantico
conſenſerũt. Sed non videtur quod p̄dictis bonis, ſanctisq; pueris cõparent ſcribæ & phari-
ſæi, imò Chrũs qui cecinit carmẽ cõſolationis & gr̃æ, Iohãnes quoq; canẽs carmẽ cõminatio
nis ac pœnitẽtiæ eis aſſimilant. Scribæ aũt & phariſæi his aſſimilant, q nec flent cũ flentibus, Roma. 12
nec gaudẽt cũ gaudẽtibus. Tales prohdolor adhuc multi ſunt q oĩa facta alioꝝ interpretant
in partẽ deteriorẽ, facientes ſibi de melle venenũ, & bona q̃ nequeũt imitari, malũt detrahen
do & deridendo vituperare, q̃ humiliter venerari. ⌊Et iuſtificata⌋ .i. laudata & vera eſſe co-
“ gnita, ⌊eſt ſapientia⌋ .i. ſapientialis Chr̃i doctrina, vel ipſemet Chr̃s, q eſt increata ſapien-
“ tia patris, ⌊à filijs ſuis⌋ .i. ab amatoribus & ſtudioſis auditoribus eius, puta apoſtolis, cæte-
risq; Iudæis fidelibus, q (vt allegatũ eſt) auditis p̄dictis Chr̃i ſermonibus, iuſtificauerũt deum
& Chr̃i eloquia approbauerũt. Stultus aũt (vt Salomõ dicit) nõ recipit verba prudẽtiæ. Nec Prouer. 18.
“ animalis hõ p̄cipit ea q̃ dei ſunt, teſte ap̃lo. ⌊Tunc Ieſus cœpit exprobrare,⌋ ex cõpaſſionis 1. Cor. 2
“ affectu vel zelo iuſtitiæ, nõ ex inordinato motiuo, ⌊ciuitatibus⌋ .i. vrbiũ habitatoribus, ⌊in
“ quibus plurimæ virtutes eius factæ ſunt⌋ .i. multa miracula à Chr̃o, & forte etiã ab apoſtolis
“ ⌊quia nõ egiſſent pœnitentiã⌋ ſtabilẽ, viſis tot ſignis. ⌊Væ⌋ .i. æterna dãnatio manet, ⌊tibi
B Corroſaim, væ tibi Bethſaida, qa ſi in Tyro & Sidone,⌋ vrbibus idololatriæ deditis, ⌊factæ
“ eſſent virtutes⌋ .i. miracula & efficaciſſimæ p̄dicatiões, ⌊q̃ factæ ſunt in vobis, olim ĩ cilicio⌋
“ illud induendo, ⌊& cinere⌋ illũ capitibus ſuis ſupponẽdo, vel in cinerẽ ſe p̄ſternẽdo, ⌊pœ-
nitẽtiã egiſſent,⌋ quẽadmodũ Niniuitæ ad p̄dicationẽ Ionæ. Quã veꝝ ſit hoc cõſtat ex actis Ionæ. 4
ap̃loꝝ, vbi fides atq; deuotio Tyrioꝝ deſcribit, q crediderĩt ap̃lis, maxĩe Paulo. Huic teſtimo Luc. 11.
nio Chr̃i oĩno ſil̃e ẽ q̃d ad Ezech. dñs ait: Fili hoĩs nõ ad pp̃l̃m p̄fundi ſermõis & ignotæ lin Acto. 12
guę tu mitteris. Et ſi ad illos mittereris, ipſi audirẽt te. Dom⁹ aũt Iſrael ad quã mitto te, nolũt Ezech. 3
“ audire te, qa nolũt audire me. ⌊Veruntñ dico vobis Tyro & Sidoni⌋ .i. pp̃lo vrbiũ haꝝ in gẽ
“ tilitate defuncto ⌊remiſſius erit⌋ .i. minor dãnatio ⌊ĩ die iudicij,⌋ qm̃ ſolã naturalẽ legẽ trãſ
“ greſſi ſunt, ⌊q̃ vobis⌋ q p̄uaricati eſtis legẽ naturalẽ, ac ſcriptã, & inſup ſigna, documentaq;
Chr̃i parnipẽdiſtis, propter q̃d tãto grauiora ſunt ſcelera vr̃a, q̃to maiora bñficia cõtempſi-
“ ſtis, & ingratiſſimi extitiſtis. ⌊Et tu Capharnaũ,⌋ principalis vrbs Galilęæ, ⌊nunqd vſq; in
“ cœlũ exaltaberis,⌋ ſicut p̄ſumis .i. nunqd ad tantã ſublimitatẽ p̄tinges ſicut elatio tua cona-
tur? Per talẽ em̃ modũ loquẽdi deſignat magnitudo ſupbiæ, vt eſt illud in pſal. Poſuerunt in Pſal. 171
“ cœlũ os ſuũ, ⌊vſq; in infernũ deſcẽdes,⌋ propter pompã & ingratitudinẽ tuã, iuxta illud: Si
aſcẽderit vſq; ad cœlũ ſupbia eius, & caput eius nubes tetigerit, q̃ſi ſterquiliniũ in fine p̄det. Si Iob. 20
mile eſt q̃d ait Abdias p̄pheta: Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi iter ſydera poſueris nidũ tuũ,
inde detrahã te dicit dñs. Porrò Capharnaũ, Corroſaim & Bethſaida vrbes Galilææ & ſitæ
in littoræ laci ſeu ſtagni vel maris Geneſaret, primo receperũt doctrinã Chr̃i, ſed poſt redie
“ rũt ad vomitũ, ideo nõ pœnituerũt veraciter ac ſtabil̃r, ſicut ſupra ca. 4. plenius patuit, ⌊qa Prou. 26
“ ſi in Sodomis⌋ .i. in pẽtapoli, propter pc̃m̃ cõtra naturã ſubmerſa. Illoꝝ em̃ qnq; vrbium 2. Pet. 2
C principalis fuerat Sodoma, ⌊factę fuiſſent virtutes q̃ factę ſunt in te (à meipſo) forte p̄māſiſ- Matt. 4
“ ſent vſq; ĩ diẽ hãc⌋ .i. habitatores pœnituiſſent, nec eſſent vrbes illę ſubmerſę, vel potius cõ Gene. 19
buſtę igne ac ſulphure. Dicit ãt, forte, nõ q̃ſi dubitãs, ſed vt ſeruet ſobrietatẽ ſermõis & liber Libertas volũ
“ tatẽ volũtatis deſignet. ⌊Verũtñ dico vobis, qa terrę⌋ .i. habitatorib⁹ olim ⌊Sodomoꝝ re tatis deſignat.
“ miſſius erit ĩ die iudicij q̃ tibi,⌋ & p̄babile ẽ q̃d abſolute loq̃ndo, minor erit dãnatio Sodomo
rũ q̃ iſtoꝝ, & q̃d minus grauiter peccauerũt q̃ iſti, prout in p̄cedẽti cap. dictũ ẽ, de nõ recipiẽ Mat. 10
tibus ipſos ap̃los. Merito ait Pſal. Venite & videte opa dei terribilis ĩ cõſilijs ſup filios hoĩm. Pſal. 65
Et: Iuſtitia tua ſicut mõtes dei, iudicia tua abyſſus multa. Quis em̃ ĩueſtiget vel explicet cur iu Pſal. 35
ſtus atq; oĩpotẽs de⁹ corã illis miracl̃a fecit, & illis nũtios ſuos ac p̄dicatores miſit, q̃s nouerat
non credituros, & hoꝝ nullũ fecit his q̃s nouerat credituros, ſi vidiſſent vel audiſſent q̃d iſti?
Vnde cũ ap̃lo exclamare optet: O altitudo diuitiaꝝ ſapiæ & ſciæ dei, &c. Præterea ipſemet
“ Chr̃s cũ iſta dixiſſet ĩ vocẽ cõfeſſiõis, laudis ac gr̃aꝝ actiõis prorupit, ſicut ſubiũgit. ⌊In illo Roma. 11
“ t̃pe,⌋ cũ iſta dixiſſet, ⌊r̃ndens⌋ .i. ad p̄dicta p̄porcionate ac p̄tinenter adijciẽs, ⌊Ieſus dixit
“ Confiteor tibi,⌋ cõfeſſiõe laudis & gr̃aꝝ actiõis, Hoc ẽ, laudo te & gr̃as ago, & ad manifeſtã Luc. 10
“ dũ iuſtitiã tuã, dico ac fateor ⌊tibi⌋ .i. ad gloriã tuã, ⌊pr̃⌋ mi naturalis, q es alioꝝ pr̃ p gr̃ãm
adoptiõis, q in pſal. ais ad me: Ex vtero añ luciferꝝ genui te. Et: Ego hodie genui te, ⌊dñe cœ Pſal. 109
“ li & terrę⌋ .i. cœleſtiũ atq; terreſtriũ, viſibiliũ & inuiſibiliũ dñator, de q̃ Heſter ait: Dñe rex Pſal. 2
oĩpotẽs in ditiõe tua cũcta ſunt poſita, Eſt ergo duplex cõfeſſio, ſ. proprię culpę, de q̃ Dauid Heſter. 13

CAP. XI. Dixi cõfitebor aduerſum me iniuſtitiã meã dño, & laudis diuinæ, de qua Sapiens: Cõfitebor D
Pſal. 32. tibi dñe rex & collaudabo te deũ ſaluatorẽ meũ ⌊ qa abſcõdiſti hæc ⌋ myſteria fidei & ſacra- »
Eccle. 51. mẽta nouæ legis & ꝑdicatiõis meæ ad notitiã, ⌊ à ſapiẽtibus & prudẽtibus ⌋ in oculis ſuis, de »
Eſaiæ. 5. qualibus aſſerit Eſaias: Væ (ingens) q ſapiẽtes eſtis in oculis vr̃is, & corã vobiſmetipſis pru-
Eſaiæ 45. dẽtes. Itẽq;: Sapiẽtia & ſciẽtia tua decepit te. Qui tñ veraciter ſtulti ſunt, quẽadmodũ Hiere
Hiere. 10. mias fatef: Stultus factus eſt omĩs homo à ſciẽtia rua. In maliuolã eñ animã nõ introĳt ſapiẽ-
Sapiæ. 1. tia. Quãuis aũt p ſapiẽtes & prudẽtes intelligi poſſint oẽs literati hui⁹ ſeculi, philoſophi & le
Sapientes et prudentes qui ſunt. giſperiti, & q̃s mũdus reputat ſapiẽtes, tñ hoc loco p ſapiẽtes & prudẽtes ꝑſertim ſignantur
ſcribæ ac phariſæi q ſe eruditos putabãt, ſequẽtes literã occidentẽ, nõ ſpiritũ viuificãtẽ. Di-
2. Cor. 3. cũtur aũt ſapiẽtes quantũ ad notitiã diuinoꝝ. Prudẽtes q̃ ad humanaꝝ reꝝ notitiã ⌊ & reue »
laſti ea ⌋ per illuminationẽ internã ⌊ paruulis ⌋ .i. humilibus, de qbus ait pſalmiſta: Declara- »
Pſal. 118. tio ſermonũ tuoꝝ illuminat, & intellectũ dat paruulis. Et ſapientia in prouerbĳs: Si quis eſt
Proue. 9. paruulus veniat ad me. Ad hos eñ quaſi ad valles profundas deſcẽdũt à patre luminũ & fon
Iacobi 1. re riui bonitatis, ac radĳ ſapiẽtiæ, q̃s corda pompoſa nequeũt continere, iuxta illud Pſalmi-
Pſal. 103. ſtæ: Qui emittis ſontes in cõuallibus, inter mediũ montiũ ptranſibũt aquæ. Hinc dicit ap̃ſus
1. Cor. 1. Videte vocationẽ veſtrã frẽs, qa nõ multi ſapientes ſecundũ carnẽ ſunt inter vos. Et rurſus:
Ibidem. Nonne ſtultã fecit deus ſapientiam huius mũdi. Sapiẽtes ergo & prudẽtes in oculis proprĳ
cordis, propter ſuam ſuperbiã diuinę veritatis illuſtratione priuati ſunt. Paruuli vero per hu
militatẽ meruerunt à ſpũ ſancto doceri, ſicut apoſtoli, alĳq; credentes, de qbus iam dicebat:
Prouer. 11. Iuſtificata eſt ſapientia à filĳs ſuis, propter quod Salomon loquitur: Vbi humilitas, ibi ſapiẽ-
tia. ⌊ Ita pater ⌋ id eſt ſic vere eſt, & ita cõtigit ò pater æterne ⌊ quoniam ſic placitum eſt ante »
te ⌋ hoc eſt in conſpectu tuo, vel in corde ac luce ſapiẽtiæ tuæ. Tanq̃ dicat. Prima cauſa iſti- »
us, q̃d quidã præ alĳs illuminati ſunt, nõ eſt niſi ipſum beneplacitũ voluntatis diuinæ. Quod
eñ vnus præ alio humilitatẽ & cætera quæ ad diuinã illuminationẽ diſponũt, habet. Origi- E
Diuinã ꝑdeſtinationẽ, nulla ꝓcedũt merita. naliter procedit ex ꝑdeſtinatione diuina, quàm nulla præcedunt merita. Interea quamuis in
cõmuni ratio aſſignetur, quur quidam electi, quidã præſciti ſint, vtpote quatenus miſericor-
Roma. 9. dia dei, refulgeat in electis qui ſunt vaſa pietatis in honorem & gloriam, & iuſtitia dei mani-
feſtetur in reprobis, qui ſunt vaſa irę in interitum, in ſpeciali tamẽ, cauſa dari non valet, quur
potius iſte quàm ille electus ſit, niſi volũtas diuina. Propter quod ait Auguſtinus. Quem tra-
hat, & quẽ nõ trahat, quur iſtũ trahat & illũ nõ trahat, noli dĳudicare, ſi nõ vis errare. Volũ-
tas eteñ dei cũ ſit prima omniũ entiũ cauſa, cauſam nõ habet. Nec tñ irrationalis vel iniuſta
eſſe poteſt, cũ eſſenrialiter ſit ipſa ſapientia, atq; iuſtitia infinita. Quod igit cõprehendere nõ
Prouer. 25. valemus, cũ omĩ reuerentia veneremur, quoniam ſcrutator maieſtatis opprimetur à gloria.
Pſal. 43. Prædictis Chriſti verbis cõſonat illud Pſalmiſtæ: Brachiũ eoꝝ non ſaluauit eos, ſed dextera
tua, & brachiũ tuũ, & illuminatio vultus tui, quoniã cõplacuiſti in eis. Et quod in Exodo ait
Exodi. 33. Deus ſublimis & benedictus, miſerebor cui voluero, & clemẽs ero, in quem mihi placuerit.
Roma. 9. Ideo dicit apoſtolus: Cuius vult miſeret, & quẽ vult indurat. ⌊ Omĩa mihi tradita ſunt à pa »
Duplex in chriſto natura. tre meo ⌋ In Chriſto eſt duplex natura. Secũdum ergo diuinã naturã, omĩa .i. rota diuinita- »
tis plenitudo & quicquid pfectionis in patre eſt, tradita, hoc eſt modũ naturalis emanationis
data ſunt filio p generationẽ æternã, quẽadmodũ apud Iohannẽ ipſe proteſtatur: Omĩa in-
Iohan. 16. quiẽs quęcũq; habet pater mea ſunt. Et rurſus ad patrẽ: Omĩa (inqt) mea tua ſunt, & tua mea
ſunt. Ex quo innoteſcit: Sicut omĩa hæc data filio, vt in patre pmanſerint, ita quòd idem nu
mero eſſe ac poſſe in vtroq; cõſiſtat. Et quãuis in patre nõ ſit diuerſitas, ſed ſimpliciſſima vni
tas, filius tñ pluraliter dicit, omnia, qm̃ diuinitas patris omniũ pfectiones, cũ infinita plenitu F
Roma. 1. dine cõprehẽdit. Vnde & Paulus pluraliter dicit. Inuiſibilia dei per ea quę facta ſunt cognoſ-
cũtur. Inſup ſecundũ humanã Chriſti naturã omĩa creata, data & ſubiecta ſunt ei, quantum
Pſal. 8. ad authoritatẽ ab exordio incarnationis. Nã eo ipſo quo eius humanitas vnita eſt verbo hy
Heb. 2. poſtatica vniõe, ꝑlata eſt omĩ creaturæ. Propter quod ait: Pater diligit filiũ, & omĩa dedit in
Iohan. 5. manu eius. In reſurrectione vero omĩa data ſunt Chr̃o homini, quãtũ ad manifeſtationẽ, qa
extunc cœpit innoteſcere, & publice prædicari excellentia Chriſti. Ideo infra: Data eſt, ait,
Matt. 28. mihi omnis poteſtas in cœlo & in rerra. In die autem iudicĳ, omnia ei ſubĳcientur, quan-
1 Tim 2. tum ad pleniſſimam executionem. Loquendo autem de Chriſto, ſecundum q̄ eſt mediator
dei ac hoĩm, ſic oĩa tradita ſunt ei à pr̃e. i. oĩa gñ a hoĩm ſaluãdoꝝ, ſeu oẽs electi, qui p ip̃m re-
Iohan. 12. ducũtur ad prẽm, de qbus ait: Ego ſi exaltatus fuero à terra oĩa trahã ad meip̃m. Et nemo ve
Iohan. 14. nit ad prẽm niſi p me. Et itẽ ad patrẽ loquẽs: Dediſti (inqt) ei poteſtatẽ oĩs carnis, vt omẽ q̃d »
Iohan. 17. dediſti ei, det eis vitã æternã. ⌊ Nemo ⌋ id eſt nullus ſeu nulla intellectualis pſona ⌊ nouit fi- »
lium ⌋ ſecũdũ eius diuinitatẽ notitia cõprehẽſionis pfectę ⌊ niſi pater ⌋ ęternus, q ęqualis eſt »
filio, in eſſendo & cognoſcẽdo. ⌊ Neq; prẽm qs nouit ⌋ notitia plenæ cõprehẽſionis ⌊ niſi fi »
lius (patri ęqualis) & cui voluerit filius reuelare ⌋ p fidẽ in via, vel p ſpeciẽ in patria, vt ſunt ho
mines electi, & angeli ſancti, nõ q̃d iſti ex reuelatiõe Chr̃i agnoſcẽt prẽm, aut filiũ modo ꝑ-
dicto

A dicto, videlicet cōprehēſione plenaria, imò oīs intellectus creatus in infinitū diſtat. i. occūbit
& deficit, ab huiuiuſcemodi notitia dei immēſi ſeu ſummę trinitatis atq; cuiuslibet diuinæ ꝑ
ſonæ. Qm̄ ſicut deus ē infinitæ actualitatis ac ꝑfectiōis, ſic eſt infinitę cognoſcibilitatis. Nō
ergo cōprehēdiſ plene, niſi ab intellectu virtutis & capacitatis immēſæ. Deniq; ꝑ hoc q̊d di- Deus infinitæ cognoſcibilitatis.
ctū eſt: Nemo nouit filiū, niſi pr̄: nec patrē, niſi filius, nō excludiſ, q̄n filius cognoſcat ſeipm̄,
& pr̄ filr̄, nec excludiſ ſpūs ſctūs, à notitia pr̄is & filij: q̄a in his q̄ abſolute dicunſ de deo, q̊d de
vna pſona affirmaſ, de q̄libet tri vere accipiſ. Vn̄ apl̄s ait, dicēs: Quę dei ſūt nullus nouit niſi
ſpūs eius. Nō negat quin pater & filius cognoſcant q̄ dei ſunt. Patet quoq; ex his quod nulla
diuina perſona nec trinitas cognita ſit ex lumine naturali, ſed ex reuelatione ſupernaturali ꝑ
fidem. Poſtremo ſecundū principem theologoꝝ in lib. myſticæ theologiæ, Imò ſecundum Dionyſius.
theologos atq; philoſophos cōmuniter & cōcorditer perfectiſſima cognitio q̄ haberi poteſt
de deo in via, eſt per merā ac purā ablationem ſeu negationem: ita vt vniamur deo tanq̄ enti
incōprehenſibili & prorſus ignoto, quantū ad quid eſt. Et q̄a ſaluator dixit ſibi oīa tradita à
patre, & ſe patrē perfecte cognoſcere: ideo monet nos, vt cōfidēter accedamus ad ipm̄, quē-
“ admodū ſaluator ipſe teſtaſ: Eū (inquiens) q venit ad me, nō eijciā foras. ⌊Venite ad me⌋ ſpi Johan. 6
rituali acceſſu ſeu mentis cōuerſione, iuxta illud prophetæ: Venite & reuertamur ad dn̄m. Et Oſee. 3.
rurſus: Cōuertimini ad me in toto corde veſtro. Vnde & Iacobus dicit: Appropinquate deo Johel. 2
& appropinquabit vobis. Hoc eſt ab iſtis caducis, terrenis & vanis, auertite corda veſtra, & Jacobi. 4
ad ſummū bonū dirigite ea, totūq; affectū veſtrū & cogitatū in Chr̄o ſtabilire ſatagite, ſicut
“ ait Pſalmiſta: Deus cordis mei & pars mea, deus in æternum, ⌊Oēs qui laboratis⌋ in via huius Pſal. 72
B exilij. Homo eñ ad laborē naſciſ, & auis ad volatū. Quidā eñ laborāt in operibus pœniten- Job. 5
tiæ, q̄dā in ope manuū, quidā in diuerſis lāguoribus, q̄dā in actibus vitioſis, prout apud Sap Laborantium diſparilitas
deplorāt, dicētes: Laſſati ſumus in via iniq̄tatis. Quocūq; ergo labore laboremus, accedam Sapien. 5
ad Chriſtū, malos labores dimittēdo, & bonos cōtinuando vel in melius transferēdo, eundo
“ videlicet de labore actionis ad quietē cōtemplationis, ⌊& onerati eſtis,⌋ malis culpæ & pœ- Acto. 15
næ ſeu onere obſeruātiaꝝ legaliū, quod (Petro teſte) importabile fuit. Eſt aūt onus quoddā
graue, vniuerſis cōmune, ex originali pc̄tō ſecutū, de q̄ in Eccl. legiſ: Occupatio magna crea Eccl. 40
ta eſt oībus hoībus, & iugū graue ſup oēs filios Adā, à die exitus de ventre matris eoꝝ, vſq;
in diē ſepulturæ in matrē omniū. Propter q̊d ait beatus Iob: Homo natus de muliere breui vi Job. 14
“ uens tp̄e repleſ multis miſerijs, ⌊& ego reficiā vos⌋. i. cōfortabo & cōſolabor vos, minuen-
do grauitatē laboris, vt opera bona q̄ cū difficultate, tædioq; feciſtis, cū feruore & gaudio fa
cere inchoetis, ſicut ait propheta: Viam mādatoꝝ tuoꝝ cucurri cum dilataſti cor meū. Hinc
Mar. 3 tantus fuit cõcurſus, ꝙ nõ poterãt mãducare, vt Marcus habet, ⌊q̃rentes loqui ei.⌋ Secundũ Chryſoſtomũ. Diabolus vidẽs ꝙ Ieſus oſtẽdebat ſe filiũ dei, introduxit parẽtes eius carnales vt p illorũ pſentiã diuinitatẽ Chr̃i obſcuraret. Sed nõ videt bñ ſonare, vt virgo ſanctiſſ. dicat Hieronymus intraſſe, aut aliq d pegiſſe ſuggeſtiõe diaboli. ⌊Dixit aũt ei quidã,⌋ Secũdũ Hieroñ. Iſte fuit inſidiator, & dixit Chr̃o de pſentia matris ſuæ, ac fratrũ, volens experiri an propter eos omit Mar. 3 teret opus dei ſeu p̃dicationem, quod ſi faceret, argueret eũ de carnali affectu, veruntamen Marcus manifeſte habet, ꝙ mater & fratres eius miſerũt quendã ad eũ. ⌊Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, q̃rentes te alloqui. At ipſe rñdens dicenti ſibi ait. Quæ eſt matet mea, & q ſunt fratres mei?⌋ Hoc dicit nõ aſpernãdo vel negãdo matrẽ carnalẽ atq; cognatos, quaſi phãtaſticũ corpus habẽs, vt Marcion & Manichæus mẽtiti ſunt: ſed ad oſtẽdendũ, ꝙ nõ ſolũ habeat matrẽ & frẽs carnales, ſed etiã ſpiritales. Itẽq; vt doceat nos carnalẽ affectũ abijcere, & operi dei nihil p̃ferre, ideo ſubdit. ⌊Et extendẽs manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea & frẽs mei,⌋ ſunt hi. Quod tribus modis intelligi pt. Primo ſic. Mater mea & frẽs mei ſunt. i. tã dilecti vt mater & fratres diligunt. Secundo ſic. Tanto propinquiores ſunt mihi, quanto amplius intenti ſunt rebus diuinis. Tertio ſic. Mater mea ſunt. i. per cõtemplationem internã ſpũaliter me cõcipiunt, & per p̃dicationẽ ac vitã exemplatẽ generant me in cordibus alioꝝ, ſicut ap̃lus loquit: Filioli mei quos iteꝝ parturio, donec formet Chr̃s in vobis. Sic ergo generãt me. i. eſſe & habitare me faciunt in alioꝝ p̃cordijs, iuxta illud Apoſtoli: Habitare Chriſtũ per fidẽ in cordibus veſtris, & fratres mei ſunt, non ſolũ quia eiuſdẽ naturę mecũ, ſed quia opera patris mei faciunt, mihiq; affectu & opere ſimiles ſunt. ⌊Quicunq; eñ fecerit (perſeueranter) voluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt,⌋ diuinis præceptis ſeu conſilijs obediendo, ⌊ipſe meus frater & ſoror & mater eſt,⌋ ſecundũ eundẽ ſenſum, quo diſcipulos meos dixi matrẽ meã & fratres. Imò felicior eſt conceptio ſpũalis q̃ carnalis, ſecundum ꝙ libro de virginitate aſſerit Auguſtinus: Beatior fuit Maria profitendo fidem Chriſti q̃ concipiendo carnẽ Chriſti, quia nil ei materna profuiſſet propinquitas, niſi Chriſtum felicius geſtaſſet corde q̃ ventre.

Margin: Hieronymus. — Mar. 3 — Nihil dei operi præferendum. — Galat. 4 — Ephe. 3 — Auguſtinus. — D — E

¶EXPOSITIO CAPITIS XIII. IN DIE ILLO exiens Ieſus de domo. Arti. XXV.

IN illo die exiens Ieſus de domo.⌋ Si prudenter penſemus verba Euangeliſtarum Lucæ & Marci, compellimur hoc loco accipere diem, non pro determinato die naturali aut artificiali, ſed pro tempore, ſicut & prophetæ cõmuniter diem accipiunt, Apoſtolus quoq; cum ait: Nox præceſſit, dies autem appropinquabit. In illo itaq; die. i. tempore, quo dicta & facta ſunt in præcedenti capitulo recitata, exiens Ieſus de domo, in qua prædicauit, nec ab omnibus propter eorũ multitudinem audiri valebat, ⌊ſedabat ſecus mare,⌋ videlicet in littore maris, forſitan Galilææ. ⌊Et cõgregatæ ſunt ad eum turbæ multæ,⌋ propter diuerſas cauſas, vt dictum eſt, ⌊ita vt in nauiculam aſcendens ſederet,⌋ in naui, quatenus melius audiretur ab omnibus in littore ſtantibus. ⌊Et omnis turba ſtabat in littore, & loquutus eſt eis multa in parabolis, dicens.⌋ Multas ob cauſas loquitur Chriſtus in parabolis. Primo, vt veritas abſcondatur indignis, iuxta illud: Nolite ſanctum dare canibus. Secundo, vt ſtudioſis detur occaſio bonæ exercitationis ſeu diligentis inquiſitionis. Tertio, vt diſcamus ex corporalibus ac ſenſibilibus ſpiritualia atq; diuina intelligere. ⌊Exijt qui ſeminat ſeminare.⌋ In expoſitione huius parabolæ non præſtatur nobis libertas qualitercunq; exponendi, vel propriam rationẽ ſequendi, ſed Chriſti ſummi magiſtri expoſitionem ſequi debemus. Exijt qui ſeminat. i. Chriſtus ſeminans in mundo verbum euangelicæ legis, exijt de cœlo in terram, iuxta illud Iohannis: Exiui à patre & veni in mundum. Et in pſalmo: A ſummo cœlo egreſſio eius. Vel exijt de vtero virginis apparendo in mundo, ſecundum illud: Ipſe tanquã ſponſus procedens de thalamo ſuo. Exitus autem conuenit Chriſto ratione humanitatis aſſumptæ, imò & ex parte diuinæ naturæ, quia ſecundum Auguſtinum & Hilarium eo ipſo dicitur filius à patre exire, quò generatur ab ipſo. Propter quod Michæas inquit: Egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Quantũ ad operationem quoq; conuenit Chriſto ex parte diuinæ naturæ, vt ſecundũ ꝙ deus dicatur exire. i. in actum procedere, nõ locum mutare. Exijt ergo ſeminare. i. ad ſeminandum ſeu ſpargendũ in cordibus hominum verbũ ſalutis & gratiæ, prout apud Iohannem teſtatur: Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundũ, vt teſtimonium perhibeam veritati. ⌊Et dum ſeminat⌋. i. doctrinam euangelicam prædicauit Iudæis, ⌊alia⌋. i. quædam ſemina ſeu verba prædicationis. Semen eñ eſt verbum dei, vt Lucas habet, ⌊ceciderunt ſecus viã,⌋ i. in corda carnalium hominũ, qui in terrenis verſantur, & vias ſeculi latas perambulant, vanitatibusq; intendunt. De qualibus ſcriptum eſt: Domine recedentes à te in terra ſcribentur ⌊& venerunt volucres cœli⌋. i. aereæ poteſtates, de quibus Paulus: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, contra ſpiritualia nequi-

Margin: Lucæ. 8 — Marc. 4 — Roma. 13 — Chriſtus cur in parabolis loquutus ſit. — Matt. 7 — Iohan. 16 — Pſal. 18 — Ibidem. — Auguſtinus. — Hilarius. — Iohã. 18 — Lucæ. 8 — Hiere. 17 — Ephe. 6 — F

A nequitiæ in cœleſtibus. ¶ Dicuntur autē diaboli volucres cœli. Primo, propter ſubtilitatem naturæ. Secundo, propter habitationē eorum in aere caliginoſo. Tertio, ratione inordinati aſcenſus eorū ad alta ex timore ſuperbiæ. Interdū tamen per volucrē intelligitur Chriſtus, ratione ſuæ altiſſimæ contemplationis, vt cum Eſaias ait: Loquens de deo, vocans ab oriente auem, quod Hieronymus ad literā exponit de Chriſto. Et in Iob: Semitā ignorauit auis. Vbi Gregorius per auē intelligit Chriſtū. In parabolica quippe loquutione interdū per eandem rem ſignificantur diuerſa, ſecundū diuerſam proprietatem rei, quemadmodū per leonē ratione fortitudinis intelligitur Chriſtus, vt in Apocalypſi patet: Ecce vicit leo de tribu Iuda. Per leonē quoq; ratione crudelitatis, ſignatꝰ diabolus, vt Petrus inquit: Aduerſarius veſter diabolus tanquā leo rugiens circuit. Hi itaq; volucres, ⌊comederunt ea, ⌋ id eſt ſuarum tentationū ſuggeſtionibus abſtulerunt verba dei de cordibus ꝑdictorꝫ. ⌊Alia autē ſemina, ⌋ .i. verba à Chriſto prolata, ⌊ceciderūt in petroſa ⌋ .i. in corda lapidea, dura, rebellia, rore gratiæ deſtituta, ⌊vbi non habebāt terrā multā ⌋ .i. mentes capaces, fructiferas, quæ inſtar profundæ terræ poſſint fructificare in bono, ⌊& continuo exorta ſunt, ⌋ .i. ſemina iſta repente creuerunt in fructū compunctionis inſtabilem, non firmū aut fixū, ⌊quia nō habebant altitudinem terræ ⌋ .i. fundamentū profundū, ita ꝙ verba dei non introierunt intima cordis eorū, nec radicē fœcundā habuerunt in corde. Videmus quippe, ꝙ corda dura & ſaxea ſæpenumero audito verbo dei de horrore futuri iudicij, ac tormētis inferni, cōpunctionē quādā cōcipiunt, & aliquid boni agere ordiunꝰ, ſed non ꝑſeuerant in cōpunctione, & opere bono. Ideo

Marginal notes: Diaboli curvo lucres cœli voſcentur. — Eſaiæ. 46 — Hieronymus. — Iob. 28. — Gregorius. — Apoca. 5 — 1. Petr. 5.

B dicit ſcriptura: Cor durum male habebit in nouiſſimo, & cor nequam grauabiꝰ doloribus. ⌊Sole aūt orto ⌋ .i. igne tribulationis ac tentationis exurgente, ⌊æſtuauerūt ⌋ .i. ſemina iſta infructuoſa effecta ſunt, & tribulationis calore cōſumpta. ⌊Et qa nō habebāt radicem ⌋ .i. firmū atq; fœcundū fundamentū in corde, videlicet grām habitualē & ſtabilē deuotionē, ⌊aruerunt ⌋ .i. à cōpunctione & ope bono defecerunt. Vnde Lucas ait, ꝙ ſemen aruit, quia nō habebat humorē, videlicet grāæ alimentū, quod mentē fœcundat, ſicut arborem humor aquarꝫ. ⌊Alia aūt ceciderunt in ſpinas ⌋ .i. in corda ſolicitudinibus vitæ præſentis amara, curis ſeculi puncta, & diuitiarꝫ anguſtijs lacerata. Iſtæ expoſitiones poſtea tanguntꝰ à Chriſto. ⌊Et creuerūt ſpinæ ⌋ .i. curæ ſupfluæ in anima ortæ ſunt, ⌊& ſuffocauerunt ea ⌋ .i. verba dei amouerunt ab anima, quia dū tales de ſpiritalibus meditari incipiūt, ſtatim cogitationes terrenæ & anxiæ ſe cōmiſcent, & bonas meditatiōes impediūt. ⌊Alia vero ⌋ ſemina cœleſtis verbi ⌊ceciderunt in terrā bonā ⌋ .i. in cor fidele, docile, atq; tractabile, ⌊& dabāt fructū ⌋ .i. in opus bonū creuerunt, ſed diuerſimode ſecundū diuerſam diſpoſitionē cordiū recipiētiū ea, ideo ſubdiꝰ, ⌊aliud ⌋ ſemen .i. quoddā verbū dei dedit ⌊fructū centeſimū ⌋ .i. habuit opus perfectum ſicut in ſpiritalibus, diuinis atq; heroicis viris. Talis eſt fructus caſtitatis in virginibus, ⌊aliud ⌋ ſemen protulit fructū ⌊ſexageſimū ⌋ .i. opus proficiens habuit, ſicut in his qui conanꝰ quotidie tendere de virtute in virtutē, & de ſtatu proficientiū ad ſtatū perfectorꝫ pertingere, ⌊aliud ⌋ ſemen attulit fructū ⌊triceſimū ⌋ .i. opus bonum habuit, ſed imperfectū, inchoatiuum, ac animale, vt in incipientibus. ¶ Porrò quod diciꝰ de fructu centeſimo, ſpecialr̄ ſolet referri ad ſtatū virginalem. Et quod diciꝰ de fructu ſexageſimo, ad ſtatum vidualem. Quod vero de fructu triceſimo diciꝰ, ad ſtatū coniugalem. Non tamē ſimpliciter & vniuerſalr̄ referri poteſt ad perſonas ſtatuum ꝑdictorꝫ, cum ſæpe in ſtatu inferiori inueniantꝰ perfectiores homi-

Marginal notes: Eccl. 3 — Lucæ 8. — Fructū qui ſeſtat centeſimū, q̄ ſexageſimum q̄ve triceſimū.

C nes, q̄ in ſtatu ſuperiori, Tamen cōparādo ſtatum ad ſtatū, ſic ſe habet caſtitas virginalis ad vidualem, eā excedendo in merito, ſicut cētū ad ſexaginta. & ita ſe habet caſtitas vidualis ad coniugalem, ſicut ſexaginta ad triginta. Nā finis ad quem ordinaꝰ ſeminatio ſeminis huius .i. ꝑdicatio verbi diuini, eſt homines à carnalibus ad ſpūalia ducere, quod multo pfectius fit in continentia virginali, q̄ viduali, & in viduali, q̄ in coniugali. Vnde dicit Aplus: Virgo cogitat quæ dñi ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpū: quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mūdi, quomodo placeat viro, & diuiſa eſt. Cōſequenter Chrus admonet auditores ad diligentē ac myſticā intelligentiā ꝑdictorꝫ. ⌊Qui habet aures audiendi ⌋ .i. aures mētales, quibus verbū dei ſalubriter ꝑcipiꝰ, atq; audiendo ſeruaꝰ & adimpleꝰ, ſicut alio in loco ait: Qui ex deo eſt, verba dei audit, ⌊audiat. Et accedentes diſcipuli ⌋ .i. duodecim Apoſtoli, vt Marcus refert: Acceſſerunt aūt ad Ieſum, non in nauiculā, vel actu ꝑdicationis durāte, ſed cū eſſet ſeparatus & vacās à populo. Vnde Marcus: Cū eſſet (inquit) ſingularis acceſſerunt ad eū, ⌊dixerunt ei: Quare in parabolis ⌋ .i. obſcuris & metaphoricis ſermonibus, ⌊loqueris eis, ⌋ videlicet turbæ? Deniq; parabola eſt diſſimilium rerꝫ ſub quadā ſimilitudine facta comparatio. ⌊Qui reſpondens ait illis: Quia vobis (Apoſtolis) datum eſt, ⌋ per grām ſpecialem, ⌊noſſe, ⌋ id eſt, vt noſcatis, & me docente intelligatis ⌊myſteria, ⌋ id eſt ſacra ſecreta ſeu ſpūales ac myſticos intellectus, ⌊regni dei, ⌋ id eſt eccleſiæ militantis vel diuinæ ſcripturæ, in qua cœleſte regnum nuntiaꝰ, & ſpiritualium deliciarum epulæ continenꝰ quaſi in paradiſo dei, ſecundum Damaſcenum. ⌊illis autem, ⌋ id eſt turbis, ⌊non eſt datum, ⌋ propter incapacitatem & culpam eorum, vel

Marginal notes: Iohan 8 — Mar. 4 — Parabola qd. — Damaſcenus.

 quia

quia ad gratiam tantam ꝑdeſtinati non ſunt. Apoſtolis nãq; tanquã poſt Chriſtum primis D
ac ſummis doctoribus, & quaſi fundamentis eccleſiæ pandẽda erant diuina ſecreta, vt de ſua
Apoc. 21 plenitudine influerẽt alijs. De eis ſiquidem in Apocalypſi legitur: Murus ciuitatis habẽs fun-
damenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina Apoſtolorũ. ⌊Qui enĩ habet⌋ fidem ſyn-
ceram, bonã intẽtionem, vel humilitatẽ: Vel, qui habet. i. qui deo gratus eſt, recognoſcẽdo
omne bonum ſuũ eſſe à deo, ⌊dabitur ei⌋ gratia maior, ſapiẽtia plenior, vita perfectior, ⌊&
Pſal. 111 abundabit⌋ ſpũalibus bonis, iuxta illud in pſalmo: Gloria & diuitiæ in domo eius. Ideo vo-
bis diſcipulis meis fidelibus datur cognitio myſteriorũ cœleſtiũ. ⌊Ei aũt qui non habet⌋. i.
qui modicum habet quod comparatiõe magnorũ donorum pro nihilo reputat: Vel, qui nõ
1. Cor. 4 habet. i. deo datori ingratus eſt, non attendens vnde acceperit, ſed ſic glorians quaſi non ac-
ceperit: Vel, qui non habet fidẽ & humilitatẽ, ⌊& quod habet auferet ab eo, ⌋ id eſt, cætera
dona ſibi diuinitus ꝑſtita meret amittere. Ideo increduli & puerſi Iudæi non meruerunt in-
crementum, ſed detrimentum ſpũalis intelligentiæ, cœleſtium'q; bonorũ. ⌊Ideo in parabo-
lis loquor eis, quia videntes (oculo corporali) non vidẽt⌋ ſyncere, oculo intellectuali, quoniã
Sapiẽ. 2 excæcauit eos malicia eorũ: Vel, videntes facta & cõuerſationẽ atq; miracula Chriſti, nõ vi-
dent. i. non cõſiderant ea eſſe à deo, ſed principi dæmonũ deputãt ea: Vel, videntes. i. ſcriptu
ras veteris teſtamenti, literal'r & ſuperficial'r intelligentes, non vidẽt ſpũalem & verũ intelle
2. Cor. 3 ctum earũ, propter quod occidunt à litera, ⌊& audientes, ⌋ ꝑdicationẽ meã, vel verba legis
ac prophetarũ auribus corporis, ⌊non audiunt⌋ ea auribus cordis, debite auſcultando, ⌊ne-
Eſaiæ. 6 q; intelligunt⌋ ea ſalubiter, ⌊vt adimpleat in eis prophetia Eſaiæ, dicentis: Auditu (corpo-
rali) audietis, ⌋ ô infideles Iudæi eloquia Chriſti, parabolicos'q; ſermones, ⌊& non intellige- E
tis⌋ ea veraciter. ſ. parabolarũ myſteria, ⌊& vidẽtes videbitis⌋ opera, humanitatẽ'q; Chriſti
⌊& nõ videbitis⌋ oculo interiori operũ q̃litatẽ, & eius diuinitatẽ. ⌊Incraſſatũ eſt, ⌋ obtuſum
Deut. 32 & carnale factũ eſt, ⌊cor populi huius, ⌋ terrenis ac ſenſibilibus inhærẽdo, prout in Deute.
ſcribit: Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit, ⌊& auribus grauiter audierũt⌋. i. ad audiẽdũ
verbũ dei aure mentali tardi fuerũt, ⌊& oculos ſuos, ⌋ interiores, videlicet intellectũ, ⌊clau-
ſerũt⌋. i. influentiæ ſeu irradiationi lucis diuinæ, inſtructiõis'q; Chr̃i incapacẽ fecerũt, ponẽ
do obicẽ grãæ dei, videlicet cõtemptũ & infidelitatẽ. Peccata enĩ ſeparãt mentẽ à deo, & ſunt
murus ſeu ianua intermedia inter mentẽ ac deũ. Propter q̃d Hieremias fatet: Peccata veſtra
Iob. 21 prohibuerũt bonũ à vobis. De talibus ſcriptũ eſt: Dicũt deo, recede à nobis, ſcientiã viarũ tu-
arũ nolumus, ⌊nequãdo oculis (cordis) videãt (veritatẽ) & auribus (interioribus) audiãt⌋ ſa-
lutarẽ doctrinã, ⌊& corde intelligãt⌋. i. intus legãt, atq; ſubtiliter penetrãt ſpũalem ſenſum
diuinorũ verborũ, ⌊& conuertant⌋ ab errore ad veritatem, & à caducis rebus ad ſummum
ac incommutabile bonum, ⌊& ſanem eos, ⌋ liberando intellectum à falſitate, voluntatem à
Hiere. 17 prauitate, animã ab omni læſione peccati, de qua ſanitate Hieremias precat: Sana me domi-
Pſal. 40 ne & ſanabor. Et Pſalmiſta: Sana animã meam quia peccaui tibi. ⌊Veſtri autem⌋ ô diſcipuli
mei, ⌊oculi (interiores) ſunt (iam) beati⌋ in ſpe, beatificandi in re per clarã diuinæ eſſentię vi
ſionem, ⌊quia vident⌋. i. recte intelligũt, & fidei lumine illuſtrant, ⌊& aures veſtræ, ⌋ de q-
Eſaiæ. 50 bus iam dixi. Qui habet aures audiendi, audiat. Vnde & Eſaias inquit: Dominus deus meus
apperuit mihi aurem, ego autem non contradico. Hæ itaq; aures veſtræ beatæ ſunt, ⌊quoni-
Lucæ. 11 am audiunt⌋ verba mea fideliter. Beati enĩ qui audiunt verbũ dei & cuſtodiunt illud. ⌊Amẽ
quippe dico vobis, quia multi prophetæ & iuſti, ⌋ qui futurã dei incarnationẽ ſpũ propheta
li, ſeu fide agnouerunt, ⌊cupierunt videre⌋. i. optauerũt ſi fuiſſet poſſibile videre, ⌊quæ vos
videtis, ⌋ videlicet Chriſtũ in carne & cõuerſationẽ ac ſigna ipſius, ⌊& nõ viderũt⌋ ea pſẽn F
Luc. 2 tialiter, corporali intuitu, ſicut vos. Vnde & Symeon iuſtus pro ſuo deſiderio, quo Chriſtum
videre optauit, reſponſum accepit à ſpũ ſancto, nõ viſurũ ſe mortẽ, donec videret Chriſtum
Dubium domini. ¶ Sed quærit, de quo viſu dicat ſaluator, prophetas & iuſtos voluiſſe videre, quæ vi
derũt Apoſtoli, & nõ viderũt? Non enĩ videt de ſpũali viſu poſſe intelligi, q̃a prophetæ viſi-
one intellectuali & imaginaria viderũt oĩa quæ de Chriſto ꝑnuntiauerunt. Intelligẽtia enim
Danie. 10 opus eſt in viſione, vt Daniel ait: Vnde cum Eſaias Babylonis vaſtitatẽ ꝑdiceret: Corrui (in
Eſaiæ. 21 quit) cum viderẽ, multo magis vidit Chriſtum in ſpũ, quãdo dicebat de eius incarnatione:
Eſaiæ. 9 Puer natus eſt nobis. Et multa ſimilia. Hieremias quoq; cum dixit: Quare quaſi colonus ven
Hiere. 14 turus es in terra? Tunc enĩ imaginaria viſione vidit Chriſtum. Deniq; ſaluator ipſe inquit:
Iobã. 8 Abraham pr̃ veſter exultauit vt videret diem meum, vidit & gauiſus eſt. Nec videt poſſe in-
Quomodo oculi a telligi de viſu corporali, quia de illo non intelligit quod Apoſtolis dictũ eſt. Veſtri beati ocu
Chriſto beati li quia vident. Sic enĩ Iudas & reprobi Iudæi viderunt. Puto ergo quod intelligẽdum ſit ver
dicantur. bum ꝑdictum de viſu interiori coniuncto viſui exteriori. Vtroq; enĩ viſu optauerunt vide-
re quæ Apoſtoli vtroq; viſu intuitu ſunt. Si autẽ fiat vis in hoc, quod ait: Multi prophetæ &
iuſti, & non omnes prophetæ & iuſti. dici poſſet, quod quamuis maiores ſancti ac vates vide
runt quæ viderunt Apoſtoli, non tamẽ alij omnes minores. Vel reſpondendum, quod licet
prophe-

A propheta ac iuſti viderunt quædam eorũ, quæ & Apoſtoli, non tamẽ tam multa, nec ita di-
ſtincte ac circũſtantionaliter, & hoc maxime verum eſt, ſi hoc quod Chriſtus ait Apoſtolis:
(Quæ vos videtis,) referatur ad totum tempus quo Chriſtus cum eis in terra conuerſatus eſt
vſq; ad horam aſcenſionis, & hoc modo vt arbitror intelligendum eſt. Voluerunt quoque
“ ⌊& audire,⌋ verba ſapientiæ ex ore meo, ⌊quæ auditis,⌋ qui me ad libitum interrogatis, &
“ reſponſionem piam ac informationem recipitis, ⌊& non audierunt,⌋ eo modo vt vos, nec
“ ita pefecte. Multa tamen documentorũ Chriſti reuelata fuerunt prophetis. ⌊Vos ergo audi-
“ te parabolã⌋.i. interpretationem ſeu expoſitionẽ parabolæ, ⌊ſeminantis,⌋.i. Chriſti qui p
“ ſeminantem deſignauit ſeipſum. ⌊Omnis (homo) qui audit (corporali auditu) verbum re-
“ gni⌋.i. ſermonem de regno cœleſti, ⌊& non intelligit⌋ verbũ hoc.i. virtutẽ & ſenſum ver-
“ borum cordi ſuo non imprimit, nec ſagaciter penſat, ⌊venit malus⌋.i. diabolus in malicia
“ obſtinatus, non eſſentia, ſed voluntate malignus. Venit autem per tentationis congreſſum;
“ ⌊& rapit⌋.i. aufert ſeu infructuoſum facit, & obliuioni tradi ꝓcurat, ⌊quod ſeminatũ eſt in
“ corde eius⌋.i. verbum prædicationis infuſum menti hominis, talis, ⌊hic,⌋ homo tam neg-
“ ligens, ⌊eſt qui ſecus viam ſeminatus eſt⌋.i. quẽ ſupra figuraui per eũ in quem cecidit ſemen
verbi cœleſtis, ſecus viã ſeculi huius, iuxta ſenſum præhabitũ. Et dicit homo ſeminatus.i. ſe-
“ mine tali perfuſus, quẽadmodũ terra dicit corporaliter ſeminata. ⌊Qui aũt ſupra petroſa ſe-
“ minatus eſt⌋.i. in corde duro ac ſaxeo ſemen verbi recepit, quẽ figuraui per eum, in quem ſe-
“ men cecidit ſupra petroſa.i. arida, duraq; corda, ⌊hic eſt qui verbum dei audit, & continuo
“ cum gaudio ſuſcipit illud,⌋ in anima tanquam ſibi proficuum, ꝑ cuius ſuſceptionem euadat
“ periculum, ⌊non autem habet in ſe radicẽ⌋.i. habitualem gratiæ fœcunditatem, ac ſtabile
“ fidei fundamentum, ſeu firmum propoſitum, ⌊ſed eſt temporalis⌋.i. inconſtans, ad modicũ
B tempus perſeuerans in bono, ſicut arundo vento agitata, & puluis à vento preiectus. ⌊Fa- Mat. 11.
“ cta autem⌋.i. ſibi illata vel imminente ⌊tribulatione,⌋ ab inuiſibilibus hoſtibus, ⌊& perſe-
“ quutione,⌋ à viſibilibus inimicis, ⌊propter verbum,⌋.i. ob id quod verbũ dei recepit, & im-
plere diſponit: Vel, propter verbum extinguendum.i. vt verbum dei tollant de corde eius,
continuo ſcandalizat.i. ex verbis ſeu factis illorum in peccata prolabit, non reſiſtens virili-
“ ter, relinquens viam iuſtitiæ, ne patiat aduerſa, vel vt conſequat delectabilia. ⌊Qui autem ſe-
“ minatus eſt in ſpinis⌋.i. qui verbum recepit in corde punctionibus temporaliũ curarum re-
“ pleto, ⌊hic eſt qui verbũ dei audit, & ſolicitudo ſeculi iſtius⌋.i. ſuperflua cura acquirendi vel
“ retinendi res mundanas, videlicet honorem, famam, voluptatem, ⌊& fallacia diuitiarum,⌋
id eſt fallaces diuiciæ, quæ ſufficientiam quandã promittunt, ſed conferre non valent, ſuoſq;
amatores æternis cruciatibus ingerunt, imò quo plus creſcunt, tanto maius deſideriũ in cor- Fallaces diui-
de auari accendunt, & eum quotidie inſufficientiorẽ ac miſerabiliorẽ efficiũt. Bene ergo vo- tiæ.
cantur fallaces. Vnde Sapiens inquit: Creaturæ factæ ſunt in tentationẽ, & in muſcipulã pe-
dibus inſipientium: Vel, fallacia diuiciarũ.i. deceptoria affectio, quã diuiciæ temporales cau- Sapię. 14
ſant in animo hominis. Blandiunt enĩ, ſed pungunt, quia cum labore acquirunt, cum timore
“ amittendi poſſident, cum triſtitia amittunt, ⌊ſuffocat verbum dei⌋.i. memoriã auditi ſer-
monis, aufert ab anima, quæ tanto amplius obliuiſcit diuinorum, quãto plus in terrenis occu-
pat, tranſitoriiſq; inhæret, & ſine fructu boni operis, ac ſpũalis delectationis efficit verbum
“ dei in tali corde diffuſum. ⌊Qui vero in terram bonã ſeminatus eſt⌋.i. qui ſignificatur ꝑ eũ,
“ qui ſemen recepit in terra fœcunda, ſeu ille qui corde deuoto verbũ dei audiuit, ⌊hic eſt qui
“ audit verbum di,⌋ aure corporali atq; mentali, ⌊& intelligit (illud) & fructũ affert⌋.i. ope-
C ra bona producit verbum in tali anima ſeminatum, ⌊& facit, aliud quidẽ centeſimum,⌋ id
“ eſt verbũ in cordibus quorundam facit fructũ centeſimum, ⌊aliud autem (facit fructũ) ſexa-
“ geſimum, aliud vero triceſimũ,⌋ ſicut expoſitum eſt, vtpotè ſecundũ diuerſam diſpoſitionẽ
ac diligentiam recipientiũ. Poſuit Chriſtus hoc loco quatuor genera hominũ, audientiũ ver- Quatuor gñа
bum dei, & quatuor differẽtias ſeminis, quorũ quartum genus dũtaxat ſaluat. Nam pauci ele- hominũ verbũ
cti, & quarta pars ſeminis, ſolũ fructificat. Veruntamen quod hic dictũ eſt de generibus au- dei audientiũ.
dientium, ad literã intelligit de Iudæis, quibus Chriſtus in propria ſermocinabat perſona, &
paucos conuertit ex eis. Myſtice vero intelligi poteſt de cæteris gentibus. Subinde ſaluator
“ comparat regnum cœlorũ.i. militantem eccleſiam aliis rebus. ¶ ⌊Aliam parabolam propo-
“ ſuit (Chriſtus) illis,⌋ videlicet turbis in littore ſtantibus, eo exiſtente in naui. ⌊Simile factũ
“ eſt regnum cœlorũ⌋.i. ſtatus militantis eccleſiæ, ⌊homini qui ſeminauit bonũ ſemẽ in agro
“ ſuo &c.⌋ Cũ ipſe vnigenitus filius dei, ſapientia patris æterni, poſt pauca proprio ore para-
bolam iſtã exponat, non debemus explanationẽ illius anticipando ꝓcurrere. Differenda eſt
ergo elucidatio ꝓſentis parabolæ, vſq; ad locum vbi à Chriſto exponit. Et accedendum ad
“ tertiæ parabolæ interpretationẽ. ¶ ⌊Aliã parabolam (ordine tertiã) propoſuit eis (.ſ. turbis) De grano ſina-
“ dicens: Simile eſt regnum cœlorum,⌋ id eſt eccleſia militãs, maxime primitiua, quæ fuit par- pis parabola
“ ua quãtitate ſeu numero, ſed magna virtute, ideo ſubditur, ⌊grano ſinapis,⌋ de quo ſinapiũ tertia.

exprimitur, ⌊quod (granũ ſinapis) accipiẽs homo (agricola) ſeminat illud in agro ſuo, quod D
(granũ) minimũ quidẽ eſt oĩbus ſeminibus⌋. i. inter oĩa ſemina valde pmodicum, vt patet »
ad oculũ. ⌊Cũ autẽ creuerit⌋ granum iſtud in agro, ⌊maius eſt oĩbus holeribus⌋. i. in altius »
germen creſcendo exurgit, q̃ alia ſemina herbaꝶ ſeu holeꝶ, ⌊& fit arbor⌋. i. per modũ arbo »
ris creſcit in altũ, ⌊ita vt volucres cœli,⌋ præſertim paruæ vel mediocres aues, ⌊veniant & »
habitent in ramis eius,⌋ quieſcẽdo ſub illis. Quemadmodũ ergo hoc granum quantitate p- »
Eccleſia grano ſinapis comparatur. modicum creſcit in altũ: ſic eccleſia in principio ſui cõtempta, & numero parua, creuit in po
pulum infinitũ, ſeu eccleſiam toto orbe diffuſam, quando in omnẽ terram exiuit prædicatio
Pſal. 18. Apoſtolorum, ita vt ſub ramis eius, id eſt ſub documẽtis atq; auxilijs eccleſiæ, habitent volu
cres cœli, id eſt animæ cõtemplantes cœleſtia, vel principes & magnates huius ſeculi ad fidẽ
Moralis ſenſus. conuerſi. Sic ergo per hominẽ ſeminantem intelligitur Chriſtus, vel pdicator ipſius: per gra
nũ, eccleſia primitiua: per agrũ, orbis terrarum, per quem longe ac late diffunduntur ac ſemi-
Malach. 1. nantur fideles, ita vt per Malachiam dominus dicat: Ab ortu ſolis magnum eſt nomen meũ
Eſaię. 27. in gentibus. Vnde in Eſaia ſcriptũ eſt: Florebit & germinabit Iſrael, & implebunt faciem or
bis ſemine. Hieronymus per regnum cœlorum intelligit euangelij prædicationem, vel noti-
Hieronymus. tiam ſcripturarum. Per hominem ſeminantem, Chriſtum, vel quelibet alium, qui in agrum
proprij cordis mittit verbũ dei, quod ſignificari dicit per granũ ſinapis. Sicut igitur granum
ſinapis paruum creſcit in altũ: ſic prædicatio euangelij primo valde cõtempta, & oĩbus ſcien
tijs magis deriſa, creuit per omnes nationes, ita quod ſub ramis. i. diuerſis dogmatibus eius p
dicti volucres morentur & conquieſcant, omnisq; ſecularis ſcientia, & philoſophorum do-
Parabola quarta de fermẽto. ctrina minorata eſt ſub ea, eiq; ſubiecta. ¶ ⌊Aliam (vtpote quartam) parabolam loquutus eſt »
eis: Simile eſt regnum cœlorum,⌋ id eſt eccleſia militans, ⌊fermento, quod acceptum muli- E
er,⌋ faciens maſſam pro panibus conficiendis, ⌊abſcondit,⌋ id eſt locauit ac miſcuit, ⌊in fa- »
Hieronymus. rinæ tribus ſatis⌋. i. tribus menſuris farinæ aqua conſparſæ ſeu maſſæ, vel azymi. Satum au- »
Satum quid. tem ſecundũ Hieronymũ eſt menſura Paleſtinæ, vnũ modiũ cũ dimidio capiẽs, ⌊donec fer- »
mentatũ eſt totũ⌋. i. tam diu dimiſit mulier fermentũ in maſſa, quoſq; tota fermento permi- »
Spũal' ſenſus. xta eſt, atq; cõueniens ſacta, vt de ea fieret panis. Hoc ad literã planum eſt. ¶ Spiritual'r vero
Pſal. 33. per fermentũ intelligitur euangelicæ legis doctrina, per quam corda hominum bonum ſor-
tiuntur ſaporem, vt guſtent q̃ dulcis eſt dominus, & recte de oĩbus iudicent, quemadmodũ
maſſa ex cõmixtione fermenti redditur apta, vt de ea ſaporoſi panes effici poſſint. Mulier
vero eſt ſapientia dei incarnata, vel ipſa eccleſia ac prædicatorũ diligentia. Tria ſata ſignifi-
Tria ſata qd ſignificent. cant diuerſa loca in quibus fideles conuerſi ſunt, vel carnem, ſenſualitatẽ, & rationalem ani-
mæ partem, vel partẽ intellectualem, vim cõcupiſcibilẽ & iraſcibilẽ. His tribus ſatis, hæc mu
lier infudit euangelij documenta, donec totũ fermentaretur, id eſt tria hæc cõuenirent ac cõ
ſentirent in idem deo vnanimiter ſeruiendo, ita vt caro & ſenſualitas rationi, & ratio deo
1. Cor. 10. obediant, ſicq; ſimul ſint vnũ in Chriſto, & mũdus panis, ſicut Apoſtolus dicit: Vnus panis,
vnum corpus multi ſumus. Quãuis autem doctrina euangelica non ſit ſubiectiue niſi in ratio
nali parte animæ: redundat tamen, effectumq; habet in ſenſitiua parte & carne, & ſic in eis
abſcondi dicitur vel infundi. ¶ Sed cum dicat Apoſtolus: Epulemur non in fermento veteri
1. Cor. 5. neq; in fermento maliciæ ac nequitiæ. Rurſusq;: Modicum fermentum totam maſſam cor-
rumpit, quæritur quomodo regnũ cœlorum, id eſt ſtatus vel doctrina eccleſiæ aſſimiletur ſer
Qua rõne eccleſia fermento aſſimiletur. mento? Et reſpondendũ, quod in fermento ſunt duo, videlicet quædam humorũ corruptio,
& calor incluſus, ſeu virtus latens interius. Quantum ad primum procedit comparatio Pau- F
li: quantum ad ſecundum comparatio Chriſti. ⌊Hæc omnia loquutus eſt Ieſus in parabolis »
ad turbas,⌋ propter cauſas ſuperius aſſignatas, & ſubditur iam alia ratio. ⌊Et ſine parabolis »
nõ loquebatur eis,⌋ hac vice, vel in iſto ſermone, ⌊vt adimpleretur quod dictũ eſt per pro- »
Pſal. 77. phetam (Dauid vel Aſaph) dicentẽ⌋ in pſalmo. 77. qui incipit: Attendite popule meus legẽ »
meam, ⌊Aperiã in parabolis os meũ, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.⌋ Vltimã »
partem huius verſiculi, noſtra tranſlatio habet ſic: Loquar propoſitiones ab initio. Patet er-
go q́ duo primi verſiculi pſalmi illius in pſona Chriſti dicãtur, q in parobolis nũc loquutus
deſcribitur, & eructauit. i. diſcipulis ſuis manifeſtauit atq; deprompſit, abſcondita, id eſt pa-
rabolarum iſtarum interpretationes ſeu myſteria regni cœloꝶ q̃ à cõſtitutiõe mũdi homi-
nes latuerũt, ſicut iam dixit, quod multi prophetæ & iuſti voluerũt audire quæ ipſi audierũt,
nec audierunt.

¶ Proſequutio expoſitionis præſentis capituli, ab eo loco quo dicitur, Tũc dimiſſis turbis. Arti. XXVI.

TVnc,⌋ videlicet præſcripto ſermone ad populum circa mare habito, ⌊dimiſſis »
turbis,⌋ quæ dignæ non erant audire myſteria regni cœleſtis, ⌊venit,⌋ IESVS »
à naui, ⌊in domum. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes: Ediſſe- »
re,⌋ id eſt, expone, ⌊nobis parabolam zizaniorum agri,⌋ id eſt, in qua men »
tionem

A tionem feciſti de zizanijs, quæ naſcuntur in agro. Quàmuis Matthæus ſolum recitet di
ſcipulos quæſiſſe expoſitionem huius parabolæ, creditur tamen, quod aliarum quoque
parabolarum expoſitionem quęrebant, ſcd̃m quòd Marcus habet; quòd ſeorſum diſcipulis ſuis Marci.4.
diſſerebat oĩa. Porro ad habendum intellectum expoſitionis parabolæ zizaniorum, neceſſe
“ eſt textum parabolę ſupra omiſſum, hoc loco repetere. Sic enĩ ait Saluator: ⌞Simile factũ eſt re Luc.13
“ gnum cœlorum, homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Cum autem dormirent ho-
“ mines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autẽ cre
“ uiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem ſerui patriſ-
“ familias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo ha-
“ bet zizania? Tunc ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis imus, & col
“ ligimus ea? Et ait: Non. Ne forte colligẽtes zizania, eradicetis ſimul & triticum. Sinite vtra-
“ que creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſſis, dicam meſſoribus. Colligite primum zi
“ zania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum Parabolæ de
“ meum.⌟ Hucuſque textus parabolæ, quam Chriſtus exponens, adiecit: ⌞Qui ſeminat bo- zizania expoſi
“ num ſemen, eſt filius hominis,⌟ Hoc eſt, per hominem bonum ſemen ſerentem intelligitur tio.
“ Chriſtus. ⌞Ager autem eſt mundus⌟ id eſt, terra huius peregrinationis, in qua homines de-
“ gunt & exules ſunt, ⌞bonum vero ſemen⌟ quod Chriſtus ſeminauit in mundo ⌞hi ſunt filij
“ regni⌟ hoc eſt, homines electi, quos Chriſtus mittit ac ſpargit per oĩa climata mũdi, quẽ-
admodum ſemina mittuntur in agris. De hoc ſemine Chriſti ſeu ſpiritualibus filijs eius, ſcri-
“ ptum eſt: Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum. ⌞zizania autem Eſa.53
“ ſunt filij nequam.⌟ id eſt, reprobi, præſertim hæretici, & pſecutores eccleſiæ. ⌞Inimicus au Zizania q̃ ſunt
“ tem qui ſeminauit ea⌟ videlicet iſta zizania, ⌞eſt diabolus⌟ cuius ſuggeſtione & machina-
tione ſurrexerunt, & peruerſa dogmata inuenerunt hæretici, cuius etiam inſpiratione alij re-
B probi ſe contra eccleſiam erexerunt. Dicit autem diabolus homo non propter veritatem na- Diabolus cur homo dicatur
turæ, ſed propter ſilitudinem culpę. Vñ de ſemine eius pdicto. Iohãnes: Qui peccat (inqt) ex Iohan.3
diabolo eſt. Et iterum: Iã Antichri multi nati ſunt. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. Iohan.4
Hinc de Iudæis Chrus teſtatur: Vos ex patre diabolo eſtis. Dicunt autem homines mali ſemi Iohan.8
nati, vel eſſe ex dęmone, non creatõe, ſed prauitatis imitatõe, iuxta illud Sapiẽtis: Imitant illũ Sapiæ.2.
“ qui ſunt ex pte illius ⌞meſſis vero⌟ vſq; ad quã ſimul creſcũt & viuũt in hoc mũdo electi ac re-
“ probi, ⌞conſummatio ſeculi eſt⌟ .i. finis mũdi, vel dies iudicij, in quo electi in palatio dei po
“ nent, velut in horreo. ⌞meſſores aũt qui bonos ac malos ad iudicium deducent, & eos ab in-
“ uicem ſeparabunt ⌞angeli ſunt (non mali, ſed boni) ſicut ergo colligunt (à meſſoribus) ziza
“ nia⌟ id eſt, inutiles herbæ, ſeu lolia, ⌞& igni comburuntur, ſic erit in conſummatione ſeculi.
“ Mittet filius hoĩs angelos ſuos⌟ qui ſibi ſubiecti ſunt, etiã ſcd̃m naturã aſſumptam, vt verbo
“ vnitã, ⌞& colligẽt (.i. auferẽt) de regno eius⌟ hoc eſt, de eccleſia electorum, ſeu bonis fidelibus,
“ ⌞omia ſcandala⌟ hoc eſt, pſecutiones & tentationes per quas boni frequenter ſcãdalizant,
vel oĩa ſcandala .i. ſcandalizatores aliorum qui generant ſcandala, qui tunc ab electis loco &
“ pmio ſeparabunt, ⌞& eos q faciũt iniquitatẽ⌟ .i. cæteros oparios, malos hypocritas, ſimula-
“ tores, & callidos, irã dei prouocãtes ⌞& mittent eos in caminũ ignis⌟ Chro dicente: Ite ma- Iob.36 Matth.25.
ledicti in ignem æternũ. Tũc enĩ angeli ſancti executores iudicij, omnes reprobos, hoĩes atq;
C diabolos, in infernalis ignis fornacẽ proijciẽt. Vnde in Apocaly. legit: Proiectus eſt draco il- Apoca.12
le magnus ſerpẽs antiquus. Et alio loco ait Iohãnes: Cruciabit iniquus igne & ſulphure & fu Apoc.14
mus tormentorum eius aſcendet in ſecula ſeculorum. Miniſterio itaq; ſanctorum angelorum diſpoſi- Angelorum miniſterio reſuſcitatio mortuorum fiet.
tiue agentium fiet ſuſcitatio mortuorum, quorum cineres angeli colligent, & ſuſcitatos ad iudicij
“ locum pducẽt, reprobos ab electis ſegregabũt, & dãnatos in pœnas retrudẽt, ⌞ibi erit fletus
“ & ſtridor dẽtiũ⌟ hoc ſupra expoſitũ eſt caplo.8. ⌞Tũc⌟ videlicet ſtatim pacto vel durãte iu
“ dicio, & illis in caminũ ignis ſeu infernũ q cõparat ardẽti & fumoſo camino, proiectis ⌞fulge- Sapiæ.3
“ bũt iuſti⌟ in corpe p dotẽ claritatis, q rãto copioſior erit in corpibus glorificatis, quãto eorum
“ aĩæ deũ clarius viderĩt ⌞ſicut ſol⌟ iſte ſenſibilis, nõ ſolũ ſicut nũc lucet, ſed ſicut tũc lucebit, qñ Eſai.30.
lux ſolis erit ſeptẽpliciter ſicut lux ſeptẽ dierum. Eſtq; pbabile, q claritas corpis glorificati ex-
cedit claritatẽ ſolarẽ, qm̃ opa grãæ excedũt opa naturæ. Vel ſicut ſol ſpũalis, vz Chrs, de q in
Malachia dñs phibet: Orient vobis (inquiẽs) timẽtibus nomẽ meũ ſol iuſtitię. Corpa nãq; ele Malach.3
ctorum aſſimilabunt claritati corpis Chri, ſicut dicit Apls: Saluatorẽ expectamus dñm Ieſum, Phil.3
qui reformabit corpus humilitatis nræ cõfiguratũ corpi claritatis ſuę. Deniq; ſicut corpa ele
ctorum fulgida erũt vt ſol, ſic corpa reproborum obſcuriſſima erũt, ſcd̃m q aiæ eorum oĩ lumine
interiori quãtũ ad rectũ vſum, omino priuant, his dictis patet expoſitio huius parabolę, pau
cis exceptis q tangẽda ſunt breuiter. Cũ aũt dormirent hoĩes .i. plati eccleſiæ & aliorum docto-
res de hac vita migrarent, vel à diligẽti cuſtodia gregis ſui ceſſarẽt, venit inimicus eius .i. dia
bolus aduerſarius Chriſti, & ſupſeminauit zizania .i. hęreticos & puerſos miſit ac miſcuit in
medio tritici .i. iter electos atq; catholicos, & abijt alibi facere aliqd mali. Et cito reuerſus ẽ.

Cum autem creuiſſet herba, hoc eſt, ſemen bonum ſeminatum à Chriſto, & fructũ bonæ cõ- D
uerſationis feciſſet cum filij regni numero ac merito aucti fuiſſent in ſeculo iſto. Apparuerũt
inter eos & zizania, id eſt prędicti iniuſti. Accedentes autem ſpũali acceſſu ſerui pſ̃iſfamilias
hoc eſt, famuli Chri, vtpote angeli ſcd̃m Hieronymũ. Vel deuoti prælati vicarij Chri, dixe- »
runt ei: Dñe: Nonnè bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? id eſt, homines fide & ope Chri-
ſtianos in mundo. Vnde ergo habet zizania? Et ait, inimicus homo hoc fecit. i. diabolus. Ser-
ui aũt dixerunt: Vis, imus & colligimus ea? i. vis ne vt ſeparemus & auferamus hęreticos & p
uerſos à ſocietate fidelium, per excommunicationẽ, vel tradendo eos poteſti ſeculari ad oc-
cidendũ? Et ait: Non. Ne forte colligẽtes zizania iſta, eradicetis. i. periculo vel occiſioni ex-
ponatis & triticũ. i. electos fideles. Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem. i. diem tribulatiõis
extremæ ſeu iudicij, & in tpe meſſis dicã meſſoribus. i. angelis. Colligite primũ zizania, id ẽ
anteq̃ proferat iudicialis ſententia ſeparate malos à bonis, & alligate i ea faſciculos. i. p modũ
faſciculoꝝ adunate eos ad comburendũ, hoc eſt, vt in igne gehẽnæ ſuccendant, nõ conſumã
Prouerb.5 tur. Impius quippe funibus pctõrum ſuoꝝ conſtringet, vt Sapiens inquit: De hac impioꝝ
Eſa.24 colligatione ſcriptum eſt in Eſaia: In die illa viſitabit dñs ſup malitiã cœli in excelſo, & ſup re
ges terræ, & congregabunt in congregatiõe vnius faſcis in lacum. Et claudent ibi in carcere.
Hęretici an ſuſtinendi ſint ¶ Circa hunc locum quęrit, an hæretici ſint ſuſtinendi? Et videt q imò, cum Chriſtus dicat:
Hieronymus. Sinite vtraq; ſimul creſcere vſq; ad meſſem, Hieronymus quoq; hic dicit: Monemur ne cito
amputemus frẽm, quoniam fieri poteſt vt ille qui hodie noxio deprauatus eſt dogmate, cras
reſipiſcat. Oppoſitum videt ex eo q ait Apoſtolus: Auferte malum de medio fratrũ veſtroꝝ
1.Cor.5 Et ſcd̃m Apoſtolica documenta, prohibemur hæreticos ſalutare, & cum quibuſdã peruerſis
2.Timo.3 cibum accipere. Ad hãc quæſtionem reſpondet Thomas, q circa hæreticũ duo penſant, vi E
1.Cor.5 delicet eius inquitas & eccleſię pietas. Quantũ ad primũ meret non ſolũ excõicari, ſed occidi,
Thomas cum multo grauius ſit fidem corrumpere, q̃ falſare pecuniã. Et tñ falſatores pecuniæ ſcd̃m iu
ra occidunt, q̃tũ ad ſecũdũ nõ decet hęreticũ ſtatim dãnare, ſed ad veritatẽ ꝑpoſſe reducere
Titum.3 Ideo eccleſia non immediate & ſubito, ſed poſt primã & ſecundã correptionẽ dãnat hæreti-
cum, ſicut ad Timotheum docet Apoſtolus: Si vero extunc in ſuo errore mãſerit ptinax, ſe-
parat eum eccleſia à ſe p excommunicatõis ſnĩam, relinquit eum ſeculari iudicio morti tradẽ
dum. Vnde alio loco dicit Hieronymus: Secãdæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à cau
le repellenda eſt, ne tota domus, maſſa, corpus & pecora, ardeãt, corrumpant, putreſcãt. Ar-
rius in Alexãdria vna ſcintilla fuit, ſed quoniã non ſtatim oppreſſus eſt, totum orbem eius flã
Hæretici quãdo non ſunt extirpandi ma depopulata eſt. Itaq; quòd dominus ait zizania non eſſe tollenda, ſed ſinenda vt creſcãt
cum tritico, ſi per zizania intelligantur hæretici, tunc intelligendum eſt in caſu, quando vi-
delicet extirpari non poſſunt ſine eradicatione ſeu periculo tritici, quando videlicet nõ ſunt
Parabola quinta aperti, vel ſatis noti, vel potentes habent defenſores. Vnde dicit Hieronymus: Monet domi
nus ne vbi quid ambiguum, cito proferamus ſententiã. ¶ Sequit quinta parabola: ⌞ Simile eſt »
regnum cœloꝝ ⌟ hoc eſt, præmium beatoꝝ in pñia ⌞ theſauro abſcondito in agro. ⌟ Nã ſi- »
cut propter talem theſaurum poſſidendũ, oĩa vendunt, ſic propter adipiſcendum regnum
cœloꝝ oĩa temporalia deſtruunt. Ideo ſubdit: ⌞ quem (theſauꝝ) qui inuenit homo abſcõ- »
dit ⌟ tanquã precioſum clenodeum ⌞ & præ gaudio illius ⌟ . i. ex delectatione & amore the- »
ſauri inuenti, ⌞ vadit & vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum ⌟ vt habeat ius poſſidẽ »
di theſaurum ex integro. Olim enim theſauri in agro inuenti, quàmuis propter temporis lõ
gitudinem, ignotabat cuius fuiſſent, tamen propter communem hominum pacem pro me- F
Ager quid deſignet dia parte fuerunt dominorum agri. Ager ergo eſt vita actiua, vel ſacra ſcriptura, in quibus
theſaurus iſte videlicet beatitudo cœleſtis quodãmodo latet & continet vt merces in merito.
Phil.3 Homo autem theſauꝝ repe[rie]ns eſt quicũq; deuotus, qui cum Apoſtolo omnia arbitratur vt
ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciat. Vel, theſaurus eſt Chriſti diuinitas, ager caro ipſius: ⌞ Iteꝝ »
ſimile eſt regnum cœloꝝ (id eſt eccleſia militãs) homini negotiatori, quærenti bonas marga »
ritas ⌟ id eſt, lapides precioſos. ⌞ Inuenta autem vna precioſa margarita ⌟ hoc eſt, gemma qua »
dam digniſſima, qualis eſt iaſpis, ⌞ abijt & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam ⌟ Vt ca- »
rius venderet ipſam. Vel, tanquàm pręnobile bonum poſſideret. Sic Eccleſia & quilibet ve-
raciter Chriſtianus, quærens precioſas margaritas, hoc eſt, virtutes præclaras & cardinales,
Precioſa margarita. & veteris teſtamenti ſcripturas, vnam vero precioſiſſimam inueniens, ſcilicet Chriſtianæ le
gis doctrinam, vel conſiliorum Euangelicorum perfectionem, vel increatam Dei ſapiẽtiam
dominum IESVM vendit, vel vilipendit cuncta terrena vt margaritam iſtam obtineat,
Prouerb.8 ſicut teſtatur Apoſtolus: Omnia arbitror detrimentum propter eminentem ſcientiam domi
Prouerb. ni noſtri Ieſu Chriſti. Precioſior nempe eſt ſapientia cunctis opibus, & oĩa quæ deſiderant
huic non valent comparari. ¶ Poſtremo ſeptima & vltima parabola ſubdit: ⌞ Simile eſt re- »
gnũ cœloꝝ ⌟ . i. eccleſia militãs in qua deus p fidẽ & grãm regnat, quæ & ipſa regnat in nomĩe »
Chriſti, ſeculare ac ſpirituale dominium atq; iudicium habens & faciẽs. De quo Petrus: Vos
(inquit)

A (inquit) genus electum regale ſacerdotium, qui in Apocalypſi fatet, loquens ad Chriſtum: 1. Petr. 2
Feciſti nos deo noſtro regnum & ſacerdotes, & regnabimus ſup terram. ⌊De hoc⌋ regno Apocal. 5
dixit archãgelus de Chriſto ad virginem. Regnabit in domo Iacob in ęternum, & regni eius
non erit finis. Itaq; regnũ iſtud ſimile eſt ⌊ſagenæ (ſeu rethi) miſſæ (à piſcatoribus) in mare⌋ Luc. 1
vt capiat piſces ⌊& ex omni genere piſcium congregãti⌋ hoc eſt, bonos & malos piſces ca-
pienti vel quoſdam de omni ſpecie piſcium. ⌊Quam (ſagenam) cum impleta eſſet⌋ piſcibus
talibus ⌊educentes (piſcatores) & ſecus littus⌋ hoc eſt, iuxta ripã aquæ, ⌊ſedentes elegerũt⌋
ex ſagena. ⌊bonos (piſces) in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt,⌋ id eſt, penitus abiece-
runt, & beſtijs ac auibus ad deuorandum dederunt. Sic modo eccleſia continet bonos & ma
los, & quoſdam de omni genere hominum. Myſticè etiam per ſagenam exprimit prædica- Eccleſia milli
tio Apoſtolorum & ſucceſſorum ipſorum, qui ex verbis vtriuſq; teſtamenti ſermonem per tans bonos et
modum rethis texentes, miſerunt illum in mundum iſtum qui magno procelloſoq; mari aſſi malos continet
milat, & congregauerunt intra eccleſiam quoſdã de omni natione, pluresq; reprobos quàm Pſalm. 103
electos. Vnde in vocatione priorum Apoſtolorum dictum eſt: Venite poſt me faciam vos Matth. 4
fieri piſcatores hominum. Interea ipſemet Chriſtus declarat: Cur eccleſia comparet tali ſa-
genæ. ⌊Sic erit in conſummatione ſeculi.⌋ Quantum ad hominum ſeparationem ab inui- Eccleſia cur ſa
cem, quando agni ponentur à dextris, & hœdi à ſiniſtris, ſicut nunc dictum eſt de piſcium genę comparet
ſeparatione. Nam tunc ⌊exibunt angeli (à ſummo cœlo) & (miſſi à Chriſto) ſeparabunt ma- Matth. 25
los de medio iuſtorum,⌋ hoc eſt, de tota vniuerſitate electorum, ⌊& mittent eos in cami-
num ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium⌋ Hoc totum iam euidenter expoſitum eſt. Itaq;
Eccleſia per modum ſagenæ nunc natat, & fluctuat in hoc mari magno ac ſpacioſo, & ſę- Pſalm. 103
B pe fluctibus tribulationum & aquis tentationum ita afficitur, atque torquetur, vt clamet
cum ſancto Dauid: Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ ad animam meam. Ve- Pſalm. 68.
ni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Nunc quoque neſcitur, qui piſces ſint ele-
cti, & qui reprobi. Porrò in fine ſeculi Chriſto ad iudicium deſcendente, ſagena iſta quaſi ad
litus trahitur, cum omnes ante Chriſtum in valle Ioſaphat ducuntur ac præſentant, tuncq;
boni manifeſte ſecernentur à malis. ⌊Intellexiſtis hæc omnia?⌋ ſcilicet parabolas iſtas &
interpretationes earum. Hoc Apoſtolis dicitur, qui tamen apud Marcum referunt à Chri- Marci 4.
ſto reprehenſi, eo quòd primam parabolam non intellexerunt. ⌊Dicunt ei: Etiam. Ait illis:
Ideo⌋ Hoc eſt, ex quo ad vos tanquàm ad aliorum magiſtros ſpectat hæc omnia intelligere.
Propterea ⌊omnis ſcriba doctus in regno cœlorum⌋ hoc eſt, quilibet prædicator, & præla-
tus, præſertim epiſcopus in militante eccleſia, ⌊ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert
de theſauro ſuo noua & vetera.⌋ Veſtimenta, vtenſilia, alimenta, talenta. Quemadmodum
enim talis paterfamilias vnicuique de filijs ac familijs ſuis dat ſecundum quod indiget, & ca-
pere poteſt, vel dignus eſt, ſic ſcriba doctus de quo nunc ſermo eſt, vnumquenq; de grege
ſuo paſcit ac inſtruit, prout capere valet, ſecundum quod Paulus lacte potaſſe ſe dicit eos, 1. Cor. 3
qui ſolidum non poterant capere cibum. In diuinis enim ſcripturis inuenitur, quod omni Omnis ſtatus
ſtatui congruit. Huiuſmodi itaque ſcriba, profert de theſauro ſuo, hoc eſt, de plenitudine in ſacra ſcriptu
gratiæ perfectionis & ſcientiæ ſibi diuinitus diſtributæ. Theſaurus enim deſiderabilis in ore ra eruditur
ſapientis ſecundum Salomonem: Noua & vetera, hoc eſt, vtriuſque teſtamenti eloquia, ſer- Prouerb. 21
C monem ſuum confirmans authoritatibus nouæ & veteris legis. Vnde in Canticis ait Eccle-
ſia: Omnia poma noua & vetera dilecte mi ſeruaui tibi. Debent ergo maiores prælati in vtra-
que lege eſſe periti, imo ſecundum deiformem Theologorum ducem ſacratiſſimum Diony- Dionyſius
ſium, ad Epiſcopos pertinet, vt ſint adeo docti quod difficillima quæq;, & omnes ſubditorũ Epiſcoporum
dubitationes ſoluere poſſint. ⌊Et factum eſt cum conſummaſſet⌋ Hoc eſt, perfectè termi- officium
naſſet ⌊Ieſus parabolas iſtas⌋ ſeptem, non ſolum ea, ſed etiam earum myſteria ſeu interpre-
tationes, diſſerenda diſcipulis, ⌊tranſiit inde,⌋ recedendo à domo in qua locutus eſt iſta,
⌊& veniens in patriam ſuam⌋ videlicet Galilæa, in qua conceptus, nutritus, atque moratus
eſt ⌊docebat eos⌋ videlicet compatriotas & conciues ſuos in vrbe Nazareth ſecundũ Hie- Hieronymum.
ronymum, ⌊ita vt mirarentur (Nazaræi) & dicerent: Vnde huic ſapientia hæc & virtutes?⌋
hoc eſt, miracula. Quaſi dicerent: Quis dedit ei tanta dona? Nouerant enim quòd non habu-
it ſapientiam iſtam per ſtudium, iuxta illud Iohannis ſeptimo: Vnde hic ſcit literas, cum nõ
didicerit. Virtutem quoque miraculorum æſtimabant ſibi non eſſe collatam à deo propter
ignobilitatem parentelæ. Vnde ſubditur: ⌊Nonné hic eſt fabri filius?⌋ ſcilicet ipſius Ioſeph
qui fertur fuiſſe faber lignarius. Marci ſexto ita habet: Nonné hic eſt faber filius Mariæ? Vo-
cabant ergo Ieſum fabrum, vel deſpectiue, ſicut communiter fit cum filijs improperaretur
officium patrum, vocantur nomine talis officij, vt ſi filius fullonis promoueat in epiſcopum,
inuidi dicunt: Ille fullo: Vel, quia Ieſus patrem ſuum putatiuum frequenter adiuuit in ſuo offi
cio, quod Nazaræos iſtos non latuit. Nam vſque ad tricesimum annum habitauit cum eis.
⌊Nonné mater eius dicit Maria, & fratres eius ſunt Iacobus & Ioſeph & Symon, & Iudas?⌋

De iſtis fratribus dictum eſt ſupra, quod fuerunt conſobrini Chriſti, & filij Mariæ vxoris D
Hieronymus. Cleophæ ſororis virginis glorioſæ, vt dicit Hieronymus in libro contra Heluidium hæreti-
Thomas cum. Sanctus Thomas in vno loco ait: ꝙ illi qui in Euangelio appellant frẽs Chriſti, fuerunt
Marci.3 filij Ioſeph de alia coniuge. Alibi dicit, ꝙ Ioſeph credit virgo fuiſſe, quod Beda & alij commu
Beda niter aſſerunt, & ſic frẽs iſti fuerunt Chriſti nepotes. Cum enim in cruce commiſerit mr̃em
Iohan.19 ſuam virginem virgini cum eſſet adulta, probabile eſt, ꝙ iuuẽculam non commiſerit, niſi vir
gini ſponſo ⌊ Et ſorores eius (.i. cognatę) nonné apud nos ſunt? ⌋ hoc eſt, inter nos hibitan-
do ⌊ Et ſcandalizabant in eo ⌋ .i. ex conſideratione humilis genealogiæ cognationiſq́; Chri
ſti, in pctm̃ prolapſi ſunt, æſtimantes, ꝙ ſapiam & virtutes habuerit à diabolo potius quàm
Iudæorum cæcitas à deo. In quo patet infinita eorum cæcitas atq; peruerſitas, cum multi prophetarum illitera-
ti, & egeni extiterint, & tamen prophetali ſapientia deo miſerante impleti ſunt, vt Amos
Amos.7 agricola vellicans ſycomoros, Hieremias puer ⌊ Ieſus aũt dixit eis: Non ẽ propheta ſine ho-
Hiere.1 nore, niſi in patria ſua, & in domo (.i. familia) ſua ⌋ Non quòd alibi vbiq; honoret, vel ab om̃i-
bus ſuis compatriotis ſpernat. Sed quia communiter ſic eſt, quòd à ſuis magis contemnitur,
quàm ab alijs, & hoc ex inuidia oritur, inuidia vel ſuperbia, quia homines male pati poſſunt,
vt compares ſui præferãtur eis & compatriotæ melius ſciunt imꝑfectum alicuius, quàm alij,
& frequenter conuertunt oculum mentis, ad conſiderationem eius, quod homo fuit tempo-
Infidelitatis fructus re pueritiæ, vel cum eis ſimilis videbatur. ⌊ Et non fecit ibi vi tutes multas, ⌋ Hoc eſt, multa
miracula ſaltem hac vice ⌊ propter incredulitatem illorum ⌋ videlicet quia indigni erant, &
etiam ne faceret eos maiori damnationi obnoxios. Fecit tamen ibi quædam miracula, ne ex-
Marc.6 cuſationem ſuæ infidelitatis haberent. Vnde Marcus habet: Et non poterat ibi virtutem vl- E
lam facere, ſcilicet potentia ordinata, quia non decuit, niſi paucos infirmos impoſitis mani-
bus curauit.

EXPOSITIO CAPITVLI DECIMIQVARTI, IN ILlo tempore: Audiuit Herodes &c. Arti. XXVII.

CAP.XIIII

IN ILLO TEMPORE Adiuit Herodes ⌋ Antipas filius Herodis
Matth.2 Aſcolonitæ cuius tempore natus eſt Chriſtus, qui & inſantes occidit ⌊ Tetrar
cha ⌋ hoc eſt, priceps q̃rtę partis regni. Nam patre eius mortuo, diuiſum eſt re-
gnũ Iudææ in quatuor partes, quarum duæ datæ ſunt Archelao filio prædi-
cti Herodis. Tertia pars Philippo. Quarta, huic Herodi data eſt ab Imperaro
re Romano, ⌊ famam Ieſu ⌋ id eſt, rumorem miraculorum, documentorum,
& operum Chriſti, ⌊ & ait pueris (.i. ſatellitibus) ſuis ⌋ vel ſibi familiariter iunctis ⌊ hic ⌋ Ie-
Marc.6 ſus de quo audio tanta ⌊ eſt Iohannes Baptiſta ⌋ ſciebat enim Herodes Iohannem virum ſan
ctum & iuſtum fuiſſe vt habet Marcus. Idcirco audiens tanta de Chriſto, putauit quod ipſe
eſſet idem iuſtus & ſanctus, quaſi deus non haberet niſi vnum excellentẽ miniſtrum in mũdo.
Ipſe Iohannes quem ego decollaui ⌊ ſurrexit à mortuis ⌋ Ex hoc patet quòd iſte Herodes ſi-
cut & pater eius, legem Moſi acceptauit, ⌊ & ideo virtutes ⌋ hoc eſt, præcedentia merita ſeu
opera virtuoſa Iohannis ⌊ operant in eo ⌋ id eſt, ſunt cauſa quòd tãta mirabilia agit. Quãuis
enim Iohannes ante mortem ſuam nullum fecerat ſignum, æſtimauit tamen Herodes, quòd
poſt reſurrectionem miracula faceret, quaſi ad ſtatum meliorem promotus. Et quia de mor- F
te Iohãnis iam tactum eſt, Euangeliſta deſcribit cauſam, modum & ordinem ſuæ occiſionis.
Aduerte hic quid carnalis amor efficiat ⌊ Herodes autem (per ſeruos ſuos) tenuit ⌋ hoc eſt, comprehendit ac cœpit ⌊ Iohannem, & al
ligauit eum, & poſuit in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris ſui ⌋ id eſt, ad inſtan
tiam Herodiadis coniugis Philippi, qui fuit frater Herodis, cuius legitimam coniugem no-
mine Herodiadem abſtulit iſte Herodes, & ſecum in adulterio ſedit, vel propter Herodiadẽ,
hoc eſt, propter amorẽ carnalem quem habuit ad eam, quam tanto carnalitatis amore ama
uit, ꝙ increpationem de hoc ferre non potuit. Vel, propter Herodiadem, id eſt, ad hũc finẽ
vt Iohanne occiſo, cum illa quietius atq; ſecurius delectaret. ⌊ Dicebat enim illi (puta Hero-
di) Iohannes: Non licet tibi. ⌋ qui legem Moſi recepiſti ⌊ habere eam ⌋ in coniugẽ, quia hoc
prohibet lex, ne quis vxorem fratris, illo viuente accipiat. ⌊ Et volens (Herodes) illum ⌋ id ẽ,
Iohannem ⌊ occidere, timuit populum ⌋ ne inſurgeret contra ipſum, ſi Iohannem occideret
⌊ quia ſicut prophetam eum habebant ⌋ .i. Iohannem reputauit populus communis eſſe pro-
phetam. Vnde dictio illa, ſicut, hoc loco dicit non tm̃ ſimilitudinem, ſed etiam veritatẽ Mar
cus habet, ꝙ Herodes metuebat Iohannẽ, ſciens eum virũ ſanctũ & iuſtũ, & cuſtodiebat eũ,
& audito eo, multa faciebat, & libenter eũ audiebat, q̃bus verbis Marcus ꝑmiſit, Herodiades
inſidiabat Iohanni, volens eum occidere, nec poterat, cuius impotẽtiæ cauſam Marcus aſſi-
Odiũ Herodiadis contra Iohannem. gnãs dicit, quæ allegata eſt, Herodes eñi metuebat Iohannẽ. Ex q̃bus patet ꝙ mulier iſta ne-
pharia, primo cõcepit odiũ cõtra Iohannẽ ſuæ cõcupiſcẽtiæ inimicũ, videns eñi ꝙ Herodes
Iohãnẽ libẽter audi[...]it, eoq́; audito multa oꝑabaẗ, cœpit timere ne ꝓpter ꝑdicationẽ Iohãnis

Hero-

A Herodes eam abijceret, & primo redderet viro. Quod ergo nũc dicitur, quòd Herodes quærebat Iohannem occidere, intelligẽdum eſt, proceſſiſſe ex Herodiadis ſuggeſtione. Effœminatus quippe Herodes in tm̃ victus eſt luxurioſæ mulieris concupiſcentia & amore, quòd cõtra legem & propriæ rationis iudicium acquieuit mulieri. Et inſidiabat Iohãni, quem ante libenter audiuit ac timuit. ⌊Die autẽ natalis⌋ anniuerſario die natiuitatis ⌊Herodis ſaltauit⌋ hoc eſt, chorizãdo tripudiauit, ⌊filia Herodiadis⌋ ex viro, in medio aulę ſeu alterius loci, vel in medio eorũ, q aderãt. ⌊Et placuit Herodi⌋ Saltãs filia meretricis, & ſaltatio eius ⌊vnde⌋ id ẽ, ex qua vana complacẽtia ⌊cũ iuramẽto pollicitus eſt (.i. promiſit) ei dare q̃dcũq; poſtulaſſet ab eo⌋ q̃uis mediã regni partem. ⌊At illa (puella) p̃monita à matre ſua⌋ Herodiade à qua petiuit cõſilium, dicẽs: Quid petam? Et illa: Caput Iohãnis. ⌊Da mihi inquit (puella Herodi) hic (hoc eſt, in loco p̃ſenti) in diſco, caput Iohãnis Baptiſtæ⌋ quod fieri non potuit, niſi decapitaret. ⌊Et contriſtatus eſt rex⌋ Herodes, quòd tam incõſultè iuraſſet ac promiſiſſet, & ꝙ illa tam crudeliter poſtulaſſet. Quidam dicũt, ꝙ Romani abſtulerũt à Iudęis nomẽ regiũ. Et tamen hoc loco Herodes dominus Iudæorũ dicit rex ⌊Propter iuramentum autẽ⌋ quod fecit puellæ ne videret periurus ⌊& eos qui pariter recumbebãt⌋ .i. ſimul cum ip̃o manducabant. Fecit enim cœnam principibus & tribunis, & primis Galilææ. Itaq; propter iſtos ne in tantorũ virorũ præſentia videret periurus & mendax, vel ne ipſi turbarent, quia fortaſſis conſenſerunt Herodiadi in mortem Iohãnis. ⌊Iuſſit dari.⌋ caput Iohannis puellæ nequiſſimæ. Lucæ.9 Marci.6.

¶ Scd̃m Hieronymum, & alios plures: Herodes cum Herodiade ordinauit quomodo poſſet Iohãnem occidere, & inuẽto cõcordi conſilio, fecit cõuiuiũ in quo filia Herodiadis tripudia- B ret qua ſaltãte finxit ſe rex vltra modũ delectatũ in ſaltatiõe illius, mox'q; iurando promiſit dare ei quod peteret, Qua caput Iohãnis petente: ſimulauit ſe rex cõtriſtari, vt populus haberet eum excuſatum de morte Iohãnis, cum tamen corde gauderet, & hoc alij probãt: Primo, quia vt ſcribit hic: Herodes ante ſaltationem, accubitum & poſtulatinnem puellæ voluit Iohãnem occidere. Secundo, quoniam niſi optaſſet mortem Iohãnis, nõ occidiſſet eũ propter iuramẽtum, quia ſub promiſſione huiuſmodi nõ intelligit aliquod illicitum cadere. Tertio, quia nõ ẽ probabile quod propter ſaltationẽ promitteret puellæ tm̃ donũ. Verũtamen Auguſtinus ſentire videt, quòd Herodes vere metuebat, & libenter audiebat Iohãnem, & ex animo triſtis effectus eſt poſtulatione illa audita, quòd lr̃æ huius capituli & verbis Marci magis cõſonare apparet. Quod igit dicit, Herndem voluiſſe occidere Iohãnem, intelligi poteſt de voluntario permixto inuoluntario, quomodo Pilatus voluit crucifigere Chriſtum, quẽ vtique voluntarie crucifixit, aliter non peccaſſet, ſed erat voluntarium illud inuoluntario mixtum. Denique ſicut iuxta Salomonem vult & non vult piger, ſi talis vult & non vult, hoc quoque quod vult, efficit cum mœrore, quemadmodũ negotiator cum triſtitia proijcit merces in mare. Habuit ergo diſplicentiam contra Iohannem propter increpationem ipſius, & inclinationem ad occidendũ eum, propter Herodiadis p̃ces. Sed non tantum ꝙ abſolute decreuit vel optauit eum occidere ſcd̃m Auguſtinum, ideo cõtriſtatus eſt audita petitione petulantis puellæ. ¶ Ad ſecũdum dici poteſt, quòd reges, principes, & ſupbi volunt promiſſa, ac iuramenta ſua implere, quàmuis illicita, ne ab hominibus iudicent periuri aut mentientes. Hieronymus. Herodes Johannis optauit mortem. Auguſtinus. Matth. 27. Prouerb. 13. Prælatorum conditio.

C Et quod opponitur: Si puella petiſſet caput patris & matris. Herodes non conſenſiſſet, ergo quod iurauit puellæ dare quicquid peteret inſidiando fecit. Hnc ſolueret dicendo, quòd intentio Herodis non erat abſolute promittere. Sed dummodo non eſſet penitus irrõnabile, & abſurdũ. Ideo em̃dixit: Licet dimidiũ regni mei, quaſi diceret: Si aliquid maius petieris, non p̃ſtarem. Ad tertium diceret, quòd reges cum vinn calefacti ſint, faciliter inclinantur ad promittendum, vt patet de Aſſuero, quomodo promiſetat Heſter. Quàmuis aũt caput Iohãnis dare ſaltanti, fuit maxime irrõnabile, tñ Herodes nõ reputauit hoc tam irrõnabile, vt alia multa. ⌊Miſit'q; (ſpiculatorem) & decollauit⌋ Per manum illius ⌊Iohannẽ in carcere. Et allatũ eſt caput eius in diſco, & datũ eſt puellæ, & tulit mr̃i ſuæ.⌋ Herodiadi, vt viſo capite increpatoris ſui gloriaret, de cõdigna vindicta. O qualia ſunt iudicia dei. Et q̃uo p̃mitit deus iuſtus & ſanctus electos ſuos in p̃ſenti ſeculo tribulari, à reprobis opprimi, multis iniurijs affici. Scit enim quàm ſalubre & meritorium hoc eis exiſtat. Ecce ſanctiſſimũ virum conſanguineum Chriſti, præconem, præcurſorem, baptiſtam ſaluatoris, quo inter natos mulierũ maior non fuit, permiſit ad ſuggeſtionem adulteræ incarcerari, ad inſtantiam petulantis ac vilis puellæ occidi. Nemo ergo ſeruorum Chriſti murmuret, contriſtet, aut puſillanimis fiat, dum aduerſitatibus atque iniurijs fatigatur. Multæ enim tribulationes iuſtorum. Et tãquàm aurum in fornac probauit deus electos. ⌊Et accedentes diſcipuli eius (puta Iohannis) tulerũt corpus eius⌋ de carcere vel loco carceri p̃pinquo, ⌊& ſepelierunt illud in vrbe Sebaſtę, vt dicit quæ olim vocabat Samaria. Nec dubium quin fecerint planctum magnum ſuper tam dilectum & ſanctum magiſtrum, ⌊& venientes nuntiauerunt Ieſu⌋ de occiſione Iohãnis. Nouerant enim Ieſum eſſe cognatum & amicum Iohannis p̃cipuum. ⌊Quod cum audiſſet Ieſus⌋ Heſter. 5. Matth. 11. Pſalm. 33. Sapiæ. 3.

Nonq;

Non ꝙ tunc illud primo cognouit, quippe cum ipſe omnia præterita, præſentia, & futura, à D
primo ſuæ conceptionis inſtanti agnouerit, ſed tunc oſtendit ſe illud cognoſcere faciendo
quod ſubditur: ⌊ſeceſſit inde⌋ videlicet à patria ſua ſeu Nazareth ⌊in nauiculam⌋ vt pau-
per & humilis vili & humili vehiculo, nauigaret trans fretũ ſeu mare Galilææ, vt patet in Io-
Johan. 6 hanne. ⌊in locũ deſertũ ſeorſum⌋ nõ quaſi timẽs ab Herode occidi, quem poterat ſolo nutu
Furori quãdo ꝗ cedendum deſtruere, ſed quaſi cedens furori hoſtis, dansq́ꝫ exemplũ viciſſim declinandi perſecutionem
& vt die diuinitus præordinato pateretur in Hieruſalem, ſicut frequenter prędixit. ⌊Et cum
audiſſent turbæ⌋ Ieſum tranſiſſe ad locum hunc ⌊ſecutę ſunt pedeſtres de ciuitatibus.⌋ nec
Johan. 6 dubium quin etiã de villis atqꝫ caſtellis. Cauſam quare ſecutæ ſunt eum, Iohãnes refert, vide-
licet, quia videbãt ſigna quæ faciebat ſup his qui infirmabant. ⌊Et exiens Ieſus⌋ .i. deſertum
locum egrediens, & turbis quodammodo obuians ⌊vidit turbam multã, & miſertus eſt eis⌋
Mar. 7 quia erant ſicut oues non habentes paſtorem ſecundũ Marcũ: ⌊& curauit languidos eorũ.⌋
Quid mereãdis cõſequantur, q Chri imitantur veſtigia. hoc eſt, infirmos quos turba adduxit, & docuit turbam. Per hoc myſticè deſignatur, ꝙ Chri
ſtus ipſius veſtigia ſequentibus, eiusq́ꝫ gratioſam præſentiam quærentibus, protinus tribuat
& vltro ſe offerat. Iuxta illud: Om̃is qui quærit inuenit, vulnera vitiorũ in eis curat, & lumen
Lucæ 9 ſapiæ influit. ⌊Veſpere aũt facto acceſſerunt ad eũ diſcipuli eius, dicentes: Deſertus ẽ locus⌋
In quo ſumus .i. domos & cibos non habens, ⌊& hora præterijt⌋ hoc eſt, tempus huius diei
ad occaſum iam tendit, idcirco ⌊dimitte turbas⌋ dando eis licẽtiam vel conſiliũ reuertẽdi
Marci. 6 ad loca habitationis ⌊vt euntes in caſtella, emant ſibi eſcas⌋ Marcus ſic habet: Vt euntes in
villas & vicos. Vnde per caſtella, alia quoqꝫ loca conuenientia intelliguntur, in quo declara-
Fides diſcipulorũ imperfecta. tur ſolicitudo ſuperflua impfectaq́ꝫ fides diſcipulorũ, qui dabant conſilium recedendi à Chri E
ſto, & ſpirituali alimento propter corporum cibum, & quaſi fame periclitari poſſent, qui-
bus affluit Chriſtus. ⌊Ieſus autem dixit eis: Non habent neceſſe ire (ad cibos emendos.) Date
[illegible] illis vos⌋ manducare. ¶Quęrit̃ cur hoc Chr̃us dixit diſcipulis ꝗs nouerat non habere ciba
Matth. 17 ria tanta. Dicendum, primo ad inſinuandum quòd ſi diſcipuli habuiſſent fidem, ſicut granũ
Lucæ ſynapis, certi fuiſſent ſe ſola prece poſſe acquirere eſcas ſufficientes turbæ à deo. Secundo:
Intelligi poteſt per modum propheticæ prænuntiationis, vt Chriſtus dicatur dixiſſe diſci-
pulis: Date illis manducare: quia ſciuit ſic eſſe futurum. ¶Sciendum tamen ꝙ anteꝗ̃ Chriſtus
hæc dixit, interrogauit Philippum: Vnde ememus panes vt manducent hi, vt habet Iohan-
nes: Quo reſpondente, ducentorum denariorum panes non ſufficiũt eis, dixit Saluator: Vos
Johan. 6 date illis manducare. Reſponderũt diſcipuli: Euntes emamus denarijs ducentis panes, & da-
bimus illis manducare. Qui dixit: Quot panes habetis, vt in Marco habetur: Quid autem ad
Marci. 6 hoc reſponderint, ſubiungit Matthæus. Reſponderunt ei: ⌊Non habemus hic niſi quinque
panes & duos piſces.⌋ Iohannes ſic habet: Reſpondet ei Andreas: Eſt puer hic vnus, habens
Johan. 6 quinque panes hordeaceos, & duos piſces. Itaque per ſynecdochen ponitur pars pro toto,
vel om̃es reſpondiſſe dicũtur, quia Andreas reſpondit pro om̃ibus. ⌊Qui ait eis: Afferte huc
illos mihi.⌋ panes & piſces ⌊Et cum miſiſſet turbã diſcumbere⌋ Hoc eſt: Manducare vel ad
manducandũ quieſcere ſeu ſedere ⌊ſuper fœnum⌋ erat nanqꝫ fœnum multum in loco illo,
nec tabulas & ſedilia habuerũt ⌊acceptis quinqꝫ panibus & duobus piſcibus, aſpiciẽs in cœ-
lum.⌋ nõ quòd per eleuationem corporaliũ oculorũ ſuorũ .i. interiores oculi animæ ſuæ plus
quàm ante eleuarentur ad deum per cõtemplationem, quem indeſinẽter per ſpeciem vidit.
Chriſtus cur in cœlũ aſpexit. ſed aſpexit in cœlum. Primo, vt daret nobis exemplũ ſemper recurrendi ad deũ, iuxta illud F
Pſalm. 24 in Pſalmo: Oculi mei ſemper ad dñm. Secũdo, ad ſignificãdum ꝙ tota virtus & efficacia ſua
eſſet à patre, quemadmodũ ait apud Iohãnem: Non poſſum ego à meipſo facere quicquàm
Johan. ⌊benedixit⌋ In quo docuit ante comeſtionem benedicere cibos ⌊& fregit, & dedit diſcipu
Panes inter Chri diſcipulorumqꝫ manus multiplicantur. lis panes⌋ Iam fractos. ⌊Diſcipuli autem (dederunt) turbis.⌋ Deniqꝫ inter manus Chriſti &
diſcipulorũ, multiplicati ſunt panes & piſces, vel per creationem nouorũ panum ac piſcium.
vel per ſolam eorũ multiplicationem, ſine alicuius materię cõuerſione, in panes piſcesq́ꝫ, vel
per augmẽtationem, cõuertẽdo aliquid in panes & piſces. De modo ſiquidem huius multipli
cationis, eſt longiſſima atqꝫ difficilis diſputatio inter doctores. ⌊Et manducauerunt omnes
& ſaturati ſunt (om̃es) Et (diſcipuli) tulerũt⌋ hoc eſt, colligẽdo à manducantibus abſtulerũt
⌊reliquias (ciborũ remanentes) duodecim cophinos fragmentorũ⌋ plenos. Ponit continens
pro contento, hoc eſt, fragmenta ſportarũ duodecim. Myſtica horum explanatio poni ſo-
let in Iohãnis Euãgelio: Vnde ad locum illum hãc differo. ⌊Manducãtium aũt numerus fuit
quinqꝫ milia virorũ, exceptis mulieribus & paruulis⌋ quorũ numerus forſitan numerũ virorũ
Nume. 1 exceſſit. Quemadmodũ vero in Numeris habetur: Viri vocãtur qui viceſimũ annum attige-
runt, quaſi potentes ad bella procedere. ⌊Et ſtatim iuſſit diſcipulos ſuos aſcendere in naui-
culam, & pręcedere eum trans fretum⌋ Videlicet vltra mare Galilææ, imò coegit eos ad hoc
Marci. 6 ſcd̃m Marcum per quod patet, ꝙ nec ad horã libenter ſeparabant̃ à tam dulci ac potenti ma
giſtro. Nihilominus ſtatim obtemperauerunt, ⌊donec dimitteret turbas,⌋ à ſe recedere, &
tunc ſe-

A tunc ſequeretur diſcipulos. Turbæ eñ noluerunt abire, niſi viſo diſcipulorũ receſſu. ⌊Et di-
« miſſa turba, aſcendit, ⌋ Imò ſecundũ Iohannẽ fugit, ⌊in montem ſolus orare. ⌋ Ratio cur fe- Iohan. 6
cit diſcipulos p̄cedere, & cur ipſe fugit in montẽ p̄dicti deſerti, exprimitur Iohan. 6. quo le-
gitur: Sciens Ieſus quia venturi erant vt raperent & facerent eũ regẽ, viſo. ſ. tanto miraculo, Chrũs cur in
« ⌊fugit in montẽ, ⌋ in quo docuit honorẽ & gloriã mũdi humiliter declinare. ⌊Veſpere au- montẽ fugerit.
« tem facto, ſolus erat ibi, ⌋ in vertice montis. Porrò ꝙ Chrũs turba dimiſſa aſcẽdit montẽ cau
ſa orandi, oſtẽdit, ꝙ alioꝝ p̄ſentia frequenter impedit oratiõis inſtantiã ac ſeruorem, & ꝙ lo
cus ſublimis ſeu opportunus occaſionaliter proficit ad excitandũ mentis feruorẽ in orando,
laudando, cõtemplãdoq́ꝫ deũ, & itẽ, ꝙ p̄latus, p̄dicator ac doctor dñici gregis ſemper cũ po
teſt redire debet ad locũ quietũ in quo ſolus cũ domino occupetur, atqꝫ ab eo purgetur, illu-
minetur ac perſiciat, ita vt rediens memoriã abundãtiæ ſuauitatis dei guſtatæ ſuis eructuet, Pſal 14
« gratiãq́ꝫ perceptã alijs adminiſtret. ⌊Nauicula aũt, ⌋ in qua erãt diſcipuli, ⌊in medio mari ⌋
« ſtagno p̄dicto. Nõ eñ fuit magnũ mare, ⌊iactabat fluctibus, ⌋ orta tẽpeſtate in aqua. ⌊Erat
« eñ cõtrarius vẽtus, ⌋ nauigatiõi eoꝝ, nec poterãt facile remigare, ex q̃ figuratũ eſt, ꝙ caren-
tes p̄ſentia Chr̄i, varijs periculis ſubiacẽt, eiuſq́ꝫ interna cõſolatione abſente, diuerſæ afflictio
nes & tẽpeſtates tentationũ oriunt in aĩo. Ideo ſanctus Iob: Pone me (inqt) iuxta te & cuiuſ- Iob. 17
« uis manus pugnet cõtra me. ⌊Quarta aũt vigilia noctis ⌋ .i. tribus partibus noctis iã lapſis, &
vltima parte eius inſtãte vel inchoata. Solebãt eñ milites tpe p̄lij exercitũ cuſtodientes, diui-
dere noctẽ in quatuor partes, q̃tenus in qualibet parte vna pars militũ vigilaret ad cuſtodien
« dũ exercitũ, ⌊venit (Ieſus) ad eos ambulãs ſupra mare, ⌋ p agilitatis dotẽ, ſecundũ Hugonẽ, Hugo.
« quod tamen alij negãt, Secundũ Marcũ, Ieſus ſtans in terra, vidit diſcipulos laborãtes in remi Marc. 6
B gando, & tamẽ nõ ſtatim, ſed circa finẽ noctis venit ad eos, q tota nocte periclitabant ad deſi
gnandũ, ꝙ ſæpe permittit electos ſuos ad tẽpus affligi, vt à venialibus purgentur, & Chriſti
gratiam atqꝫ præſentiã inuocando, ampliori gratia & gloria decorent. ⌊Et videntes eũ ſu- Electi ad tem
« pra mare ambulantem turbati ſunt, ⌋ propter rẽ prorſus inſolitã, ⌊dicẽtes, quia phantaſma pus affligunt.
« eſt ⌋ .i. apparentia rei non exiſtẽtis, quod eſſe videtur. Forſan timebãt ne eſſet ſpũs malignus
« in ſpecie Chriſti. ⌊Et præ timore clamauerũt, ⌋ diuinã protectionẽ inuocando, quia time-
« bant à dæmone illudi, & nocumentũ incurrere, ⌊ſtatimq́ꝫ Ieſus loquutus eſt eis, dicens: Ego
« ſum, ⌋ ſicut apparet, & cuius vocẽ cognoſcitis, & qui veꝝ eſſe habeo, qui olim dixi ad Mo- Exodi. 3
« ſen: Ego ſum q ſum, hæc dices filijs Iſrael: Qui eſt miſit me ad vos, ⌊habete fiduciã, ⌋ in deo,
« ⌊nolite timere, ⌋ inordinato pauore, à negotio p ambulãte in tenebris. In oĩbus inueniunt Pſal. 90.
diſcipuli Chr̄i vſqꝫ ad ſpũs ſancti emiſſionẽ vel aſcẽſionẽ ſatis impfecti ac rudes, propter q̃d
« ſaluator apud Marcũ ait, q̃a obcæcatũ fuit cor eoꝝ. ⌊Rñdens aũt Petrus, ⌋ q in oĩbus inue- Marc. 6
« nit cæteris in fide & charitate ardentior, ⌊dixit: Dñe ſi tu es. ⌋ Hoc dixit, nõ amplius dubitã
do, alioqui nõ cõmiſiſſet ſe tanto periculo, vt propter verbũ ipſius inciperet ambulare ſupra
mare, Quòd igit ait: Dñe ſi tu es, ex charitatis procedit ardore & fidei magnitudine, qua cre-
« didit ſe per potentiã vel meritũ Chriſti poſſe ſupra aquas incedere. ⌊Iube me venire ad te ſu Petri fides ac charitas.
« per aquas, ⌋ qm̃ tibi obediendo perire nõ valeo. ⌊At ipſe (Ieſus) ait: Veni. Et deſcendẽs Pe-
« trus de nauicula, ambulauit ſupra mare. ⌋ Nouerat Petrus ꝙ virtute Chr̄i poſſet aqua ſub pe
dibus ſuis cõſolidari, vel corpus ſuũ leuificari. Et ad magnitudinẽ huius miraculi confert, ꝙ Miraculi magnitudo.
« tã Chriſtus q̃ Petrus nõ ſupra tranquillũ, ſed turbulentũ mare deambulauit. ⌊Videns vero ⌋
« Imò experiẽs, ⌊ventũ validũ, ⌋ ſe impellẽtẽ, ⌊timuit. Et cũ cœpiſſet mergi, ⌋ propter timo
« rẽ inordinatũ ex fidei imperfectione deſcendentẽ, ⌊clamauit, dicens: Dñe ſaluũ me fac, ⌋ ab
« iſto ſubmerſionis periculo. ⌊Et cõtinuo Ieſus extendẽs manum apprehẽdit eũ. ⌋ Sic cũctis
C electis periclitãtibus ſpũaliter facit Chrũs. Nã licet ad tẽpus deſinat eos aduerſantibus agita
ri, tamen cũ proſpicit, ꝙ mox perituri ſint, niſi ipſe ſuccurrat, porrigit manũ adiutricẽ. Pro-
pter quod ait Pſalmiſta: Impulſus, euerſus ſum vt caderẽ, & dñs ſuſcepit me. Itemq́ꝫ: Cum ce Pſal. 117
« ciderit, nõ collidetur, quiã dominus ſupponit manum ſuã. ⌊Et ait illi Ieſus: Modicæ fidei, ⌋ Pſal. 36
.i. tu Petre modicã habens fidem, vel potius fidei actum, quantum ad præſens. Modicã eñ
fidem habere videtur, in quo paſſionis partis ſenſitiuæ fidei actum impediunt, ſiue obnubi- Fidẽ modicã qui habeant
« lant, ⌊quare dubitaſti? ⌋ id eſt, incertus fuiſti de mea cuſtodia, & tua conſeruatione, quaſi
mergi poſſet, qui me iubente ſuper aquas progreditur, cum ego per Eſaiam teſtatus ſum: Cũ Eſaiæ. 43
tranſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Nondum fuerat Petrus tantus in
fide, vt cum Pſalmiſta dicere poſſet. Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non ti- Pſal. 22
« mebo mala, quoniam tu mecum es. ⌊Et cum aſcendiſſet Ieſus (cum Petro) in nauiculã, ceſſa-
« uit ventus, ⌋ haud dubium quin Chriſto iubente: ſic Chriſto per internã viſitationem, re-
deunte ad cor, quod ad tempus diſpenſatiue reliquit, redit tranquillitas animi, delectaturq́ꝫ
« anima in multitudine pacis. ⌊Qui autem in nauicula erant, ⌋ videlicet alij diſcipuli, & vt di- Pſal. 36
« cit Hierony. vectores & nautæ, ⌊venerunt, ⌋ & genibus flexis, vel proni ſup aſſeres, ⌊adora- Hieronymus.
« uerũt eũ. ⌋ Si crediderũt eũ eſſe verũ deum, adorauerunt eum adoratione latriæ. Et certũ eſt

K quod

CA. XIIII.

Apli an Chri reſurrectiões ꝑfectã fidem nõ habuerũt. *Matt. 28.* *An diſcipuli Chri adorauerint eũ adoratiõe latriæ.* *Matt. 8.*

D

ꝙ nec apoſtoli habuerũt firmam & fixam fidem de hoc, vſq; poſt reſurrectionem. Nõdum eñ ſciebãt minora de Chro, vt ꝙ eſſet paſſurus pro mũdo, vel reſurrecturus à morte ⌊vere filius dei es.⌋ Si adorauerũt eũ vt verũ deũ, vocabãt eũ filiũ naturalẽ & vnicũ, ſi aũt adorauerũt eũ adoratione duliæ, quaſi hominẽ excellentẽ vt Ioab Dauid regẽ, vocabãt eũ filiũ dei ꝑ gratiã ſingularẽ. Cõmuniter vero affirmãt doctores, ꝙ adorauerũt eũ adoratiõe latriæ, quaſi filiũ dei naturalẽ, verũq; deũ. Sed ſi in hac fide ſtabiliti fuiſſent, nõ tã faciliter poſtea dubitaſſent, ſicut in ſeqũti dicet capitulo, & præſertim tpe paſſionis, quãdo verba credentiũ mulierum videbant eis delirantẽta. ⌊Et cũ trãsfretaſſent⌋ .i. vltra mare iſtud nauigaſſent Ieſus, & eius diſcipuli ⌊venerunt in terrã Geneſar⌋ de qua dictũ eſt ſupra. ⌊Et cũ cognouiſſent eum viri loci illius⌋ vel ex ſolo rumore, qa famoſus erat, vel ex aſpectu, vel ꝙ potius tenẽdũ eſt, quoniã Ieſus iã ſemel fuit in regione illa, in qua liberauit duos à dæmonibus, q ingreſſi in porcos ꝓcipitauerũt eos in mare, quod factũ oĩbus terræ illius innotuit ⌊miſerũt in vniuerſam regionẽ illã⌋ colligẽdo & adducẽdo ad Ieſum oẽs infirmos, ſicut ſubiũgitur ⌊& obtulerũt ei oẽs male habẽtes.⌋ Ex cõſideratione eñ prædicti miraculi, & alioꝝ ſignoꝝ quæ ꝑceperunt facta à Chriſto, firmiter crediderũt, ꝙ poſſit quoſcũq; infirmos curare ⌊& rogabãt eũ⌋ infirmi vel alij pro infirmis ⌊vt vel fimbriã veſtimẽti eius tangerẽt⌋ vt ſanarẽtur, corporis ſui ſanctiſſimi tactu, ſe reputãtes indignos, nec oportere illud cõtingere, ſed ſufficere tactũ extremæ ꝑtis veſtis ipſius, propter excellentiam ſuę ſanctitatis, quibus Chriſtus libenter aſſenſit. ⌊Et quicũq; tetigerunt (fimbriam) ſalui facti ſunt⌋ ab incommodo ſeu languore mentis

Matt. 9. & corporis. Virtus nempe exiuit de eo, & redundans in corpus, ſeq; diffundens per veſtem, ſanauit omnes, vt dictum eſt.

¶DECLARATIO CAP. XV. TVNC ACCESSErunt ad eum. Articulus XXVIII.

E

CAP. XV.

Marc. 7. *Nume. 11.*

TVnc acceſſerũt ad eũ⌋ cuius veſtimẽtoꝝ cõtactu ſanabãtur infirmi ⌊ab Hieroſolymis ſcribæ & phariſæi dicentes: Quare diſcipuli tui tranſgrediũtur traditiões⌋ .i. ordinatiões morales ⌊ſenioꝝ?⌋ id ẽ, factas ſeu inſtitutas à ſenioribus q præerãt populo Iudæoꝝ & ſucceſſerũt ſeptuaginta ſenibus electis à Moſe, de qbus in libro Numerorũ legit: Hi ſeniores ordinauerũt ne Iudæi comederẽt manib⁹ cõmunibus, hoc ẽ nõ lotis, qd diſcipuli Chri interdũ non ſeruauerũt, nec tenebãtur ad hoc, qm̃ ſub ſummi diſpẽſatoris magiſterio erãt, q poterat eos ab hac ordinatiõe abſoluere, nã & ipſemet Chrus ſæpe nõ lotis mãducauit, vt Lucas habet: ⌊Nõ eñ lauãt man⁹ ſuas cũ panem manducant⌋ .i. qñ ad mẽſam acceſſuri ſunt. Per panẽ aũt deſignat ſcriptura quẽlibet cibum. ⌊Ipſe aũt (Ieſus) reſpondẽs ait illis: Quare & vos trãſgredimini mandatũ dei, propter traditionẽ veſtram?⌋ id eſt vt obſeruetis veſtras inſtitutiones. Nõ ex impatiẽtia ſed zelo iuſtitiæ taliter Chrus reſpondet innocẽtes excuſando, & inuidos ac ꝑuaricatores accuſando. Primo, ad oſtendẽdum ꝙ indigni ſunt alios de paruis accuſare, q magnis ſubiacẽt vitijs. Secũdo, vt adimpleret qd ꝑ Eſaiã de ipſo ꝓdictũ eſt: Iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in ęquitate pro manſuetis terræ, & in Pſalmo: Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Quoniam aũt ſcribæ ac phariſæi trãſgreſſi ſunt diuinum mandatum, ſubiungitur ⌊Nam deus dixit⌋ .i. per Moſen iuſſit: ⌊honora patrẽ tuum & matrem⌋ carnales, non ſolum reuerẽtiam exhibẽdo tanquàm principijs exiſtentiæ tuæ, ſed etiam neceſſaria miniſtrando cum indigent. Quãuis enim per ſe & ſecundum communem curſum non debeant filij parentibus theſaurizare, ſed econtra vt dicit apoſtolus, tamen per accidẽs. ſ. in cauſa neceſſitatis & notabilis indigentiæ hoc oportet, imò in cauſa neceſſitatis magis ſuccurrendum eſſet parentibus, q̃ vxori aut filijs proprijs ſecundum Thomã. ⌊Et qui maledixerit patri vel matri⌋ verbo vel facto, vel aperta rebellione ⌊morte moriatur⌋ ſecũdum legem occidatur, hæc erat pœna maledicentium ſuis parẽtibus, vnde in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Quam malæ famæ eſt qui relinquit prẽm & eſt maledictus à deo, q exaſperat matrẽ ⌊Vos aũt dicitis⌋ hoc eſt ꝓdictum ꝓceptum falſæ exponẽdo, alios veſtra traditione ita inſtruitis. ⌊Quicũq; (filius) dixerit⌋ patri vel matri indigenti ⌊munus quodcũq; eſt ex me⌋ .i. quicqd ego obtulero deo ſeu oẽ munus, qd ex mea deuotione deo offert vel conſecratur ⌊tibi proderit⌋ .i. tibi vtilius erit, q̃ ſi illud tibi præſtarẽ, qa proficiet ad ſpiritualẽ ſalutem, quæ melior eſt q̃ corpalis nutritio. Ad huius intellectũ ſciendum, ꝙ ſacerdotes, ſcribę ac phariſæi auaritiæ dediti, vt maiores oblationes acqrerent, impietatẽ ſuã quadã religione palliabant, dicẽtes: ꝙ melius eſſet deo offerre quæ parẽtibus danda erant, quàm cõferre ea parentibus. Primo, quoniam deus eſſet pater ſummus ac principalis, de q Eſaias ait: Tu domine pater noſter. Secundo, quia hoc magis prodeſſet ſaluti parentum, dixerunt ergo ꝙ quando filij dicerent parẽtibus ęgenis. Munus quodcũq; eſt ex me, vel à me deo promiſſum oblatum

Lucæ. 11. *Per panẽ quid deſignetur.* *Chrus cur innocentes excuſet, nocẽtes vero accuſat.* *Eſaiæ. 11.* *Pſal. 71.* *Exodi. 20.* *2. Cor. 12.* *Parẽtibus in neceſſitatis caſu ſuccurrẽdũ.* *Thomas.* *Deute. 5.* *Exod. 20.* *Eccle. 3.* *Scribaꝝ phariſæoꝝque auaritia.* *Eſaię. 63.*

F

A latum vel conſecratum vobis proderit magis, q̃ ſi illud in vſus veſtros expenderetis, tunc fi
lij non tenerent parentibus victualia miniſtrare, quãuis indigerent, & hoc etiã idcirco dixe
runt ſcribæ & phariſæi, vt parentes ſic eſſe putantes, nõ auderent bona filiorum deo oblata
contingere, ne ſacrilegij crimen incurrerẽt. Sed iſta ſcribarũ aſſertio falſa eſt, non em̃ vult de
us ſibi offerri ea quæ alijs debent. Parentibus autem tenentur filij miniſtrare neceſſaria vitæ
in caſu prædicto. Porrò quod ſubditur. ⌊Et non honorificabit patrem ſuum aut matrem
ſuam.⌋ Dupliciter intelligi poteſt. Primo, Et non honorificabit. i. filius iſta dicendo paren
tibus, bona ſua deo vouendo, non tenetur, nec debet honorificare ſeu neceſſaria miniſtrare
patri aut matri. Secundo ſic. Et non honorificabit. i. quicunq; filius veſtram traditionẽ ſe-
quitur, non honorificabit veraciter ſuos parentes, dando eis victum atq; veſtitum dum indi-
gent. Sicut lex præcepit, ſicq; tranſgreditur diuinum præceptum ſequendo veſtrum erro-
rem, Ideo ſubditur. ⌊Et irritum,⌋ id eſt vacuum & falſe intellectum ac præuaricatum, ⌊fe-
ciſtis mandatum dei,⌋ id eſt de honoratione parentum, ⌊propter traditionem veſtram,⌋
iam dictam, quia per illam inducitis aliquos ad falſum intellectum atq; crudelem tranſgreſ-
ſionem diuini præcepti, euacuatisq; illud, & ita agitis contra præceptum Moſi in Deutero- Deut. 4
nomio, vbi ait: Non adijcietis ad verbum quod ego loquor, nec auferetis ab eo, & feciſtis ho
mines potius obedite vobis quàm deo, ⌊hypocritæ,⌋ q. aliud eſtis & aliud ſimulatis, ⌊bene
prophetauit de vobis Eſaias, dicens: Populus hic,⌋ à foris religioſus, ſed intus vitioſus, ⌊la- Eſaiæ. 29
bijs me honorat,⌋ ore laudando deum ac prædicando diuina, ⌊cor autem eorum longe eſt à
me,⌋ non locali diſtantia, cum ego vbiq; ſim, & omnia penetrem, ſed diſſimilitudine, quia Longe eſſe à deo quid ſit
B peccata eorum diuidunt inter me & eos. Vnde Sapiens inquit: Longe eſt dominus ab im- Eſaiæ. 59
pijs. Et Oſeas: Dereliquerunt (ait) dominum in non cuſtodiendo. ⌊Sine cauſa autem, (id eſt, Prouer. 15
inaniter) colunt me,⌋ exteriori obſequio ſolum, quia non eſt meritorium opus huiuſmodi, Oſee. 4
nec perducit ad vltimum finem, qui eſt vita æterna, ⌊docentes doctrinas,⌋ id eſt exhorta-
tiones, ⌊& mandata hominum,⌋ humano ſpiritu, nõ ſpiritu ſancto loquentiũ, id eſt traditio
nes ſeniorum ſuorum diuino mandato contrarias, ⌊& conuocatis turbis ad ſe, dixit eis (Ie-
ſus) Audite & intelligite,⌋ id eſt diligenter aduertite quæ dico, ⌊Non quod intrat in os,⌋
id eſt cibus corporalis qui ore accipitur, ⌊coinquinat hominẽ,⌋ inquinatione peccati, quan-
tum eſt ex natura cibi, quoniã omnis creatura dei bona eſt, & nihil reijciendum quod cũ gra 1. Tim. 4
tiarum actione ſumitur, ſanctificatur em̃ per verbum dei, nihilominus cibus poteſt eſſe ma-
teria vel occaſio ſpiritualis immundiciæ ratione prohibitionis vel immoderantiæ, ſed tunc Cibus quomodo poſſit eſſe occaſio ſpũalis immundiciæ.
origo & radix inquinationis eſt ab anima, non à cibo: ſicq; multi cibi erant in lege prohibiti.
Apoſtolus quoq; vetat Idolatyta, ſeu idolis immolata comedere, ne alij ſcandalizẽtur, ⌊ſed
quod procedit ex ore,⌋ videlicet verbum inordinatum ſeu ſuperſtitioſa traditio, ⌊hoc coin 1. Cor. 8
quinat hominem,⌋ intus in anima. Vnde Iacobus inquit: Vniuerſitas iniquitatis lingua con Iacobi. 3
ſtituitur in membris noſtris. Et Paulus: Corrumpunt (inquit) mores bonos colloquia pra- 1. Cor. 15
ua. ⌊Tunc accedẽtes diſcipuli eius, dixerunt ei,⌋ Diſcipuli adhuc tenebantur humano timo
re, idcirco ne Chriſtus grauius offenderet ſcribas ac phariſæos, vel contra ſe eos prouoca-
ret, acceſſerunt ad Ieſum, dicentes: ⌊Scis quia phariſæi audito hoc verbo.⌋ (Non quod in
trat in os coinquinat hominẽ, &c.) ⌊ſcandalizati ſunt,⌋ id eſt ad ruinam culpæ inducti, vi-
delicet indignati & ſeditionem mouere optantes in turba contra Chriſtum, quaſi infringe-
ret legem, qui aliquos cibos vocat immundos. Chriſtus autem non ſcandalizauit eos directe
C quoniam ſcandalum actiuum eſt dictum vel factum minus rectum præbens alteri occaſio- Scandalum actiuum.
nem ruinæ: ſed illi ex ſua peruerſitate ſcandalizati ſunt, non volentes acquieſcere ſanæ do-
ctrinæ. ⌊At ille reſpondens,⌋ diſcipulis ſuis, ⌊ait: Omnis plantatio,⌋ id eſt generatio plan
tata vel doctrina humanitus adinuenta atq; erronea, ⌊quam non plantauit,⌋ id eſt per gra-
tiam prædeſtinationis nõ fundauit, vel per lumen ſapientiæ nõ inſpirauit nec ſtabiliuit, ⌊pa
ter meus cœleſtis, eradicabitur,⌋ id eſt reprobabitur atq; dãnabitur ſicut per Eſaiam prædi- Eſaiæ. 17
ctum eſt: Turbabis eos, & ventus tollet, & aura diſperget eos. Et iterũ: Et quidem neq; ſatus Eſaiæ. 40
neq; radicatus in terra truncus eorum, repente flauit in eos & aruerũt. Vnde Eccleſiaſtes:
Quaſi vmbra (inquit) prætereunt, qui nõ timent faciem domini. ¶Sed quæritur, ſi omnis plã Eccl. 8.
tatio nõ plantata à deo eradicatur, & plãtata ab eo nõ eradicatur, quomodo ad ſynagogam
dominus dicat per Hieremiam: Ego te plantaui vineam electam, & cõuerſa es in amaritudi- Hiere. 2.
nem vitis alienæ. Et in pſalmo: Vineam de Aegypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti
eam. Et poſt pauca: Vt quid deſtruxiſti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui præ- Pſal. 79
tergrediuntur viam. Exterminauit eam aper de ſylua. Deniq; Apoſtolus Corinthijs ſcribẽs 1. Cor. 3.
Ego (inquit) plãtaui, nunquid & illa plãtatio eradicata eſt? Inſup, quicquid eſſentiæ vel exi-
ſtẽtiæ extat in rebus, à deo patre profluxit. Ergo omnis plãtatio ab eo plãtata eſt, præſertim
cum Hieremias de impijs dicat: Plantaſti eos, & proficiunt. Et reſpondendum, quòd ſyna- Hiere. 12
goga à deo plantata fuit, quantum ad receptionem temporalium bonorum, & habitatio-

CAP. XV.

Synagoga q̄ ſatio à deo plantata ſit. 1. Cor. 3. Chriſtus de plantatione interiori per gratiā loquitur. Iohan. 6. Eſaiæ 26. Sapiæ. 4. Apoca. 22.

nem in terra promiſſionis, multiq́; Iudæorum, quantum ad bona gratiæ plantati fuerunt diuinitus. Vnde q̄d de plātatione & deſtructione ſynagogæ allegatū eſt, non oportet accipere de eiſdē numero ſed ſpecie. Apoſtolus quoq; plātauit inſtrumētaliter, deus principaliter propter q̄d ait: Dei cooperatores ſumus, interea om̄e exiſtēs pōt dici plantatū à deo, quantū ad eſſe naturale, quòd recepit à primo vniuerſorum fontali principio. Nunc autem fit ſermo de plantatione ſeu interiori fundatione mētis à deo per gratiā, ſine qua nemo finaliter ſtabilit, ad quod pertinet quod ait ſaluator: Nemo pōt venire ad me, niſi fuerit ei datū à patre meo. Et denuo: Nemo (inquit) venit ad me, niſi pater meus traxerit eum, alij eradicantur iuxta illud: Tollatur impius ne videat gloriam dei. Separantur enim à conſortio electorum, & regione viuentium. Hinc ſcriptum eſt: Adulterinæ plantatiōes non dabunt radices altas ⌊Sinite illos⌋ hoc eſt dimittite ſcribas ac phariſæos incorrigibiles ſcandalizari, errare, turbari, quatenus qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc, & peccator adijciat ad peccandum. Non enim propter ſcandalum aliorum vitandum, omittenda eſt veritas vitæ, iuſtitiæ vel doctrinæ, ſecundum Hieronynum, vnde ait Gregorius. Cum de veritate ſcandalum oritur, rectius naſci permittitur, quàm veritas deſeratur, veruntamen ſcandalum puſillorum vitandum eſt magis quàm phariſæorum, ſicut infra dicetur ⌊cæci ſunt⌋ corde id eſt lumine veræ ſapientiæ, & rectę intelligentiæ ſcripturarum priuati. Excæcauit enim eos rancor eorum, quia in maliuolam animam non introibit ſapiētia ⌊duces cæcorum⌋ hoc eſt doctores, magiſtri & prælati carnalium, literalium atq; errantium Iudæorum, vnde conuenit eis illud Eſaię: Speculatores eius cæci omnes videntes vana, ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. ⌊Cæcus autem⌋ prælatus ſeu doctor nō illuminatus à ſpiritu ſancto ⌊ſi cæco⌋ gregi vel ſubdito ignoranti ⌊ducatum præſtet⌋ inducendo eum ad ambulandum per vias ſuas, ſeu ad ſequendum opera & iudicia ſua ⌊ambo in foueam cadunt⌋ id eſt in vitia præcipitantur & tandem in locum gehennæ labuntur, quemadmodum ſcriptum eſt, ſecundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Hinc Hieremias inquit: Quia ſtulte egerūt paſtores, ideo omnis grex eorum diſſipatus eſt. Maximum ergo beneficium dei eſt habere doctum ac virtuoſum prælatum, quia (vt conteſtatur Gregorius) Cum paſtor per abrupta graditur, neceſſe eſt, vt grex in præcipitium ducatur. Vtinam tales dicerent illud Eſaiæ: Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis. Nolite me conſtituere principem populi. ⌊Reſpondens autem Petrus, dixit ei⌋ videlicet Chriſto ⌊Ediſſere (hoc eſt expone) nobis parabolam iſtam⌋ qua dixiſti: Nō quod intrat in os coinquinat hominē, &c. Quod tamen non fuit parabola, ſed manifeſta ſentētia.

Hieronymus. Gregorius. Sapiæ. 2. Sapiæ. 1. Eſaiæ. 56. Hiere. 10. Gregorius. Quātū malus paſtor obſit. Eſaiæ. 3.

D

E

Petri ruditas. Marci. 3.

Sed Petrus quoniam rudis fuit ſicut & ſocij eius, & quoniā Chriſtus ſolitus fuit parabolicæ loqui, putauit iſtud per parabolam dictum, quæritq́; myſticum intellectū, in ſermone perſpicuo. Ideo meretur audire ⌊adhuc & vos (apoſtoli) ſine intellectu, id eſt actu intellectus, videlicet, ſine debita cōſideratione ⌊eſtis?⌋ ſolus Petrus interrogauit, ſed quia de cōſilio & in perſona condiſcipulorum ſciſſitatus eſt, idcirco om̄ibus increpatorie dicitur, adhuc & vos ſine intellectu eſtis, pro q̄ in Marco ſcriptū eſt: Adhuc & vos īprudentes eſtis? ⌊Nō intelligitis⌋ q̄d merito intelligeretis, quaſi rē planā ⌊q̄a om̄e (alimētū) q̄d in os intrat⌋ .i. à comedēte ori imponit ad alēdū ⌊in vētrē vadit⌋ q̄ eſt locus ciborum, ſicut mare aquarum ⌊& in ſeceſſum emittitur⌋ nō totū, ſed quātū ad partes impuras atq; ſuperfluas, purior tn̄ pars alimēti poſt cōpletam digeſtionē in corpus cōuertit comedētis. ¶ Hāc authoritatē allegāt pro ſe magiſter & Petrus comeſtor cū alijs. Qui dicūt nihil de alimēto cōuerti in veritatē ſubſtantiæ aliti, ita q̄ in primis parētibus fuit ſecundū eos tota ſubſtātia carnis poſterorum. Interea ponderandū, q̄ hoc loco aſſerit ſanctus Hieronymus. Om̄ia (inq̄t) euangeliorum loca, apud hæreticos & peruerſos ſcādalis plena ſunt. Ex hac nēpe ſentētia, quidā peruerſiſſimi hoīes dixerūt Ieſum fuiſſe idiotā, & phyſicę ignarum, ex eo q̄ dicat. Om̄e q̄d intrat in os in ventrē vadit, &c. q̄ſi acceptæ eſcę nō diffunderētur p medullas, venas, neruos ac artus. Sed iſti dū ſapiētiā dei ignarā fuiſſe cōprobare nitūtur, propriā manifeſtāt p̄ſumptionē atq; inſaniā. Nonne in tota ſcriptura canonica, imò & in cōmuni vſu locutionis, frequēs & celebris eſt modus loquendi p Synecdochen? Et illa Chrūs iā vtitur. ⌊Quæ aūt de ore procedūt⌋ videlicet verba illicita ⌊de corde exeunt⌋ .i. ab intellectu & volūtate cauſant, q̄a (vt ait Plato) ad hoc datus eſt nobis ſermo, vt mutuæ volūtatis fiant indicia, ⌊& ea coinquināt hominē⌋ inferēdo maculā culpæ ⌊de corde em̄ procedūt cogitatiōes malæ⌋ quæ ſunt verba mētalia, & exprimūtur p verba vocalia ſicq́; cogitatiōes procedūt de ore p verba vocalia, q̄ ſunt cogitationū indicia ⌊homicidia, adulteria, fornicatōes⌋ .i. cæteri vitioſi cōcubitus ⌊furta, falſa teſtimonia, blaſphemię⌋ q̄ etiā dicunt de ore procedere, in quātū aliq̄s p verba inducit ad iſta pc̄tā ⌊hæc (vitia) ſunt q̄ coinquināt .i. interius maculāt ⌊hoīem⌋ ita vt aīa eius dæmonibus ſimilis ſit. ¶ Ex his infert Hieronymus. Ergo principale aīæ, nō ſcd̄m Platonē in cerebro, ſed ſcd̄m Chriſtū in corde eſt, ſed hoc facile ſoluetur ab alijs. Nā Chr̄s hic accipit cor pro mēte, quēadmodū & pſalmiſta dicēdo: Cōfitebor tibi dn̄e in toto corde meo, ſic em̄ & alibi aſtruit: Beati mundi corde. Plato vero

Magiſter Petrus comeſtor. Hieronymus. Om̄ia ſcriptura ſacra hæreticis ſcādalū parit. Plato. Sermo cur datus. Hieronymus. Plato. Principale aīæ in corde. Pſal. 9. Matt. 5.

F

A vero accipit cor pro parte corporis, ſicut & Ariſtoteles dicẽs, quod cor eſt primũ viuens, &
vltimũ moriẽs. ¶ Inſup dicit Hierony. Arguẽdi ſunt hi q cogitatiões malas dicũt immitti à
dæmone, & nõ propria naſci volũtate. Diabolus eñ adiutor & intẽtor cogitationũ malorũ
eſſe poteſt, nõ actor. Si aũt in inſidijs poſitus, leuẽ cogitationũ noſtrarũ ſcintillã ſuis ſomitib'
inflãmauerit, nõ debemus opinari eũ cordis quoq; occulta rimari, ſed ex corporis habitu &
geſtibus æſtimare quid verſemus intrinſecus: verbi grã, Si pulchrã mulierẽ viderit nos cre-
“ bro reſpicere, intelligit cor noſtrũ amoris iaculo vulneratũ. ⌊Et egreſſus inde,⌋ videlicet à
“ terra Geneſar, & à cõuẽticulis ſcribarũ ac phariſæorũ, ⌊Ieſus ſeceſſit (cũ diſcipulis ſuis) in par
“ tes Tyri & Sydonis,⌋ q̃ erãt vrbes famoſæ, antiquę, magnę & opulẽtę. ⌊Et ecce mulier Cha
“ nanæa⌋ gñe. i. de ſtirpe Chananęorũ progenita, nã p̃dictæ vrbes ad terrã Chanaã ptinebãt
“ ⌊à finib' (.i. locis ſeu terminis) illis egreſſa⌋ corpe & aĩa: corpe, qm̃ domũ ſuã exiuit vt q̃reret
“ Ieſum: aĩa, qm̃ Chananęorũ incredulitatẽ ac ĩpietatẽ deſeruit, credẽs in Chriſtũ ⌊clamauit⌋
qa ex vehemẽti affectu in verba erupit, & propter magnitudinẽ neceſſitatis ſuæ oblita ẽ fœ
“ mineæ verecũdiæ clamãs ſine rubore, nã exceſſiuus amor rationẽ nõ pẽſat, ⌊dicẽs ei: Miſe- Amor exceſſi
“ rere mei dñe fili Dauid.⌋ Percepit mulier iſta miracula Chri, audiuitq; eũ appellari filiũ Da- uus qd efficiat
“ uid, ⌊filia mea male (.i. grauiter) à dæmonio vexat.⌋ Qui nõ rñdit ei verbũ⌋ .i. nõ ex ſupbia cũ
cõtemptu, ſed rõne myſterij, vt deſignaret ſe primo ac principalr aduenisse ad loquẽdũ, ac Chriſtus mulier,
ſubueniẽdũ populo Iſrael: & qa iã ante p̃cepit diſcipulis: In viã gentiũ ne abieritis. Hæc autẽ cur non rñdit
mulier gẽtilis erat, genere Syrophœniſſa, hoc eſt de Syria Phœnicis. Ideo etiã nõ reſpondit Mat. 10
“ vt illa inſtãtius peteret, & ardẽtius poſtulãdo copioſius exaudiret. ⌊Et accedentes diſcipuli
“ eius, dixerũt ei: Dimitte eã⌋ .i. exaudiẽdo age q̃d rogat vt reuertat, ⌊qa clamat poſt nos,⌋ ſe
B quẽs veſtigia nra. Ex q̃ patet, q; iſta cõtigerũt in via. ¶ Sed q̃ſtio tũc occurrit, Nã Marcus in Marc. 7
quit, q; mulier iſta venit & procidit corã Chro in domo. Rñdet, q; primo venit in domũ, &
cũ ibi exaudita nõ eſſet, ſequuta eſt Chriſtum in via. Porrò diſcipuli orãt pro ea, vel clamore
eius attædiati, vel neceſſitati eius cõpaſſi, vel fide eius, deuotiõeq; moti. Mulier iſta nõ clama
uit, niſi ad Ieſum, & tñ diſcipuli dicũt, clamat poſt nos. Iã eñ reputauerunt ſe vnũ cũ Chro in
“ deo. ⌊Ipſe aũt rñdens (diſcipulis) ait: Nõ ſum miſſus,⌋ primo ac principalr, & ad p̃dicãdum
“ ac operandũ prodigia in propria pſona, ⌊niſi ad oues q̃ perierũt domus Iſrael⌋ .i. ad oues fa
miliæ Iſraeliticæ, pditas p peccatũ originale & actuale, videlicet ad populũ Iudæorũ, quibus
Chriſtus, primo per ſeipm vſq; ad diẽ paſſionis, deinde diu p apoſtolos prædicauit, donec il- Chriſtus Iudęis
lis penitus obſtinatis & inexcuſabiliter induratis, iuſta facta eſt ad gẽtes tranſmigratio. Vn- ſpecialiter miſſus
de Chriſtus in propria perſona parũ prædicaſſe gentibus legitur, interdũ tamẽ parũ prædica
uit, & ſigna fecit in gentibus ex ſuperabundanti, & ad figurandũ, quòd poſtea prædicãdum
“ eſſet eis Euangeliũ regni. ⌊At illa venit & adorauit eũ,⌋ Non eſt probabile, quòd putauerit
eũ verũ deũ, cũ nec diſcipuli hoc putauerint, ſicut oſtendi, & Beda fatetur, ſed prophetam &
hominẽ ſanctũ, vel etiã Meſſiã. Adorauit itaq; eũ eo modo quo mulier Thecuites Dauid re- Beda.
“ gem. ⌊Domine adiuua me.⌋ Mulier iſta filiam ſuam petit iuuari atq; ſeruari, & tamen ait. 2. Reg. 14
Adiuua me. Primo, quoniam calamitatem propriæ filiæ reputauit vt ſuam. Secundo, quo-
niam ſciuit filiam ſuam non poſſe ſanari principaliter, niſi à deo, ideo orat vt per Ieſum impe
tret, quod per ſe impetrare à deo non potuit. Sic nempe & Martha loquuta eſt: Domine ſcio Iohan. 11.
“ quia quæcunq; popoſceris à deo, dabit tibi deus. ⌊Qui reſpondens ait,⌋ difficultatem quan
“ dam monſtrando. ⌊Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus,⌋ Hoc ad
C literam ita eſt, & tamen iſte non eſt ſenſus literalis ſeu principaliter intentus, nec mulier ita
intellexit. Spiritualiter ergo exponendum eſt. Non eſt bonum, id eſt iuſtũ ac ordinatũ, ſu-
mere panem filiorũ, id eſt ſpiritualia alimẽta ſeu beneficia dei, videlicet gratiã doctrinæ, &
opera miraculorũ Iudæis promiſſa ac impendẽda, qui filij nominantur propter cultum & fi- Iudæi cur filij
dem vnius dei, & mittere canibus, id eſt dona iſta impartiri gentilibus, qui propter idolo- nominentur
latriæ inſaniam & ſanguinis atq; cadauerum immolatorũ eſum canibus cõparantur. Hinc de
populo Iſrael dominus ait: Puer Iſrael & dilexi eũ. In Hieremia quoque: Ephraim (inquit) Gẽtiles cur ca
primogenitus meus. Verũ per filios hoc loco præſertim ſignificantur electi Iudæi, quales fu- nes vocentur
erunt diſcipuli. Non eñ reputantur in ſemine Abrahæ, niſi qui credunt, ſecundũ Apoſtolũ. Oſee. 11.
“ ⌊At illa dixit: Etiam domine.⌋ Ita eſt vt dicis, & etiam fieri decet, quod poſtulo. ⌊Nam & Hiere. 31
“ catelli,⌋ id eſt parui catuli ſeu caniculi, ⌊edunt de micis,⌋ id eſt fragmentis, ⌊quę cadunt de Roma. 4
“ menſa dominorũ ſuorũ.⌋ Hoc literaliter ita eſt, ſed ſicut Chriſtus metaphorice loquitur: ſic
& mulier metaphorice, ſubtiliterq;, & valde pertinenter reſpondit, vt ſit ſenſus. Sicut par-
uuli canes ſuſtentantur fragmentis cibi dominorum ſuorum: ſic decet me gentilem catel-
lo ſimilem aliquid gratiæ Iudæorũ ſortiri, vt ad inſtantiam meã filia mea ſanetur à te. ⌊Tũc
“ reſpondens Ieſus, ait illi: O mulier, magna eſt fides tua,⌋ id eſt firma & integra, bonis ope-
ribus, cæteriſq; virtutibus adornata, quoniam totiens repulſa & quaſi vilipenſa à me, quia Chananęę mu
canibus comparata non ceſſas fideliter, humiliter, prudenter, ac patientiſſime poſtulare. Di- lieris fides

CAP. XV. gnum eſt ergo vt tibi aperiã ianuã pietatis. ⌊Fiat tibi ſicut vis⌋.i.ſicut petiſti ſic impleatur, D
Hunc Chriſti ſermonẽ mox effectus, ſecutus eſt. Nã ſequitur: ⌊Et ſanata eſt filia eius⌋ id eſt »
à dæmonio liberata ⌊ex illa hora⌋ hoc eſt ſtatim cũ Chrũs locutus eſt, ſiat tibi ſicut vis. De- »
niq; quo Chriſtus videbatur huic mulieri aſperior foris in verbis, & geſtibus, eo fuit ei beni-
gnior intus per operationẽ occultã, per inſpirationẽ ac illuſtrationẽ internam. Alioquin q̃-
Myſticus ſen. modo mulier iſta, tantam fidem, humilitatem, patientiã atq; prudentiã habuiſſet? Myſticę,
per mulierem hanc figuratur eccleſia, quæ gentilitate relicta, incedit & clamat ad Chriſtum
pro ſanatione filiæ ſuæ, hoc eſt animarum ſeu particulariũ eccleſiarũ, pro qua apoſtoli ac cæ-
Pſal. 76. teri ſancti intercedunt ad dominũ. Et conſideranda eſt hic mutatio dexteræ excelſi, quomo
Pſal. 21. do Iudæi qui filij dicebantur, nunc canes vocantur, ſicut de eis ait Chriſtus in pſalmo: Quo-
Philip. 3 niam circũdederunt me canes multi. Et apoſtolus: Videte canes, videte malos operarios, vi
Quæſtio. dete conſciſionẽ. Gentiles vero qui canes erãt iam filij nũcupantur. ❡Sed quęritur, ſi verum
Diluto q̃ſtiõis eſt quòd dixit ſaluator: Non eſt bonũ ſumere panẽ filiorũ & mittere canibus, ergo ipſe faci-
endo oppoſitum videtur feciſſe nõ bene? Et reſpondendũ, quòd verbũ Chriſti intelligendũ
erat in generali, tamẽ in caſu bonũ fuit oppoſitũ, ſicut & Moſes iuſſit ne Amonitæ & Moa-
Ruth. 4. bitæ intrarent in eccleſiam dei. Nihilominus Ruth Moabites & Achior Amonitis, propter
Iudicũ. 14 virtutes ſuas & deuotionem ad deum Iſrael, ſtatim admiſſi ſunt ad ritum Iudæorum, & ſic &
mulier iſta ex ſingulari deuotione obtinet, quòd communiter alijs condonandum non fuit.
⌊Et quum tranſiſſet inde Ieſus⌋ hoc eſt à partibus Tyri & Sydonis ad Iudæam reuertendo, »
venit ſecus mare Galilææ, & aſcendẽs in montẽ ſedebat ibi⌋ quatenus ab oĩbus videretur, »
Eccleſiæ paſtor cõtẽplatiõis arce aſcendat. audiretur, faciliuſq; poſſet ad ipſum eſſe acceſſus, per q̃d figuratũ eſt, q̃ prædicator & cuſtos
dominici gregis, oĩsq; vicarius Chriſti, aſcẽdere debet arcẽ cõtemplationis, apicẽq; ſpũa
lis cõuerſationis. ⌊Et acceſſerũt ad eũ turbæ multæ habẽtes ſecũ mutos, claudos, cæcos, debi »
les⌋ Si per debiles intelligerentur cõiter oẽs alij à prædictis ęgrotis adiectum non eſſet ⌊& »
alios multos⌋ videlicet languidos. Sicut ergo per claudos intelligũtur qui vno claudicãt pe- »
de, ſic per debiles, qui vnã manũ habent inualidam. Ecce ponit hoc loco velut ſub cõpendio
Euãgeliſta multa miracula Chriſti, q̃ ſi ſingulatim recitarẽtur, facerẽt magnũ volumen, & E
Maieſtas ſaluatoris. ſimile ponit frequenter, ex quo patet maieſtas & gloria ſaluatoris, qui tã innumerabilia ope-
ratus eſt ſigna, vt nemo in veteri teſtamẽto queat ei æquari. Penſemus Heliæ & Heliſæi mi
racula, & ſciemus quàm minora ac rariora ſint ſigna eorũ prodigijs Chriſti. Sed & modus a-
gendi incomparabiliter differt in eis ⌊& proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos⌋ ſolũ »
imperio ⌊ita vt turbæ mirarentur, videntes (id eſt audientes) mutos⌋ hoc ẽ qui muti fuerũt, »
Viſus pro q̃cũq; ſenſu accipitur in ſcriptura. ⌊loqui⌋ Viſus in ſcripturis, pro quocũq; ſenſu accipitur, videntes etiam ⌊claudos ambulã- »
tes, cæcos vidẽtes, & magnificabãt⌋ id ẽ magnũ ac oĩpotentẽ eſſe profeſſi ſunt ⌊deũ Iſra- »
el⌋ qui tanta ac talia operabatur per Ieſum. ⌊Ipſe autẽ (Ieſus) cõuocatis diſcipulis ſuis⌋ q̃bus »
tanquàm familiaribus & amicis ſecreta ſua pandebat ⌊dixit: Miſereor ſuper turbam⌋ hoc ẽ »
indigentiæ populi huius condoleo, charitatis ac pietatis affectu ⌊quia iam triduo perſeue- »
rant mecum⌋ id eſt per tres dies mecum manſerunt in ſolitudine & ſub diuo, in quo decla- »
Amor turbæ Chriſtũ ſequẽtium. ratur amor eorum ad Chriſtum, & deuotio ad doctrinam atq; miracula eius ⌊& nõ habent »
quod manducent⌋ ideo dignum eſt, vt eis prouideam tanquàm paſtor bonus, de quo domi- »
nus prædixit per Ezechielem dicẽs: Suſcitabo ſuper gregem meũ paſtorem vnũ, qui paſcat F
Ezech. 34. eum Dauid ſeruum meũ, id ẽ Chriſtũ, vt oẽs exponũt ⌊& dimittere eos ieiunos nolo, ne de- »
ficiant⌋ hoc eſt famę periclitentur ⌊in via⌋ redeundo ad propria. Quidam eñ ex eis de lon »
Marc. 8 ge venerũt, vt Marcus habet: ⌊Et dicũt ei diſcipuli: Vnde ergo nobis in deſerto panes tãti⌋ »
id eſt, ex quo vis populum iſtum reficere, qualiter acquiremus in heremo hac eſcã ad hoc ſuf-
ficientem ⌊vt ſaturemus turbam tantã⌋ quaſi dicãt, hoc nobis impoſſibile eſt. Diſcipuli tã- »
quàm magiſtro ſuo familiariſſimi, pluraliter reſponderũt. Chriſtus quippe ſingulariter di-
xit: Dimittere eos ieiunos nolo, diſcipuli vero in pſona ſua ac Chriſti reſpõderũt: Vnde no-
Diſcipulorũ imperfectio. bis, id ẽ tibi & diſcipulis tuis, in quo patet eorũ imperfectio, quia nõ cõſiderauerũt potẽtiam
Chriſti, qui paulo ante de quinq; panibus, piſcibuſq; duobus quinq; milia hominũ ſaturauit
⌊Et ait illis Ieſus: Quot panes habetis?⌋ Nõ quaſi ignorãs interrogat, ſed vt ex diſcipulorũ »
reſponſione, futuri miraculi magnificentia pateat, & ipſe in faciẽdo miraculo ordinate pro-
cedat. ⌊At illi dixerũt ſeptẽ, & paucos (numero) piſciculos: Et præcepit turbæ, vt diſcũbe- »
ret ſuper terrã: Et accipiẽs Ieſus ſeptẽ panes & piſces⌋ quãtitate permodicos ⌊& gratias a- »
Gratias deo patri agit ſecũdũ hũanitatem gẽs⌋ ſecundũ aſſumptam humanitatẽ deo patri ſeu toti ſupergloriosiſſimæ trinitati omniũ »
bonorũ liberaliſſimo fonti ⌊fregit⌋ & frãgẽdo multiplicauit ſcd̃m q̃ deus ptãte immẽſa (ſi- »
cut ſupꝰ dictũ ẽ) de q̃nq; panũ bñdictõe, fractiõe & multiplicatõe ⌊& dedit diſcipulis ſuis⌋ »
q̃ acceperũt de manibus eius, ſeu loco vbi repoſuit panes. Nõ iã ſeptẽ panes dũtaxat, ſꝫ tot q̃t
ſuffecerũt populo tanto. ⌊Et diſcipuli dederũt populo, & comederũt oẽs & ſaturati ſunt,⌋ »
id eſt ſufficienter nõ guloſe refecti ⌊& q̃d ſuperfuit de fragmẽtis⌋ videlicet reliquias panum »
ac piſ-

A ac piſciculoꝝ ⌊tulerũt⌋.i.collegerũt diſcipuli ⌊ſeptẽ ſportas plenas⌋ hoc eſt materiam ſe-
" ptem ſportas implentẽ. ⌊Erant autẽ qui manducauerant quatuor milia hominũ extra par- Nume.1
" uulos⌋ hoc eſt præter eos q erãt ſub anno viceſimo ⌊& mulieres⌋ in q̃ vtiq; ſigno oſtẽſa eſt Matt.14
omnipotẽtia Chriſti. Porrò huius miraculi ſicut & ſupioris, de quinq; panibus aliqualis fuit fi
gura, q̃d in libro Regũ de Helizæo recolit, q de panibus primitiaꝝ cetũ viros cibauit, & ſup- 4.Reg.4.
abũdauit. Myſticę p hãc corporalẽ refectionẽ quatuor miliũ de ſeptẽ panibus & paucis piſ- Myſticus ſenſus.
ciculis, deſignatur ſpiritualis refectio populi Chriſtiani, doctrinã quatuor Euãgelioꝝ tenẽ
tis, & quatuor virtutes cardinales habẽtis, qui, ſeptẽ panibus.i.ſeptiformi grã, ſeu ſeptẽ do-
nis ſpũs ſancti reficitur. Et paucis piſciculis.i.cæteris donis gratis datis, q̃ cõparatõe dictoꝝ Gratiæ gratis datæ malis q̃que cõia ſunt.
bonoꝝ minima ſunt cũ poſſint haberi à malis, & tñ cõferũtur à ſpũ ſancto, ſicut teſtat apſus:
Alij per ſpiritũ ſanctũ dat ſermo ſapiẽtiæ, alij ſermo ſciẽtiæ, alij grã ſanitatũ, alij opatio vir- 1.Cor.12
tutũ. Hæc aũt ſunt pauca nũero, hos aũt cibos obtulit Chrs hominibus p ſctõs apſos, p quo- Actor.5
rũ manuũ impoſitionẽ dabat ſpũs ſanctus, & q̃ꝝ pdicatione illuminatæ ac ſpũ ſancto replete
ſunt gẽtes. Deniq; q̃d Chrs dixit ſe miſereri turbę, ipm triduo imitãti, hoc ſignificat, q̃ Chrs Quibus Chrs miſereatur.
omnibus vere pœnitẽtibus & cõtritis, omnibus mũdi huius delitias fugiẽtibus, crucẽ ſuã portã
tibus, ſecretũ locũ petẽtibus, cauſa cõtẽplatiõis, lachrymatiõis ac auſterioris cõuerſatiõis, q
dicere poſſunt cũ pſalmiſta: Similis factus ſum pellicano ſolitudinis. Itẽq;: Ecce elõgaui fugi Pſal.101
ens & mãſi in ſolitudine. His inq̃ Chrs miſeret, pctã indulgẽdo, grãꝝ opulẽtiã influẽdo, in- Pſal.53 Oſee.2.
tus loquẽdo & cõſolãdo, quẽadmodũ ait p Oſeã: Ecce (inquiẽs) ego lactabo eã, & ducã eã in 2.Cor.1.
ſolitudinẽ, & loq̃r ad cor ei⁹. Propter q̃d ait apſus: Sicut pro Chrõ abundãt tribulatões nrę,
ita p Chrm abũdat cõſolatio nra. Ooportet ergo Chrm in ſolitudinẽ ſeq, fugiẽdo, tacendo In ſolitudine Chrs ſeq̃ndus
B & quieſcẽdo. cũ eo ſtabiliter die & nocte pſeuerare, carnales atq; hũanas cõſolatiões vitãdo,
& tũc Chrs cõſpiciẽs, qa à nobiſipſis nõ habem⁹ q̃d mãducem⁹, hoc ẽ, q̃ ſpũaliter cõfortemur
nõ dimittet nos ieiunos, ſed alet nos vſq; ad ſacietatẽ, ita vt totũ capere nequeamus, nec vltra
deficiamus in via peregrinatõis hui⁹ exilij, ſed celeſti cõfortati viatico pducamur ad patriã.

¶EXPOSITIO CAPITVLI DECIMISEXTI.

Et dimiſſa turba. Articulus XXIX. CAP. XVI

" ET dimiſſa turba⌋ quã in fine pcedẽtis capituli legit refeciſſe, q̃ refe- Matt.15
" cta remeauit ad propria ⌊aſcendit (Ieſus) in nauiculã⌋ cũ diſcipulis Marci.8
ſuis, raro legit Chrs dñs maieſtatis aſcẽdiſſe in nauim, ſed in nauicu
" lã, vt ſicut in alijs, ita in hoc q̃q; humilitatis exẽplũ pberet ⌊venit in
" fines (.i.loca) Magedam⌋ vbi vt in libris Regũ habet: Ioſyas rex Iu 4.Reg.23
da occurrit Nechao Pharaoni regi Aegypti, à cuius ſagittarijs læta 2.Para.35.
liter læſus ẽ. ¶Sed huic videt cõtrariũ, q̃d in Marco aſſerit: Statim a- Marc.8.
ſcẽdẽs in nauim, venit in ptes Dalmunutha. Et reſpõdẽdũ, q̃ eadẽ
terra ẽ habẽs nõia duo, vt aliq dicũt, alij dicũt, q̃ ſint loca cõtigua,
& ergo Chrs exiſtẽs in cõfinio hoꝝ locoꝝ, in vtroq; fuiſſe deſcribi
" tur. ⌊Et acceſſerũt ad eũ phariſæi & Sadducæi tẽtantes Chriſtũ⌋.i. experimẽtũ ſumere cu-
" piẽtes, an ipſe eẽt Chrs, vel q̃rẽtes reprehẽdere eũ in aliq̃ verbo vel facto ⌊& interrogauerũt
" eũ⌋ inſidioſa ac pfida mẽte ⌊vt ſignũ de cœlo⌋.i. aliquã ſupnaturalẽ imitationẽ in corpib⁹
" ſupioribus vel apparitionẽ angelicã ⌊oſtẽderet eis⌋ p q̃d ſcire poſſent, q̃ Meſſyas veniſſet,
" & q̃ ipſe eẽt Meſſyas. ⌊At ille reſpõdẽs ait eis, facto veſpe (.i. de ſero) dicitis⌋ interdũ ⌊Sere Rubens cœlo color vt cõſpiciatur.
" nũ erit⌋.i. cras erit aura pulchra ⌊rubicũdũ eſt enĩ cęlũ⌋.i. rubeus q̃dã color apparet ĩ cœlo,
ex incidẽtia lucis ſolaris p modice ſup vapores eleuatos ĩ aere, in q̃bus ẽ rubor pdictus, nõ in
C cęleſtib⁹ corpib⁹. Talis aũt diſpoſitio ſignũ eſt futurę ſerenitatis, qa vapores ſubtiles ac modi
" ci ſunt q nõ reſoluunt in pluuias. Interdũ tñ cõtingit oppoſitũ ex cã ſupueniẽti. ⌊Et mane⌋
" dicitis ſæpe ⌊hodie tẽpeſtas erit⌋.i. aura turbulẽta ſeu pluuioſa ⌊rutilat enĩ⌋.i. choruſcatio
" nibus fulget, vel rubore q̃dã colorat ⌊triſte cœlũ⌋.i. nubibus obductũ, & dr cœlũ rutilũ, tri- In nubibus q̃litas fulgoris
ſte ac rubeũ, qa in nubibus eſt q̃litas iſta fulgoris ſiue ruboris, & dr cęlũ triſte, qa talibus q̃lita
tibus in aere exiſtẽtibus, ex aſpectu cęli, gñatur triſtitia q̃dã in aĩa. Sicut oppoſito mõ dicit
lætũ, cũ adeſt ſerenitas aeris. Hæ itaq; diſpoſitiones apparẽtes in cœlo, ſunt ſigna tẽpeſtatis Facies cœli
" inſtãtis ⌊faciẽ ergo cœli⌋.i. pdictas diſpoſitiões apparẽtes in cęlo, q̃ facies cęli vocãtur, qñ
" per modũ vultus in ſupficie apparẽt, & primo ingerũt ſe oculis intuentis ⌊dijudicare⌋.i. ab
" inuicẽ diſtinguere, & ex eis futura q̃dã cõijcere ⌊noſtis ſigna aũt tẽpoꝝ⌋.i. argumẽta atque
" indicia, q̃bus pateat tps primi aduẽtus Chri iã eẽ impletũ, meq; cõſiſtere Chriſtũ, ⌊nõ pote-
" ſtis⌋ dijudicare & ſcire, hoc ait ſaluator increpando & exprobrando, quaſi dicat: Merito at
tenderetis ſigna prophetię pnũtiata de Chriſti aduẽtu iã eſſe cõpleta in me, in Danielis eteñ Daniel.9.
prophetia: Tempus aduentus Chriſti, & paſſionis eius prætaxatũ fuit Gabriele dicẽte: Poſt
hebdomades ſexagintaduos occidet Chrũs. Similiter in Geneſi per ablationẽ ſceptri à Iuda, Gene.49
quod Herodis tẽpore erat cõpletũ. Sic nẽpe pdixit pñarcha Iacob, nõ auferet ſceptꝝ de Iu-

da,& dux de fœmore eius donec veniat q mittēdus ē. Itē q̄d Eſaias p̄dixit: Tūc aperienť ocu D
Eſa.35. li cæcorum,& aures ſurdorum patebūt, tūc ſaliet claudus ſicut ceruus &c. Teſtimoniū quoq; Iohānis
Eſa.40. de quo Eſaias & Malachias vaticinati fuerūt, fuit manifeſtū ſignū aduētus Chrī, ſiľr triū Ma
Malachi.3. gorum oblatio, innocentū occiſio, atq; miracula Chrī, de qbus ait Saluator: Opera q̄ ego facio
Iohan.10 in noīe p̄ris mei, teſtimoniū phibet de me. Et rurſus: Si nō facio opa dei nolite credere mihi.
Matt.2. Si aūt facio,& ſi mihi nō credideritis, opibus credite. Increpat ergo Iudæos, q̄ ex omībus his
Matth.12 nō cōſiderauerūt eum eſſe Meſſiā. ⌊Generatio mala & adultera ſignū quęrit,& ſignū nō da-
bif ei, niſi ſignū Ionæ prophetæ.⌋ Hoc ſupra habitū atq; expoſitū eſt. ⌊Et relictis illis⌋ Incre
Marc.8 dulis diuino ſigno indignis, ⌊abijt,⌋ Ieſus ingrediēs nauim cū diſcipulis ſuis, & trāsfretās vt
Marcus habet: ⌊Et cū veniſſent diſcipuli eius (& etiā ipſe) trās fretū, obliti ſunt panes accipe⌋
hoc eſt, tūc aduerterūt ſe ex obliuione nō ſumpſiſſe panes anteq̄ trāsfretare inciperent, forte
tam occupati fuerunt circa cibū animæ, q̄ corporalē cibū ſecū ferre obliti ſunt. Habuerūt tn̄
Quæſtio vnū panē ſcd̄m Marcū. ¶ Et quæri poteſt vbi dimiſerint ſeptē illos cophinos, fragmentis ci
Matth.15 borum impletos, de qbus in fine p̄cedentis capituli dictū eſt? Dici p̄t, q̄ cibos illos dederūt ege-
Marc.8 nis ad propria redeūtibus, vt haberent eſcas in via, qa nōnulli eorum delonge (Marco teſtāte)
venerūt. ⌊Qui (Chrus) dixit eis: Intuemini⌋ Hoc eſt, prudenter diſcernite, ⌊& cauete à fer-
mento Phariſæorum & Sadducæorum.⌋ Qūo aūt intelligeedū ſit hoc, Chrus poſt pauca expo-
nit. Nec decet eius expoſitionē anticipare, Marcus addit dicēs: Et à fermēto Herodis. ⌊At
illi cogitabāt⌋ & ex pręuia cogitatōe loquebanť, ⌊inter ſe dicētes: qa panes nō accepimus,⌋
hoc eſt, qm̄ panē materialem non ſum pſimus nobiſcum: ideo admonet nos, vt emamus vel
A Chrō increpanť diſcipuli accipiamus panē fermentatū à phariſæis & Sadducæis. Rudes nāq; diſcipuli æſtimabāt ma- E
giſtrum loqui de pane materiali, & de prouiſione ſolicita corporei cibi. Ideo increpanť ſicut
ſubiungiť: ⌊ſciens aūt Ieſus⌋ cogitatiões & verba eorum quæ inter ſe ſuſurrādo dixerunt voce
ſubmiſſa, ne audirenť ab eo, ſed eū nil latuit, & cogitatões eorum prodēdo diuinitatē ſuam oſtē
dit & dixit eis: ⌊Quid cogitatis inter vos modice fidei⌋.i. qui modicā fidem habetis, quoni-
am æſtimatis, q̄ monuerim vos de corporalis alimenti prouiſione, quaſi non poſſem vobis
ſupernaturaliter prouidere. Quid ergo cogitatis me loqui de corporali fermento vitando?
⌊qa panes nō habetis⌋ ideoq; putatis me vos exhortari de pane materiali. ⌊Nō ītelligitis⌋
ſigna q̄ vidiſtis, p q̄ oīpotētiā meā merito cognoſceretis ⌊neq; recordamini qnq; panum⌋
multiplicatorum & expoſitorum p man⁹ vr̄as ⌊in qnq; milia hoīm⌋ p̄ter pueros & mulieres, &
nō recordamini ⌊q̄t cophinos ſumpſiſtis⌋.i. q̄t ſportas de fragmētis īpleſtis. ⌊Neq; (recor
damini) ſeptē panū in q̄tuor milia hoīm & q̄t ſportas ſumpſiſtis?⌋ Tāq̄ dicat: ſi iſta ſagaciter
pēſaretis, ſciretis vtiq;, qa nō de materiali fermēto locutus ſum. Ideo ſubdiť: ⌊Quare nō ītelli
gitis?⌋ q̄d merito ītelligeretis in q̄ apparet impfectio vľ negligētia vr̄a ⌊qa nō de pane (cor
poreo) dixi vobis (iſtud) cauete à fermēto Phariſęorum & Sadducęorum. Tūc ītellexerť diſcipuli
Fermētum q̄d deſignet qa nō dixerit (Chrus eē) cauendū à fermēto panū⌋.i. pane fermētato, ſeu fermēto corporeo
⌊ſʒ à doctrīa phariſęorum & Sadducęorum⌋ ecce hic poniť expō metaphoricę locutōis Chri. Ita
q; p fermtū, ppter ſuā corruptionē deſignať īfecta & falſa doctrīa iſtorum, à q̄ chrs admonet eē
Lucę.12 cauēdū. Qnq; etiā p fermētū notaf ſimľatio ſctitatis, vt cū ait ſaluator: Cauete à fermēto pha
riſęorum q̄d ē hypocriſis. ⌊Venit āt Ieſus in ptes (.i. ad loca vicina) Cęſarea Philippi⌋.i. ciuita
Matth.14. tis quā Philippus frater Herodis Antipę q decollauit Iohānē, vocauit Cęſareę, ad honorem F
Tyberij Cęſaris, à q̄ recepit q̄rtā ptē regni p̄ris ſui Herodis Aſcolonitæ, vcʒ vnā tetrarchiā.
Hęc vrbs olim vt ferť vocabať Lachis, quā ſicut in li. Iudicū recitať: Filij Dan deſtruxerūt, re
paratāq; vocauerť noīe p̄ris ſui Dan, quā Philippus iſte amplificās & emēdās, vocauit Cæſa
Acto.10 reā, & poſtea dicta ē Paneas. Fuit qʒ ſcd̄m hiſtorias alia Cęſarea palęſtinę, in q̄ Corneli⁹ Cē-
Chrus cur diſcipulos ſuos interrogarit turio māſiſſe narraf, ⌊& īterrogabat diſcipľos⌋ nō velut ignorās, ſʒ vt diſcipulorum fidē corro
borarret & ex eorum rn̄ſiōe cōuenietia documēta īferret ⌊Quē dicūt hoīes eē filiū hoīs?⌋.ſ. me.
Scd̄m q̄ſdā Chrs nō dicit: Quē dicūt me eē, ſʒ quē dicūt filiū hoīs, ne de ſe iactāter īterrogare
Sacra ſcriptura, ſcriptis ſanctorum p̄fm præferenda videreť. Sed cū aliqd tale à q̄cūq; doctore catholico dr̄, cui⁹ oppoſitū ī ſcriptura canonica īue
niť, īgēti cautela vti opʒ, magiſq; ſeq opʒ ſcripturā q̄ verba doctoris. Sic ī p̄nti. Nā in Marco
legiť chrm q̄ſiſſe. Quē me dicūt hoīes eē. Et in Luca: Quē me dicūt turbę ⌊At dixerť: Alij⌋ di
Marc.8 cūt filiū hoīs, ſeu te eē ⌊Iohānē Bapti.⌋ ſicut Herodes q dixit: Quē ego decollaui Iohānē ipſe
Lucæ.9. ſurrexit à mortuis & ideo virtutes opanť in eo. Iſta fuit rudis opinio. Nā tpe decollatōis Iohā
Matth.14 nis Chrs habuit trigīta circiter annos, de hoc dictū ē ſupra. ⌊alij āt (dicūt te eē) Heliā⌋ quēad-
Iohan.10 modū eñi ſacerdotes ſuſpicati ſunt Iohānē Baptiſtā eē Heliā, dicētes: Helias es tu, ppter ſoli-
Iohan.1. tarię vitę auſteritatē, & veſtiū parilitatē, ſic aliq putauerť Ieſum eē Heliā, prio, qa Helias cre
Malach.4 diť reditur⁹ ad ppľm Iudęorum iuxta illud Malachię pphetę: Ecce ego mittā vobis Heliā. Scd̄o
Hiere.1. propter miraculorum eminentiam. Tertio, propter veritatis atq; iuſtitiæ inſuperabililem zelū
⌊Alij vero Hieremiā⌋ vel propter vitæ ſanctitatē, qm̄ Hieremias ſanctificatus fuit in vtero
2.Machab.15 vel ppter eximiā charitatē ad populum, ſicut de Hieremia ſcriptum ē: Hic eſt fratrū amator

Vel pro

A vel propter patientiã inconcuſſam ⌊aut vnũ ex prophetis⌋ videlicet Eſaiã, vel aliquẽ talem propter eloquẽtiã. Putabãt enĩ aliquem propheta⁊ ſurrexiſſe à mortuis, iuxta illud Lucæ: Quia propheta vnus de prioribus ſurrexit. ⌊Dicit illis Ieſus: Vos aũt⌋ quo⁊ nõ eſt circa cõmunia languere, qui nõ tam homines q̃ dij eſtis, & documẽta mea ac opa melius alijs noſtis, ⌊quẽ me eſſe dicitis?⌋ quẽ ſentitis & affirmatis de me? ⌊Reſpõdẽs Symon Petrus, dixit ei⌋ Petrus tanq̃ principalis pro om̃ibus dat reſponſum. ⌊Tu es Chriſtus filius dei viui⌋ Chriſtus eſt nomen perſonæ in duabus naturis ſubſiſtens, in diuina videlicet & humana. Itaq̃ tu es Chriſtus, hoc eſt rex Meſſias, mũdi ſaluator, oleo exultatiõis plenitudine gratiæ chriſmate ſpũali excellentiſſime vnctus, filius dei vnicus, vnigenitus, naturalis, nõ adoptiuus. Dei viui id eſt vere viuentis vita beata, q̃d additur ad differentiã hominũ mortuo⁊, qui à gẽtibus colebãtur, vt dij, vt Iupiter, Apollo, Mynerua, Diana, q̃ quantum ad corpus omnino defuncti ſunt, quantũ vero ad animã mortui ſunt morte culpæ ac pœnæ, q̃ eſt mors ſecũda. ⌊Reſpõdens aũt Ieſus dixit ei: Beatus es⌋ beatitudine viæ, beatitudine inchoata, beatitudine ſpei & gratiæ. ⌊Symon⌋ q̃d interpretatur obediens ⌊Bar Iona⌋ .i. filius Iohãnis. Sic enĩ dictus eſt pater eius, vnde in Iohanne ſaluator ait: Symon Iohannis diligis me? vel Bar Iona .i. filius columbæ videlicet ſpũs ſancti, qui per columbam ſignificatur, ⌊quia caro & ſanguis⌋ .i. Iudæi, de quo⁊ ſanguine natus es, vel caro & ſanguis, &c. ⌊nõ reuelauit tibi⌋ id eſt à teipſo iſta nõ inueniſti, quod profeſſus es dicens, ꝙ ſim Chriſtus filius dei viui. Simili modo Paulus teſtat: Non acquieui carni & ſanguini. ⌊Sed pater meus qui in cœlis eſt⌋ A quo eſt om̃e datũ optimũ, & om̃e datũ perfectum. Nemo enĩ nouit filium niſi pater, & cui reuelauerit pater. ⌊Et ego dico tibi⌋ hoc eſt tuæ confeſſioni qua mihi dixiſti, tu es Chriſtus, viciſſitudinem & præmium reddo, & dicõ, dicendoq̃ facio, quoniã meũ dixiſſe feciſſe eſt ⌊quia tu es Petrus⌋ id ẽ, principalis, & in fide firmus. Vel, Petrus .i. verę Petrę qui es Chriſti dignus confeſſor. Sic ergo imponitur ei nouum nomen, propter fidei ſuæ cõfeſſionẽ. Et dicitur Petrus, qui Symon vocabatur ⌊& ſuper hanc petram⌋ hoc eſt fidei huius firmitatẽ & fundamentũ. Vel, ſup hãc petrã quam confeſſus es, hoc eſt, ſuper meipſum lapidẽ angularẽ, montẽ altiſſimũ, de quo ait apoſtolus: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus ⌊ædificabo⌋ hoc eſt ſpiritualiter collocabo ac cõfirmabo ⌊eccleſiam meã⌋ id eſt, congregationem fidelium, corda eorum per fidem, charitatem & gratiam mihi inſeparabiliter connectendo, ita vt omnes ſint vnum corpus myſticum vnaq̃ domus, iuxta illud Pauli apoſtoli: Scias quomodo oporteat te conuerſari in domo dei, quæ eſt eccleſia dei viui, columna & fundamentũ veritatis. In hac igitur fide ꝙ Ieſus eſt Chr̃s, filius dei viui, fundatur atq̃ ſaluatur eccleſia, præſertim cũ in noĩe Chriſti, tota ſuperbeatiſſima trinitas intelligat, videlicet pater vngens, filius vnctus, ſpũs ſanctus vnctio. Hinc Iohãnes in canonica: Om̃is (inquit) qui credit, quoniã Ieſus eſt Chriſtus, ex deo natus eſt. Et rurſus: Quis eſt qui vincit mũdũ, niſi qui credit quoniã Ieſus eſt Chriſtus ⌊& portæ inferi⌋ hoc eſt ea quæ ducunt ad pœnas inferni, videlicet tentationes diaboli, doctrinæ fallaces, & vitia, vel ea quæ propter ſuam pœnalitatẽ cõparantur portis vel pœnis inferni, videlicet tribulationes aduerſario⁊ perſecutiones tyranno⁊, & reliqua præſentis vitæ incõmoda, ⌊nõ præualebũt aduerſus eam⌋ .i. contra totã eccleſiã ſupra prædictã petrã ſpiritualiter ædificatã. Non enĩ poterunt eã à fide auertere, à deo abſtrahere, dæmonũ ſeruituti ſubijcere, quo ſe ad totã, hoc eſt, quantũ ad electos, in quibus præſertim cõſiſtit eccleſia, de quibus Iohannes: Omnis (inquit) qui natus ẽ ex

C deo non peccat, ſed generatio dei conſeruat illum. In eadem quoq̃ epiſtola ait Iohãnes: Qui natus eſt ex deo non peccat, finaliter ſcilicet quoniã ſemen eius manet in eo. Talibus quippe Chriſtus promiſit: Ecce ego vobiſcum ſum om̃ibus diebus, vſq̃ ad conſummationẽ ſeculi, hanc poteſtatẽ habet eccleſia, non à ſe per naturã ſed gratiã Chriſti, de quo profitetur apoſtolus: Om̃ia poſſum in eo qui me cõfortat. ¶ ⌊Et tibi dabo claues regni cœlo⁊⌋ Huic loco paulisper immorari oportet. Primo ergo penſandũ, ꝙ ſicut in corporalibus, clauis vocatur inſtrumentũ quo ianua regulariter aperitur, ita in ſpũalibus ſeu ſacramento pœnitẽtiæ, clauis appellatur poteſtas, qua obſtaculũ ingrediendi regnũ cœleſte aufertur. Hoc aũt obſtaculum duplex eſt, ſcilicet macula & reatus ſeu obligatio ad pœnã. Clauis ergo vt nunc ſumitur eſt poteſtas ligãdi & ſoluẽdi, qua Eccleſiaſticus iudex indignos excludit à regno, & dignos ad illud admittit. Quæ poteſtas eſt in deo trinitate per authoritatẽ, in Chriſto homine per excellentiſſimã, in miniſtris eccleſiæ per inſtrumentalẽ adminiſtrationẽ. Quidã vero dixerunt, ꝙ ſint duæ claues realiter condiſtinctę, videlicet ſciẽtia infuſa ſeu acquiſita, per quã ſacerdos iudicat quis dignus, & quis indignus conſiſtat, & poteſtas admittẽdi ad regnũ vel excludẽdi à regno, ſic tamen, vt ſcientia dicatur clauis minus principalis, & in ordine ad aliam clauẽ, ſine q̃ nec clauis eſſet, & hæc videt fuiſſe opinio magiſtri in libro q̃rto. Alij probabilius dicunt, quod & communius iam tenetur, quòd non ipſa ſcientia, ſed authoritas vtẽdi ſciẽtia ad diſcernendũ inter bonũ & malũ, ſit clauis quæ poteſt eſſe ſine ſcientia, & econtra, quemadmodũ

Marginal notes: Lucæ. 9. — Pſal. 81. — Petrus pro om̃ibus reſpondet — Galat. 1 — Iacobi. 1. — Matt. 11 — Sup quam petram eccleſiam ſuam ædificarit. — Actoꝝ. 4 — 1. Cor. 3. — 1. Timo. 3. — In qua fide eccleſia ſaluetur. — 1. Iohan. 5 — Ibidem. — Quæ ad infernũ ducunt. — In quibus vera cõſiſtat eccleſia. — 1. Iohan. 5 — Ibidem. — Matt. 28 — Philip. 4 — Obſtaculũ ingrediẽdi regnũ cœloꝝ bipartitum. — Clauis eccleſiæ quã diuerſa ratiõe, ideo Chriſto, miniſtris.

admodum in ſecularibus iudicijs quidam habēt authoritatem iudicandi, non habentes iuris D ſciam, & quidā vice verſa habēt ſciam iuris, nō aūt authoritatē exercēdi iudiciū. Et clarū eſt, ꝙ ſcia neceſſario exigit ad debitū vſum clauis iſtius. Porro Hieronymus ait hoc loco, ꝙ ſicut in veteri teſtamēto iubebant leproſi oſtendere ſe ſacerdotibus, vt ſi leprā haberēt, à ſacerdote immundi fierent, non ꝙ ſacerdotes legales leproſos faciāt, & immundos, ſed ꝙ habeāt notitiā leproſi & nō leproſi, poſſintq́ diſcernere, q̄s mūdus vel immūdus ſit. Q̄uo ergo ibi ſacerdos leproſū facit imūdū, ſic ī nouo teſtamēto ligat vel ſoluit. Ep̄s vł ſacerdos nō eos q̄ iſontes ſeu innocētes ſunt, vel q̄ noxij, ſed ꝓ officio ſuo. Cū pctōꝝ audierit varietates ſcit q̄ ligādus ſit, vel q̄ ſoluēdus. ¶ Verū iuxta hāc aſſertionē, nō videtur ſacerdos nouæ legis (vt q̄dam obijciunt) maiorē hr̄e efficaciā atq́ virtutē q̄ ſacerdos legalis nec ſacr̄a nouæ legis facerēt (vt videt) quod ſignificāt. Conſiderandū ergo ꝙ ſcd̄m magiſtrū quarto libro ſentētiaꝝ, ſacerdotibus nouæ legis cōmiſſa eſt authoritas remittēdi pctā, vel retinēdi, nō vt propria authoritate hoc faciāt, ſed dei operationē vitia remittētis oñdant, quaſi ipſius miniſtri, hæc aūt oſtēſio tribus modis efficit. Primo, oñdendo eā nō vt p̄ſentē, ſed promittēdo tanq̄ futurā, ſine hoc ꝙ aliq̄d operet ad eam, ſicq́ ſacr̄a veteris legis oſtēdebāt dei opationē & ſignificabāt eā. Vnde ſacerdos legalis oñdebat dūtaxat, nil opabat ad culpæ remiſſionē. Scd̄o ſit oſtēſio vt ſacerdotes ſignificēt opationē dei tanq̄ præſentē, & nil operent ad eam. Et ita aliq̄ aſſerūt, ſacr̄a nouæ legis ſolum oſtēdere infuſionē gr̄æ quā deus confert in ſacramētoꝝ diſpenſatōe, ſicq́ poteſtas clauium tm̄ oſtēderet collatōes gr̄æ ſeu remiſſionē culpæ factā in ſacr̄o pœniæ. Tertio, ſit vt ſacerdotes ſignificēt p̄ſentē opationē dei in remiſſionē culpæ, aliq̄d operādo ad eam inſtrumentaliter & diſpoſitiuè, quātum in ipſis eſt, licet interdū culpa ſit ante remiſſa, & iſtud cōmunius nūc tenet, ꝙ. ſ. virtute clauiū miniſter eccleſiæ cooperet, hoc mō ad remiſſionē peccati, q̄d etiā verbis Chr̄i magis cōſonare videt, q̄bus ait apud Iohannē: Quoꝝ remiſeritis pctā remittunt eis, & quoꝝ retinueritis retēta ſunt. Vnde nūc quoq́ ſubiūgit: Et q̄dcūq́ ligaueris ſup terrā, i. quēcunq́ à regno excluſeris excōicaueris, inabſolutū dimiſeris, ſeruato recto ꝓceſſu ſeu debito clauiū vſu. Ait nēpè theologus vltimo eccl̄iaſticæ hierarchiæ capl̄o, ꝙ ſacerdotes vti debēt virtutib⁹ hierarchiæ ſibi collatis, ſcd̄m ꝙ diuinitas mouerit eos, q̄m inſtrumētale nō ſortit efficaciā niſi put à principali agēte mouet, ꝓpter q̄d dicit Apl̄s: Scd̄m ptātem q̄ data eſt mihi in ædificationē, nō in deſtructionē. Erit ligatū & in cœlis, i. ratū & approbatū erit corā deo, & q̄dcūq́ ſolueris ſup terrā, i. q̄cunq́ in eccl̄ia militāte abſolueris, ad regnū admiſeris, erit ſolutū & in cœlis, i. à deo dimiſſum erit & ratū, ſeruato (vt tactū ē) ordinato ꝓceſſu, vt vere pœnitēs & cōtritus abſoluat, nō is q̄ in volūtate manet pcti, hāc aūt ptātē Chriſtus dedit Apl̄is oībus (vt aliq̄ dicūt) q̄n poſt reſurrectionē inſufflauit in eos & dixit: Accipite ſpm̄ ſctm̄, q̄ꝝ remiſeritis pctā &c. Deniq́ ſcd̄m Thomā, & alios ml̄tos, duæ p̄fatæ claues nō differūt ſcd̄m eſſentiā, ſed p cōparationē ad actū, ita vt duæ dicant ꝓpter actus diuerſos. Imò ſcd̄m Thomā ptās iſta, ſeu clauis realiter idē eſt q̄d character, ſeu ordo ſacerdotalis vel virtus cōficiēdi, & ſcd̄m hoc Chr̄us dedit hāc poteſtatē Apoſtolis in cœna q̄n ordinauit, i. fecit eos ſacerdotes, dicēdo: Hoc facite in meā cōmemorationē. Tunc (Ieſus) p̄cepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quia ip̄e eſſet Chriſtus. ¶ Mirum videt, cur Chr̄us iſtud p̄cepit: Si em̄ noluit p̄dicari ſe eſſe Chriſtum, cur miſit & p̄miſit Iohannē Baptiſtā prædicare eius aduentū? Et cur ipſemet interdum reſpondit ſe eſſe Chriſtū, dicendo: Ego veni in nomine patris mei F & nō recepiſtis me? Et: Qui credit in me, non moriet in æternū. Et: Ego & pater vnū ſumus. Supra q̄q́ capl̄o decimo legit, ꝙ miſit Apoſtolos p̄dicare ſuū aduentū. Ad q̄d Hieronymus, Ambroſius, alijq́ expoſitores diuerſimode reſponderūt, & ſatis obſcure. Videt aūt hoc modo poſſe rn̄deri, ꝙ Chr̄us noluit ſuū aduentū penitus publicari, ne ſua paſſio impediret. Quia ſi cognouiſſent, nunq̄ dn̄m gloriæ crucifixiſſent. Noluit etiā ſuum aduentū penitus taceri & occultari, ne Iudæi excuſationē haberēt. Ideo p Annā prophetiſſam, p Symeonē iuſtū, p Magos, p præcurſorē, p diſcipulos, p propria verba atq́ miracula, interdū inſinuauit ſe eē Chr̄m ſcd̄m cōgruentiā cauſæ, loci & tp̄is. Vnde interdū p̄cepit miracula ſua taceri, aliq̄n manifeſtari. Nūc ergo iuſſit taceri ſe eē Chr̄m ne Iudæi audiētes, ꝙ eēt filius dei & poſtea vidētes eū occidi ſcādalizarent. Idcirco iā ſubdit: Exinde, i. ſtatim poſt hæc verba, in q̄bus oñdit ſe verū Chr̄m, dei filiū, verūq́ deū, hn̄tem potētiā dādi claues regni cœloꝝ, cœpit Ieſus oñdere, p ſcripturas ꝓphetaꝝ, vel alijs modis diſcipulis ſuis, q̄a oportet eū ire tp̄e p̄ordinato atq́ p̄fixo à pr̄e Hieroſolymā hoc aūt oportuit nō neceſſitate coactōis, ſed vt ī pleret p̄ordinatio dei q̄ p Chr̄i paſſionē ꝓpoſuit mūdū redimere. Oportuit ergo neceſſitate cōditionata, neceſſitate cōſeq̄ntiæ, & neceſſitate finis & ml̄ta pati, i. verba blaſphema ac dira ſupplicia à ſeniorib⁹ (Iudæoꝝ) & ſcribis & phariſæis q̄ erāt clerici Iudæoꝝ & p̄ricipib⁹ ſacerdotū (Anna & Caipha) & occidi vt ī plerēt ſcripturæ, & vr̄a delicta ſoluerēt, nō ꝓpter ꝓpriā culpā, ſicut in Pſal. teſtat: Quæ nō rapui tūc exoluebā & tertia die reſurgere hoc ad cōſolationē diſcipuloꝝ adiecit, ne ꝓpter paſſiōis ei⁹ auditū icōſolabil̄r triſtarēt. Et aſſumēs eū Petr⁹ ſeorſum

Margin notes: Scia ad debitū vſum clauis exigitur. Hieronymus. Leui. 13. Sacerdotes q̄mō ſoluere ligareq́ debeant. Differentia ſacramentoꝝ veteris ac nouæ legis. Iohan. 21. 2. Cor. 10. Iohan. 20. Thomas. Clauis, character, ſacerdotalis ordo, virtus cōficiēdi idem ſunt. Matth. 16. Matth. 3. Iohan. 5. Iohan. 11. Iohan. 10. Matth. 10. Hieronymus. Ambroſius. 1. Cor. 2. Iohan 15. Matth. 2. Chr̄us cur, ꝓhibuerit p̄dicari ſe eſſe Chr̄m. Præordinatio dei. Matt. 27. Pſalm̄ 68.

nema

A ne magiſtrũ in præſentia diſcipulorũ arguere videref, quia non debet ſubditus ſuperiorẽ ſuũ publice increpare. Vel, ideo ſumpſit eũ ſeorſum, vt ei familiarius atq; audacius ſeu fiduciali-
« us loqueref, ſicut moris eſt amicorũ in ſecreto ſecurius colloqui ⌊cœpit increpare⌋ nõ quaſi
« de culpa, ſed increpare .i. verbis reprimere ꝑ modũ diſſuadẽtis ⌊illũ⌋ ſuũ prædilectũ magi-
« ſtrum, à q̃ tã dulcia verba immediate audiuit, Beatus es Symon Bar Iona. ⌊Abſit à te dñe⌋ vt
« tãta patiaris q̃ culpã nõ habeo, cũ & pœna culpæ debeaf. ⌊non erit hoc (malũ pœnæ) tibi⌋
innocẽti. Ex q̃ patet, ꝙ Petrus nõdum agnouit ex ſcripturis, ꝙ Chrũs pro mũdi ſalute fuerit
« occidẽdus. ⌊Qui cõuerſus⌋ .i. vultũ ſuũ ad Petrũ cõuertẽs, vt eũ diſtrictius increparet, & aſ-
« pectu ſuo terrifico perterreret. Nã per triſtitiã vultus corrigif animus delinquẽtis ⌊dixit Pe
« tro, Vade poſt me⌋ .i. ſenſum tuũ relinque & ſequere me, voluntatẽq; tuã cõforma ꝑordina
« tioni diuinæ ⌊Satana⌋ .i. aduerſator meus, imò oĩm inimice, quãtũ ad hoc ꝙ paſſionẽ meam
« ex qua mũdi ſalus depẽdet niteris impedire, & meo ſermoni conaris reſiſtere. ⌊Scãdalum es
« mihi⌋ .i. quãtũ in te eſt ſuggeris mihi malũ culpæ, & occaſionẽ ruinæ, vt nõ obediã deo pr̃i,
« qui decreuit mea paſſiõe mũdũ ſaluare ⌊q̃a nõ ſapis ea q̃ dei ſunt⌋ Diuina nõdum intelligis,
nec ſcdm deũ afficeris, habẽdo cognitionẽ formatã ac ſapidã, affectiões q; ſpiritales ſecundũ
« influentiã ſpũs ſancti. Sic q̃ q; ait aplus: Animalis hõ nõ ꝑcipit ea q̃ ſunt dei ⌊ſed ea q̃ hoĩm⌋
hoc ẽ humanũ ſenſum & naturalẽ affectũ ſectaris, optando ne patiar. ¶ Ex naturali ergo a-
more, & quadã pia cõpaſſione, Petrus hæc dixit: Nec peccauit mortaliter. Interea cõſtat ex
his, ꝙ ſicut Ieſus blãdus erat in cõmendãdo q̃ bona ſunt, ſic terribilis erat in increpãdo illici-
B ta, q̃d ſcdm cõgruentiã loci, cauſæ ac tpis imitari debet ꝓlatus, & omis Chr̃i vicarius. Veri-
tas eñ neminẽ palpat. Vñ ad Titũ dicit aplus: Dure increpa illos. Non tñ ſemp hoc expedit,
propter q̃d dicit aplus: Seruũ dñi nõ oportet litigare, ſed docibilẽ eẽ ad oẽs, patiẽtẽ, cũ mo-
deſtia corripientẽ. ⌊Tũc Ieſus dixit diſcipulis ſuis⌋ & etiã alijs. Vnde Lucas ait: Dixit aũt ad
« oẽs. Et Marcus: Cõuocata (inq̃t) turba cũ diſcipulis ſuis dixit ad eos. ⌊Si qs vult ꝑoſt me ve
« nire⌋ hoc eſt mea veſtigia ſequi, meis virtutibus cõformari, ad ꝑfectionẽ ꝑtingere, ad patriã
« cœleſtẽ poſt me intrare ⌊abneget ſemetipm̃⌋ .i. propriã voluntatẽ relinquat, deo obediat,
concupiſcẽtias vincat, hoc eſt ſecundũ apoſtolũ, deponere veterẽ hominẽ cũ actibus ſuis, &
« induere nouũ, q̃ ſecundũ deũ creatus eſt in ſanctitate & iuſtitia ⌊& tollat crucẽ ſuã⌋ hoc eſt
tribulationes, aduerſitates, tentationes, æquanimiter atq; viriliter perferat, ſeipſum q̃tidie ꝑ
opera pœnitentiæ mortificet, & omne genus martyrij pro fide & æquitatæ pati paratus ſit,
quemadmodum ſcriptum eſt: Quoniam propter te mortificamur tota die, propter q̃d Pau
lus: Semper (inq̃t) mortificationẽ Ieſu in corpe noſtro circumferẽtes, vt & vita Ieſu manife-
ſtetur in carne noſtra mortali, hoc agit q̃ ſapienter penſat illud apoſtoli: Nõ ſunt condignæ
paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. Et: Omnes qui volunt pie viuere in Chriſto, ꝑ
« ſecutionẽ patientur ⌊& ſequaf me⌋ ꝑſeuerãdo in bonis vſq; in finẽ. Iſtud ad oẽs ꝑtinet. Qm̃
teſte Iohanne: Qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.
Si vero quod dictum eſt: Abneget ſemetipſum, intelligatur ſic, vt propriam voluntatẽ pror
ſus abijciat, obedientiam promittendo, homini ſuperiori propter deum, tũc erit conſilium.
« ⌊Qui enim voluerit⌋ voluntate perfecta & efficaci, quæ procedit in opus dũ poteſt ⌊animã
« ſuã ſaluã facere⌋ hoc eſt à damnatione æterna eripere, atq; ad verã felicitatẽ ꝑducere ⌊ꝑ-
« det eã⌋ .i. in ꝑſenti vita eã vitaliter, ſalubriter q; occidet, priuatũ amorẽ extirpãdo, delectabi
lia hui⁹ vitæ ſpernẽdo, & animã propriã propter Chrm̃ in oĩbus affligẽdo, vel morti corpa
C li eã exponẽdo ꝑpter iuſtitiã, ita vt cum aplo dicere poſſit. Viuo aũt iã nõ ego viuit vero in
me Chrs .i. nil ago ſcdm priuatũ amorẽ, ſed oĩa ſecũdũ charitatẽ diuinã, propter vitã æter-
nã. Porrò ꝙ iſte ſit verus ac proprius intellectus huius ſcripturæ innoteſcit ex eo q̃d ſubdif.
« ⌊Qui aũt ꝑdiderit animã ſuã⌋ hoc mõ eã deſpiciẽdo & affligẽdo, q̃ſi non eẽt ſua ⌊propter
« me⌋ .i. amore mei, & ad hoc vt ꝑmiũ cõſequat à me ⌊inueniet eã⌋ .i. in futuro ſeculo ipſam
ſaluã habebit, ac feliciter poſſidebit, iuxta illud: De cœlo iſta poſſideo, ſed propter deũ nunc
iſta deſpicio, q̃a in futuro ea recipere ſpero, ad hoc ptinet q̃d alibi ait ſaluator: Qui amat ani
mã ſuã in hoc mũdo, in vitã æternã cuſtodit eã. Sic ergo debet homo animã ſuã ſalubritet ꝑ
« dere propter ſuꝑpſius ſalutẽ, cuius ratio aſſignaf. ⌊Quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum
« mũdũ lucref⌋ oĩa tpalia acquirẽdo, delitijs affluendo, alios ſibi ſubijciendo, vel etiã alijs ꝑ-
« dicãdo ac proficiẽdo ⌊animæ vero ſuæ detrimẽtũ⌋ .i. dãnationẽ, caſum ſeu nocumẽtum in
« ſpũalibus ⌊patiatur⌋ ꝑ negligẽtiã propriã, nõ faciẽdo q̃ docuit. Hoc nõ ſolũ nõ proficit, ſed
plurimũ deficit ꝑdendo bonũ ſpũale propter corpale, felicitatẽ æternã, propter rẽ tpalem.
¶ Ordo ergo charitatis reqrit, vt vnuſquiſq; poſt deum primo ac maxime amet ſeipſum in
deo, & proprie ſatagat prouidere ſaluti, ſciẽs qm̃ vnuſquiſq; onus ſuũ portabit, & pro ſeipſo
redditurus eſt rationẽ, veruntamẽ multi ſunt q̃ docẽt & nõ faciũt, q̃ alioꝶ magis quàm pro-
prios obſeruant, ponderant, increpant q; defectus, qui totum mundum volunt ſaluare, & ta-
men palpant ſeipſos, talibus clamat apoſtolus. Qui alium doces, teipſos non doces?

Qui glo-

[Margin notes:] An ſuperior publice a ſubdito arguendus ſit. — Eſaiæ.53. — Deute.25. — Culpæ pœna debetur. — Prælatus ſeue ruo ſit increpã do illicita — Titum.1 — 2.Timo.2 — Lucæ.9 — Marc.8 — Sequi Chrm̃ quid. — Veterẽ depõ nere hoĩem, nouumque induere quid ſit. — Pſal.43. — 2.Cor.4 — Roma.8 — 2.Timo.3. — 1.Iohan.2 — Lucæ.9. — Anima qualiſ ſaluanda. — Galat.2 — 2.Mach.7. — Iohan.12 — Ratio cũ animã hoc in mun do ſalubriter ꝑdere debeam⁹. — Charitatis ordo. — Galat.6. — Matt.23 — Roma.2

Qui gloriaris in lege per præuaricationem legis, deū inhonoras. ⌊Aut quā dabit⌋ Hoc eſt,
dare poterit ⌊homo commutationem⌋.i.redemptionē ſeu precium ⌊pro anima ſua⌋ ſi cō-
tigerit eam damnari? Nullam vtiqꝫ. Ideo nil proficit ſi totū mundū lucref, & eam neglexerit D
Pſalm.48 propter quod ait Pſalmiſta: Non dabit deo placationē ſuā, & ꝓcium redēptiōis animæ ſuæ.
Iob.15 Iob quoqꝫ ait: Non credat impius fruſtra, ꝙ aliquo ꝓcio redimendus ſit. Exteriorū vero rerū
Nulla pro aīa cōmutatio fieri poteſt — damna poteſt homo aliqua cōmutatōe recompenſare ac recuperare. Quòd aūt homo non
poſſit aliquam commutationem dare pro anima ſua, oſtendif ex diſtrictione diuini iudicij.
⌊Filius eñi hominis venturus eſt⌋ in die nouiſſimo ad iudiciū, ⌊in gloria pr̄is ſui⌋.i. in maie
ſtate & poteſtate, quam habet à pr̄e ⌊cum angelis ſuis⌋ qui tunc viſibiliter apparebūt ſcd̄m
Gregorius Gregoriū ⌊& tūc reddet vnicuiqꝫ ſcd̄m opa eius⌋.i. ſcd̄m exigentiā meritorū ſuorū, ꝑ opa-
tionem, actum interiorē & exteriorē intelligendo, videlicet cogitatōes, affectōes, locutiōes
Matth.3 & opationes, imò & operū debitorū omiſſiones, quia & arbor quę nō facit opa bona, excidef
Multi ſine proprijs ſaluantur operibus. — & in ignē mittef, multi tamē ſaluabunf ſine opibus proprijs. ſ. pueri baptizati ante diſcretio-
nis annos defuncti. Loquif ergo ſaluator, de adultis & rōne vtentibus. Hinc ſcriptum eſt in
Iob.34 Iob: Abſit à deo impietas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet.
Sed quoniam dura erant quæ de Chriſti paſſione, eiuſqꝫ imitatione ꝓdicta ſunt, & diſcipuli
Pia addif conſolatio — eis auditis tremefacti ac deſolati fuerunt, idcirco ſubdif conſolatio pia qua ipſis promittif vi
ſio eius in ꝓ̄ſenti ſeculo, quod in futuro viſuri ſunt. ⌊Amen dico vobis, ſunt quidam de hic ſtā
tibus(.i. quidam diſcipulorum meorū) qui nō guſtabūt mortem⌋ hoc eſt morituri non ſunt,
⌊donec videāt filiū hominis venientē in regno ſuo⌋ hoc eſt, aſcendentē ad regnū cœleſte,
Acto.1 quod om̄es Apoſtoli in die aſcenſionis viderūt. Vel, veniētem in regno ſuo.i. in eccleſia mi-
litāte in qua Chriſtus ſpūaliter venit ꝑ gratioſam inhabitationē & piam ſubuētionē, qn̄ poſt E
reſurrectionem numerus credentium quotidie mirabiliter augebaf. Adhuc nāqꝫ viuentibus
Apoſtolis ꝓdicata atqꝫ recepta fuit fides ꝑ om̄es principales partes mūdi. Vel, veniētem in
Matth.17 regno ſuo, hoc eſt, apparētem in tali claritate qualem habebit in regno cœleſti. Talem quip-
In quo corpore diſcipli, poſt reſurrectionem Chrm̄ viderint — pe viderūt Petrus, Iacobus & Iohānes in transfiguratōe. Vel, in regno ſuo, hoc eſt, in corpe
gloriſicato in quo ſemp regnabit. In illo eñi viderūt cum diſcipuli poſt reſurrectionem, ꝗuis
non apparuerit eis in forma glorioſa.

EXPLANATIO CAPITVLI DECIMISEPTIMI,

Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus &c. Arti. XXX.

Capur XVII.

QVI ID QVOD IN fine præcedētis capituli Chriſtus promi
ſit de viſione ſui in regno ſuo exponūr de viſione Chriſti in forma
glorioſa, dicunt quòd in huius capituli exordio oſtendaf Chr̄us il-
lam promiſſionē impleſſe. ⌊Et poſt dies ſex⌋ à promiſſione & ſer-
mocinatiōe in ꝓcedenti capitulo ſactis ⌊aſſumpſit Ieſus Petrum, &
Mar.9 Matth.26. Ambroſius — Iacobū & Iohānem fatrē eius⌋ Tanꝗ familiariores & chariores, q
& reſurrectōe puellæ interfuerūt, & nocte paſſionis à Chr̄o aſſum-
pti atqꝫ ſeorſum ducti fuerūt. ¶Quidā ſentire videnf ꝙ Iacobus qui
transfigurationi interfuit, fuerit Iacobus primus Hieroſolymitanæ
epus. ſ. Iacobus minor filius Alphæi. Sed quia hoc loco apte aſſerif,
ꝙ fuerat Iacobus frater Iohānis, ſimpliciter dicendū, ꝙ fuit Iacobus maior ſilius Zebedæi ab F
Herode occiſus. Quādocūqꝫ aūt doctores catholici aliud aſſerunt cuius contrariū maniſeſte
Sacra ſcriptura, doctoribus catholic. præferenda — habef in ſcriptura canonica, certū eſt, ꝙ dicāt hoc nō recolentes nec attendētes, quēadmodū
ſcriptura ſacra cōtineat. Et ſi eam attendiſſent, nequaꝗ ſic affirmaſſenr. Vnde in talibus non
oportet deliberare, quid reſpondeaf. ¶Quærif, quomodo dicat Matthæus poſt dies ſex,
aſſumpſit Ieſus &c. cum Lucas dicat: Poſt dies fere octo. Reſpōdendū, ꝙ Lucas commemo
Lucæ.9 Concordat Matthęus cū Luca. — rat diem ꝓdictæ promiſſiōis & diem impletōis, Matthæus vero & Marcus dies intermedios
computāt. ⌊& duxit illos in montem exceſum⌋ videlicet in montē Thabor ⌊ſeorſum⌋ ab
alijs diſcipulis ⌊& transfiguratus,⌋ hoc eſt, in ſplendidiorē formā ſeu glorioſiorē figurā ac
Marci.9 qualitatē mutatus eſt ⌊ante eos⌋ videlicet in cōſpectu eorū quibus oſtēdere voluit gloriam,
Quā gloriā in Chri trāsfiguratiōe viderint Apoſtoli — quā ipſe poſt reſurrectionem fuerat habiturus, & quam dabit in reſurrectione futura ſuis ele-
ctis. Ideo tres aſſumpſit vt in ore triū teſtiū ſtaret huius transfiguratōis teſtimoniū, & propter
ſanctæ Trinitatis myſteriū deſignandū, & propter ternarij numeri ꝑfectionem. Om̄ia nāqꝫ
Deuter.17 ſup tria ponimus ſcd̄m philoſophum. In hac transfiguratōe Chriſti, nec ſubſtātia ſuæ huma-
tatis, nec ꝗntitas ſui corpis eſt mutata. Sed qualitas dignior ſeu claritas admirāda ſupinducta
eſt corpori. ⌊Et reſplenduit facies eius ſicut ſol.⌋ Si illa claritas tāta fuit, quāta poſt reſurre-
ctionem erit, dubiū nullū eſt, quin facies eius incōparabiliter clarior fuerit ſole, pręſertim cū
Matth.13 de cæteris ſcriptum ſit; Quia fulgebunt ſicut ſol in regno pr̄is ſui. ¶Deniqꝫ ſcd̄m commune
dictum

A dictū ſanctoꝝ in reſurrectione futura dotes corpoꝝ glorificatoꝝ, erunt ex redundantia beatitudinis animaꝝ in corpora, quod intelligendū videt̃ per modū cauſæ meritoriæ, nō effectiue ex parte animaꝝ. Anima aūt Chriſti in primo inſtāti ſuæ creatiōis ac vnionis cū vero erat vere ac fruitiue beata. Idcirco niſi ex diuīæ diſpēſatiōis moderamine retracta atq; dilata fuiſſet redundātia beatitudinis aīæ eius in ſacratiſſimū corpus ipſius, oēs quatuor dotes corporis glorioſi fuiſſent in corpore Chr̃i à primo ſuæ formationis inſtāti, ſed fuit diſpoſitiue dilata. Aliquādo tñ fuit ꝑmiſſa. ſ. in transfiguratione. ¶ Porrò ſecundū Hugonē, Chriſtus ante paſſionē ſucceſſiue ſeu diuerſis tꝑibus aſſumpſit quatuor corporis dotes, videlicet, Subtilitatē in natiuitate egrediēdo de clauſo dulciſſimæ virginis vtero, Agilitatē ambulādo ſuper aquaꝝ fluenta, Claritatē in transfiguratiōe, Impaſſibilitatē in cōſecratione ſeu porrectione corporis ſui in cœna. Alij tñ cōmuniter tenēt oppoſitū, maxime quantū ad dotē impaſſibilitatis tꝑe cœnæ. Tale em̃ corpus dedit apoſtolis, quale tūc habuit. Et cū de ratione dotis ſit, vt habeat̃ & inſit ꝑ modū qualitatis fixę ac ꝑmanētis, nō tranſeuntis, propterea claritas iſta licet ſcd̃m eſſentiā fuerit eiuſdē rōnis cū claritate q̃ ponit̃ dos, tñ nō habuit ibi modū, rationē'q; dotis, q̄a nō inerat ꝑmanenter. « Veſtimēta aūt eius facta ſunt alba ſicut nix, » De modo huius albefactionis dubitatio eſt. Auguſtinus em̃ videt̃ aſſerere, ꝙ claritas ſeu albedo apparens in veſtibus, nō erat ſubiectiue in eis, ſed ex illuſtratione aeris, cādidæ apparebāt ac albæ, quēadmodū ea pars cœli cui ſol extat vicinior. Verūtamen ſatis probabile eſt, ꝙ ad declarandā futurā glorificationē corpoꝝ electoꝝ in ſe & in māſionibus ſuis, etiā veſtimēta Chr̃i fuerūt

B veraciter īmutata & clarificata, q̊d & ſcripturis magis cōſonare cenſet̃. Scribit̃ nāq; in Marco ſic: Veſtimēta eius facta ſunt ſplendētia & candida nimis velut nix, qualia fullo ſuꝑ terrā nō poteſt candida facere. Et Lucas: Veſtitus (inquit) eius factus eſt albus refulgens. Hoc q̊q; ſentit Hieronymus, ſi verba eius bene penſent̃. Ait em̃, ꝙ in transfiguratione nō eſt ſubſtātia mutata, ſed ſplendor vultui redditus, quod probat eò ꝙ ſubſtātia veſtiū nō ſit mutata, quæ tñ ſplendidæ factæ fuerūt. Claꝝ eſt autem ꝙ argumentatio iſta nulla eſſet, niſi & veſtes vere clarificatæ fuiſſent, hoc quoq; ſciendū, ꝙ licet Lucas dicat, Quòd ſpēs vultus Chriſti facta ſit altera, nō tamen ſic intelligendū eſt, quaſi ſola facies ſit clarificata, ſed tota caro, quemadmodū in reſurrectione futuꝝ eſt. « Et ecce, » res valde notabilis, nā « apparuerunt eis, » videlicet Petro, Iacobo & Iohāni, « Moſes & Helias. » Hi præ cæteris cū Chr̃o affuerūt. Primo, vt ꝑ Moſen vere defunctū & Heliā nondū mortuū oſtenderet̃ Chr̃s iudex ac dñs viuorū & mortuoꝝ. Secūdo, propter ſpecialē cōformitatē eoꝝ cū Chr̃o: nam ſicut Moſes veteris, ſic Chr̃s nouæ legis extat collator, & Helias, ſecūdū eius ꝓcurret aduētū. Tertio, ad deſignādum Chr̃i ꝑfectionē, ꝑ Moſen nēpe qui māſuetus erat pre oībus hoībus habitātibus ſuꝑ terrā. Et Heliā rigoroſiſſimū, q̄ ſurrexit velut ignis & maximus diuini honoris ac legis extitit æmulator, ſignificat̃, ꝙ Chr̃s ſimul mitiſſimus atq; iuſtiſſimus fuit, & in tm̃ zelatus eſt pro patris honore, vt trāſgreſſores cōſtantiſſime increparet, & propter patrē glorificandū pro hoīm ſalute vitā ſuā exponeret morti. Quarto, propter īminentiā dignitatis ac miraculoꝝ & ſanctitatis Moſi & Heliæ. Quinto, vt oſtendat̃ Chr̃s nō eſſe legis ſolutor, ſed impletor, & prophetarū verificator, cuius oppoſitū impoſuerūt ei Iudæi. Inſuꝑ Moſes & Helias vere & ꝑſonaliter aderāt, nō ſecundū ſimilitudinē quandā, vel angeli in forma eoꝝ, vt aliqui dicunt. De Moſe em̃ aliqui dicūt, ꝙ ſurrexit ad horā apparēs in proprio corpore, q̊d videt̃ eſſe de mente Hie-

C ronymi, qui ait, ꝙ Moſes reſurrexit ab inferis. Alij probabilr̃ dicunt, ꝙ apparuit in corpore aſſumpto & ſibi adoptato, eo modo quo angeli. De Helia vero certū eſt, ꝙ diuina virtute, forſan angelico miniſterio adductus ſit de paradiſo terreſtri, ſicut ſubſiſtit in aīa & corpore, tamen vterq; eoꝝ apparuit tūc in magna claritate, & ampliori q̃ Helias ante vel poſtea habuit. « Vnde Lucas ait, ꝙ apparuerūt cū Chr̃o in maieſtate, « cū eo loquētes, » ſermocinatiōis illius materiā exprimit Lucas. Et dicebāt exceſſum quē cōpleturus erat in Hieruſalē. i. de Chr̃i paſſione loquebant̃, cū Chr̃o gr̃as referendo, & pro mūdi ſalute orando, de Iudæoꝝ quoque ꝑuerſitate dolendo ac admirādo. ¶ Dicit̃ autē paſſio Chr̃i exceſſus propter eius exceſſiuū dolorē, & quia ex amore exceſſiuo ad nos pati dignatus eſt, vel propter exceſſiuā impietatē Iudæoꝝ in eū. « Reſpondēs aūt Petrus, » qui verba Moſi & Heliæ audiuit de Chr̃i paſſione, vt aliqui dicūt, tamen Lucas habet, ꝙ Petrus & qui cū eo erāt ſomno erāt grauati, & anteq̃ Lucas deſcribit euigilationē eoꝝ, recitat de colloquutione Chr̃i, Moſi atq; Heliæ, Vnde certū non habes an colloquentiū verba audierit, qui tamen poſtea eum cognouiſſe ex reuelatione certiſſimū eſt, « dixit ad Ieſum: Dñe bonū, » id eſt delectabile & honeſtum « eſt, nōs » ſex, videlicet te, Moſen, Heliā, & nos tuos diſcipulos, « hic eſſe, » videlicet in monte, vt videamus te in tāta maieſtate & gloria, Moſen q̊q; & Heliam excellētiſſimos viros in tāto decore. « Si vis, » Reuerēter & ſobrie loquit̃ Petrus, quātū ad hoc q̊d defert dño ſuo, nō abſolute, ſed condicionalr̃ loquēs, quia inferior ſuā ſemꝑ debet voluntatē ſubijcere beneplacito dñi ſui in licitis & honeſtis. Vnde & Chr̃s in paſſione orauit: Pater ſi vis (inquiens) transfer calicē iſtum à

Glorificatorum corporū dotes vnde erunt.

Hugo

Quatuor dotes corporis

Iohan. 6

Mat. 29

Quid ſit de ratione dotis.

Auguſti.

An albedo ſubiectiue in veſtimentis Chriſti fuerit

Marc. 9

Luc. 9

Hieronymus.

Luc. 9

Cur Moſes ſimul atq; Helias cū Chr̃o apparuerunt

Act. 10

Nume. 12

3. Reg. 19

Matt. 5

Hieronymus.

Luc.

Paſſio Chriſti cur exceſſus dicatur.

Luc. 9

Mat. 26

L me,

Leuit. 23 me,⌊faciamus hic tria tabernacula,⌋ id eſt habitacula in quibus ſtabiliter pſeueremus, forte D
talia tabernucula voluit facere, qualia habebant in veteri teſtamēto, videlicet de frondibus,
atq; tentorijs, quæ facile fiunt,⌊tibi vnū, Moſi vnū, & Heliæ vnū.⌋ Quare nō dixit, facia-
Marc. 9 mus hic ſex tabernacula? Forte ideo, quia putauit in illis tribus tabernaculis ſe & duos condi-
Luc. 9 ſcipulos ſuos recipi poſſe ac cōmorari, ſic tn̄, vt ipſe eſſet in tabernaculo ſui magiſtri chariſſi-
mi. Secundū Lucā & Marcū, Petrus hæc dixit, neſciēs quid diceret, quia præ exceſſiua dile-
ctione, dulcedine & deuotione in Chriſtū loquebat quaſi in extaſi, & ſine cōſideratione cōſi-
Marc. 9 derandorū. Nihilominus ſecundū Marcū cauſa huius neſciētiæ fuit nimius timor ex inſolito
viſu. Timor aūt immoderatus impedit valde vſum rōnis & linguæ, iuxta illud Iob: Auferat
Iob. 9 dn̄s à me virgā ſuā, & pauor eius nō me terreat. Neq; eīm poſſum metuēs reſpondere. Nihilo
minus ordinata triſtitia, vel nō multū exceſſiua, cōfert ad veritatis cōtemplationē, inquātum
Eſaiæ 26 diſſolutionē, vanitatē, & incōſideratā libertatē aufert, propter qd Eſaias inquit: Dn̄e in an-
guſtia requiſierūt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. ¶ Secundū Hieronymū, Pe-
Hieronymus. trus hæc dicēs errauit. Primo eīm erraſſe videt, q in cōtemplatiōe humanitatis Chriſti volu-
it cōtentari ſiue quieſcere, cū tamen beatitudo in diuinitatis ſuæ contēplatione eſſentialr ſita
ſit, quā tūc Petrus nō vidit. Secūdo, q in terra & nō potius in cœlū locū māſionis quęſiuit, cū
Hebr. 13 tn̄ dicat Apl's: Nō habemus hic manentē ciuitatē, ſed futurā inquirimus. Tertio, q aliorū
diſcipulorū obliuiſci videbat, & de pſentiū cōtentari ſalute. Sed vtiq; ſi Petrus voluit ibi ad tē
pus cū Chr̄o ſic trāſfigurato cōmorari, nō penitus erraſſe dicēdus ē. ⌊Adhuc eo (vc; Petro)
loquēte (verba pdicta) ecce nubes lucida⌋ .i. pulchra & clara, nō ex groſſis vaporib' cauſata,
Acto. 1 ſed talis qlis recepit Ieſum in hora aſcēſionis ab oculis diſcipulorū, vt in Actis legit, ⌊obūbra
uit⌋ .i. tēperāter operuit ⌊eos.⌋ Difficile forte apparet ad qs referēdū ſit hoc. Immediate ei E
Luc. 9 de Chr̄o, Moſe & Helia facta ē mētio, ſic q; videt obūbratio iſta referēda ad eos, Veruntn̄ ſi
ea q Lucas ſcribit diligēter pēſemus, inuenimus Moſen & Heliā an̄ nubis apparitionē receſ-
ſiſſe, nā ibi habet, q cū Moſes & Helias diſcederēt, Petrus dixit: Bonū eſt nos hic eſſe. Nubes
Nubes quos obumbrauerit ergo obūbrauit eos .i. Petrū, Iacobū & Iohānē, ne oculi eorū claritate corpis Chr̄i oīno re-
percuterent & obtūderent. ⌊Et ecce vox (pr̄is) de nube (ſonuit) dicēs: Hic ē filius meus dilectus
Matt. 3 in q mihi bn̄ cōplacui.⌋ Hoc ipm ſupra ſcriptū ac diligēter expoſitū eſt, ⌊ipm audite,⌋ auri-
bus cordis & corpis, qm̄ ipſe eſt veritas infallibilis, ſapiētia increata, mgr̄ pfectus, doctor ſal-
Iohan. 5 uificus, q ait: Qui audit verba mea, & credit ei q miſit me, habet vitā æternā. Hunc magiſtrū
Deut. 18 eſſe audiendū, pnuntiauit Moſes in Deut. Prophetā (inquiens) ſuſcitabit vobis dn̄s, tanq me-
ipm audietis, & erit oīs qui nō audierit verba prophetæ illius exterminabit de populo ſuo.
Matt. 3 Deniq; ſimilis apparitio & teſtificatio factæ ſunt ī Chr̄i baptiſmo ac trāſfiguratiōe, vtrobiq;
nāq; oſtēſa eſt. Trinitas ſupbenedicta, videlicet pr̄ in voce, q angelico miniſterio credit for
mata, Filius in hūanitate, Spūs ſanctus ibi in ſpecie colūbæ, hic aūt in nube, Quē admodū eīm
ſpūs ſanctus p colūbā deſignat propter ſimplicitatē & innocētiā, cæteraſq; bonas proprieta
tes colūbæ: ſic figurat p nubē, qa vt nubes refrigerat & defendit à ſolis calore, ſic ſpūs ſctūs ab
Eſaiæ 4 igne cōcupiſcētiæ & omniū tētationū feruore, propter qd in Eſaia p nubē exprimit gr̄a ſpūs
ſancti, cū dr̄: Creauit dn̄s ſup omnē locū montis Sion & vbi inuocatus eſt nubē p diē. Cū er-
go Chr̄s ſit nobis cauſa gr̄æ in pſenti, & gloriæ in futuro, idcirco in eius baptiſmo & trāſfigu
ratione apparuit trinitas, & pr̄ de filio teſtimoniū protulit, qa baptiſmus Chr̄i fuit figura &
Chriſti baptiſmus figura noſtræ regeneratiōis cauſa nr̄æ regeneratiōis, qua in pſenti renaſcimur, grām acquirēdo, eius trāſfiguratio figura F
fuit nr̄æ glorificatiōis in futuro. Vnde p nubē lucidā hic apparentē intelligi pt claritas viſio-
Apoca. 7 nis diuinæ, qua electi ab omni aduerſitate tutant, iuxta illud Apocalypſis & Eſaiæ: Nō eſuri-
Eſaiæ 49 ent neq; ſitiēt amplius, & nō pcutiet eos æſtus & ſol. ⌊Et audiētes diſcipuli,⌋ vocē qua deus
maieſtatis de nube intonuit, ⌊ceciderūt in faciē ſuā,⌋ more prophetarū qui frequēter corru-
iſſe legunt auditis ſermonibus reuelationis diuinæ, ⌊& timuerūt valde,⌋ qa hoc naturale eſt
vt homo propter ſuæ naturæ fragilitatē terreat auditis diuinæ maieſtatis ſermonibus. Hinc
Exodi. 20 in Exodo filij Iſrael dicūt ad Moſen: Loquere tu nobis, & audiemus, nō loquat nobis dn̄s, ne
Deut. 5 forte moreamur. Et in Deute. habet: Quid eſt oīs caro vt audiat vocē dn̄i dei viuētis? ⌊Et ac
ceſſit Ieſus & tetigit eos,⌋ Moſe & Helia iā ad loca ſua vnde adducti erāt reuerſis, ⌊dixitq;
eis: Surgite,⌋ nō ſolū à terra, ſed & à priſtina impfectione, ⌊& nolite timere,⌋ inordinato
pauore propter vocē cœleſtē, ſed potius de veſtræ fidei certificatiōe, & mea dignitate vobis
Ezech. 2 iā reuelata, gaudete ſicut Daniel & Ezechiel tactu angelico ſe leuatos & cōfortatos fuiſſe te-
Danie. 2 ſtant. ⌊Leuātes aūt oculos ſuos (apl'i) neminē viderūt, niſi Ieſum ſolū.⌋ Abierūt etenī Mo-
ſes & Helias an̄ pdicta, ne vel ab eis vel ad aliquē eorū crederet vox facta de nube. ⌊Et deſcen
Chr̄s cur prohibuerit manifeſtari ſuā trāſfigurationē. dētibus illis de mōte, pcepit eis Ieſus, dicēs: Nemini dixeritis viſionē⌋ .i. id qd iā in mōte vi-
diſtis, ⌊donec filius hoīs à mortuis reſurgat.⌋ Hoc Chr̄s pcepit. Primo, vt doceat nos occul
tare propriā excellentiā, quouſq; in pſenti viuimus ſeculo. Secūdo, ne res illa propter ſuā ma
gnitudinē putaret icredibilis. Tertio, ne tpe paſſiōis grauiter ſcādalizent, q an̄ ædificari pote
rant

A rant ex tráſfiguratiōis reuelatiōe. Et interrogauerūt eū diſcipuli, dicētes: Quid ergo dicunt
" ſcribę, ꝙ Heliā optet primū venire? Si tráſfiguratio iſta glorificatio tua ē, quō dicūt doctores Iudæoꝝ, ꝙ Helias venturus ē primū. i. anteq̄ appareas in gloria? Nouerāt ſcribæ ex teſtimonio Malachię, ꝙ Helias pcedet ſecūdū Chri aduētū, ſeu diē iudicij, in q̄ Chrs glorioſus oībus mōſtrabit. Qm̄ ergo pdicti tres apli tráſfiguratione Chri quā viderāt, putabāt eē gloriā in q̄ ad iudicandū venturus eſt, ita ꝙ tráſfiguratio illa eēt indiciū cōſummatiōis mūdi atq; extremi iudicij, de ꝓximo iminētis, ideo ſciſcitabant Chriſtū qualr intelligēda eſſet ſcribarū aſſertio de aduētu Heliæ añ diē iudicij. Viderant qppe Heliā, ſed mirabant ꝙ tā ſubito abijt, quē ſcribæ teſtant manifeſte ventu͞ꝝ & pdicatu͞ꝝ Iudæis. Interrogatio igit aploꝝ ex quodā errore procedit, qa putabāt inſtare diē iudicij, fineq; ſeculi. Chrs tñ clemēter inſtruit eos, ſicut
" ſubiūgit. At ille rñdens, ait illis, videlicet Petro, Iacobo & Iohāni, Helias qdem venturus
" eſt, quēadmodū ſcribæ affirmāt, qa ſcdm meū pcurret aduētū, ſed Iohānes primū, & re
" ſtituet oīa. i. totū genus Iudæoꝝ reducet ad deū, cōuertēdo eos ad Chriſtū. Aperiet nanq; Antichri mēdacia, q̄ facto Iudęi fidē recipiēt. Vnde in Malachia legit: Cōuertet cor patrum ad filios, & cor filioꝝ ad pres. Sic ergo ait ſaluator: Helias reſtituet oīa, quō alibi de ſe profitet: Si exaltatus fuero, oīa traham ad meipm. Helias aūt miniſter erit reſtitutiōis illius, nō actor
" principalis, ſed inſtrumētalis. Dico aūt vobis, qa Helias iā venit, nō pſonalr, ſed æquiua-
" lēter, videlicet alius in virtute & ſpū eius, & nō cognouerūt eū Iudęi increduli. ſ. ſcribæ, ſacerdotes ac phariſæi dicētes de Iohāne, qa dæmoniū habet. Et quis Herodes & alij quidā magni aliqualr Iohannē nouerūt, (Sciebat eñ Herodes, ꝙ eſſet vir iuſtus & ſanctus,) dicuntur tñ eū nō cognouiſſe. Primo, qm̄ neſcierūt quōd eſſet Chri pcurſor. Secūdo, qm̄ documēta &
" opa eius finaliter reprobauerūt, ſed fecerūt in eū quæcūq; voluerūt. i. multipliciter pſecuti ſunt ipm, Nā & Herodes de cōſenſu & forſan cōſilio ſcribaꝝ, phariſæoꝝ ac ſacerdotū, Io-
" hannē incarcerauit & decollauit. Sic & filius hoīs paſſurus eſt ab eis, ſupplicio crucis, quia in paſſiōe idē Herodes ſpreuit Chriſtū, albaq; veſte illuſum reddidit volūtati Pilati, q tādē pcurātibus Iudæis crucifixit Chriſtū. Deniq; Chrs loquit de diuerſis iniuſtis gñaliter, quaſi de eiſdē, ſcdm ꝙ vna ponit gñatio omniū reproboꝝ, cui ait ſaluator: Veniēt hæc oīa. ſ. oīs ſan-
" guis innocēter effuſus, ſup gñationē iſtā. Tūc itellexerūt diſcipuli (tres pdicti) qa de Iohāne
" Baptiſta dixiſſet eis. illa q̄ de pterito Heliæ aduētu narrauit, p Heliā intelligendo ac deſignādo Iohannē, propter proprietatū ſimilitudinē, nō propter pſonæ vnitatē, Nam & Iohānes à Iudæis interrogatus, Helias es tu, reſpondit, Non.

Malach. 4

Malach. 4 Iohan. 12

Iohan. 1.

Non Iudæi nō cognouerūt Iohannem

Matt. 4

Lucæ. 23

Mat. 23

¶ Explanatio reſiduæ partis huius capituli. Arti. XXXI.

" ET cum veniſſet Ieſus ad turbas. i. die ſequēti à transfiguratione pdicta, acceſſit ad
" eū hō genibus prouolutus. i. genua flectēs, ante eū, dicēs: Domine miſerere filio
" meo, liberando eū à ſua miſeria, quia lunaticus eſt. i. ſecundū lunationes ſeu tpe
" nouiluniorꝝ furit tanq̄ arrepticius, & male patit. i. dire vexat à dæmone. Cur au-
" tem aliquis nuncupet lunaticus, plenius dictū eſt ſupra. Nam ſæpe cadit in ignē & crebro in
" aquā. i. à diabolo ipm apprehendēte in ignē & aquā proijcit vt occidat. Vnde Marcus cla-
" rius dicit: Vbicūq; apprehenderit eū ſpūs, allidit eū & ſpumat & ſtridet dentibus & areſcit.
" Et obtuli eum diſcipulis tuis, nō tamen Petro, Iacobo & Iohāni, ſed eis qui transfigurati-
" ni non interfuerunt, & non potuerunt curare eum, à pdictis incommodis & à dæmonio,
" huius impotentiæ cauſa fuit, tam incredulitas patris q̄ diſcipuloꝝ, ſicut dicet. Reſpondens
" autem Ieſus, ait: O generatio incredula & peruerſa. i. infideles & iniqui, hoc dicit ad patrē
C lunatici & ad ſimiles ei, quouſq; ero vobiſcum? inter vos corporaliter conuerſando, vſ-
" quequo patiar vos? i. incredulitatem, peruerſitatēq; veſtrā, quaſi dicat, non diu. Vel hoc dicit, ſignificās ſe deſiderare reuerti ad patrē, & vt malos digne redarguat, ac ſuæ iuſtitiæ zelum oſtendat, ſeq; de hominū prauitate monſtret dolere. Non autē dicit hæc, quaſi impatiēs & tædio victus, vel quaſi ante tēpus diuinitus pordinatū mori deſiderās, ſed potius loquitur affectu ac more prudentiſſimi medici, qui cōtrariantibus ſuæ artis remedijs dutius loquitur.
" Afferte huc illū, lunaticum ad me, vt curatio & modus ſuæ curationis omnibus inno-
" teſcat, ideo fecit eū Chriſtus adduci ad ſe, quē vtiq; poterat curare abſentē. Et increpauit
" illū Ieſus, vel puerum eo quod aliquid forte cōmiſit, propter quod diabolus in eū poteſtatem accepit, vel (quod verius eſt) dæmonē. Vnde Marcus ait: Cōminatus eſt ſpiritui immūdo, & Lucas: Increpauit (inquit) ſpm immundū, & exijt ab eo dæmoniū, quod ſecundū Mat
" cū erat ſurdū & mutū, qm̄ fecit pueꝝ ſurdū & ad loquendū impotentē, & curatus eſt puer
" à dæmonio à ſurditate & mutitate, ex illa hora, qua Ieſus dæmoni iuſſit exire à puero.
familiaris, ꝑdilectuſq; filius, cui Petrus innuit, & dixit: Quis eſt de quo dicit? Dixitq; Iohãnes
ad Ieſum ſecretè: Dñe qs eſt? Et Ieſus: Ille (inqt) eſt, cui intinctũ panẽ porrexero. Et cũ intin-
xiſſet, porrexit Iudæ buccellã. Verũtñ Chro ſic diſponẽte Iohãnes nõ indicauit Petro hoc ſi
B gnũ, qm̃ ex feruore dilectõis in Ieſum, mox inuaſiſſet ꝓditorẽ, nec decuit talẽ turbationẽ fie
ri in cœna magiſtri pacifici. ⌊Filius qdem hoĩs vadit (ad mortẽ) ſicut ſcriptũ eſt de eo⌋ in li-
bris ꝓphetaꝝ, videlicet in Pſalmo, vbi ꝑnũtiat à diſcipulo ſuo tradẽdus. Et em̃ homo pacis Pſal 40
meæ in q̃ ſperaui, q edebat panes meos, magnificauit ſup me ſupplantationẽ. Et iteꝝ: Aeſti- Pſalm. 87
matus ſum cũ deſcẽdẽtibus in lacũ, factus ſum ſicut hõ ſine adiutorio ĩter mortuos liber. Eſai Eſa. 53
as quoq;: Sicut ouis (inqt) ad occiſionẽ ducet. Et: Oblatus eſt qa voluit. Itẽq; Hieremias: Ego Hiere. 11
(ait) quaſi agnuus mãſuetus, q portat ad victimã. ⌊Væ aũt⌋ .i. æterna dãnatio debet & immi
net ⌊homini illi, ꝑ quẽ (.i. à quo) filius hoĩs tradet. Bonũ erat illi⌋ .i. appetendũ & minus ma
lum eſſet proditori, ⌊ſi natus nõ fuiſſet hõ ille⌋ .i. ſi nunq̃ proceſſiſſet à nõ eſſe ad eſſe. Melius
qppe fuiſſet nunq̃ fuiſſe, q̃ tã ſæua flagitia ꝑpetrare, grã q; & gloria in æternũ priuari, ſed & ap
petibilius eſt homini abſolute nõ eſſe, q̃ eſſe damnatũ, propter æternã, pœnaliſſimamq; miſe
riã. Et licet eſſe damnatũ nõ ſit peius q̃ nõ eſſe, ratione pœnæ quæ nõ aufert totũ eſſe creatũ,
eſt tñ peius ratione culpæ atq; æternæ auerſionis annexæ & eſt oĩbus modis inappetibilibus
eſſe dãnatũ, q̃ nõ eſſe ex parte dãnati, licet nõ ex parte rei. Nec dubiũ qn miſeri in inferno vel
lent ſe nõ eſſe. ⌊Reſpõdit aũt Iudas q tradidit eũ, dicẽs: Nunqd ego ſum Rabbi?⌋ Ideo ſciſci
tat, ne ſi ipſe taceret alijs interrogãtibus, faceret ſe ſuſpectũ quaſi ꝑ cæteris pauẽs, & male con-
ſcius ſibi. Et vt cæteris innocẽtiorẽ & ſecuriorẽ ſe mõſtret nõ dñm ſed magiſtrũ noĩat Ieſum
tanq̃ blandiẽtis affectũ, ac charitatiuã & docilẽ ſubiectionẽ oſtendẽs. Solẽt qppe ſimulatores
& callidi ſic loqui, & ſingularibus noĩbus vti, ne quid mali æſtimet de eis ⌊Ait illi: Tu dixiſti⌋
hoc eſt, veritatem expreſſiſti, quãuis nõ expreſſeris eam ſub forma propoſitõis & affirmatõis.
Dicendo em̃: Nũquid ego ſum? dixit: Ego ſum, quod verum erat. Vnde ſigno interrogatõis
omiſſo veritatem expreſſit. Non ſolum hac reſponſiõe, ſed etiam illa qua dixit ſuperius: Qui
intingit mecum in parapſide me tradet, dedit Chriſtus Iudæ intelligere, ꝙ eſſet proditor, &
C quod ipſe Chrus hoc ſciret, vt em̃ ait Hieronymus: Cum Chrus dixiſſet: Vnus veſtrũ me tra- Hieronymus.
det, cæteri diſcipuli ꝑ triſtitia ceſſauerũt comedere, Iudas vero temeritate & impudẽtia, qua
proditurus fuit regnũ, adhuc cum eo manum poſuit in catino, ſicq; quod dixit: Qui intingit
mecum &c. pro tunc de ſolo Iuda intelligi potuit, quãuis diſcipuli hoc nõ notauerũt. Omipo
tens etenim Chriſtus ſic ꝑ verba ſua notauit, monuitq; Iudam, quod latuit alios ¶ Et in iſtis
penſandũ eſt q̃ modeſte, ordinate, & pie, q̃ demũ terribiliter Chrus admonuit Iudã. Primo
em̃ dicebat: Vnus veſtrũ me tradet. Scd̃o, q intingit mecũ & pœnã adiecit: Væ hoĩ illi, &c.
⌊Cœnãtibus aũt illis, accepit Ieſus panẽ (azymũ & triticeũ) & benedixit⌋ .i. ꝑ verba cõſecra
tionis in corpus ſuũ mutauit & trãſſubſtãtiauit, ⌊ac fregit,⌋ nõ panẽ, quia iam fuit conuerſus
in corpus nec corpus ſuum quod fuit ſub ſpecie panis, modo nõ quãtitatiuo, ſed fregit dimen
ſiones panis conuerſi ſub quibus continebat corpus ſaluatoris. Conſecrauit em̃ integrũ panẽ
vel magnã eius partẽ ⌊deditq;⌋ cuilibet Aploꝝ particulam imo totũ euchariſtiæ ſacramẽtũ Iudam Chrs euchariſtia cõmunicat.
quẽadmodũ ſubdit: Deditq; ⌊diſcipulis ſuis⌋ etiã Iudæ, qm̃ noluit occultũ prodere pctõrẽ.
Hilarius tñ dicit oppoſitũ, ſed credendũ eſt principi theologoꝝ ſacratiſſimo Dionyſio, q ait: Hilarius
quod Chrus dedit proditori corporis ſui ſacramẽtum. Veruntñ nõ dedit ei corpus ſuum ſub
buccella, de q̃ apud Iohãnẽ legit, ſed ſub ſpecie panis nõ intincti. ⌊Et ait: Accipite (q̇d porri- Iohan. 13.
go) & comedite⌋ deuote nõ ſicut alios cibos ⌊Hoc⌋ quod ſub ſpecie panis poſt cõſecrationẽ
cõtinet, ⌊eſt corpus meũ⌋ verum nõ figuratiuũ duntaxat. ¶ Porro hæc verba, hoc eſt cor-
pus

pus meum protulit Chriſtus anteq̃ frãgeret vel porrigeret panem cœleſtem diſcipulis. Hæc D
eñ verba proferendo conſecrauit, quæ (vt aliqui dicunt) repetunt dando ſacramentum Apo
ſtolis. De hac autem inſtitutione ſacramenti, & de his quę concernunt præſentem materiam
infinita dici poſſent, quæ cum alibi copioſiſſime habeant, hic inſerenda non ſunt. ⌊Et accipi-
ens calicem⌋ plenum vino vt putat lymphato, quia in terra ſancta ſunt fortia vina quæ ſolẽt
lymphari, p̃ſertim à ſobriis viris ⌊grãs egit (deo pr̃i) & dedit illis⌋ nõ vinũ ſed ſanguinẽ, quẽ
p verba ſeq̃ntia cõſecrauit, mutãdo vinũ ĩ ſanguinẽ ⌊dicẽs: Bibite ex hoc (calice) oẽs⌋ ſangui-
nẽ meũ. Sequunt verba cõſecratõis: ⌊Hic calix (cõtentũ in calice) eſt ſanguis meus noui teſta
menti⌋ .i. p cuius effuſionẽ & aſperſionem confirmatum eſt nouum teſtamentum, ſeu euan
Hebr. 9 gelica promiſſio & doctrina. Teſtamentum nanq; in mortuis confirmat ſcd̃m Apoſtolum.
1. Pet. 1 ⌊qui pro multis (.i. p ſalute electoꝝ reparãda) effundet,⌋ pro oĩbus eñ paſſus eſt Chriſtus,
& fuſus eſt ſanguis eius, quãtum ad ſufficiẽtiam ptinet ex parte ſaluatoris, cuius paſſio idonea
eſt oẽs ſaluare, niſi obicem ponant. Pro ſolis vero electis effuſus eſt ſanguis Chriſti quan
tum ad efficientiam ſeu beatitudinis conſecutionem, ideo non ait pro oĩbus, ſed pro mul-
tis ⌊in remiſſionem peccatoꝝ⌋ omnium, originalis videlicet, actualis, ſeu pſonalis, tam ve-
nialis q̃ mortalis. Ad hanc quippe remiſſionem faciendam, digna & efficax eſt effuſio ſangui
nis Chriſti, ſed oportet vt virtus ſeu meritum dñicæ paſſionis hominibus applicet per fidem
vel ſacramẽta eccleſiæ. ⌊Dico aũt vobis: Non bibam amodò⌋ hoc eſt, vltra poſt hanc ho-
rã, ⌊de hoc genimine vitis (.i. de vino quod generatur in vinea) vſq; in diem illum⌋ hoc eſt,
poſt reſurrectionem ⌊cum illud⌋ genimen vitis ſeu vinum nõ idẽm numero, ſed ſpecie vo-
biſcum ⌊bibam nouum⌋ .i. nouo atq; inſolito modo, vel recens ad literã. Vnde in die Pen-
Acto. 2 tecoſtes dixerunt Iudæi Apoſtolos muſto repletos ⌊in regno patris mei⌋ .i. in eccleſia mili-
Pſal. 21 tante, ſeu inter vos & in medio veſtri, de quibus loquor in Pſalmo: Narrabo nomẽ tuum fra
Johan. 21 tribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te. ¶ Porrò quòd Chriſtus poſt reſurrectionem cum E
Acto. 10 diſcipulis manducauit, Euãgeliſtæ copioſe teſtant, quòd vero cum eis tũc bibit, oſtendit Pe-
trus in actis Apoſtoloꝝ: Deus (inquit) dedit eum manifeſtum fieri nõ oĩ populo, ſed teſti-
bus præordinatis à deo nobis qui mãducauimus & bibimus cũ illo, poſtq̃ reſurrexit à mor-
tuis. Nec dubium quin diſcipuli dederũt ei bibere vinum. Conueniẽter aũt in cœna nouiſſi-
ma inſtituit Chriſtus Euchariſtiæ ſacramẽtum poſt agni paſchalis, figuralis, ſeu typici come
ſtionem, quia hoc ſacramẽtum omnium legalium ſacrificioꝝ finis, veritas, & conſummatio
eſt. Legalia vero vſq; ad Chriſti paſſionem ſeu veri ac ſummi ſacrificij oblationem durare
debuerant. Præterea ſacramentum iſtud inſtituit Chriſtus. Primo, ob ſuæ paſſionis perpetu
am recordationem. Secũdo, ob ſuæ eximiæ charitatis indicium. Tertio, propter eccleſiæ cõ
ſolationem, vt dñm ſuum haberet ſub ſacramẽto, quẽ modo nõ habet viſibili modo. Quar-
to, propter noſtrã ſubuẽtionem vt purgemur virtute huius ſacramẽti à vitijs, gr̃a impigue
mur, in via cõfortemur, ad gloriam pducamur. Quicquid eñ cibus corporalis facit in carne
mãducãtis, hoc efficit cibus iſte ſpiritualis in anima cõicantis. Inſup credit Chriſtus carnem
ſuam & ſanguinẽ ſub ſacramẽtalibus formis pſonaliter accepiſſe, nõ propter indigẽtiam, ſed
exẽplũ. Hic ſapiẽter & affectuoſe pẽſanda ẽ charitas, liberalitas, atq; dignatio Chr̃i ad nos, q
tam p̃tioſiſſimo alimẽto nos fouet, qui tam intimè nobis vniri dignat, qui ſeipſum nobis tam
munificẽtiſſime præſtat. Hæc quoq; vnio Chr̃i & pceptio ſacramẽti figura eſt futuræ vnio-
nis in pr̃ia. Nec mirum ſi filius dei nũc tribuit nobis corpus & ſanguinem ſuum in alimonia F
gr̃æ ad tempus, quibus poſt hãc vitam paratus eſt dare ꝓpriam diuinitatem in eſcam gloriæ
in æternum. Amplius ſicut ſaluator tactu ſuæ mũdiſſimæ carnis cõtulit oĩbus aquis vim re
generatiuam, ſic proferendo verba cõſecrationis, pręſtitit verbis his vim cõſecratiuam quã-
Genes. 1 do à ſacerdote cum intentione cõficiendi proferunt. Et ſicut in Exordio ſeculoꝝ ſemel di-
Gene. 2 xit: Producat terra herbam &c. & animalibus: Creſcite & multiplicamini, & ecce vſq; in fi-
nem ſeculi oĩa verbo eius obtemperãt, ſic eadem poteſtate ſemel proferẽdo verba cõſecra
tionis, fecit, vt quotieſcũq; rite proferunt, ſortiunt effectum. Nec mirum ſi potuit vnũ in ali-
ud pmutare, qui potuit vniuerſa ex nihilo facere. ⌊Et hymno dicto⌋ Hoc eſt, gratiaꝝ actio
Lucæ 22 ne pſoluta pro eſu agni paſchalis, de quo dixit Chr̃us apud Lucam: Deſiderio deſideraui hoc
paſcha mãducare vobiſcum anteq̃ patiar. Sed multo amplius gr̃as egit Chr̃us cum diſcipulis
deo pro inſtitutione ſacr̃i, & nouę legis atq; euãgelicæ diſcipl̃iæ ĩchoatiõe ⌊exierũt⌋ Chr̃s &
vndecim Apoſtoli cum eo. Iudas eñ iam abiit ad Iudæos ⌊in montem oliueti⌋ ad quem ſo-
litus erat venire nocturno tp̃e ad orãdum, ne videret fugere proditorem, ſed vt oſtenderet
ſe velle inueniri. ⌊Tunc dicit illis (Ieſus) Oẽs vos ſcãdalum patiemini⌋ ſcãdalum paſſiuũ,
videlicet lapſum in culpam incurretis ⌊in me⌋ .i. occaſione mei, propter violẽtiam mihi in-
Zacha. 13 ferẽdam, quam timẽdo fugietis à me. Scriptum eſt enim: Percutiam⌋ .i. pcuti & capi pmittã
Johan. 10 ⌊paſtorem⌋ hoc eſt, Chr̃m qui ait: Ego ſum paſtor bonus. De quo p Ezechielem dominus
Ezechi. 34 perhibet: Saluabo gregem meum, & ſuſcitabo ſup eum paſtorem vnum, qui paſcat eum Da-
uid ſer-

A uid ſeruũ meũ.i. Chriſtũ, vt omnes exponũt. Huic cõſonat q̃d Chriſtus in pſalmo loquiṫ de
ſeipſo ad patrẽ: Quoniã quẽ tu pcuſſiſti, pſequuti ſunt. Et in Eſaia: Propter ſcelus (inqt) po- Pſal. 68
puli mei percuſſi eũ, ⌊& diſpergentur⌋.i. per diuerſa loca fugient, ⌊oues gregis⌋.i. oues quę Eſaiæ. 53
ſunt grex Chriſti, puta diſcipuli. Chriſtus allegãdo ſcripturam hanc, variat verba, non ſen-
ſum. Sic eñ habet translãtio noſtra: Percute paſtorem, & diſpergenṫ oues gregis, quæ ſunt
verba prophetæ loquẽtis ad deũ. Hic vero ponunṫ quaſi verba dei loquentis. Idem autẽ eſt
ſermo dei & ſeruorũ eius. Ad intelligendũ quoqꝫ ꝙ verba hæc ad literam dicta ſunt de Chri-
ſto & eius paſſione, confert ꝙ immediate præmittiṫ: Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meũ,
& ſuper virũ cohærentẽ mihi, dicit dominus exercituũ. ¶Quæriṫ, quomodo Matthæus &
Marcus ſcribãt Chriſtũ hæc verba dixiſſe poſt exitũ à cœnaculo, cũ in Iohanne legaṫ ea di- Iohan. 16
xiſſe antequã egredereṫ: ſic eñ ait ſaluator apud Iohannẽ: Venit hora & nũc eſt, vt diſperga-
mini vnuſquiſqꝫ in propria, & me ſolum relinquetis? Dicendũ, ꝙ Chriſtus eundem ſenſum
ſub alijs verbis expreſſit ante egreſſum à domo, & poſtea. ⌊Poſtquã autẽ reſurrexero, præce
dam vos in Galilæã⌋ id eſt in Galilęa vobis apparebo. Non tamen duxit eos illuc viſibiliter
præcedẽdo. De hoc infra ſcriptum eſt. Vndecim diſcipuli abierunt in Galilæã, in montem
vbi cõſtituerat illis Ieſus, & videntes eum adorauerũt. Hoc Chriſtus adiecit, vt pollicitatio- Mat. 28
ne propinquæ reſurrectionis & apparitionis cõſolationem reciperẽt triſtes diſcipuli. ⌊Re-
ſpondens autẽ Petrus, ait illi: Et ſi omnes (diſcipuli) ſcandalizati fuerint in te,⌋ fugiendo à te
ex inordinatæ mortis timore, ⌊ego nunquã ſcandalizabor,⌋ id eſt nunquã recedam à te, ne
qꝫ peccabo in te. Hoc Petrus loquutus eſt ex magnitudine fidei ac feruoris, tamẽ incaute, nõ
B penſans propriã fragilitatem, & cæteris fortiorem ſe æſtimans. Vnde quod dixit, falſum fuit
materialiter, quia aliter accidit, non autẽ formaliter, quoniam ſicut dicebat, ita intendebat.
Mentiri quippe formaliter eſt cõtra mentem ire, ſeu cũ intentione fallendi, vel ſcienter fal- Mentiri for-
ſum profari. ⌊Ait illi Ieſus,⌋ qui tanquã verus deus omnia futura cõtingentia certiſſime præ maliter.
cognouit. ⌊Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.⌋ Idẽ
dicunt Lucas & Iohannes, quamuis ſub alijs verbis. ¶Sed videtur contrarium quod Mar- Luc. 22
cus habet: Antequam gallus (inquiens) bis vocem dederit, ter me negabis. Ergo tertio nega- Iohan. 18
uit ante ſecundũ galli cantum? Ad hoc Auguſtinus reſpondet, ꝙ tertia Petri negatio fuit mo
roſa, & ita fuit inchoata, nõ autem terminata ante primum galli cantum, Marcus ergo dicẽ-
do, Antequam gallus bis vocem dederit, &c. reſpexit ad negationis terminationẽ. Alij autẽ
Euangeliſtæ dicẽdo, quòd ter negauit ante galli cantũ, reſpexerunt ad negationis iſtius prin
cipium. Veruntamẽ in Marco habetur, quòd gallus cantauit, cum Petrus primo Chriſtum, Mar. 14
deinde quòd ante ſecũdum galli cantum Petrus negauit bis. Alij ergo dicunt, quod ſic intel-
ligenda ſit litera, Nõ cantabit gallus, id eſt nõ percantabit ſeu cantum ſuum nõ conſumma-
bit, donec ter me neges ore, nõ corde. ⌊Ait illi Petrus: Et ſi oportuerit me mori tecum, non
te negabo. Similiter & omñes diſcipuli,⌋ ſcilicet decem alij, ⌊dixerũt,⌋ habentes bonum pro
poſitum, ſuiſqꝫ viribus magis quàm gratiæ innitẽtes, & in ſua fortitudine cõfidentes, obliti
quod paulo ante audierunt à Chriſto: Sine me nihil poteſtis facere. Iohan. 15
¶Sed mirũ videtur, ſi Petrus & apoſtoli reliqui putabãt Ieſum verũ in verbis ſuis, quomodo
auſi fuerũt contradicere verbis eius? Reſpondendũ, ꝙ forte æſtimabãt verba Chriſti pertine
re ad prophetiã cõminationis, quæ aliquando nõ impleṫ. Vel putabãt verba Chriſti eſſe my-
ſtica, ſeu aliquo alio modo poſſe intelligi ac verificari.

C ¶Elucidatio ſequẽtis partis huius capituli. Arti. XLII.

TVnc venit Ieſus cũ illis in villam, quæ dicitur Gethſemani.⌋ Hæc villa fuit iuxta
radices ſeu pedes montis Oliueti, & habuit hortum, in quem ingreſſus eſt Ieſus cũ
apoſtolis. Vnde in Iohanne legitur: Egreſſus eſt Ieſus trans torrentem Cedron, Iohan. 18
vbi erat hortus, in quem introiuit, &c. Torrens nanque ille fuit inter Hieruſalem
& montem oliuarum in valle Ioſaphat. Vnde cum Ieſus proceſſiſſet vltra torrentem hunc,
ſtatim venit in villam & hortum præfatos, ⌊& dixit diſcipulis ſuis,⌋ videlicet octo apoſto
lis, tres eñ ſecum duxit, & Iudas non adfuit. ⌊Sedete hic, donec vadam illuc,⌋ id eſt ad locũ
qui ante vos eſt, ⌊& orem (ibi) Et aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedæi,⌋ qui erãt ſibi fa
miliares, & transfigurationi ac ſuſcitationi puellæ interfuerũt. Proceſſit autem ab alijs octo Mat. 17
apoſtolis quantum iactus eſt lapidis ſecũdum Lucam, ⌊cœpit cõtriſtari,⌋ in anima, quãtum Luc. 22
ad partẽ ſenſitiuam & naturalem affectũ, ⌊& mœſtus eſſe,⌋ quantũ ad apparatũ exteriorem
in verbis ac geſtibus. Vnde ſecundum Marcũ, cœpit pauere & tædere. Mortem eñ natura- Mar. 14
li affectu abhorruit, & foris triſtitiã demonſtrauit. ⌊Tũc ait illis: Triſtis eſt anima mea vſque Mortẽ natu-
ad mortẽ⌋.i. vehementiſſime contriſtaṫ, ita vt triſtitia iſta & mors vno dũtaxat gradu vide rali affectu ab-
antur diſtare. ¶Ad intelligentiam horũ oportet aduertere, ꝙ eſt quædã triſtitia inordinata, horruit Chrs.
rõnem pueniẽs atqꝫ impediẽs, q̃ etiã ſecundũ philoſophos nõ cadit in virũ cõſtãtẽ, de q̃ Salo Prou. 12
mon loquiṫ: Non cõtriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Et de qua in Eccleſiaſtico legitur: Eccl. 30

Ca. XXVI. Triſtitiã longe expelle à te. Multos eñ occidit triſtitia, & nõ eſt vtilitas in ea. Hæc ergo non D
Eſaiæ.42. fuit in Chriſto. Quemadmodũ in Eſaia de ipſo inducitur: Non erit triſtis, neq; turbulentus.
Alia eſt triſtitia moderata & bona vel naturalis ſeu virtuoſa, rationẽ ſequẽs, & vanitatẽ ex-
Eccle.7. cludens, de qua ſapiens ait: Cor ſapientum, vbi triſtitia, vnde dicit apoſtolus: Quæ ſecũdum
2.Cor.7. deum triſtitia eſt ſalutem ſtabilem operatur. Similiter diſtinguendum eſt de timore ſeu pa-
Prouer.28. uore. Eſt eñ timor inordinatus, de quo ſapiens: Iuſtus (inquit) quaſi leo confidens abſq; ter-
Eccle.34. rore erit. Et alibi: Qui timet deum nihil trepidabit. Eſt & alius timor laudabilis, de quo ſcri-
ptura vberrime loquitur. Dicendum itaq;, quod Chriſtus triſtabatur & metuebat loquen-
do de triſtitia & timore naturali, prout ſunt naturales affectiões & paſſiones, vel potius pro
Hieronymus. paſſiones ſecundum Hieronymũ appetitus ſenſitiui. Aliter tamen fuerunt in Chriſto quàm
in alijs, quia in ipſo non præuenerunt, ſed ſequebantur rationem & voluntatis imperium, ità
quod Chriſtus ſponte & rationabiliter aſſumpſit has paſſiones. Primo, ad oſtendendum ve-
ritatem humanæ naturæ in ſe. Secundo, ad ſubueniendum nobis, quia per harum affectionũ
pœnalitatem, maximam gratiam meruit nobis. Tertio, ad conſolationẽ noſtram, videlicet,
ne viri virtuoſi puſillanimes fiant, cũ ſentiunt ſe mortẽ inſtantẽ timere, quãdo & Chriſtus eã
expauit. Inſuper triſtabatur atq; dolebat anima Chriſti, loquẽdo de triſtitia, prout eſt actus
virtutis ſeu charitatis, propter infirma mẽbra ſua, & eos in quibus vidit fructũ paſſionis ſuæ
perire. Porrò in oñibus his penſandum eſt quàm amarũ, pœnale, & graue fuit apoſtolis, p-
ſertim his tribus, hęc verba dulcis magiſtri audire, eius pauorẽ ac tædiũ intueri, q eos ſemper
cõſolari, fouere ac recreare ſolebat, dulciterq; & iocũde cũ ipſis cõuerſari. ⌊Suſtinete hic⌋ .i.
expectate me hoc loco, vel ſuſtinete .i. cõdolete ⌊& vigilate⌋ mecũ aſſiſtẽdo mihi in tãta an-
guſtia, & cõformãdo vos mihi in actibus bonis, vt decet familiares & amicos & veros ama-
tores. Hoc dicit ſaluator, non quaſi indigeat, ſed qa eis hoc expediebat, iuſtũq; fuit. ⌊Et pro-
greſſus puſillũ⌋ id eſt à diſcipulis ſe elongãs & abiens modico ſpacio, iuxta illud, q Lucas ha-
Lucæ.22. bet: Auulſus eſt ab eis, quãtum iactus eſt lapidis, ⌊procidit in faciem ſuam, orans & dicẽs:⌋
Secũdũ Lucã poſitis genib⁹ orauit: Vnde dicẽdũ, quòd vtroq; modo orauit, videlicet pro- E
ſtratus in terrã, & genibus fixis. ⌊Pater mi⌋ q es ſingulariter pater meus, videlicet per verã
generationẽ & naturã, aliorũ vero pater es p creationẽ, adoptioniſq; gratiã ⌊ſi poſſibile eſt,
Chriſtus naturali appetitu tráſferri a ſe petit paſſionem. tranſeat à me calix iſte⌋ id eſt paſſio tam acerba. Nõ orat abſolute, nec ſecũdum rationẽ de-
liberatam vt liberetur a morte, ſed cõditionaliter, & ſecũdum naturalem appetitũ, quo refu-
git mortẽ, tamen ſecundum voluntatẽ & rationis iudiciũ paratiſſimus fuit ad paſſionẽ, ideo
ſubdit. ⌊Veruntamen, nõ ſicut ego volo⌋ hoc eſt appeto ſecũdum ſenſitiuũ, naturalẽ & in-
feriorem appetitũ ⌊ſed ſicut tu⌋ vis ſic fiat. Ecce quàm blanda, humilis, ſobria & affectuo-
ſa oratio, cuius formã imitari debemus, deum in oratione patrem vocando, ei nos humiliter
proſternendo, rationabilia poſtulando, noſtramq; volũtatem diuinę in oñibus ſubijciẽdo.
¶ Deniq; Chriſtus dixit: Si poſſibile eſt, quoniã nouerat impoſſibile eſſe, vt nõ biberet calicẽ
paſſionis per reſpectum ad infallibilem prouidentiam dei, quam nouerat decreuiſſe, vt more-
retur pro mundi ſalute. Fuit tamen poſſibile, quantum ad cauſas ſecũdas & proximas, & per
comparationem ad libertatem voluntatis humanæ. Sed cur Chriſtus orauit aliquo modo,
quod nouerat nullatenus impleri debere? Dicẽdum, quod illis de cauſis orauit, propter quas
triſtitiam & timorem aſſumpſit. Quemadmodum etenim Chriſtus totã paſſionis ſuæ ama-
ritudinem & proceſſum certiſſime præcognouit, ſic ſponte ſibi in ſua imaginatione paſſio- F
nem tam horrendam propoſuit, qua conſiderata tenerrima ac nobiliſſima eius natura infe-
rior vltra omnem æſtimationem expauit. Vnde in tertia oratione factus eſt ſudor eius ſicut
guttæ ſanguinis decurrentis in terram ſecundũ Lucam. ⌊Et venit ad diſcipulos ſuos (tres) &
inuenit eos dormientes⌋ præ triſtitia, tædio, laſſitudine, & propter vapores illa hora aſcen-
dentes ad cerebrum ⌊& dicit Petro ſic, nõ potuiſti vna hora vigilare mecum?⌋ hoc eſt: Tu
qui dixiſti paratus ſum tecum in mortem & in carcerem ire, quomodo nũc non potes paruã
rem facere vigilando mecum tam modico ſpacio? Idcirco autem ſpecialiter affatur & incre-
pat Petrum, quia præ cæteris præſumpſit Chriſto aſtare, nõ ſcandalizari, & quia ſuperior fu-
it apoſtolis alijs. Poſt eius vero increpationem dirigit exhortationem ſuam ad omnes tres.
Lucæ.22. ⌊Vigilate (bene vos occupãdo) & orate⌋ pro adiutorio gratiæ dei, ⌊vt nõ intretis (per cõ-
ſenſum) in tentationem⌋ id eſt ne conſentiatis tentationi, quæ per orationem præcipue ſu-
peratur. Quemadmodum enim Lucas habet: Satanas expetiuit apoſtolos, vt cribraret ſicut
triticum, ideo indigebãt fortiter reluctari, nec ſomno indulgere. ⌊Spiritus quidem prom-
ptus eſt⌋ hoc eſt anima veſtra ſecũdum partem ſuam ſuperiorem parata eſt mecum pati, vi-
gilare ac permanere, vt promiſiſtis ⌊caro autẽ infirma⌋ id eſt ſenſualitas fragilis eſt, & cor-
pus quod corrumpitur debile tardum & impotẽs eſt ad iſta agenda ac patiẽda, niſi per gra-
tiam adiuuetur, quæ ab anima redundat in carnẽ, eamq; ratiõi ſubijciat. ⌊Iterũ ſecũdo abijt⌋
ad locum priorem ⌊& orauit, dicens: Pater, ſi non poteſt tranſire hic calix niſi bibã illum⌋
hoc eſt

A hoc eſt, ſi paſſio iſta impediri & à me tolli non valet, ⌊fiat volũtas tua.⌋ Hoc eſt quod Chri- Pſal. 39
ſtus ait in pſalmo: In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam deus meus
volui. Non ergo voluntas animæ Chriſti fuit diuinæ voluntati contraria, imò nec voluntas
eius naturalis ſeu appetitus inferior, fuit rationi rebellis ſiue repugnans. Quamuis eñ deſide
rauit non pati, hoc tamen non fuit contra rationem, ſed ratio imperauit hoc appetitui infe-
riori naturali, vt ſecundum ſuam naturam moueretur, quod & fecit, & ratione iubente face-
“ re, mox ceſſauit. ⌊Et venit iterum, & inuenit eos dormientes.⌋ Per hoc quod Chriſtus to-
ties ad diſcipulos rediјt, dedit prælatis exemplum ſolicitudinis de viſitatiõe, admonitione,
atq; cuſtodia propriј gregis, & ne tantum vacent contemplationi, quod negligant opera vi-
“ tæ actiuæ, & gubernationem ſubditorum ſuorum.⌋ ⌊Erant eñ oculi eorum grauati.⌋ Oculi
eorum interiores erant grauati negligentia & torpore: oculi quoq; eorum exteriores graua
ti fuerunt ſomnolentia & vapore. Hic non dicitur, quod Chriſtus alloquebatur diſcipulos Marc. 14
iſtos hac vice, ſed in Marco ſcriptum eſt: Ignorabant quid ei reſponderent. Ex quo conſtat,
quod etiam hac vice arguit & admonuit eos, & forte tunc loquebatur eis cõmuniter, non ſpe
cialiter Petro: quia pluraliter ſcriptum eſt, quod ignorabant quid reſponderent, id eſt quo-
“ modo ſe excuſarent, imò inexcuſabiles erant. ⌊Et relictis illis,⌋ corporaliter, quos non reli-
“ quit ſpiritualiter, nec ſecundum diuinitatis ſuæ naturam, ⌊iterum abiјt,⌋ ad priſtinũ locum, Perſeuerandũ
“ ⌊& orauit tertio eundem ſermonem, dicens.⌋ ¶Tribus vicibus idem precatur, vt det no- in oratione.
bis exemplum perſeueranter orãdi, & propter perfectionem ternariј, qui conuenit deo altiſ-
B ſimo. In hac oratione tãta anxietate cõcuſſa eſt anima Chriſti, vt Lucas dicat: Factus in ago Lucæ. 22
nia, id eſt in quadam corporalis naturæ laboratione propter anxietatem atq; triſtitiam. Vn
de laborantes in extremis, dicuntur eſſe in agonia. Vel, agonia vocatur colluctatio appetitus
naturalis ac ſenſitiui mortem abhorrentis & refugientis, & appetitus intellectiui eãdem op-
tantis & acceptantis. In Chriſto quippe tempore paſſionis ex diſpenſatione diuina non fuit
redundantia ſuperioris partis animæ in inferiorem, ſed vnaqueq; permittebatur agere & pa
ti quod ſuum erat. Nihilominus ratione iubente inferior appetitus ſuperiori mox paruit.
Factus ergo Ieſus in hac agonia prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſangui-
nis decurrentis in terram. Tunc quoque apparuit ei angelus de cœlo, confortans eum, ver-
ba, conſolatoria proferendo, & triſtitiam animæ Chriſti miniſterialiter mitigando, vel ſe
per modum confortantis habendo. Porrò, circa orationem hanc CHRISTI aliud dicit Hebr. 5
Apoſtolus ad Hebræos, quod nullus Euangeliſtarum conſcripſit. Ait nanq; quod Ieſus cum
clamore valido & lachrymis exorauit, & quod exauditus eſt pro ſua reuerentia, In hoc ſiqui-
dem, quod dicebat: Non quod ego volo, ſed tua voluntas fiat, exauditus eſt. Hoc enim dix-
it ſecundum deliberatam rationem, & ſuperiorem appetitum.
Quicquid autem ita orauit, obtinuit, iuxta illud apud Iohãnem: Gratias ago tibi pater, quo- Iohan. 11.
niam audiſti me, ego autem ſciebam, quoniam ſemper me audis.
“ ⌊Tunc venit ad diſcipulos ſuos.⌋ Poſt quamlibet orationem ad diſcipulos ſuos reuertitur,
“ vt eos hortetur, quia prælatus ſic ſemper intendere debet ſuæ ſaluti, vt nunquam obliuiſca-
“ tur prouidere ſaluti gregis ſibi commiſſi, ⌊& ait illis: Dormite iam & requieſcite.⌋ Hoc du- Salus gregis
pliciter intelligi poteſt. Primo, per modum admonitionis, ita quod dedit eis licentiam pau- nunq̃ obmit-
lulum dormiendi. Secundo, per modum piæ exprobrationis, tanquam dicat: Nunquid eſt tenda.
C iam tempus dormiendi, dum inſtat captio mea? Et huic ſenſui concordant verba ſequentia.
“ ⌊Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum,⌋ De qua ho
“ ra dicit ipſe ſaluator apud Lucam: Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum. ⌊Surgite ea-
“ mus, ecce appropinquat qui me tradet,⌋ videlicet infeliciſſimus Iudas. Ex his apparet, quod
protunc ceſſauit in anima Chriſti colluctatio inferioris appetitus & horror paſſionis: quia
“ non ſolum intrepide, ſed & cum ingenti affectu obuiam iuit aduerſariјs ſuis. ⌊Adhuc eo lo-
“ quente,⌋ cum diſcipulis ſuis, non ſolum his tribus, ſed cum vndecim apoſtolis, quia poſt fi-
“ nem tertiæ orationis acceſſit ad alios octo, ⌊ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo
“ turba multa, cum gladiјs & fuſtibus,⌋ & etiam cum laternis, facibus, & armis, vt habetur in Iohan. 18
“ Iohanne, Iudas quoq; antecedebat turbam, vt Lucas teſtatur, ⌊miſſi à principibus ſacerdo- Lucæ. 22
“ tum, & ſenioribus populi,⌋ Iudæorum. Non ſolum autem Iudas accepit miniſtros Iudæo- Iohan. 18
rum, ſed & Pilati, iuxta illud Iohannis: Cum accepiſſet cohortem, id eſt multitudinem mili-
tum Romanorum, quos præſes miſit, mittens cum cohorte tribunũ, id eſt principem cohor
tis. Voluit ergo Iudas conſtipari curia ſeu miniſtris pontificis & præſidis, vt ſi qui eſſent cum
“ Ieſu volentes eum defendere, non auderẽt. ⌊Qui autem tradidit eum,⌋ videlicet Iudas, ⌊de-
“ dit eis,⌋ ſcilicet turbis, ⌊ſignum,⌋ cognoſcendi Ieſum, ⌊dicens: Quemcunq; oſculatus fu-
“ ero, ipſe eſt, tenete eum.⌋ Hoc ſignum dedit eis, ne errarent in perſona Chriſti. Primo, quo
niam Iacobus minor fuit ſimilimus Chriſto in lineamẽtis corporis. Vnde Ignatius ſcribit ſi- Ignatius
bi dictũ eſſe, q̃ ſi videret Iacobũ, videret & Chriſtũ, ideo etiã Iacobus iſte dictus eſt frater do

 mini.

Ca. XXVI mini. Secũdo, quia nox erat, & quãuis laternas & faces haberẽt, non tamen poterãt tã clare videre, ſicut in die. Tertio, quoniã Iudas timebat ne Ieſus inter alios ſe occultaret. Sciebat nẽpe ſubtilẽ eſſe magiſtrũ ſuũ, propter quod timuit ne elaberet è manibus miniſtrorum, quẽadmodũ ſæpe elapſus fuit de manibus Iudæorum. Hinc etiam dixit turbę, & ducite eũ cautè, vt Mar- D

Marc. 14 cus habet: ⌞Et confeſtim accedẽs ad Ieſum dixit: Aue Rabbi⌟ .i. magiſter ⌞& oſculatus eſt »
eum⌟ Habuerũt aũt diſcipuli conſuetudinẽ oſculandi Ieſum cũ redirent de via ad eũ, vel cũ »
eum ſalutarent, quã cõſuetudinẽ obſeruauit primitiua eccleſia. Vnde Paulus vbertim hortatur:

1. Cor. 16. 2. Cor. 13 Salutate inuicẽ in oſculo ſancto. Permiſit autẽ ſe Chriſtus oſculari à proditore. Primo,

Chriſtus cur a Iuda ſe oſculari permiſerit. vt nobis manſuetudinis & patientiæ daret exemplũ, videlicet, ne ab aduerſario vultũ & oculos auertamus, nec æmulos indignanter aſpiciamus. Secundo, vt per hoc Iudam ad charitatem & pœnitẽtiã prouocaret. ⌞Dixitq́ue ei Ieſus: Amice⌟ hoc ẽ tu Iuda qui amicitiã ſimulas, »
ſed odium operaris, quem ego diligo, & à quo habeor odio ⌞ad quid veniſti?⌟ Non quaſi ig- »
norans quærit, ſed vt inſinuet Iudæ non ſe ignorare dolũ atque malitiam eius, ſicq́ue Iudas erubeſcat & corrigatur. Eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gratiã

Eccle. 4. & gloriam, vt habetur in Eccleſiaſtico: Denique non ſolum dixit Ieſus ad proditorem. Amice ad quid veniſti, ſed etiam proprio nomine eũ appellans, vt molleſceret, dixit: Iuda oſculo filium hominis tradis, vt recitat Lucas: Sed heu quam multi imitantur hunc Iudã, ore blandientes, & corde odientes, ac opere aduerſantes. ⌞Tunc acceſſerunt, & manus⌟ violentas atque »
ſacrilegas ⌞iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum⌟ imò & ligauerunt eũ ſecundũ Iohannẽ, »

Iohan. 18 Iſti ſic accedentes fuerunt cohors & tribunus, & miniſtri Iudæorum, vt habet Iohãnes: ¶ Hoc loco tres Euangeliſtæ omittunt, quod ſolus Iohannes cõmemorat, quod Ieſus cũ proceſſiſſet obuiã turbis, dixit: Quẽ quæritis? Quibus reſpondentibus, Ieſum Nazarenũ, & ipſo dicente: Ego ſum, abierunt retrorſum & ceciderunt in terrã. Cũque ſecũdo idem interrogaſſet, E
& illi ſimiliter dediſſent reſponſum, dixit Ieſus: Dixi vobis, quia ego ſum, ſi ergo me quæri-

Beda. tis, ſinite hos abire. Tamen vt Beda affirmat Chriſto occurrẽte Iudæis, Iudas acceſſit & oſculabatur eũ antequam Chriſtus ſua voce Iudæos proſterneret. ⌞Et ecce vnus ex his qui erant »
cum Ieſu⌟ videlicet Petrus in Chriſti amore feruentior ⌞extendens manum exemit (hoc eſt »
extraxit) gladium ſuũ⌟ vel ſimpliciter gladiũ, vel magnũ cultellũ, quo vti ſolent piſcatores, »
⌞& percutiens ſeruum principis ſacerdotum⌟ videlicet Malchum famulũ Cayphæ ⌞am- »

Chryſoſtomus. Ambroſius. Nume. 25. putauit auriculam eius⌟ dextram, ſecundũ Iohannẽ. Chryſoſtomus dicit, quod putauit am- »
putare caput eius. Porrò Ambroſius aſſerit, quòd Petrus eruditus fuit in lege, & ſciuit cõmẽdatũ eſſe factũ Phinees filij Eleazari, qui zelo dei cõmotus perfodit Zamri cũ alienigena fornicantem, ideo Petrus ſimili zelo voluit filiũ dei vindicare. Non euidenter apparet, quando Petrus hoc fecit. Matthæus nanque & Marcus ſic recitant, ac ſi Petrus ſeruũ illum læſerit Ieſu

Lucæ. 22 iam capto. Iohannes vero & Lucas ſic recitant, ac ſi ante captionẽ Chriſti id egerit. Scriptũ eſt enim in Luca: Videntes hi qui circa Ieſum erant quod futurum erat, dixerunt: Domine, ſi percutimus in gladio. Et poſtmodum Lucas ſcribit, quòd comprehenderũt Ieſum. Ad quod dicendum videtur, quòd ſtatim quando cœperunt capere Ieſum antequàm ligaretur, Petrus F
hoc fecit, quod elicitur ex duobus. Primo, quoniam Petrus nõ potius percuſſiſſet Malchum quàm alium, niſi ille magis feſtinaſſet mittere manum in Ieſum. Secundo quoniam Malcho læſo dixit. Sinite vſque huc, & cum tetigiſſet aurem & locum læſionis ſanauit eum. Ex quo apparet, quòd nondum vinxerunt manus ipſius. ⌞Tunc ait illi Ieſus: Conuerte gladium tuum »

Matt. 5 Sanguinis effuſio affectu vindictæ prohibetur. in locum ſuum⌟ ſcilicet in vaginam. Magiſter patiẽtiæ qui docuit inimicos diligere, & per- »
ſequentibus bene facere, percutientiq́ue maxillam vnam, alteram præbere, prohibet gladij vltionem & ſanguinis effuſionẽ ſolo affectu vindictæ, & prætermiſſo ordine iuris.

¶ Inſuper ponit tres rationes cur non debeat gladio defenſari. Prima eſt. ⌞Omnis enim qui »
acceperit gladium⌟ id eſt qui priuata ac propria authoritate arripit enſem, vel aliud quod- »
cũque inſtrumentum pugnandi ad inferendum alteri nocumentum ⌞gladio peribit⌟ hoc eſt »
ipſa iniquitate quã hoc agendo cõmittit, ſeipſum ſpiritualiter occidit, & dãnationẽ incurrit Non ergo ſenſus eſt, quòd omnis talis materiali gladio occidetur, ſicut nec Petrus, iuxta hunc

Geneſ. 9 Eccleſ. 10. ſenſum Iohannes ait in Geneſi: Quicũque effuderit ſanguinẽ humanum effundetur ſanguis illius. Et Salomon: Qui fodit (inquit) foueam, incidet in eam, & qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber. Qui autem vtitur gladio ſecundum ordinem iuris, & diſcreto zelo iuſtitiæ, nõ per ſe, ſed aliunde quaſi ſibi traditum, accipit eum. Quemadmodum Hieremias dixit Iudæ

2. Mach. 15 Machabæo: Accipe gladium ſanctum munus à deo, quo deijcies aduerſaios Iſrael. Vnde de

Roma. 13 principe temporali dicit apoſtolus: Non ſine cauſa gladium portat, miniſter enim dei eſt. Secunda ratio, cur Chriſtus non indiguit gladio protegi, ſubditur. ⌞An putas, quia non poſ- »
ſum rogare patrem meum & exhibebit⌟ hoc eſt ad miniſtrandum & obediendũ, ſeu defen- »
dendum tranſmittet ⌞mihi modo pluſquàm duodecim legiones angelorum?⌟ qui adeo for- »

4. Regũ. 19. tes ſunt, vt vnus percuſſerit vna nocte in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinque milia ho-

A minum. Legio autem continet ſex millia ſexcenta ſexagintaſex. Legio

¶Sed dicere aliquis poteſt: Si Chriſtus potuit hoc rogare & impetrare, ergo potuit à paſſio-
ne liberari, cuius contrarium dictum eſt, ſtatimq́ dicetur? Dicendum, quod potuit hoc im-
petrare, imò iubendo efficere, & à paſſione liberari, conſiderando ordinem cauſarum pro-
ximarum & creatarum. Non enim præordinatio ſeu prædeſtinatio dei tollit à rebus liber- Prædeſtinatio
“ tatem aut contingentia. Tertia ratio ad idem ſubiungitur. ⌊Quomodo ergo implebunt ſcri libertatē nō tollit
“ pturæ? ⌋ i. Si defendor & non morior pro ſalute humana, nō verificabuntur vaticinia pro-
“ phetarū de paſſione mea loquentium. Hoc autem eſt impoſſibile, ⌊quia ſic oportet fieri, ⌋ ſi
cut prophetatū eſt. Prophetia eñ prædeſtinationis ſemper & de neceſſitate implet, quod ta
“ men intelligendum eſt de neceſſitate conſequentiæ, non conſequentis. ⌊In illa hora dixit Ie
“ ſus turbis, ⌋ præſertim Iudæis. ⌊Tanquā ad latronem exiſtis, cū gladijs & fuſtibus compre-
“ hendere (.i. ad capiendum me) quotidie, ⌋ id eſt ſæpe, & omni die, fortaſſis quādo fui in Hie
“ ruſalem, ⌊apud vos ſedebam in templo (Hieruſalem) & non me tenuiſtis. ⌋ Ex quo patet, ꝙ
nō habeatis iuſtam cauſam aduerſum me. Omnis eñ qui facit veritatem, venit ad lucem. Qui Iohan. 3
autem facit peccatum, odit lucem. His verbis addidit Chriſtus quod omiſit Matthæus, ſed
Lucas inducit, ſcilicet: Sed hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum. i. hoc tēpore veſtræ Lucæ. 22
voluntati conceſſum eſt, vt faciatis mihi quæ vultis, & hæc violentia quam mihi infertis, eſt
poteſtas tenebrarum, videlicet dæmonū vos inſtigantium, vel hominū vitijs obtenebrato-
“ rū. ⌊Hoc aūt totum factum eſt, ⌋ vtpote vt Ieſus ab impijs caperetur, à nullo defenderetur,
B &c. ⌊vt adimplerentur ſcripturæ prophetarū, ⌋ qui Chriſti paſſionem prædixerunt. ⌊Tūc
“ diſcipuli omnes (.i. vndecim apoſtoli) relicto eo, fugierunt, ⌋ timentes ne ſic tractarentur ſi- Relinquūt diſ
cut magiſter eorū. Sed quis poterit cogitare cū quanta triſtitia fugerint, quoties retroſpexe- cipuli Chriſtū.
rint, quoties pectora ſua percuſſerint, fleuerint, & cætera ſigna interni mœroris oſtenderint
“ ⌊At illi tenentes Ieſum, duxerunt illum ad Caipham principem ſacerdotum, vbi ſcribæ &
“ phariſæi & ſeniores conuenerant, ⌋ ad tractandū cum pontifice de morte Chriſti. Verunta-
men ſicut in Iohanne legitur, primo duxerunt Ieſum ad Annam, quia intrādo ciuiuitatē, pri Iohan. 18
mo venerunt ante domum ipſius. Secundo, propter reuerentiam Annæ, quoniam erat ſocer Ad Annā pri-
“ Caiphæ. ⌊Petrus autem ſequebatur eum (.ſ. Ieſum) à longe, ⌋ nō audens prope accedere ad mo Chriſtus
turbam, ne cognitus, caperetur. Quamuis ergo cum alijs fugerit, tamē reuerſus, ſequutus eſt ducitur.
magiſtrum ſuū. Quod ſequebatur eum, fuit dilectionis & fidei: quod vero à longe, puſillani-
mitatis fuit atq; formidinis. Deniq; non ſolū Petrus ſequutus eſt Ieſum, ſed etiā adoleſcens
quidam amictus ſyndone ſuper nudo corpore, qui cū teneretur à cōprehenſoribus Chriſti,
relicta ſyndone, nudus fugit ab eis, vt refert Marcus. Hunc adoleſcentem quidam dicunt fu- Marc. 14
iſſe Iacobū minorem, alij Iohannem, ſed & ipſe Iohannes Euangeliſta teſtatur, quod Petrus
ſequebatur Ieſum, & alius diſcipulus qui fuit notus pontifici, & introduxit Petrum in atrium
Annæ pontificis. Et quamuis Auguſtinus dicat, temere definiendū non eſſe quis fuerit ille ali Auguſtinus
us diſcipulus, Chryſoſtomus tamen & alij cōmuniter tenent, ꝙ fuit Iohannes qui erat notus Chryſoſtom9.
pontifici, eiusq́ familiæ. Vnde ad eius inſtantiā ancilla oſtiaria intromiſit Petrū. Fuit autem
notus illis, vel quia pulcher & amabilis iuuenis, vel quia de nobili ſtirpe progenitus, ſcilicet de
tribu Iuda & genere Dauid, vel quia interdum attulit piſces patris ſui ad domum pontificis.
“ Sequebatur itaq; Petrus, ⌊vſq; in atrium principis ſacerdotū, & ingreſſus intro, ⌋ id eſt per
“ primam portam, non eñ ingreſſus eſt aulam, ſed manſit in atrio, ⌊ſedebat cum miniſtris, ⌋
C pontificis. Hoc loco ait quidam: Quomodo ingreſſus eſt Petrus? Dicendū, quod per impetra Iohan. 18
tionem diſcipuli qui erat notus pontifici. Veruntamen hoc refert Iohannes de ingreſſu in do
“ mum Annæ, Matthæus vero nō loquitur niſi de ingreſſu ad Caiphā, ⌊vt videret finē ⌋ id eſt
quid finaliter fieret ſuo magiſtro, an. ſ. dimitteret, an occideret, & hoc ad curioſitatē quan-
“ dā pertinuiſſe videtur. ⌊Princeps autē ſacerdotū (videlicet Caiphas) & omne cōſiliū ⌋ i. cæ-
“ teri ſacerdotes, ſcribæ, phariſæi, ac ſeniores, ⌊quærebāt falſum teſtimoniū cōtra Ieſum. ⌋ Nō
“ eñ poterāt verā atq; idoneā obiectionē inuenire, ⌊vt eū morti traderēt, & nō inuenerūt, ⌋
“ quod ei corā Pilato opponerēt, tāquā dignū pœna mortis, ⌊cū multi falſi teſtes acceſſiſſent. ⌋
“ & diuerſa obieciſſent. ⌊Nouiſſime aūt ⌋ i. poſt teſtificationē teſtiū prædictorū mendacium
“ ⌊venerunt duo falſi teſtes. ⌋ Duo venerūt, vt in ore duorū ſtaret omne verbū. Ad vnius quip
“ pe teſtimoniū nemo condēnabatur, ⌊& dixerūt, ⌋ corā pontifice, ⌊Hic dixit, poſſum deſtru Deut. 17
“ ere tēplū dei, & poſt triduū reædificare illud, ⌋ Tanq̄ dicerent: Vſurpauit ſibi diuinam po-
tentiam. Occaſionem huius accuſationis habebant ex eo, quod Chriſtus ait apud Iohan- Iohan. 2.
nem: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, quod Iudæi etiam tunc intelle
xerunt de tēplo materiali in Hieruſalē fabricato, vnde redarguerunt Chriſtū, dicentes: Qua
draginta & ſex annis ædificatū eſt templū hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ieſus aūt
dixit de tēplo corporis ſui, i. de corpore ſuo, q̄d fuit & eſt ſingulare tēplū dei, in quo habitat Col. 2
oñis plenitudo diuinitatis corporaliter, vt ſit ſenſus: Soluite, i. mortem inferendo ſoluetis,

Ca.XXVI atq; exanime facietis templum hoc,id eſt corpus meũ,& in tribus diebus, hoc eſt intra tres D
dies excitabo,hoc eſt à ſomno mortis ſuſcitabo illud. Iudæi ergo hoc verbũ Chriſti peruer-
ſæ intelligentes,ordinem verborum variantes,& prauam intentionem habentes,merito ap
pellãtur teſtes mẽdaces. Tales ſunt om̃es,qui alio ſermone repetunt,& ſimplici animo pro-
nuntiata peruertunt. ⌊Et ſurgens princeps ſacerdotum⌋ ira eum vrgente,& impatientia a- »
gitante ⌊ait illi: Nihil reſpondes ad ea,quæ iſti aduerſum te teſtificantur? Ieſus autem tace- »
bat.⌋ Primo,vt manſuetudinis & patientiæ daret exemplum. Secundo,quoniam accuſatio »
nes inductæ falſæ & reſponſo indignæ fuerunt. Tertio,quia cognouit quòd quicquid reſpõ-
deret illi calumniarentur ⌊& princeps ſacerdotũ⌋ patientia & ſilentio Chriſti fortius pro- »
Adiurat⁹ chri-ſtū ſacerdos Caiphas. uocatus arbitrans ſe contemni ſecundum quod talium mos eſt, ⌊ait illi: Adiuro te per deũ »
viuum, vt dicas nobis,ſi tu es Chriſtus filius dei viui? Dixit illi Ieſus: Tu dixiſti⌋ ſicut veraci »
ter eſt,ſcilicet quòd ſim Chriſtus filius dei viui & benedicti. ⌊Reſpondit autẽ Ieſus⌋ ſic ad- »
iuratus propter diuini nominis reuerentiam,& vt Iudęorum ignorantia inexcuſabilis fieret.
⌊Veruntamen dico vobis⌋ nõ tibi ſoli ò Caipha, ſed tibi atque fautoribus tuis, dico vobis, »
pluſquàm interrogaſtis,vt terreamini & pœniteatis. ⌊Amodo⌋ hoc eſt poſt hanc horã,vi- »
delicet in die iudicij ⌊videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis dei⌋ id eſt in po- »
Pſal.8 tioribus bonis dei patris reſidentem,tanquàm iudicem omnium,quando om̃ia erunt ei ſub-
Heb.2 iecta. Tunc enim videbunt in quem pupugerunt ⌊& venientem in nubibus cœli⌋ ad iudi- »
cium. Deniq; Caiphas, cæteriq́; damnati iam in inferno exiſtentes, vident nunc, id eſt co-
gnoſcunt Ieſum ſedere in cœlo ad dexteram patris: Si autem quod ait, videbitis filium homi
nis ſedentem,& cætera, intelligatur de viſione Chriſti in patria,referendum erit ad Iudæos E
Actor.4 & Iohan.8. conuerſos,qui eius morti conſenſerunt,& poſtea crediderunt. Vnde in Actis apoſtolorum
habetur,quòd multa turba ſacerdotum obediebat Euangelio. Illis enim dixit ſaluator: Cum
exaltaueritis filium hominis,tũc cognoſcetis quia ego ſum. Iſti vident Ieſum in cœlo viſione
beata. ⌊Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemauit.⌋ Conſue- »
tudo fuit Iudæis cum audirent blaſphemiam ſcindere veſtimenta in ſignum doloris de iniu-
ria deo illata, quaſi zelantes pro dei honore, & tantum crimen non valentes ſufferre. Hinc
Actor.14 Paulus & Barnabas cum ſacerdos idolorum vellet eis ſacrificare, veſtimenta ſciderũt. Cai-
phas ergo vt quaſi religioſus videretur,ſuamq́; malitiam coloraret,ſcidit veſtes cum audiſſet
Blaſphemare quid. Chriſtum hæc verba dixiſſe. Blaſphemare autem,eſt ea quæ dei ſunt creaturis aſcribere, vel
deo & ſanctis manifeſtam iniuriã irrogare. ⌊Quid adhuc egemus teſtibus, tãquàm diceret,
non indigemus iam teſtibus,quoniam verba eius teſtantur eum eſſe blaſphemum, morteq́;
dignum, ⌊quid vobis videtur?⌋ Interrogat alios,ne proprio ſenſui nimium credere videa- »
tur,& vt alios contra Chriſtum inflammet & prouocet. ⌊At illi reſpondentes dixerunt: Re- »
us eſt mortis⌋ quia ſecundum legem blaſphemi interficiebantur. His dictis omnes indigna- »
ti ſunt contra Ieſum,eumq́; cordialiter ac vehementiſſime ſpernentes, vnanimiter irruerũt
in eum,diuerſis eum pœnis atque iniurijs afficientes,quemadmodum ſubditur. ⌊Tunc ex- »
puerunt⌋ immundiſſimi illi canes ⌊in faciem eius⌋ ſanctam,gratioſiſſimam atq; dulciſſimã »
1.Petri.1 in quam deſiderant angeli ſancti proſpicere ⌊& colaphis eum ceciderunt,alij autem palmas »
(hoc eſt alapas) dederunt in faciem eius, dicentes: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te »
Lucæ.22 percuſſit?⌋ Velabant aũt faciẽ eius anteq̃ talia dicerẽt, vt Lucas habet: ¶ Hæc expoſitiõe nõ »
Pſal.23 indigent,ſed admirationẽ & compaſſionem requirunt. Mirandum eſt enim quod vnigeni-
tus filius dei dominus virtutum,rex gloriæ,tanta pro nobis pati dignatus eſt, & prorſus di- F
gnum & iuſtum eſt,vt ei compatiamur,eius paſſionibus conformemur, eius veſtigia imite-
mur,omnia aduerſa æquanimiter ſuſtinentes,in illis gaudentes,irriſiones,contemptus,vitu
1.Petri.2 peria,iniurias,pro Chriſti amore fortiter tolerantes,quia (vt Petrus ait) Chriſtus paſſus eſt
pro nobis,vobis relinquens exemplum,vt ſequamur veſtigia eius, quia cum malediceretur
non maledicebat,cũ pateretur,non cõminabatur. Cũ hæc agerẽtur, impletũ eſt q̃d per Eſaiã
Eſaiæ.50 loquitur Chriſtus: Corpus meum dedi percutientibus,& genas meas vellentibus. Faciẽ me-
am non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me. Tunc quoque impletũ eſt illud Iob:
Iob.16. Aperuerunt ſuper me ora ſua, exprobrantes tenuerunt ceruicem meam,percuſſerunt maxil
lam meam,ſaturati ſunt pœnis meis. De hoc & Sibylla legitur prophetaſſe: Dabunt deo ala-
Lucæ.22 pas manibus inceſtis. Inſuper ſecundum Lucam,alia multa blaſphemantes dicebant contra
Pſal.21 Ieſum. Vnde & Dauid in perſona Chriſti prædixit: Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo
rapiens & rugiens. ⌊Petrus autem ſedebat foris⌋ hoc eſt, extra domum vel aulam Caiphæ, »
⌊in atrio⌋ domus ſuæ, id eſt, in loco ſub diuo qui erat inter portam & ianuam domus pon- »
tificis,in quo atrio erat ignis accenſus,iuxta quem Petrus ſedit inter miniſtros pontificis, vt
Iohan.8 Lucas teſtatur: Erat enim frigus ſecundũm Iohannem, ſicut frequenter eſt in tali tempore
Martij poſt mediam noctem. ⌊Et acceſſit ad eum vna ancilla (pontificis) dicens: Et tu cum »
Ieſu Galilæo eras⌋ hoc eſt huic Ieſu nato à Nazareth vrbe Galileæ adhæſiſti hucuſq;. Secũ- »
dũ Lu-

A dum Lucam & Marcum: Mulier iſta acceſſit ad Petrum iuxta ignem, & cum fuiſſet eum di- Lucæ. 22
« ligenter intuita impoſuit ei quod eſſet diſcipulus Ieſu. ⌊At ille negauit coram omnibus di- Marc. 14.
« cens: Neſcio quid dicis⌋ hoc eſt non ſolum non fui cum illo, ſed nec agnoſco illum, nec ſcio
« quid verbis tuis ſignificare intendis. ⌊Exeunte autem illo (ſcilicet Petro) ianuam⌋ qua in-
trabatur ad atrium, vnde apud Marcum dicitur: Exiuit foras ante atrium. Poſt primam e- Ibidem.
nim negationem non audebat diu inter miniſtros aſtare, ſed ad tempus ſubtraxit ſe, & poſt
« modicum tempus rurſus intrauit in atrium, cupiens exitum rei videre ⌊vidit illum alia an-
« cilla, & ait his qui erant ibi, ⌋ hoc eſt ſeruis pontificis, qui Ieſum cœperunt & adduxerunt.
Maiores autem Iudæorum erant intus in auditorio cum ſummo ſacerdote occupati cum Ie
« ſu ⌊& hic erat cum Ieſu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui homi
« nem.⌋ Primo ſimpliciter negauit ex timore. Secundo, magis perterritus adiecit iuramen-
tum & peierauit. ¶Sed his verbis Matthæi ac Marci contrariari videtur, quòd ſecundum
Lucam, ſecunda negatio Petri facta eſt ad vocem viri. Porrò ſecundum Iohannem facta eſt Lucæ. 22
ad vocem plurium. Item, ſecundum Iohannem, facta eſt prope ignem in atrio. Dicendum, Iohan. 18
quòd ancilla Petrum accuſante, multi accurrebant, & diuerſi locuti ſunt. Potuit ergo eſſe vt
muliere loquente vnus virorum, mox verba fœminæ confirmaret, & ſic Lucas aſſerit di- Lucæ. 22
ctum à viro, quod Matthæus & Marcus referunt à fœmina dictum. Iohannes vero dicit à
pluribus dictum, quia non ſolum vnus, ſed plures viri verba ancillæ confirmabant, & for-
te excitati fuerunt ab ea ad loquendum cum Petro. Mulieres nanq́ue hoſtiariæ, quia vide-
runt Petrum cum trepidatione & verecundia quadam intrare & egredi, ſuſpicabātur quòd
eſſet diſcipulus Ieſu, vel ex aliȷs ſignis hoc conȷiciebant, puta ex habitu & apparatu. Interea
B quoq; Iohannes dicit ſecundam negationem factam prope ignem. Matthæus vero in exi-
tu Petri. Hoc ſic concordatur, quòd Petro incipiente exire facta dicatur. Non enim erat
longum ſpacium, ſeu magna diſtantia inter ignem & ianuam, ideo Euangeliſtæ non cura-
uerunt locum tam determitate exprimere, ſed principaliter intenderunt oſtendere, quòd
Petrus ter negauit, quemadmodum Chriſtus prædixit: Potuit autem eſſe, quòd Petro ſe ver Iohan. 13
tente ad exeundum, aliqui ſequebantur eum, imponentes ei quòd eſſet diſcipulus Ieſu, ſi-
« cut aſſeruit mulier. ⌊Et poſt puſillum⌋ videlicet, facto interuallo, quaſi horæ vnius ſecun-
« dum Lucam ⌊acceſſerunt ad eum⌋ hoc eſt ad Petrum ⌊qui ſtabant (in atrio) & dixerunt Lucæ. 22
« Petro: Vere & tu ex illis es⌋ id eſt de numero diſcipulorum Ieſu. ⌊Nam & loquela tua ma-
« niſeſtum te facit⌋ hoc eſt ex modo locutionis tuæ innoteſcit, quòd ſis Galilæus. Quàmuis e-
nim Galilæi eſſent Hebræi, & Hebræo idiomatæ vterentur, tamen in prolatione verborum
aliqualiter differebant ab habitatoribus Iudeæ, quemadmodum cernimus homines diuer-
ſarum prouinciarum. Licet etiam vrbium idem idioma diuerſimode pronunriare, quàmuis
« eiuſdem conſiſtant dominȷ. ⌊Tunc cœpit deteſtari & iurare, quia non nouiſſet hominē.⌋
Fuit enim tunc maxime territus, & ſtatim capi timebat. Secundum Marcum cœpit anathe- Marci. 14
matizare, hoc eſt, cum execratione iurare, imprecando ſibiȷpſi mala, ſi negando mentiref, in
quo patet magna fragilitas Petri, & verum eſſe quod ait ſaluator: Sine me nihil poteſtis fa- Iohan. 15
C cere. Hanc tertiam negationem Lucas dicit factam ad vocem vnius. Similiter Iohannes ad- Lucæ. 22
dens dicit, quòd ille vnus fuit cognatus eius, cuius auriculam Petrus abſcidit, dixitq́ Petro: Iohan. 18
Nonne te vidi cum illo in horto? Sed hoc facile cum his concordatur dicendo, quòd inter
multos, de quibus Matthæus & Marcus loquuntur, fuit vnus magis importunus, moleſtuſ-
q́ue Petro, propter quòd Iohannes & Lucas loquuntur ſingulariter de hoc vno.
« ⌊Et continuo⌋ hoc eſt ſtatim Petro tertia vice negante, ⌊gallus cantauit⌋ ſecundo, ſecun- Lucæ. 22
« dum Marcum, vt dictum eſt: vnde Lucas. Adhuc (inquit) illo loquente, gallus cantauit. ⌊Et
« recordatus eſt Petrus verbi Ieſu quod dixerat illi. Priuſquàm gallus cantet, ter me es nega-
« turus.⌋ Hoc iam expoſitum eſt. ⌊Et egreſſus foras, fleuit amare,⌋ Hoc eſt, amaritudinali-
ter, ſcilicet abundanter ac doloroſe, quemadmodum in Luca habetur: Conuerſus domi-
nus reſpexit Petrum, hoc eſt, per miſericordiam ſuam tetigit mentem Petri, ad verbi ſui re-
cordationem ac cordialem pœnitentiam, vel forte corporaliter reſpexit PETRVM.
Potuit enim fieri ex ordinatione Chriſti, vt Petrus tranſeundo ante ianuam aulæ introſpi-
ceret, & Chriſtus cuncta prænoſcens inſpiceret eum, conuertendo ſe ad ianuam domus,
in qua erant luminaria copioſa.

¶Ex his conſtat, ꝙ circa deſcriptionē trinæ negatiōis Petri. Euangeliſtæ multū diuerſimo-
de loqui videntur, quantum ad ſuperficiem literæ, quàmuis in ſenſu & veritate concordent.
Specialiter autem diſſonare videntur in tribus. Primo, quantum ad horam ſeu tempus nega-
tionis. Secundo, quantum ad perſonas, ad quarum interrogationem Petrus negauit, ſed hęc
duo iam declarata ſunt, quomodo concordari debeant. Tertio, quantum ad locū, ſicut iam
partim patuit atque expoſitum eſt. Sed adhuc vnum eſt, in quo diſſonare videntur, quod vt
mihi apparet, cęteris oībus difficilius ſoluif, q̄a ſecūdū Iohānē. Prima negatio Petri fuit ī do

mo Annæ, ſed ſecundum ſeriem textus aliorum trium Euangeliſtarum, omnes tres negationes Petri in domo Caiphæ factæ probantur. Matthæus enim Lucas & Marcus de Anna nil ſcribunt. ſed referunt Petrum eſſe ſecutum vſque in atrium Caiphæ, & ibi ter Chriſtū negaſſe. D
Auguſtinus ¶ Deniq; ad hoc ſancti doctores valde difformiter reſponderunt. Auguſtitus enī affirmat, quòd Petrus negauit ter in domo Annæ. Alij dicunt quòd ter negauit in domo Caiphæ
Hieronymus. Beda. Gorra vero refert, quòd ſecundum Hieronymū & Bedam Petrus ſemel negauit in domo Annæ, & bis in domo Caiphæ. Quàmuis autem certiſſimus ſim beatiſſimos Euangeliſtas in nullo erraſſe aut diſcordare, non tamen ſufficio hanc difficultatem abſoluere, niſi dicerem tres Euangeliſtas non loqui de eodem atrio, ſed duobus, quod tamen vt reor dici non poteſt, ſicut ex dictis elicitur. Cum enim Petrus primo negaſſet in atrio iuxta ignem, & iam ab igne recederet, negauit ſecundo, vel niſi dicerem, quod Petrus negauit ſæpius, quàm ter, licet negationes eius principales fuerint tres dumtaxat, ſed nec hoc dicere audeo, cum nulla authoritate probare id poſſim. Ideo aliqui dicunt, quod Euangeliſtæ in deſcribendo trinam negationem Petri loquuntur per anticipationem, & recapitulationem. Legitur quod Petrus egrediendo de atrio, introijt foueam quandam inter montem Syon, & Hieruſalem, ibiq; fleuerit.
Clemens Refert quoque Clemens papa in itinerario, quod Petrus ex hac nocte traxit in conſuetudinem, quòd à primo Gallorum cantu vſq; ad horam matutinam fletit in oratione, ſuam negationem vberrime deflens, ita vt facies eius quaſi aduſta videretur.

EXPOSITIO CAPITVLI VICESIMISEPTIMI.

Mane autem facto &c. Articulus .XLIII.

Caput XXVII. E

MANE AVTEM FACTO⌋ Quia ab hora captionis vſq; ad auroram non ceſſauerunt IESVM duris pœnis afficere, vt dictum eſt, ⌊conſilium inierunt omnes principes ſacerdotum & ſeniores populi aduerſus IESVM, vt eum morti traderent.⌋ Nondum enim habuerunt ſufficientem accuſationem, propter quam præſes Gentilis cogeretur eum occidere, puta Pilatus, qui ignorantiam Dei habens, de blaſphemia Dei Iſrael non multum curauit. Excogitauerunt ergo & alias obiectiones quas Lucas commemorat, vt dicetur, ⌊& vinctum adduxerunt Ieſum.⌋ tanquàm mortis reum, forte manibus poſt tergum ligatis, & catena miſſa in collo ipſius. Solebant autem Iudæi ligatos offerre iudici, eos quos morti dignos putabant. ⌊Et tradiderūt eū Pontio Pilato præſidi⌋ Hoc eſt, Iudæis præſidenti, vt iudex à Romanis miſſus & conſtitutus. ⌊Tunc videns Iudas qui tradidit eum, quod damnatus eſſet⌋ Hoc dupliciter intelligi poteſt. Primo ſic, quod damnatus eſſet, hoc eſt, quod Ieſus iam à Iudæis eſſet morti adiudicatus, & à Pilato damnandus. Vel, quod ipſe Iudas damnandus eſſet, hoc enim Iudas de ſeipſo perpendere potuit. Primo propter magnitudinem ſui facinoris. Secundo, quia audiuit à Chriſto quem
Mat. 26 nouerat eſſe Prophetam verum & ſanctum: Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur ⌊pœnitentia ductus⌋ Doluit enim de ſuo peccato, ſed non fuit vera pœnitentia, prout pœnitentia eſt virtus vel ſacramentum ⌊retulit (hoc eſt reportauit vel reddidit) triginta argenteos (pro quibus vendidit Ieſum) principibus ſacerdotum & ſenioribus populi⌋ à quibus acceperat eos, deſiderans Chriſtum à morte eripere, forte quòd Iudas videns magiſtrū ſuum, tam F
miſerabiliter diſcoloratum, tam crudeliter tractatum, tam inhoneſte ligatum, tam mendaciter accuſatum, compaſſionem quandam concepit ad eum propter innocentiam eius ⌊dicēs: Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum⌋ frequenter nomine ſanguinis totus homo, ſeu vita, vel anima hominis deſignatur. ⌊At illi dixerunt: Quid ad nos?⌋ Hoc eſt: Quid ſpectat ad nos, quod peccaſti innocentem prodendo, quaſi dicant: Non curamus, neque diſcutimus, an peccaſti, vel non. In hoc peſſime dixerunt: Si enim ipſe peccauit innocentem prodendo, nonné & ipſi peccauerunt in emendo, perſequendo, & occidendo? ⌊Tu videris⌋ Hoc eſt: Tu opus tuum conſpice, & onus tuum porta. ⌊Et proiectis argenteis in templo, receſſit⌋ cum immo-
Acto. 1 derata triſtitia, ⌊& abiens, laqueo ſe ſuſpendit.⌋ Ex deſperatione dicens cum Cain. Maior
Gene. 4 Acto. 1 eſt iniquitas mea quàm vt veniam merear. Denique ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſceta eius, & notum factum eſt omnibus habitantibus Hieruſalem. Plus autem pec-
Deſperatio peccatum in ſpiritum ſanctum cauit Iudas deſperando quàm Chrīm tradendo, cum deſperatio ſit peccatum in ſpiritū ſanctum, & contra diuinitatem directe, videlicet, contra infinitatem bonitatis & miſericordiæ Dei. Proditio autem fuit directè contra Chriſti humanitatem. ⌊Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet mittere (.i. ponere) eos in carbonam⌋ .i. in gazophilacium, arcā, ſeu locū oblationū, vbi ponebant ea quæ offerebant ī tēplo ad ſuſtētationē miniſtrorū tēpli, & reparationē ipſius ⌊ga pciū ſanguinis ē⌋ .i. pecunia p ſanguine effundēdo expoſita.

Time

A Timebant locum ſanctum cruenta pecunia inquinari, culicem colantes & camelū glutiētes. ⌊Conſilio aūt inito, emerūt ex illis,⌋ id eſt pro argēteis memoratis ⌊agrū figuli⌋ qui forſitan dictus eſt ager figuli, quia ad figulum pertinebat, vel vaſa fictilia ibi fiebāt, vel terra pro vaſis fictilibus faciendis inde tollebatur, quēadmodū apud Eſaiā legitur, de via agri fullonis, vbi Eſaias iubetur occurrere regi Achas, qui ager vocatur fullonis, quia in eo fullones veſtes ſuas ſiccabant ⌊& in ſepulturam peregrinorum⌋ id eſt peregrini nō habentes ſepulchra propria in agro illo ſepelirentur. Hoc fecerunt, miſericordiam ſimulantes, ſed ſecundū Hieronymū eorum intentio fuit Chriſtum diffamare, quatenus ex occaſione illius agri & ſepulturæ ſemper maneret memoria venditionis atque turpiſſimæ mortis Chriſti, ſed diuina ordinatione hoc factū eſt ad memoriam impiæ venditionis & iuſtæ vltionis Iudæ, ac innocentis traditionis, paſſioniſque Chriſti. ⌊Propter hoc vocatus eſt ager ille Acheldemach, hoc eſt ager ſanguinis⌋ hoc eſt emptus pro pretio ſanguinis Ieſu ⌊vſque in hodiernum diem. Tunc adimpletum eſt, quod dictum eſt per Hieremiam prophetā dicentē: Et acceperunt⌋ principes ſacerdotum & ſeniores populi ⌊triginta argenteos (qui fuerunt) prætium apprætiati, quem apprætiauerunt à filijs Iſrael,⌋ id eſt à Iuda, vt ponatur plurale pro ſingulari, ſicut frequenter fit in ſcripturis ⌊& dederunt⌋ hoc eſt expoſuerunt ⌊eos in agrum figuli⌋ id eſt, pro agro huiuſmodi ⌊ſicut conſtituit mihi dominus⌋ Iſta authoritas non inuenitur in Hieremia, hoc eſt in libro eius vulgato & autentico quem habemus. Lyra autem dicit quod Hieronymus vidit hanc authoritatem in quodam libro Hebraico, qui aſcribebatur Hieremiæ. Sed ſciendum, quòd Hieronymus dicit ſibi à quodam Iudæo de ſecta Nazarenorum oblatum eſſe librum apocrifum, quem dicebat ille Iudæus eſſe Hieremiæ. Verum allegatio apocriforum non eſt ſolida in ſcripturis.

[Matth. 13.] [Eſaiæ.] [Hieronym⁹.] [Alias Hakaldema.] [Hieronymus.]

B Potuit tamen eſſe quod Euangeliſta Matthæus ſpiritu ſancto agnouit Hieremiam iſta dixiſſe verbo ſolo vel ſcripto. Hieronymo vero apparet quod allegata authoritas ſumpta ſit ex Zacharia, & ita quod dicitur in textu (Hieremiā) non eſt de textu, ſed creditur ab aliquo additum. Porrò apud Zachariam ſic habetur: Dixi ſi bonum eſt in oculis veſtris afferte mercedem meam, & ſi non, quieſcite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos, & dixit dominus ad me. Proijce eos ad ſtatuarium, decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis. ⌊Ieſus autem ſtetit ante præſidem⌋ capite inclinato, vultu in terram demiſſo, vinctis manibus, ſilentibus labijs, atque mitiſſimo corde. ⌊Et interrogauit eum præſes dicens: Tu es rex Iudæorum?⌋ quemadmodum in Iohanne inducitur. Cum Iudæi duxiſſent Ieſum ad Pilatum in prætorium, & non vellent introire prætorium, hoc eſt, locum viri gentilis, ne macularentur, Pilatus exiuit ad eos, & videns Ieſum ligatum tanquàm mortis reum interrogauit cauſam mortis, dicendo. Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? ſciuit enim Pilatus conſuetudinem eſſe Romanis, vt neminem damnarent ad mortem, niſi præſentes haberet accuſatores, & locum ſe defendendi acciperet, & hanc legem voluit Pilatus ſeruare in Chriſto. Cui primo reſponderunt Iudæi. Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Quibus dixit Pilatus: Accipite eū vos & ſecundum legem veſtram iudicate eum. Tanquàm diceret. Si vultis vt ego non inquiram cauſas iudicij, ſed reputem vos tantæ iuſtitiæ, vt certum ſit quod non offeretis mihi innocentem ſic vinctum, ergo & veſtrum iudicium ſufficiat, nec requiratis vt ego eum condemnem.

[Zacha. 11] [Iohan. 18]

C Cui Iudæi: Nobis (inquiunt) non licet interficere quenquàm. Cumque Pilatus non contentaretur accuſatione confuſa ac dubioſa, cœperunt Iudæi Ieſum accuſare in tribus, vt Lucas refert: Dicebant enim: Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, ecce primum, hoc eſt, comprehendimus eum ſeducere populum Iudæorum ſua doctrina peſtifera, & prohibentem tributa dari Cæſari, ecce ſecundum, & dicētem ſe Chriſtum regem eſſe, ecce tertium. Duo prima obiecta Pilatus non aduertit, quia cum eſſet Gentilis, de lege & documentis Iudæorum non curauit. Secundum quoque ſciuit eſſe mendoſum, quia percepit Chriſtum dixiſſe Herodianis. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt dei deo. Tertium vero attendit, quoniam imperator Romanus præcepit, ne ſine ſuo conſenſu aliquis vſurparet ſibi nomen regis. Et quia Iudæi ſeruiebant ei ſub tributo, propterea interrogauit Chriſtum, an eſſet rex Iudæorum. ⌊Dicit ei Ieſus: Tu dicis,⌋ hoc eſt, verum eſt, quòd ſim rex. Hanc reſponſionem Iohannes plenius deſcripſit. Nam primo Chriſtus dixit. Regnum meum non eſt de hoc mundo, in quo ſatisfecit Pilato & Cæſari, qui non regnauit niſi temporaliter in ſeculo iſto, deinde dixit ad Ieſum. Ergo rex es tu? Cui Chriſtus reſpondit. Tu dicis, quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Cumque Pilatus dixiſſet. Quid eſt veritas? ſtatim exijt ad Iudæos, volens excuſare atque dimittere Ieſum.

[contra xum (?) ... iudeos (?) accu...] [Luce. 23] [Luce. 20] [Iohan. 18]

⌊Et cum accuſaretur (Ieſus) à principibus ſacerdotum & ſenioribus, nihil reſpondit⌋ vt patientiæ & manſuetudinis daret exempla, & quia mortem euadere noluit. ⌊Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta aduerſus te dicunt teſtimonia? Et nō reſpōdit ei ad vllū verbū, ita vt

mirare-

miraretur præſes vehementer.⌋ Sciens quòd facillime ſe potuiſſet excuſare, præſertim cum D
Luc. 23 haberet iudicem pro ſe. Hoc loco omittit Matthæus, quòd ſolus Lucas cõmemorat, ꝙ Iudæis dicentibus: Commouet populũ, incipiens à Galilæa. Pilatus interrogat, an Galilæus eſſet. Et cũ cognouiſſet, miſit eũ ad Herodem, qui viſo Ieſu gauiſus eſt valde, quia diu optauit eum videre propter famã eius, ſperauitq́ꝫ aliquod miraculũ videre ab eo fieri. Cumq́ꝫ multa quæſiſſet à Ieſu, & nullum ab eo reſponſum ſuſciperet, ſpreuit eũ cum ſuo exercitu, & illuſum, ac alba veſte indutũ remiſit Pilato. ⌊Per diem autem ſolennẽ⌋ hoc eſt, in ſolennitate paſchali, ⌊conſueuerat præſes dimittere populo (Iudæorum) vinctũ vnũ quẽ voluiſſent.⌋ i. aliquem captum quemcunqꝫ petiſſent, in memoriam liberationis patrum ſuorum de terra Aegypti. Hoc enim Iudæi obtinuerunt à Romanis. ⌊Habebat aũt (præſes Pilatus) tunc vinctũ vnũ inſignẽ⌋ hoc eſt, famoſum nõ nobilẽ, ſed in malitia eminentẽ, ⌊qui dicebat Barabbas, qui propter homicidiũ (à ſe factũ in Hieruſalem) miſſus fuerat in carcerẽ.⌋ Secundũ Lucã fecit & ſeditionem.
Luc. 23
Iohan. 18 Iohannes aũt vocat eum latronem. ⌊Congregatis ergo illis⌋ videlicet principibus ſacerdotum & plebe Iudæorum: ⌊Dixit illis Pilatus: Quem vultis dimittã vobis? Barabbam, an Ieſum qui dicit Chriſtus?⌋ Pilatus toto affectu cupiens Ieſum eripere, proponit eis duos duntaxat vnum ſceleratiſſimũ, & alium innocentem, putans quòd nullo modo eligerent Barabbam ſibi dimitti, ſed Ieſum. Et ergo ſubtiliter propoſuit eis electionem inter hos duos.

Pilatus Chriſtum liberare nititur

¶Sed vnde vel quomodo ſciuit Pilatus homo paganus loqui de Chriſto. Et reſpondendum, quòd habitans inter Iudæos potuit ſcire quod expectarent aduentum Chriſti, & quod aliqui dicerent,
Mat. 21 Ieſum eſſe Chriſtum. Non enim dubium eſt, quin ſæpe audiuit mentionem de Chriſto, præſertim in die Palmarum, propter ſolenniſſimam illam proceſſionem. Et rurſus: Quia Iudæi E iam dixerunt Pilato, quòd Ieſus diceret ſe eſſe Chriſtum, ideo ſic repetiuit, dicendo: An Ieſum qui dicitur Chriſtus. Cur autem voluerit Ieſum eripere, ſubditur. ⌊Sciebat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eum ſibi,⌋ Pontifices ac Iudæi. Nam accuſationes eorum inuenit falſas, aut inſufficientes, & forte ante & aliunde percepit, quomodo Ieſus aperte & fiducialiſmè increparet principes ſacerdotum, ſcribas, & phariſæos, quod Pilato bene complacuit, quia non dilexit Iudæos, ſicut nec ipſi eum, imo viciſſim interfecit magnam partem eorum.

Iohan. 18 ¶Omittit hoc loco Matthæus, quod refert Euangeliſta Iohannes, quemadmodum Chriſto ab Herode reuerſo dixit Pilatus Iudæis: Nullam cauſam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo, hoc eſt, flagellari faciam illum, & dimittam, quia ſi in verbis offendit, pro hoc ſufficit pœna flagellationis, tuncq́ꝫ Pilatus fecit eum grauiſſime flagellari, vt Iudæorum mitigaret furorem. ⌊Sedente autẽ eo (puta Pilato) pro tribunali⌋ Hoc eſt, in ſede iudiciaria ad iudicandum de Chriſto, ⌊miſit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi & iuſto illi,⌋ id eſt, non præſumas aliquid agere contra eum. ⌊Multa enim paſſa ſum hodie.⌋ Hoc eſt, hoc die naturali, videlicet in aurora vt creditur ⌊per viſum (.i. in viſione) propter eum⌋ hoc eſt, occaſione eius, & ob hoc vt procurem à te liberationem illius. Diabolus nempe qui ab exordio conatus eſt hominum impedire ſalutem, nunc quoqꝫ vxorem Pilati inſtigauit per ſuggeſtiones comminatorias factas in ſomno, vt probabilius dicitur, vt virum ſuum induceret ad Chriſti libera-
Iohan. 13 tionem, adijciens minas, niſi hoc faceret. ¶Sed cur diabolus qui pauloante miſit in cor Iudæ, vt traderet Ieſum, nunc mittit in cor mulieris, vt redimat eum. Dicendũ ꝙ dæmon frequenter vacillauit in notitia Chriſti, nunc æſtimans eum eſſe Chriſtum propter diuinitatis inſignia, nunc arbitrans oppoſitum, propter humanitatis infirma. Cum ergo Iudam incitauit F ad Chriſti proditionem, putauit ꝙ nõ eſſet Chriſtus, verum in ipſa nocte, & deinceps, incredibilem manſuetudinem, patientiam, atqꝫ conſtantiam Chriſti conſpiciens, cernensq́ꝫ ſcripturas de Chriſti paſſione prædictas iam in ipſo, ꝓ parte impletas, & cito timens cõplendas. Videns quoque vt creditur conſolationem ſanctorum in lymbo, cœpit vehementer conijcere, quod ipſe eſſet verus Meſſias, timensq́ꝫ vinci ac ſpoliari ab eo, incitauit mulierem ad ea, quæ dicta ſunt. Solent enim coniuges magnatum, per tempus remanere in lecto, ſurgentibus viris.

Diabolus per mulierem, cur Chriſtum liberare voluerit

⌊Principes autem ſacerdotum⌋ Annas & Caiphas maxime ⌊& ſeniores, perſuaſerunt populis (id eſt vulgo) vt peterent Barabbam⌋ ſibi dimitti, ⌊Ieſum vero perderent.⌋ Hoc eſt, crucifigi expoſcerent. ⌊Reſpondens autem præſes, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam. Dicit illis Pilatus. Quid ergo faciam de IESV, qui dicitur CHRISTVS? Dicunt omnes: Crucifigatur.⌋ O excæcatiſſimi, ingratiſſimi, crudeliſſimiq́ꝫ Iudæi, qui eum, qui vobis ac filijs veſtris tanta bona fecit, omnes infirmitates ſanãdo, dæmoniacos liberãdo, mortuos ſuſcitando, eſurientes alendo, ignorantes docendo, veſtram cæcitatem atque futuram deſtructionem deflendo, latroni & homicidæ ac ſeditioſo poſtponitis, deteriorẽ cenſetis, & turpiſſima, itemq́ꝫ acerbiſſima morte necari depoſcitis. ⌊Ait illis præſes. Quid enĩ mali fecit? At illi magis clamabãt: Crucifigatur.⌋ & tolle,
Pſalm. 21 tolle eum. Tunc vere impletũ eſt, ꝙ Chriſtus ait in Pſalmo: Quoniã circũdederunt me canes
Hiere. 12 multi, cõciliũ malignantiũ obſedit me. Et per Hieremiã: Facta eſt (inqt) mihi hæreditas mea

quaſi

A quaſi leo in ſylua, dedit contra me vocẽ ſuã. Tũc quoq; impletũ eſt illud Ozee: Ego erudiui
“ eos, & in me cogitauerunt malitiam, & locuti ſunt contra me mendacia. ⌊Vidẽs autem Pi-
“ latus quod nihil proficeret⌋ laborando pro Chriſti liberatiõe, ⌊ſed magis tumultus fieret⌋
hoc eſt perturbatio populi, importunis præcibus, irrationabilibusq; clamoribus ad contra-
rium laborãtis. Quod eñ per rationem atq; iuſtitiã adipiſci nõ poterãt, præcibus, clamori-
“ bus cõminationibus, & cõmuni inſtãtia impetrare conati ſunt. ⌊Accepta aqua, lauit manus
“ corã populo dicẽs: ⌊Innocẽs ego ſum à ſanguine iuſti huius⌋ Sic eñ mulier eius ei mãdauit.
Nihil tibi & iuſto illi. i. occiſio eius mihi nõ imputeť, quia inuit⁹ eũ cõdemno, quẽ innocentẽ
“ & ex inuidia traditũ ſcio ⌊vos videritis⌋. i. voſipſi penſate quid facitis, quia nõ ego, ſed vos
“ eũ occiditis. ⌊Et reſpondit vniuerſus populus⌋ à ſacerdotibus peſſimæ informatus ⌊dicẽs:
“ Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios⌋ id eſt poſteros ⌊noſtros⌋ filios ac filias, hoc eſt nobis
& poſteris noſtris imputeť crucifixio eius, & ſi qd culpæ conſiſtit in eius occiſione, hãc capi-
mus ſuper nos, & te immunẽ fatemur. O crudeliſſimi patres, & rabidiſſimi canes, quibus nõ
ſufficit cõdemnatio propria, ſed totã poſteritatem tanto piaculo præcatur eſſe obnoxiam.
Deniq; exaudita eſt & impleta eoꝝ oratio, quoniã teſte apoſtolo, peruenit ſuper eos ira dei — Ephe. 5.
vſq; in finẽ, quod pſalmiſta quoq; prædixit: Effunde ſuper eos iram tuã, & furor iræ tuæ cõ- — Pſal. 68.
prehendat eos. Itaq; nõ amplius pertinet populus Iudæoꝝ ad deũ, quẽadmodũ in Daniele le- — Daniel. 9
gitur prophetatum: Nõ erit eius, ſcilicet Chriſti populus, qui eum negaturus eſt, & finis eius
vaſtitas, & vſq; in finem perſeuerabit deſolatio. ⌊Tunc Pilatus dimiſit illis Barrabam, Ieſum
vero (flagellatum) tradidit eis, vt crucifigeretur⌋ id eſt ad mortẽ eum condẽnauit. Et in hoc
vehemẽter peccauit, q̃uis minus quàm põtifices & Iudæi. Sciuit eñ quòd per inuidiã eẽt ſibi
oblatus & innocẽs, & tamen ex timore Cæſaris, & propter populi ſtrepitũ, & forte propter
fauorem pontificũ damnauit innoxium, quod nequaq̃ facere debuit, quia cũ eſſet iudex, pro
nulla re debuit æquitatẽ relinquere, quia ſecundũ philoſophũ in æthicis. Iudex debet eſſe ve-
B lut animata iuſtitia, viuaq; lex, ab æquitatis tramite nuſq̃ deflectens. Item, quia Pilatus dixit — Ab æquitatis tramite nunquã deflectendũ.
“ ad Ieſum. Poteſtatẽ habeo crucifigere te, & poteſtatẽ habeo dimittere te, nõ debuit poteſta-
te ſua abuti. ⌊Tunc milites præſidis, ſuſcipiẽtes Ieſum in prætorio, &c.⌋ Hoc loco euãgeli-
ſta Matthæus nõ ſeruat ordinẽ hiſtoriæ, narrãdo res geſtas eo ordine quo factæ ſunt. Quod
eñ hic ſubditur poſt Chriſti cõdemnationẽ, de eius illuſoria induitione, ſpinea coronatiõe,
cõſputatione, &c. factũ fuit anteq̃ iudicareť ad mortẽ. Quẽadmodũ eñ apud Iohãnẽ habeť,
ad hoc Pilatus fecit Ieſum flagellari atq; illudi, vt Iudæi cernẽtes eũ tam miſerabiliter, pœna- — Iohan. 18.
literq; tractatũ, ceſſarent à perſecutione ipſius. Sic quippe habeť in Iohanne: Exiuit iterum
Pilatus, & dixit Iudæis: Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoſcatis, quia nullam in eo cau-
ſam inuenio. Exiuit ergo Ieſus, portans ſpineam coronã, & purpureum veſtimentum, & di-
cit eis Pilatus: Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eũ pontifices & miniſtri clamabãt. Crucifige
crucifige eũ. Quod igiť hoc loco ſubiungiť, per recapitulationẽ deſcribiť. Tũc milites præſi-
dis, ſuſcipiẽtes Ieſum in prætorio. i. in domo iudicis. Prætoriũ eñ ſecũdũ Bedã eſt ſedes vel — Beda.
“ domus in qua prætores ſeu præfecti, ſedebãt ad diſcernẽda negotia populi, & dicunť præto-
“ res quaſi præceptores, quoniã ciuibus dabãt p̃cepta, ⌊cõgregauerũt ad eũ vniuerſam cohor
tem⌋. i. multitudinẽ intrãtiũ prætoriũ. Iudæi eñ nõ intrabãt, ne macularentur, vt dictũ eſt:
C Cohors vero fuit multitudo ſubiecta tribuno, hãc congregauerũt, vt pœna & illuſio Chri-
“ ſti coram tanta multitudine, & in loco patenti eſſent maiores & erubeſcibiliores.
⌊Ex exuentes eum chlamydem coccineam circundederunt ei,⌋ hoc eſt, veſte ſeu chlamy-
de rubea, ad ſimilitudinem purpuræ induerunt Ieſum, illudendo ei, quoniã dixit ſe regem:
“ Hãc eñ chlamydẽ vocat Iohãnes purpureũ veſtimentũ, & aliqui dicũt, ꝙ fuit aliud vile ru-
beum ſimile purpuræ ⌊& plectẽtes coronã de ſpinis⌋. i. de iuncis marinis acutis inſtar ſpina
“ rum ⌊poſuerũt ſup caput eius⌋ pro diademate. Refert Lira ſe audiſſe à quodã qui fuit vltra
“ mare cũ ſancto Ludouico rege Franciæ, ꝙ in littore maris ſenſit puncturas iuncoꝝ p calce-
“ os ⌊& arundinẽ⌋. i. calamũ poſuerũt ⌊in dextera eius (pro ſceptro regali) & genuflexo añ eũ
illudebãt ei dicẽtes: Aue rex Iudæoꝝ: Et expuentes in eũ⌋ tanq̃ in viliſſimũ hominẽ ex ve-
hemẽti cõtemptu ⌊acceperũt arundinẽ, & percuſſerũt caput eius⌋ cũ arundine, vt imprime-
rẽt illas ſpinas punctiuas ſacratiſſimo capiti eius, quo facto, cępit ſanctiſſimus ſanguis eius ex
diuerſis diuini capitis vulneribus, quaſi ex viuis ac puriſſimis fontibus copioſiſſime emanare,
& per benedictũ vultũ eius deſcẽdere, ita vt tota facies eius gratioſiſſima ſanguine p̃funderetur.
¶ Cõpaſſionẽ & intenſiſſimã cõſiderationẽ hęc exigũt, & expoſitiõe nõ indigẽt. Quis eñ
hæc diligẽter perpendẽs, poterit dulciſſimo agno, innocẽti filio dei nõ cõpati, & eius amore
nõ affici, ad ſuſtinẽda aduerſa nõ aĩari: Interea ſi nõ amamus eum qa bonus, qa deus & frater
eſt noſter, ſaltem idcirco eũ amemus, qm̃ tãta pro noſtra ſalute perpeſſus eſt, tãtaq; nobis be-
neficia eſt largitus, & maiora ſpopondit. Aduertendũ quòd ſcd̃m Chryſoſtomũ, milites iſta — Chryſoſtom⁹.
fecerũt non iuſſu Pilati, ſed à Iudæis promiſſiõe donoꝝ corrupti, hoc & ego æſtimare ſole-

bam, qñ

bam, quando putaui hæc facta eo ordine quo hic à Matthæo narrant, quia Pilatus non intē- D
Iohan.18 debat Ieſum tam crudeliter perſequi. Verum modo conſiderans ex Euangelio Iohannis, quòd
Auguſtinus facta ſunt hæc ante prolationem ſententiæ contra Chriſtum, potius cum Auguſtino dicen-
dum opinor, quòd fecerunt iſta ex iuſſu vel permiſſione Pilati cui hæc placuerunt, quatenus
Iudæi videntes Ieſum tam inhumanè afflictum, contemptum, irriſum, pmitterent eum trāſi-
re. ⌊Et poſtq̄ illuſerūt ei, exuerūt eū chlamyde, & induerūt eū veſtimētis eius, ⌋ vt in illis ma »
gis cognoſceret, & ea ſibi ſub cruce diuideret, ⌊& duxerūt eū (extra Hierl'm) vt crucifigerēt ⌋ »
Iohan.19 eum extra portam. Et baiulans ſibi crucem exiuit ſcd'm Iohannem, ⌊Exeuntes autem inue- »
nerunt hominem Cyrenæum (.i. à tali loco oriundum ſeu appellatum) venientem de villa, ⌋ »
Marc.15 aliqua obuiam eis verſus Hieruſalem ⌊nomine Symonem ⌋ patrem Alexandri & Rufi ſecū- »
Hieronymus. dum Marcum, qui erant diſcipuli Chriſti, vt dicit Hieronymus. ⌊Hunc angariauerunt ⌋ .i. »
Iohan.18 timore & minis coegerunt ⌊vt tolleret crucem eius ⌋ ¶Sciendum quia (vt ait Iohannes) Ie »
ſus egrediendo à prætorio & ciuitate, baiulauit proprijs humeris lignum crucis ad ſpacium
aliquod: deinde milites vel Iudæi timentes ne Chriſtus ſub onere crucis in via deficeret, ſicq;
futuras pœnas compendio quodam redimeret, impoſuerunt huic Symoni ferre crucem.
Præterea eduxerunt Ieſum inter duos latrones crucifigendos, qui non leguntur ſua patibula ba
iulaſſe, vt eductio Ieſu ex hoc cōfuſibilior appareret. O pater æterne quanta pro nobis infeli
ciſſimis hominibus & miſeris vermiculis pertulit vnigenitus filius tuus. Quantum tibi & illi
regratiari tenemur. Sed & hoc in omnibus his conſideratione digniſſimū, quid in vniuerſis
pœnis Chriſti prædictis atq; dicendis paſſa ſit affectuoſiſſima, mitiſſima, atq; pijſſima mater
eius. ⌊Et venerunt in locum, qui dicitur Golgatha (Hebraice) quod interpretatur Caluariæ locus ⌋ E
Hieronymus. q̄m plenus fuit Caluarijs reorum ibi occiſorum, ſuſpenſorum, ſeu decollatorum. Refert Hieronymus
fuiſſe opinionem Origenis cuiuſdam, q ideo locus ille dictus ſit Caluariæ, quoniam ibi ſepul-
tus ſit Adam & eius caput illic cōditum fuit, & q ideo ibi crucifigi voluit Chriſtus, vt eius ſan
guis ſuper primi hominis tumulum diſtillaret, eumq; cum ſua poſteritate redimeret. Quāuis
autem iſta expoſitio ſit fauorabilis, mulcensq; auditum, nō tamen eſt vera, quoniam in libro
Ioſue legitur: Adam ſepultus in Hebron, propter quod ciuitas illa olim vocabatur Cariatharbe,
hoc eſt, ciuitas quatuor, eò quòd ibi ſepulti ſint quatuor magni patriarchæ cum ſuis vxoribus.
ſcilicet Adam cum Eua, Abraham cum Sara, Iſaac cum Rebecca, Iacob cum Lya. ⌊Et dede- »
Marc.14 runt ei vinum bibere cum felle mixtum. ⌋ ¶Marcus refert, q dederunt ei bibere vinū myr- »
Iohan.18 rhatum. Iohannes vero vocat potum iſtum acetum. Dicendū ergo, q potus iſte fuit vinum
amarum & acetoſum, felle mixtum, q Marcus dicit myrrhatū, vel quia etiam mixtum erat myr
rha, quæ eſt amara vel propter proprietatem, videlicet, quia amarum fuit, quemadmodū myr-
rha. Aliqui inſuper dicunt, q miniſtri talem potū dederunt damnatis, vt citius morerentur, ſicq;
de illorum cuſtodia expedirentur. Alij dicunt, quòd ſeniores Iudæorum ordinauerunt damnatis ad
mortem dari vinum bonum & aromaticum, quatenus exhilarati, pœnam mortis minus attē
Prouerb.31 derent, atq; facilius tolerarent, & hoc ordinaſſe leguntur, quoniam in Prouerbijs Salomon ſcri
pſit: Date vinū mœrentibus, ſiceram his qui amaro ſunt animo, bibant & obliuiſcantur egeſta-
tis ſuæ. In Hieruſalem ergo (vt dicunt) fuerunt fœminæ religioſæ, quæ pro Chr̄o & latroni-
bus talem potū dederūt miniſtris, qui veneno rancoris impleti pro potu huiuſmodi dederūt
Chr̄o vinum fellitum. Dixit enim Chr̄us: Sitio, quia non ſolū ſpūaliter ſitiebat noſtram ſalu F
tem, ſed corporalē ſitim habebat maximam, ac pœnoſam, quoniam ex maximo labore, & co
Pſalm.21 pioſa ſanguinis ſui effuſione, corpus eius ſiccatū, aduſtumq; fuit. Vnde ait in Pſalmo: Aruit
tanq̄ teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis. Dixit aūt: Sitio, ſcd'm Iohannem
Iohan.18 vt ſcriptura impleretur, videlicet prophetia Dauid in pſona Chriſti, dicētis: Dederūt in eſcam
Pſalm.68 meam fel, & in ſiti mea potauerūt me aceto. ⌊Et cū guſtaſſet (Ieſus, hoc vinū) noluit bibere ⌋ »
multum de eo. Non enim erat refrigeratiuum naturæ, ſed afflictiuū. Ex hoc verbo Matthæi
Iohan.19 patet concordia inter Iohannem & Marcū. Nam Iohannes habet: Cū Ieſus accepiſſet acetū,
vnde conſtat quod aliquid bibit, propter quòd ait Matthæus: Cum guſtaſſet. Porro Mar-
Marci.15 cus ſic habet: Dederunt ei bibere vinum myrrhatum, & non accepit, hoc eſt, parum inde po
tauit, ſicut de eo qui modicum bibit, dicimus: Nihil bibit. Quod enim modicum eſt, pro ni-
hilo reputatur ſecundum philoſophum.

¶Explanatio reſiduæ partis huius cap̄li. Articulus XLIIII.

Chriſti diuidū- POſtquàm autem crucifixerūt eum, diuiſerunt veſtimenta eius, ſortem mittentes. ⌋ »
tur veſtimenta Quàmuis quatuor Euangeliſtæ huius rei faciant mentionem. Iohannes tamen ple-
Iohan.19 nius id deſcripſit: Diuiſerūt enim veſtimenta Chriſti præter tunicam inconſutilem
in quatuor partes, vt q̄libet miles vnam partē acciperet. Vñ elicitur q milites crucifi-
gentes fuerant quatuor. Porro de tunica inconſutili dixerūt: Non ſcindamus eam. i. non di-
uidamus eam in quatuor partes, vt alia indumenta, ſed ſortiamur. i. ſortem mittamus de ea,
cuius ſit. i. quis eam totam accipiat. Fuerat enim facta veſtis hæc per modum retis nō cōſuta
aut inci-

A aut inciſa,ſed deſup cōtexta per totū,videlicet artificioſe elaborata,idcirco non potuit con-
grue diuidi,& forte propter operis ſpecialitatē ſeu raritatē, vel artificialitatē optauit quili-
bet eorꝫ eā integrā obtinere.Itaqꝫ q̄d Matthæus, Lucas & Marcus ſcribunt de ſortis miſſio- Mar. 15
ne,ad ſolā hanc tunicā eſt referendū, quā creditur beatiſſima Chriſti genitrix proprijs ma- Luc. 23
nibus ꝑparaſſe ſuo dilecto. Patet q̄qꝫ ex his,ꝙ Chriſtus nudus in cruce ſuſpēſus eſt, niſi ꝙ ali-
qui dicunt,digniſſimā eius matrē velū ſui capitis poſuiſſe circa locū virilitatis ipſius,⌊vt adim
pleretur quod dictū eſt per prophetā(Dauid)dicentē(in pſalmo in ꝑſona Chriſti,)Diuiſe- Pſal. 21
runt ſibi veſtimenta mea,⌋ milites crucifixores,in quatuor partes æquales,⌊& ſup veſtem
meā,⌋ ſcilicet tunicā inconſutā,⌊miſerūt ſortē,⌋ quis tolleret eā.⌊Et ſedētes⌋ milites cir-
ca crucē,⌊ſeruabāt(.i.cuſtodiebāt)eū⌋ ne ante mortē deponeretur.⌊Et poſuerunt ſup caput
eius cauſam ipſius ſcriptā⌋.i.ſuperiori crucis parti affixerūt titulū cōtinentē quare crucifi-
xus eſſet.Scriptura aūt hæc erat,⌊Hic eſt Ieſus Nazarenus rex Iudæorꝫ.⌋ Secundū Iohan- Iohan. 19
nē,titulus iſte ſcriptus fuit Hebraice,græce & latine.Iudæi vero erubeſcētes tam vilē & reū,
ſecundū eorꝫ æſtimationē appellari regē eorꝫ,dixerunt Pilato:Noli ſcribere,rex Iudęorum,
ſed quia ipſe dixit,rex ſum Iudæorum.Quibus reſpondit:Quod ſcripſi, ſcripſi. Pilatus Im-
peratori obediens,nullo modo voluit dicere,ꝙ Ieſus eſſet verus rex Iudæorū, quoad tēpo-
rale dominiū.Sic enī fuiſſet Imperatori rebellis,vt patet ex dictis. Vnde hæc ſcripſit, & per
miniſtros cruci affigi præcepit cū deriſione,tanq̄ diceret:Ecce qualem apparentiā habet,ꝙ
B iſte eſſe voluerit rex Iudæorꝫ:& tn̄ aliud ſibi opponi nō potuit q̄d eſſet verꝫ & morte condi-
gnū.⌊Tunc crucifixi ſunt cū eo duo latrones, vnus à dextris,& vnus à ſiniſtris.⌋ Hoc fece-
runt in contumeliā Chriſti,vt principi latronū ſimilis videretur, qui ſe regē vocauit, ſed ideo
deus illud permiſit,vt impleretur illud Eſaiæ:Cū ſceleratis reputatus eſt.Ecce quomodo pater Eſaiæ. 53
æternus,deus omnipotēs filiū ſuū chariſſimū,naturalē,& vnicū permiſit illudi, ſuppeditari,
cōtemni,vt nos ab æterna cōfuſione eriperemur,cœleſtēqꝫ recuperaremus honorē. Ecce q̄-
modo ſanctus ſctōrꝫ inter facinoroſos ſuſpenditur & reputatur,vt nos ſcelerati ac perditi inter Chri paſſione
ſanctos dei & angelos collocemur. Simus itaqꝫ grati patri ac filio,& tātis beneficijs bene vta bene vtamur.
mur,atqꝫ cōdigni inueniri conemur,imitando veſtigia cruxcifixi in tēporaliū honorꝫ con-
temptu,& vituperiorꝫ,omniūqꝫ aduerſitatum perpeſſione quieta. Non enī eſt ſeruus maior Iohan. 13
dn̄o ſuo. Tunc vero impletū fuit in Chr̄o illud Pſalmographi:Qm̄ propter te ſuſtinui op-
probriū,& operuit confuſio faciē meā.⌊Prætereūtes aūt⌋.i.hoīes ꝑ viā illā pergētes,⌊blaſ- Pſalm. 68
phemabāt eū mouētes capita ſua & dicētes:Vah,⌋ q̄d eſt interiectio inſultationē ſignificans
⌊qui deſtruis templū dei,& in triduo illud reædificas⌋.i. Merito nunc tibi ô miſer & ꝓſum- Iohan. 2
ptuoſe inſultamus,q dixiſti te poſſe tēplū Hieruſalē deſtruere,illudqꝫ intra tres dies repara-
re.Hoc enī falſi teſtes dixerūt Chriſtū dixiſſe:ſed qūo ei falſum impoſuerunt,dictū eſt ſupra.
Nihilominus ea poteſtate qua Chriſtus alia operatus eſt ſigna,potuit vtiqꝫ templū illud de-
ſtruere,& intra vnius horæ minutū reædificare,quod etiā potuit facere miniſterio angelorꝫ,
q ſibi in deſerto miniſtrabāt,qn̄ erat cū beſtijs,⌊ſalua teipm̄,⌋à morte tibi iā proxima, quaſi Mar. 1
dicāt:Quoniā teipſum ſaluare nō vales,patet impotētia tua.⌊Si filius dei es,deſcēde nūc de
cruce,⌋ac ſi dicāt,Quia deſcendere nequis,cōſtat ꝙ filius dei nō ſis,⌊Similiter & principes
ſacerdotū illudētes cū ſcribis & ſenioribus dicebāt.Alios ſaluos fecit,⌋à diuerſis languorib'
C ⌊ſeipſum nō poteſt ſaluū facere.⌋ Hoc quidā exponūt negatiue,quaſi dicerēt,Nō eſt verū,
ꝙ alios fecit ſaluos,qa ſi hoc potuiſſet,ſaluaret modo ſeipſum. Sed melius exponendū eſt af-
firmatiue pro prima parte,qua dicitur,Alios ſaluos fecit. Nō enī ignorabāt ꝙ Ieſus multos cu-
rauit,propter q̄d apud Iohānē dixiſſe leguntur:Quid facimus, qa hic hō ſigna multa facit. Eſt Iohan. 11
igitur ſenſus, Alios ſaluos fecit,vt profitemur,ſeipm̄ non poteſt ſaluū facere,hoc eſt,qa ſeipm̄
nō valet ab hac pœna eripere,patet ꝙ nō propria neqꝫ diuina virtute,ſed cooperatione dia
boli ſigna fecit,à q̄ nūc non p̄t iuuari. Frequēter enī opa ſaluatoris aſcripſerūt Beelzebub⌊Si Luc. 23
rex Iſrael eſt⌋.i.rex Meſſias in lege promiſſus. Vnde in Luca dicūt:Si hic eſt Chr̄us dei ele-
ctus,⌊deſcēdat nūc de cruce,& credimus ei.¶O infinita atqꝫ dēſiſſima,imò palpabilis cæci-
tas Iudæorꝫ dicentiū:Si rex Iſrael eſt,deſcēdat & credimus,imò ſi deſcēdit,nō eſt ei creden-
dū. Ergo ne latet vos ô infelices Iudæi,ꝙ ſancti prophetæ ꝓdixerunt Chriſtū occidendū pro
mūdi ſalute? Si ergo deſcēdit,vbi eſt q̄d Daniel ait:Poſt hebdomadas ſeptuagintaduas occi- Daniel. 9
detur Chr̄s? Itē quod Eſaias ꝓdixit:Dn̄s poſuit in eo iniquitatē omniū noſtrū,& ipſe vulnera-
tus eſt propter iniquitates nr̄as,attritus eſt ꝓpter ſcelera nr̄a? Rurſus vbi illud:Tradidit in Eſa. 53
mortē animā ſuā? ¶Deniqꝫ ſi de cruce deſcēdere videtur vobis tā magnū,vt ſi hoc fecerit,cre-
dituri ſitis, quare ꝓpter maiora ſigna nō credidiſtis? Nōne diabolus poterat inuiſibilr̄ clauos
de manibus & pedibus crucifixi extrahere,eūqꝫ ſine læſione deponere,q nequaq̄ p̄t natū cæ-
cū illuminare,& mortuos ſuſcitare,q̄d ſcitis Ieſum feciſſe? Proinde reſurrexit à mortuis(q̄d Iohan. 9
infra ꝓbabitur)& tn̄ nō creditis.⌊Cōfidit in deū⌋.i.dixit ſe in deo ſperare,⌊liberet eū(deus)
nūc ſi vult,⌋& hoc merito dicimus.⌊Dixit enī,qa filius dei ſum.⌋ Iam nunc id audiamus q̄

apertiſſime ſanctus Dauid plenus ſpũ ſaucto oĩa iſta in pſona Chr̃i pdixerit, ait eñi in pſalmo D
Pſal.21. Ego aũt ſum vermis & nõ homo, opprobriũ hominũ & abiectio plebis. Oẽs vidẽtes me deriſerũt me, loquuti ſunt labijs & mouerũt caput. Sperauit in dño, eripiat eũ, ſaluũ faciat eum, qm̃ vult eũ. Tanta aũt fuit excæcatio ſacerdotum, ſcribaꝝ, & phariſæoꝝ, vt putarẽt Ieſum à morte diuinitus pſeruandũ, ſi eſſet filius dei, nõ intelligentes primũ eius aduentũ in paupertate & humilitate eſſe prænuntiatũ, vt iudicaret & occideret. Hinc eñi aiunt: Circũueniamus iuſtũ, qm̃ contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, promittit ſe ſcientiã dei habere, & filiũ dei ſe nominat, grauis eſt nobis etiã ad videndũ, qm̃ diſſimilis eſt alijs vita illius, tanq̃ nugaces æſtimati ſumus ab eo, & gloriat ſe deũ patrẽ habere. Videam⁹ ergo ſi veri ſint ſermões illius, & tẽtemus q̃ vẽtura ſunt illi. Si eñi eſt verus filius dei, ſuſcipiet illũ & liberabit eũ de manib. cõtrarioꝝ. Cõtumelijs & tormẽto interrogem⁹ eũ, & ſciem⁹ reuerẽtiã eius, morte turpiſſima cõdemnemus eũ. Erit eñi reſpectus ex ſermonibus illius. Hæc cogitauerũt & errauerũt, excæcauit eñi eos malicia eoꝝ, & neſcierũt ſacramẽta dei. ⌊Idipſm autẽ⌋ ”
.i. eadẽ verba irriſoria à Iudæis prolata cõtra Ieſum & latrones q crucifixi erãt cũ eo, impro-
Marc.15 perabãt ei. Idẽ habet in Marco. ¶ Sed videt contrariũ, qm̃ in Luca legit, vnus latronũ alium
Lucæ.23 Chr̃o improperantẽ, grauiter increpaſſe, & Chriſtũ deuote oraſſe, dicendo: Dñe memento mei cũ veneris in regnũ tuũ. Cui reſpondit: Hodie mecũ eris in paradiſo. Ad hoc reſpondet E duppliciter. Primo, ꝙ Matthæus & Marcus loquunt p tropũ, quo ſocietas dicit facere, q̃d facit pars eius. Secũdo, ꝙ ambo blaſphemauerũt in principio, ſed poſtmodũ vnus eoꝝ cõuer-
Ambroſius Chryſoſtom⁹. Beda. Hieronymus. ſus eſt, viſis mirabilibus quæ fiebãt, & hæc eſt reſponſio Ambroſij, Chryſoſtomi, Bedæ, quibus cõcordat q̃d ait ſanctus Hieronymus. Primũ vterq; blaſphemauit, dehinc ſole fugiente, terra cõmota, ſaxiſq; diruptis, & ingruentibus tenebris, vnus credidit in Ieſum, & priorem negationẽ ſequẽti cõfeſſione emẽdauit. ¶ Sed his obijci poſſet, q̃d Lucas & cæteri duo Euangeliſtæ recitãt hæc facta latronum anteq̃ aliquid ſcribãt de pdictis miraculis. Ad quod facilẽ reſpondet, ꝙ ſcriptura nõ ſemp obſeruat in narratione ordinẽ reꝝ geſtaꝝ. Alij tñ penſantes ordinẽ textus, dicũt, ꝙ vnus iſte cõuerſus eſt ex cõſideratiõe patiẽtiæ Chr̃i, pſertim cũ dixit:
Lucæ.23 Pater ignoſce illis, q a neſciũt quid faciũt. Maximã iuſup ſpem dedit Chr̃s peccatoribus q̃tũ-
Maxima ſpes a Chriſto peccatoribus data. cunq; nepharijs, omnẽq; deſperãdi occaſionẽ amouit, dũ latroni tã ſceleſto qui tẽpus ſuũ ita inique expendit, tantã miſericordiã fecit ei, ꝙ æternã felicitatẽ ſubito dandam pollicitus eſt. ⌊A ſexta aũt hora,⌋ in qua cruci affixus eſt Ieſus, ⌊tenebræ factæ ſunt ſup vniuerſam terram ”
vſq; ad horã nonã,⌋ vnde patet ꝙ tenebræ inceperũt ſtatim poſt dñi in cruce eleuationem. ”

¶ De his tenebris doctores magni diuerſimode loquunt, diſcrepãtes pcipue in duobus. Pri-
Origenes. mo, quid eclipſauerit ſolẽ. Secũdo, an fuerint vniuerſales ſeu p totã terrã extentæ. Origenes eñi dicit, ꝙ fuit p interpoſitionẽ multaꝝ, denſarũq; nubiũ inter ſolẽ & terrã. Dicit quoq;, ꝙ fuerint particulares, videlicet in Iudæa & locis vicinis dũtaxat, ſicut in terra Aegypti accidit, qñ factæ ſunt tenebræ vbi habitabãt Aegyptij, nõ aũt in terra Geſſen, vbi habitauerũt filij Iſrael. Hieronymus aũt teſtat, ꝙ eclipſatus eſt ſol p retractionẽ radioꝝ ſuoꝝ factã diuina virtute
Hieronymus. quẽadmodũ factũ eſt in terra Aegypti tribus diebus ac noctibus. Verũtamẽ Origenes atque Hieronymus nõ loquunt multũ aſſertiue, ſed opinatiue, aſſignãdo modum quo fieri potuit.
Dionyſius theologoꝝ pcipu. Omnino ergo credendũ eſt principi theologoꝝ diuo Dionyſio, q in ep̃la ad beatũ Policarpũ teſtat ſe eclipſim iſtã vidiſſe, cũ eſſet in Aegypto in ciuitate Helyopolis ad vacandũ aſtronimiæ. Aegyptus nãq; propter aeris puritatẽ apta eſt valde ad cõſiderationem aſtroꝝ. Raro F
Tenebræ an ſuerint per vniuerſam terram fuerint. equidẽ ſunt nubes & pluuiæ in hac terra. Dicit itaq; Dionyſius, ꝙ vidit lunã ab oriente venire, ſeq; ſoli ſupponere & obſcuritatẽ cauſare, vñ admirãs, ait ad ſociũ ſuũ: O bone Apollo, &c. ¶ Ponit pterea Dionyſius in pfata ep̃la quatuor ſupnaturalia, q̃ fiebãt in illa eclipſi. Primum, qm̃ naturalis eclipſis nõ fit, niſi tẽpore cõiunctiõis & incenſionis, Tunc aũt fuit oppoſitio & pleniluniũ. Fuit nanq; luna quintadecima qñ Iudæi celebrabant paſcha. Secundũ, quia cũ luna fuiſſet ſuppoſita ſoli hora ſexta, in medio cœli, tamẽ in veſperis reſtituta eſt ſuo loco in oriente, ſicq; ordo tpis non eſt cõfuſus. Tertiũ, quia eclipſis naturalr inchoat ab occidẽte, videlicet à parte ſolis quæ reſpicit occidentẽ, q̃ primo eclipſat, & puenit vſq; ad orientẽ, quoniã motus lunæ in proprio orbe velocior eſt motu ſolis in circulo proprio, ſicq; ptranſit ſolẽ ab occidẽte accedẽs: ſed tũc luna iã ptranſierat ſolẽ, diſtãs ab eo p circuli medietatẽ exiſtẽs in oppoſitione: idcirco oportuit vt ab oriẽte reuerteret ad ſolẽ, & primo attingeret eũ à parte orientali, illãq; primitus eclipſaret. Quartũ miraculũ fuit, qm̃ in eclipſi naturali illa pars ſolis primo nudat & cernit, q̃ primo fuerat eclipſata, ſed tũc pars vltimo obſcurata, primo apparuit, eo ꝙ luna reuertebat ad orientẽ vnde acceſſit. Quintũ miraculũ addunt Hieronymus & Chryſoſtomus, qm̃ naturalis eclipſis breuiter durat, videlicet tandiu vt luna ptranſeat ſolem tũc aũt durauit tribus horis, & ideo luna tanto tpe mãſit ſub ſole. Quãtũ ad aliud dicendũ eſt ꝙ illa eclipſis nõ fuit ſolũ in terra Iudææ, cũ Dionyſius dicat eũ fuiſſe in Aegypto & apud A-
Acto.7 thenas, & alij hiſtoriographi referũt eã fuiſſe in alijs terris, Hinc ĩ actis legit: Paulũ Athenis inueniſſe

A ueniſſe ārā ignoto deo cõſecratã, dixitq́ Athenienſibus: Quod vos ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Vidẽtes nãq; philoſophi tanta mirabilia, dixiſſe legunt: Aut deus naturæ patit, aut aſtra & elemẽta mentiunt, aut machina mundi peribit. Scientes tñ illa mirabilia fieri virtute alicuius cauſæ, nõ naturalis, ſed ſupnaturalis, fecerũt altare in honorẽ cauſæ illorũ mirabiliũ, & illã vocauerũt ignotũ deo. Vnde cũ Dionyſius à Paulo audiſſet cauſam illorꝫ cito credidit. ¶Sed (vt recitat Origenes) cõtra hoc filij huius ſeculi dicũt, qũo nullus Græcus aut Barbarus tã mirabile factũ deſcripſit. Ad qd Origenes rñdet, ꝙ qdam nomie Flegon in Chronicis ſuis ſcripſit ſub impio Tyberij cõtigiſſe, nõ tñ dicit lunã plenã fuiſſe. Ex his patet, q̃ falſa ſint dicta eorꝫ, q cõtra euãgeliũ Chri ſcribẽtes, dixerũt (vt enarrat Hieroñ.) ſolẽ naturale aliqd ſuſtinuiſſe, qd diſcipuli Ieſu ex ĩperitia ꝓpter Chri paſſionẽ aſſerũt factũ. Poſtremo ſi id qd in textu habet (ſup vniuerſam terrã) intelligat abſolute de tota terra, nõ potuit fieri p lunæ ſuppoſitionẽ dũtaxat, ſed tũc addẽdus eſſet modus Origenis ſiue Hieroñ. Quidã exponũt de tota terra Iudææ. ⌞Et circa horã nonã exclamauit Ieſus voce magna, dicẽs: Heli heli lamaſabachthani, hoc eſt, Deus meus deus meus, vt qd dereliquiſti me?⌟ Hoc Chrs non ex impatiẽtia, ſed ad inſinuãdũ vehemẽtiſſimũ eſſe ſuũ dolorẽ clamauit. In oĩbus eñ mẽbris patiebat, & ꝓpter cõplexionis ſuæ teneritudinẽ erat ſumme paſſibilis & ꝑceptiuus doloris. Nihilominus ꝓpter ſuæ naturalis diſpoſitiõis vigorẽ fortis erat, nec facile extinguebat, ſed maximas pœnas poterat pati. Mors qq; cõfixorꝫ extat grauiſſima, qa figunt in locis neruoſis, & ꝑcipue ſenſitiuis, vtpote manibus & pedibus, nec cito moriunt, pondusq́ pẽdentis corporis pœnas cõtinue auget. Dicit aũt ſe Chrs à deo derelictũ, nõ ꝙ priuatus eſſet grã vel gloria, ſed qa tã grauiter patiebat ac ſi pctõr & à deo cõtemptus fuiſſet, & qm volũtati impiorꝫ expoſitus fuit, & qa nulla fiebat protũc redũdantia cõſolatiõis & alleuiatiõis à ſupiori parte animæ Chri, in partẽ eius inferiorẽ. Sic aũt nõ fuit in beatis martyribus, qꝝ multi tpe ſuę paſſiõis tantã cõſolationẽ intra ſe ſenſerũt, vt vix ꝑciperẽt aut penſarẽt exteriorẽ dolorẽ. Vnde de Chriſto ſcriptũ eſt: Nos putauimus eũ qſi leproſum & ꝑcuſſum à deo & humiliatũ. Quotidie ergo, imò omi die frequẽter cordialr recogitemus, q̃ta pro nobis miſerrim⁹ ꝑtulit agnus ſine macula, deus hõ, creator, frater, iudex, aduocatusq́ nr, & eius incẽdamur amore. ⌞Quidã aũt illic ſtãtes & audiẽtes (hæc verba) dicebãt: Heliã vocat iſte.⌟ ¶Quærit, an iſti fuerũt Gẽtiles miniſtri Pilati, ſeu alij, an Iudæi. Si fuerũt Gẽtiles, qd ſciebãt loqui de Helia. Si Iudæi, ergo intellexerũt verba Chri? Dicẽdũ, ꝙ cõmuniter dicunt fuiſſe Gentiles miniſtri Pilati, militeſq́ Romani, nõ intelligẽtes Hebraici idiomatis ꝓprietatẽ, propter cõueniẽtiã vocũ putabãt, ꝙ innocaſſet Heliã, de q poterãt aliqd ſcire, eo ꝙ habitarẽt inter Iudæos. Si aũt fuerũt Iudęi. Dicẽdũ, ꝙ ideo ſic dixerũt, vt Chrm de ĩbecillitate diffamarẽt, eo ꝙ ab Helia poſcat axiliũ. ⌞Et cõtinuo currẽs vnus ex eis, acceptã ſpõgiã impleuit aceto, & ĩpoſuit (eã) arũdini (.ſ. ligno tali) & dabat ei bibere,⌟ qa cũ eleuatus erat in ligno, porrigebãt ei potũ cũ inſtrumẽto. Ieſus aũt nõ multũ ex eo bibit. Patet aũt ex his, ꝙ bis obtulerũt ei potũ acetoſum & felleũ ſeu amarũ. ⌞Cæteri vero (irriſores aſtãtes) dixerũt: Sine⌟ .i. ſuſtine modicũ & expecta vel ceſſa, ⌞videamus an veniat Helias liberãs eũ,⌟ hoc illudẽdo, nõ cõfidẽdo dixerũt. qſi dicãt, Inexaudibilis & indigna eſt depcatio eius. Mirꝫ, ꝙ iſti viſis tãtis mirabilib⁹ nõ ſunt cõpũcti nec emendati. ⌞Ieſus aũt iterꝫ clamãs voce magna,⌟ & dicẽs: Pater ĩ manus tuas cõmẽdo ſpm meum ⌞emiſit ſpm⌟ .i. animã ſuam à corpe ſpõte & poteſtatiue ſeparauit, ſicut p̃dixit: Nemo tollet animã meã à me, ſed ego pono eã. Qd aũt Chrs tãtis & tã diuturnis tormẽtis excruciatus ſanguine exhauſto, totoq́ corpe diſſipato tã fortiter ĩ ipſa expiratõe clamauit, fuit penitus ſupnaturale atq; iudiciũ ptãtis diuinæ. Vnde p hoc Cẽturio aduertit eũ eẽ filiũ dei, iuxta qd Marcus ait: Vidẽs Cẽturio, ꝙ ſic clamãs expiraſſet, dixit: Vere hic hõ filius dei erat. ¶Qm vero ꝙ Chrs dixit ſupius: Deus meus deus meus, vt qd dereliquiſti me, habet in Pſalmographo, quẽadmodũ & illud qd moriẽs ait: Pater in manus tuas cõmẽdo ſpm meũ, aliqui dicũt, ꝙ Chrũs oĩa verba intermedia dixit in cruce voce ſubmiſſa. ⌞Et velũ templi ſciſſum eſt ĩ duas partes, à ſummo vſq; deorſum⌟ .i. à parte ſupiori vſq; ad inferiorẽ. Hoc qdã exponũt de velo exteriori qd erat in introitu tẽpli, prohibẽs aſpectũ eorꝫ q̃ cõtinebant in tẽplo, alij exponũt de velo interiori, qd fuit in ingreſſu interioris tabernaculi ſeu ſancti ſctõrꝫ. Forſitã ergo vtrũq; diuiſum eſt. De qcũq; aũt velo intelligat, p eius ſciſſurã ſignificabat, ꝙ figuræ, ſacra atq; myſteria veteris teſt. in Chri paſſiõe impleta & patefacta fuerũt. Refert Hieroñ. ſe legiſſe in euangelio forſitã Nazarenorꝫ, ꝙ ſupliminare tẽpli tũc ſciſſum, diuiſumq́ fuit. Ioſephus qq; teſtat angelicas virtutes q̃ tũc præſides & cuſtodes templi fuerunt, pariter cõclamaſſe: Trãſeamus ex his ſedibus. ⌞& terra mota ẽ (ſupnaturalr) & petrę ſciſſæ ſunt, & monumenta apta ſunt,⌟ ex vehemẽti terræ cõcuſſione. Oĩa mirabilia iſta fiebãt ad deſignãdã dignitatẽ patiẽtis, & enormitatẽ pctĩ occidentiũ Chriſtũ, itemq́ ꝙ oĩs creatura merito cõpati debeat ſuo creatori. Nihilominus cũ cœleſtia atq; terreſtria ſuo domino compatiant: ſolus homo, pro quo ille hæc patit, exultat & ingratus eſt. ¶Per terræ motum figurabat terrigenarum admiratio &

Origenes

Pſal. 21

Crucifixorum mors grauiſſ.

Eſaiæ. 53

Hiere. 11
1. Iohan. 2

Pſal. 30
Lucæ. 23
Iohan. 10

Marc. 15

Pſal. 21.

Pſal. 30.

Hieronymus.
Ioſephus.

conuerſio. Per petrarum ſciſſionem obduratorum cordium emolitio ad compaſſionem & pœni- D
tentiã, Per monumentorum apertionem, generalis reſurrectio mortuorum, vel inſtans reſurre-
ctio Chriſti, & reſuſcitatorum cum eo, ⌊& multa ſanctorum corpora quæ dormierant (ſomno
mortis) ſurrexerunt, ⌋ non ea hora paraſceues qua aperta ſunt monumenta, propter quod ſub-
ditur, ⌊& exeuntes de monumentis (ante apertis) poſt reſurrectionẽ eius ⌋.i. in die paſchæ,
Hieruſalẽ ciuitas ſancta. in qua ſimul cũ Chriſto reſurrexerunt, tanquã teſtes dominicæ reſurrectionis: tamen poſt re
ſurrectionem Chriſti, ⌊venerunt in ſanctã ciuitatem, ⌋ puta Hieruſalem, quæ ſancta voca-
tur, quia ad dei cultum electa, tẽplo & multis reliquijs adornata, & præſertim, quoniã Chri-
ſtus in ea ſanguinem fudit, ⌊apparuerunt multis, ⌋ hominibus qui digni fuerunt, vel quibus
deus tantam grãm, quamuis indignis, cõceſſit, teſtantes Ieſum eſſe Chriſtũ, & vere reſurrex-
Hieronymus. iſſe, atque infernũ ſpoliaſſe. ¶ Qui fuerint iſti ſancti cũ Chriſto ſurgentes, nõ eſt certum, Hiero
nymus tamen ait, quod antiqui patriarchæ, Abraham, Iſaac & Iacob tantã ſolicitudinem habu-
erunt, vt ſepelirent in terra promiſſionis, in qua nouerant Chriſtũ naſciturũ, paſſurum, ac ſe-
peliendum, quatenus ſuæ reſurrectionis eſſent participes. Propter hoc aliqui dicunt, quod hu-
Acto. 2 iuſmodi patriarchæ & aliqui prophetarum, Adam quoque & Eua, & Dauid (de quo Petrus ait in
actis: Sepulchrum eius apud nos eſt, nõ ait corpus vel oſſa, ſed ſepulchrum) cum Chriſto re-
ſurrexerunt. Rurſus ſecundũ Hieronymũ incertum eſt, an iſti ſic reſurgentes iterũ ſint defun
cti, vel in eis ſit completa reſurrectio, iamque cũ Chriſto in corpore regnent. Videt autem qui
buſdam magis probabile, quod anima & corpore ſint glorificati, aliter (vt dicũt) non eſſent ido-
nei teſtes perfectæ reſurrectionis Ieſu Chriſti, nec profuiſſet eis reſurrectio illa. ⌊Centurio
autẽ & qui cũ eo erant, ⌋ videlicet miniſtri præſidis, ⌊cuſtodiẽtes Ieſum, ⌋ ne ante mortem E
raperet ab aliquo, vel ſine licentia præſidis deponeret à ligno, ⌊viſo terræmotu & his quæ fi
ebant, ⌋ in prædicta eclipſi, & quod Ieſus ſic clamando expiraſſet, ⌊timuerunt valde, ⌋ eo quod
in mortem iuſti cõſenſiſſent, & vindictam promeruiſſent, ⌊dicẽtes: Vere filius dei erat iſte. ⌋
Mat. 26 ſicut hæc mirabilia cõteſtant, quod probant verũ eſſe ſermonẽ, quo ſe dixit eẽ filiũ dei. Et in hoc
Lucæ. 23 confeſſi ſunt eius diuinitatem, cõfeſſi ſunt etiã eius humanitatem, quia (vt Lucas refert) Cen-
turio dixit: Vere hic homo iuſtus erat. Denique (vt idẽ Lucas ſubiungit, omnis turba eorum qui ſi
mul aderant ad ſpectaculũ iſtud & videbant quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuerte-
bant. ⌊Erant autẽ ibi mulieres multæ à longe aſtantes, quæ ſequutæ erãt (Ieſum) à Galilæa,
Lucæ. 8. miniſtrãtes ei. ⌋ de facultatibus ſuis neceſſaria vitæ, de quibus Lucas habet, quod curatæ fuerũt à
Iohan. 19 Chriſto, & nominat ibi Iohannã vxorẽ Cuzæ procuratoris Herodis, & Suſannam, ⌊inter
quas erat Maria Magdalene, ⌋ ſoror Marthæ ac Lazari, ⌊& Maria (quæ fuit) Iacobi (mino
ris) & Ioſeph mater, ⌋ eratque ſoror virginis matris Chriſti, quã Iohãnes nominat Mariam
Cleophæ, quoniam fuit Cleophæ filia, ⌊& mater filiorum Zebedæi, ⌋ videlicet Iohannis & Iacobi.
Hic itaque dicit, quod mulieres iſtæ ſtabant à longe, ſed in Iohanne legit, quod mater Ieſu ſtetit iuxta
crucẽ, & aliæ mulieres iam nominatæ. Ad quod Auguſtinus reſpondet, quod ſtabãt à longe reſ-
pectu turbæ cõprimentis, & prope, quia non ſtabant ita remote quin poterãt verba Chriſti
audire, vel primo ſtabant propinquius, deinde paululũ receſſerũt & ſtabant remotius. Porrò
Lucæ. 23 in Luca ſcribit: Stabant autẽ omnes noti eius à longe & mulieres ſubſequutæ. Vnde elicit, quod
etiã aliqui veri diſcipuli Ieſu aſtabãt, puta Iohannes & alij diſcipuli Ieſu occulti, & forſitan il-
Mat. 26 le venerabilis ciuis, in cuius domo cœnã nouiſſimã fecit. ⌊Cũ ſero factũ eſſet ⌋.i. circa horam
veſperarum, ⌊venit quidam homo diues. ⌋ Hoc addit Euangeliſta, vt exprimat cauſam rei ſe- F
1. Reg. quentis, ⌊ab Arimathia ciuitate Iudææ, ⌋ quæ alio noĩe dicta eſt Ramatha, de qua i li. Regũ
legit fuiſſe Helchana pater Samuelis, ⌊noĩe Ioſeph ⌋ verus imitator ſancti Ioſeph patriarchę
Iohan. 19 ⌊qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu, ⌋ tamẽ occultus propter metũ Iudæorum, vt Iohãnes habet. Vn
Iohan. 12 de idem inquit: Verumtamẽ ex principibus multi crediderunt in Ieſum, ſed propter phariſæ
os non confitebant, ne extra ſynagogam eijcerent. Hunc beatiſſimũ Ioſeph Marcus vocat
Marc. 15 nobilem decurionẽ, quia fuit de curia & conſiliarius ſecundũ Hieronymũ, Lucas quoque vo-
Lucæ. 23 cat eum iuſtũ & bonum ⌊hic acceſſit ad Pilatũ, ⌋ audaciter ſecundũ Marcũ, non amplius ti-
Marc. 15 mens Iudæos, ſed paratus mori pro filio dei, & petijt corpus Ieſu, ⌋ nobilẽ plane theſaurum.
⌊Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus ⌋.i. vt nemo prohiberet hũc Ioſeph à ſuſceptione & ſepe-
Mar. 15 litione corporis Ieſu. In Marco ſcribit, quod Pilatus audita petitione Ioſeph, mirabat ſi Ieſus iã
obijſſet, & accerſito Cẽturione, cũ audiſſet veritatem, dedit corpus Chriſti ipſi Ioſeph. Quia
enim Ioſeph diues & nobilis fuit, facilius impetrauit à Pilato quod petijt, ideo Euangeliſtæ di-
cunt, quod fuit diues, nobiliſque decurio, non ad iactantiam, quod talẽ diſcipulũ habuit Ieſus, ſed ad
inſinuãdũ cur ei patuit ad Pilatũ acceſſus, qui pauperis ingreſſum & preces ſpreuiſſet. ⌊Et acce
pto corpore (Ieſu, ipſe) Ioſeph, inuoluit illud in ſyndone munda, ⌋ quã emit, ſecundũ Marcũ
in quodã panno lineo puro ſeu lintheamine, & poſuit in monumẽto ſuo nouo, ⌋ in quo .ſ. ne-
Iohan. 19 mo ante poſitus fuit ſecundũ Iohãnẽ, quod ideo factũ eſt, ne Chriſto reſurgẽte Iudæi dicerẽt aliũ
ſurrexiſſe, ⌊quod exciderat ⌋.i. ſibi parari fecit, ⌊in petra ⌋ magna, in qua facta eſt fouea pro re-
ceptione

A ceptione corporis extincti. Deniq; ſepulturam Chriſti Iohãnes plenius enarrauit. Addit eñ
ꝑdictis, ꝙ Nicodemus venit ferẽs mixturã myrrhæ & aloes quaſi libras centũ, & tũc inuolue
nocte, an gallicantu, an mane⌋.i. in qua parte vr̃æ ætatis, vel in quo ſpacio tp̃is ⌊ne cũ vene-
rit, repẽte⌋ hoc eſt ſubito & improuiſe ⌊inueniat vos dormiẽtes⌋.i. ab ope bono torpẽtes
ſeu imparatos. Si autem intelligant hæc de futuro iudicio, tũc ſermo nõ dirigit ad apoſtolos,
ſed ad fideles q in die iudicij, viui reperient, morient, & mox cũ alijs ſuſcitabunt, in quorũ pſo-
na dicit apoſtolus: Deinde nos q viuimus q relinquimur, ſimul rapiemur cũ illis in nubibus 1. Theſſ. 4
obuiã Chriſto in aera. Hinc Chr̃us ſubiũgit: ⌊Quod aũt vobis(diſcipulis meis ꝓſentibus) di- Ibidem.
co, omĩbus dico. Vigilate⌋ id eſt ad omniũ fidelium ꝓſentiũ ac futurorũ cautelã & informa-
tionẽ annũtio, vt vniuerſi vigili mẽte deo miniſtrẽt, ſemperq; parati cõſiſtãt, qm̃ beatus ſer- Lucæ. 12.
uus, quẽ cũ venerit dñs eius, & pulſauerit ianuã, inuenerit vigilantem.

¶ Explanatio capituli decimiquarti. In quo incipit paſſio. Articulus decimuſquartus.

POſtq̃ Euãgeliſta deſcripſit Chriſti ꝓdicationẽ, vitã atq; miracula. Hic iã de-
ſcribit eius paſſionẽ, per quam ſaluatus & viuificatus eſt mũdus. ⌊Erat aũt
paſcha⌋ id eſt paſchalis feſtiuitas, vel eſus agni paſchalis ⌊& azima⌋.i. mãdu
catio panũ nõ fermentatorũ ſeu azimorũ ⌊poſt biduũ⌋ hoc eſt poſt duos dies Iohan. 13
à die quo Chr̃us ſermonẽ in ꝓcedẽti capitulo cõprehẽſum ad diſcipulos ha-
buit. Hũc eñ ſermonẽ fecit, tertia feria in hebdomada paſſiõis, & tũc paſcha- Exod. 12
B lis feſtiuitas Iudæorũ incepit, in veſpere feriæ quintæ, in qua hora cœperũt Iudæi azimis pani Exod. 23
bus veſci, & agnũ paſchalẽ tũc mãducabãt. In illa aũt tertia feria, ſermone finito, ꝓdixit Chri Leuit. 23
ſtus apoſtolis ſe paſſurũ, ideo Marcus cõputando tẽpus ab hora huius ꝓnuntiatiõis ait: Erat
paſcha & azima poſt biduũ. Deniq; pene oĩa q̃ in iſto & ſequẽti capitulis de paſſione ſalua
toris cõſcripta ſunt in Matthæo, ſunt tractata atq; expoſita. Ibi eñ inſertũ eſt de dñica paſ-
ſione, qđ Matthæus omiſit & alij tres Euãgeliſtæ ſuppleuerũt, idcirco pauca hic reſtant di-
cẽda, & quæcũq; hic omittunt, in prænotatis Matthæi capitulis inuenient expoſita. ⌊Venit Matth. 26. 27
mulier habẽs alabaſtrũ vnguenti nardi ſpicati ꝓcioſi⌋.i. vas factũ de alabaſtro ſeu marmore
qđã plenũ vnguẽto ꝓcioſo, facto ſiue extracto de nardo habẽte ſpicas in ſuo cacumine. Nar
dus aũt eſt herba ſecundũ aliq̃s, vnde elicit liquor refrigeratiuus & ꝓcioſus, quẽ aliqui dicunt
hic vocati vnguẽtũ. Iſtud quoq; plenius dictũ eſt in Matthæo. Quòd aũt mulier iſta fregit a- Matt. 26
labaſtrũ, quãdo effudit vnguentũ ſup caput Chriſti Matthæus nõ ponit ſed Marcus. ⌊Erãt
quidam indigne ferẽtes⌋ videlicet Iudas proditor, & forte aliqui alij diſcipuli incitati à Iuda
⌊Poterat eñ vnguẽtũ iſtud venundari plus q̃ trecentis denarijs⌋ Hoc quoq; Matthæus nõ Iohan. 12
exprimit, ſed apud Iohannẽ legit Iudas dixiſſe. Quare hoc vnguẽtũ nõ venijt trecẽtis dena-
rijs, & datũ eſt ęgenis? Et forte vtrũq; dixerũt, vel ſcriptura nõ curauit determinate exprime
re valorẽ vnguẽti, ſeu taxã pecunię, ſed aliqd circiter. Hoc nẽpe ẽ cõſuetudo ſcripturæ. ⌊Et
fremebãt in eã⌋ ex ĩpatiẽtia, & ſi alij diſcipuli hoc fecerũt, certũ ẽ ꝙ Chr̃i reſpõſiõe audita pę
nituerũt. ⌊Ieſus autẽ dixit: Sinite eã.⌋.i. in pace eã dimittite ⌊Pręuenit vngere corpus meũ
in ſepulturã⌋.i. nũc corpi meo illud vngendo exhibuit, qđ exhibitura ei fuiſſet ĩ ſepulchro ſi
C potuiſſet. In ſepulchro eñ optauit vngere corp' Chr̃i, ſed reſurrectiõe illius ꝓuẽta nõ potuit Matt. 28.
Iſta nãq; de Maria Magdalena dicit, & iſtud ĩ Matthęo pleni' fuit expoſitũ ⌊Miſit duos ex Matt. 26.
diſcipulis, dicẽs: Dicite dño domus. Mgr̃(.i. Chr̃s) dicit⌋ tibi ꝑ nos ⌊vbi ẽ refectio mea⌋.i.
loc' refectiõis. Alij ꝑ refectionẽ intelligũt agnũ paſchalẽ, quẽ dicũt à dño dom' illius Chr̃o
donatũ, ſed ſeq̃ntia nõ cõcordãt. Subdit ei. ⌊Vbi paſcha cũ diſcipl'is meis mãducẽ?⌋.i. in q̃
loco comedã agnũ paſchalẽ, vñ de loco ſubiũgit. ⌊Et ipſe demõſtrabit vobis cęnaculũ grãde
ſtratũ⌋ In iſto cęnaculo magno latebãt apl̃i, poſt Chr̃i reſurrectionẽ, vel in cõclaui, in q̃ & Actorũ. 1
ſpm̃ ſctm̃ receperũt. ⌊Veſpe ãt facto, venit cũ duodecim⌋ ſecũdũ Lucã, duo diſcipuli ad pa Lucæ. 22
rãdũ paſcha miſſi fuerũt, Petrus & Iohãnes. Quõ ergo Chr̃s venit cũ duodecim, niſi duo diſ-
cipuli iſti dicant dño obuiaſſe & ſecũ intraſſe, vel loqtur ꝑ ſynecdochẽ? ⌊Amẽ dico tibi(ò Pe
tre) q͂a tu hodie⌋.i. die hoc nõ artificiali, ſed naturali, ſubdit eñ ⌊in hac nocte⌋ q̃ eſt pars diei
naturalis ⌊priuſq̃ gallus bis vocẽ dederit, ter me es negaturus⌋ Quõ hoc cõcordet cũ verbis
aliorũ Euãgeliſtarũ: Anteq̃ gallus cãtet, ter me negabis, expoſitũ eſt in Matthæo. ⌊Cępit pa Matt. 26.
uere & tedere⌋.i. naturalẽ horrorẽ & fugã, ſiue faſtidiũ mortis hr̃e, in pte animi inferiori, nõ
tñ inordinate, vt dictũ ẽ pleni' in Matth. ⌊Tenete eũ & ducite cautè⌋ hoc traditor dixit, ne
Ieſus

A ralis filius dei, nõ adoptiuus, nõ tamẽ probabile eſt, ꝙ Centurio homo gentilis intellexit pro
pria verba de naturali filiatione. Non eñ cognouit filiũ dei eſſe verꝫ deũ & vnũ deũ cũ patre, Johan.
ſed dixit Ieſum eſſe filiũ dei quaſi hominẽ ſingulariter ſanctũ, vel dixit verba illa, ad cõfirmã
dũ verba Chriſti, cui obiecerunt Iudæi, ꝙ feciſſet ſe filiũ dei. ⌊Et cũ ſero eſſet factũ, quia erat Matth.27
paraſceue, q̃d eſt ante ſabbatũ⌋.i. dies pparationis dupliciũ ferculoꝝ, videlicet pro die illo,
& pro die ſequẽti ſeu ſabbato, q ita ſolennis fuit, ꝙ nõ licuit Iudæis pparare eſcas in eo. Secũ-
dũ Bedã, paraſceues eſt nomẽ græcũ, & interpretaſ pparatio, q a (vt dictũ eſt) in eo pparabãt Beda.
Iudæi cibaria pro feria ſexta & ſabbato. Hoc aũt nomẽ habuerũt Iudæi à Græcis, q inter eos
cõuerſabanſ. ⌊Venit Ioſeph ab Arimathia nobilis decurio⌋.i. vnus de curialibus, ⌊& auda Johan.19
cter(.i. ſine timore Iudæoꝝ) introiuit ad Pilatũ & petijt corpus Ieſu.⌋ Iam eñ roboratus fu
it in fide, viſis q̃ in Chriſti paſſione ac obitu acciderãt, Ideo q̃uis ante fuiſſet occultus Chriſti
diſcipulus, nũc tamen manifeſtauit quod fuit. ⌊Pilatus aũt mirabaſ ſi iã obijſſet⌋.i. an Chri Mat.27 Pſal.21
ſtus tã cito extinctus fuiſſet. Nõ eñ penſauit Pilatus, quãta tormẽta intulerũt Chriſto Iudęi
in nocte & milites in ptorio, in colũna, in cruce, pforantes manus ac pedes eius. Deniq; q̃ ſe- Mat.27
quunſ, & quæ iam omiſſa ſunt, copioſe tractata & explanata ſunt in Matthæo.

¶Enarratio Cap. XVI. Et cũ tranſiſſet ſabbatum. Arti. XVI.

Ecitata ſaluatoris viuifica paſſione, cõſequẽter deſcribiſ reſurrectio eius glo- Luc.24
rioſa. ⌊Et cũ tranſiſſet ſabbatũ⌋.i. dies ſabbati, quæ fuit ſolenniſſimus, ad oc- Johã.20
caſum veniſſet, ⌊Maria Magdalene & Maria Iacobi (mater) & Salome, eme-
runt aromata,⌋ quæ nõ poterãt emere die ſabbati perdurãte, ſed veſpere fa-
B cto, in quo ſolẽnitatis magnitudo finiebaſ, ⌊vt venientes vngerẽt Ieſum⌋.i.
corpus Ieſu, ponẽdo totũ pro parte, partẽ pro toto. ⌊Et valde mane vna ſab
batoꝝ⌋.i. vno dieꝝ illius hebdomadæ paſchalis, cuius oẽs dies dicebanſ ſabbata, q a feſtiui.
Itaq;, vna ſabbatoꝝ.i. prima die poſt principale ſabbatũ, ⌊veniunt ad monumentũ, orto iã
ſole.⌋ In Iohãne legiſ. ꝙ Maria venit ad monumentũ, cũ adhuc tenebræ eſſent. Et rñdendũ Ibidem.
ꝙ fuit aurora, ita ꝙ aliquid lucis & aliquid tenebraꝝ apparuit. In ſuperioribus eñ locis vide
baſ lux ſolis, in iferioribus tenebræ erãt. Ideo dicit Iohãnes, ꝙ tenebræ erant, Marcus, ꝙ ſol
extitit ortus, nã mediũ ab vtroq; extremo denominaſ, ⌊& dicebãt ad inuicẽ: Quis reuoluet
nobis lapidẽ ab oſtio monumenti?⌋.i. à loco vbi ſuppoſitus fuit lapis corpori Chriſti, q de
ſepulchro clauſo ſurrexit. ⌊Et reſpicientes, viderunt reuolutũ lapidẽ,⌋ quẽ angelus amouit Mat.28
poſt Chriſti reſurrectionẽ, vt oſtẽderet ſepulchrũ eſſe vacuũ, & Chriſtũ reſuſcitatũ. ⌊Erat
quippe magnus valde.⌋ Idcirco mulieres merito quærebant, quis eis lapidem tantum depo
neret, quaſi dicerent, Nos eũ amouere non poſſumus. ⌊Et introeuntes in monumentũ⌋.i. in
domũculam in qua fuit ſepulchrũ, ⌊viderunt iuuenẽ⌋.i. angelũ in ſpecie adoleſcẽtis, ⌊ſeden
tẽ à dextris⌋.i. in dextera parte ſepulchri. Matthæus dicit, ꝙ angelus accedẽs, reuoluit lapi-
dẽ & ſedebat ſup eũ, Vnde eliciſ ꝙ lapis in dexterã partẽ iacebat. Merito aũt angeli ſancti in
forma iuuenili apparẽt, qm̃ inde ſunt & illã vitã annuntiãt, vbi nullus ſeneſcit, ſed ſempitet-
na iuuẽtus cõſiſtit, in mẽſura ætatis plenitudinis Chriſti. Recte quoq; ſedet in dextris, q pro- Ephe.4
ſpera venerat nũtiare, & cõſolationẽ æternã cũctis fidelibus exhibere, ⌊coopertũ ſtola can-
dida⌋.i. alba ac fulgida veſte indutũ. Scriptũ eſt eñ apud Matth. Erat aũt aſpectus eius ſicut
fulgur, & veſtimẽta eius ſicut nix. Apparuit ergo in ſplẽdida veſte. Primo, ad deſignandum Mat.28
C angelicæ puritatis ſplendorẽ ac ſanctitatẽ. Secundo, qm̃ nuncius fuit veræ lucis, & ciuis ſup-
næ claritatis. Tertio, vt veſtis ſua candore fœminas ſanctas mulceret. Deniq; in Iohanne le Tobiæ.12
gitur, ꝙ cũ Maria ſe inclinaſſet, & in monumentũ proſpexiſſet, vidit duos angelos, vnum ad
caput & vnũ ad pedes, vbi poſitum fuit corpus Ieſu. Similiter in Luca ſcriptũ eſt, quod cum Johã.20
mulieres animo conſternatæ eſſent, duo viri ſteterunt iuxta eas in veſte fulgenti.i. duo ange Luc.24
li in forma viroꝝ. Propterea aſſeruit Auguſtinus, ꝙ ibi apparuerũt tres angeli, duo videlicet Auguſtinus
in loco ipſius ſepulchri, ſeu intra ſepulchrum, & vnus extra ſepulchrum, ſed intra domuncu-
lã, in qua fuit ſepulchrũ. ⌊& obſtupuerũt⌋.i. vehemẽter miratæ atq; exterritæ ſunt propter
fulgureũ angeli vultũ terribilem valde. ⌊Et dicit illis: Nolite expaueſcere.⌋ Hoc angelis p-
priũ eſt, vt quãuis primo ſuo apparatu terrore cõcutiant hoĩes, mox tñ cõſolenſ ac roborent
eos, dũmodo digni ſint, ⌊Ieſum (.i. ſaluatorẽ) quæritis,⌋ hoc eſt corpus Ieſu, putãtes Ieſum
adhuc mortuũ eſſe, ⌊Nazarenũ crucifixũ, ſurrexit, nõ eſt hic,⌋ ſecundũ hamanã naturã, qui
ſecũdũ diuinitatẽ ſuã implet cœlũ & terrã. ⌊Ecce locus vbi poſuerũt eũ⌋ Ioſeph & Nicodæ Johan.19
mus, vt locũ eſſe vacuũ cõſpicientes, certæ ſitis ꝙ reſurrexit. ⌊Sed ite dicite diſcipulis eius &
Petro.⌋ Specialr̃ noĩat Petrũ, vel quia inter diſcipulos principalis, vel potius vt detur ei fi-
ducia veniæ atq; audacia veniẽdi inter diſcipulos, ⌊q a pcedet vos in Galilęã, Ibi eũ videbitis
ſicut dixit vobis.⌋ Iſta expoſita ſunt in Matthæo. ⌊At illæ⌋ mulieres exeuntes domunculã Mat.28
ſepulchri, ⌊fugerũt de monumẽto,⌋ cuius ratio ſubdiſ. ⌊Inuaſerat eñ eas tremor (corpo-
ris) & pauor mẽtis, ⌊& neminẽ⌋.i. nulli pſentiũ. ſ. nulli de cuſtodibus illic iacẽtibus, vt dictũ

eſt in Matthæo, ⌊quicq̄ dixerūt.⌋ Timebāt eñ nō ſolū ex angeli apparitione, ſed etiam ex D
intuitu militū qui ibi tanq̄ mortui iacebāt proſtrati. ⌊Surgens aūt Ieſus mane prima ſabbati, »
apparuit primo Mariæ Magdalene.⌋ Ex hoc ſequi videt, ꝙ Ieſus ſurrexit in aurora, vt Au- »
Auguſtinus. guſtinus affirmat, Gregorius tñ aſſerit, ꝙ ſurrexit media nocte, quēadmodū Sampſon, q fuit
Gregorius. Iudicū. 16 figura Chriſti, media nocte ſurrexit, & portas Gazæ aſportauit. Sicq̄ ꝗd dr̄, mane, nō deter
minat participiū ſurgēs, ſed verbū apparuit, vt ſit ſenſus, Surgēs Ieſus. i. Ieſus q ſurrexit, ap-
paruit mane prima ſabbati. Primū tñ magis videt cōſonū textui. Itaq; ſurgens Ieſus à ſepul-
chro in q̄ aīa eius fuerat corpori reunita, mane. i. in aurora, prima ſabbati. i. die īmediate ſab-
batū ſequēte. Iudæi nāq; denomināt dies ſeptimanę à ſabbato, q̄ſi à principaliori, dicēdo, pri
Lucæ. 8 ma ſabbati, ſc̄da ſabbati, tertia ſabbati. ⌊Apparuit primo Mariæ Magdalene, de q̄ eiecerat »
ſeptē dæmonia⌋. i. vniuerſa pc̄tā mortalia. Septenario quippe vniuerſitas deſignat. De hac »
Mat. 28 apparitiōe dictū eſt copioſius in Mat. ⌊Illa vadēs nūciauit his, q cū eo fuerāt⌋. i. cū Ieſu ante »
paſſionē cōuerſabant, puta diſcipulis, ⌊lugentibus & flētibus.⌋ ideo appellat aplo℞ apl̄a. Et »
Gene. 3 ſicut à prima muliere Eua cœpit, & propinata eſt viro eius & oībus poſteris ſuis dānatio: ſic
mulier iſta primo nūciauit hoībus ſaluationē, q̄ eſt in Chr̄o. ⌊Et illi audiētes qa viueret Ieſus »
& viſus eſſet ab ea, nō crediderūt. Poſt hæc aūt duobus ex eis⌋. i. duobus diſcipulis, q̄℞ vnus »
dictus eſt Cleophas, ⌊ambulātibus in villa, oſtēſus eſt⌋. i. ſeipm oſtēdit atq; apparuit dn̄s Ie- »
ſus, ⌊in alia effigie⌋. i. alia faciei diſpoſitiōe, phyſionomia ſeu ſpecie, ⌊eūtibus in villā,⌋ in q̄ »
Lucæ. 24 fuit caſtellū noīe Emaus, ipſa apparitio facta ē in die dn̄icæ reſurrectiōis, & in Luca deſcrip-
ta eſt plenius. Qūo aūt facta eſt iſta alteritas effigiei, non eſt facile determinare, videlicet in q̄ E
ſubiectiue fuit iſta effigies altera, an ſolū in oculis diſcipulo℞, an in aere, an in corpe Chr̄i ap-
parētis in habitu peregrini. Vnde diſcipuli: Tu ſolus (inquiūt) peregrinus es, &c. Corpus aūt
Mat. 17 Chr̄i glorificatū tūc fuit, vnde nō videt in ipſo fuiſſe effigies alia. Aliqui tñ dicūt, ꝙ Chr̄us ad
horā mutauit faciē ſuā, quēadmodū in trāſfiguratiōe. Alij probabilius dicūt, ꝙ mutatio hæc
Lucæ. 24 fuit dūtaxat in oculis diſcipulo℞. Qm̄ in Luca habet, ꝙ oculi eo℞ tenebant, ne eū ignoſcerēt
4. Reg. 6 ſicq; vident fuiſſe ꝑcuſſi auriſia, quēadmodū Syri q̄rentes Heliſæū, & Sodomitæ q̄rentes do
Gene. 19 mū Loth, q̄d ſua incredulitate meruerūt. Sicut eñ diſcipuli nō recte ſenſerūt de Ieſu: ſic ipſe
nō oſtēdit ſe eis q̄lis fuit. ⌊Et illi eūtes⌋. i. eadē hora ī Hier̄lm redeūtes, ⌊nūciauerūt cæteris⌋ »
. i. vndecim apl̄is intra cōclaue collectis, ⌊ex his q cū ipſis (tūc) erāt,⌋ qūo Ieſus eis apparuiſſet »
Lucæ. 24 eūq; in fractiōe panis cognouiſſent, ⌊nec illis crediderūt⌋ ¶ Oppoſitū videt, qm̄ Lucas habet »
ꝙ ipſi duo inuenerūt vndecim cōgregatos, & eos q cū ipſis erāt, dicētes ꝙ ſurrexit dn̄s vere,
& apparuit Symoni. Et r̄ſidendū, ꝙ impfecte credebāt dubitatiōe quadā, ſeu mutatiōe men
tis annexa, Vnde poſt pauca Lucas illic ſubiūgit: Adhuc illis nō credētibus & mirātibus præ
gaudio, &c. ⌊Nouiſſime⌋. i. in die aſcēſionis, vt probabilius æſtimat, ⌊recūbētibus⌋. i. man »
ducātibus ⌊illis vndecim apl̄is, apparuit⌋ Ieſus in cōclaui ſeu cœnaculo q̄ paſcha edebant. Et »
q̄uis Marcus nō exprimat niſi vndecim tanq̄ principales diſcipulos, nihilominꝰ (vt aliqui di
cūt) ibi tūc erāt alij multi viri & fœminæ, in q̄℞ cōſpectu Chr̄s eodē die aſcēdit, erātq; circi-
Act. 1 ter centū viginti ſecūdū Lucā, vt ex aplo℞ actis colligit. Sed ſi iſtud intelligendū eſt de appa
ritiōe hac facta in cōclaui, qūo Marcus dicit de ea, ꝙ Chr̄s nouiſſime apparuit, cū poſtmodū
eadē die in mōte Oliueti apparuerit eis? Et r̄ſidendū. Primo, ꝙ ſic intelligi p̄t: Nouiſſime. i.
vltimo die q̄ inter diſcipulos cōuerſebat in terra poſt reſurrectionē, Siquidē p dies q̄dragin
ta apparuit eis ſæpe q̄℞ die℞ vltimus fuit iſte. Vel q̄d dr̄, nouiſſime, referendū eſt nō ad tem-
pus apparitiōis, ſed ad apparitiōes ꝑcedentes. Apparuit ergo recūbētibus & comedit cū eis,
Act. 1 & docuit eos, iuxta illud: Cōueſcens p̄cepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederēt, ſed expectarēt F
promiſſionē patris factā de miſſione ſpūs ſancti. Tunc q̄q; diſcipuli interrogauerūt eū: Dn̄e
ſi in tp̄e hoc reſtitues regnū Iſrael. ⌊Et exprobrauit⌋. i. cū iuſta ac dira improperatiōe redar »
guit ⌊incredulitatē illo℞, & duriciā cordis.⌋ Verba aūt ſeu forma exprobratiōis non ponit »
Luc. 24 hic, ſed forſitan talis erat qūo duobus diſcipulis in Emaus euntibus dixit: O ſtulti & tardi cor
de ad credendū, ⌊qa his q viderāt eū reſurrexiſſe⌋. i. q Chriſtū poſt reſurrectionē viderunt, »
vt mulieres, & Petrus ac duo diſcipuli: Vel, his q viderāt eū reſurrexiſſe. i. eius reſurrectionē »
viderūt & ei affuerūt, videlicet angelis ſanctis, ⌊nō crediderāt.⌋ Ita intelligit S. Bernhardus »
Apoſtoli eñ nō credēdo mulieribus q̄ angelos viderūt, eorūq; verba apl̄is nūciauerunt, non
crediderūt angelis ipſis. ¶ Sed qūo Chr̄s increpauit aplos de incredulitate & cordis duricia in
die aſcēſionis, q̄ñ vtiq; crediderūt & deuoti valde fuerūt? Dicēdo, ꝙ increpauit eos de ꝑcedē-
ti incredulitate atq; duricia, & forte qa adhuc nō ſatis creduli erāt. Aliqui vero dicūt, ꝙ non
increpauit aplos, ſed q̄ſdā diſcipulos cōgregatos cū eis. Sed Euāgeliſta apertiſſime dicit, ꝙ ap
Mat. 10 Pſal. 18 paruit vndecim, exprobrauitq; incredulitatē illo℞ & duriciā cordis, ⌊& dixit eis: Euntes in »
mundū vniuerſum,⌋ nō ſtatim poſt aſcenſionē vel ſpūs ſancti receptionē, ſed in die diuiſio- »
Homo cur oīs nis aplo℞. Itaq;, eūtes ſeparatim & ſucceſſiue, in mūdum vniuerſum. i. ad principales partes
creatura dicatur mūdi, ⌊p̄dicate euāgeliū omni creaturæ⌋. i. omni homini. Homo eñ dr̄ oīs creatura, nō for »
maliter

A maliter aut ſubſtātialr, ſed virtualr & p cōuenientiā, qa cū omni creatura habet aliquid cōmu
ne, & oēs differētiæ rer ſeu cōiuncta genera entiū in ipſo cōcurrūt. Cōſtat eñ ex materiali,
& imateriali ſubſtātia, habetq́ʒ in ſe accidētia ſenſibilia & inſenſibilia, oia-q́ʒ quodāmō or-
dinanſ ad hoiem. Vnde hoc q̄d Sapiēs ait: Hoc q̄d cōtinet oia, ſciam habet vocis, vno modo Sapię. 1.
exponiſ de hoie. Nā & aia rōnalis cōtinet in ſe oēs formas inferiores, quēadmodū nūerus ma
ior minorē, & tetragonū trigonū, & inſup cōuenientiā habet cū angelis in intellectuali pfe-
ctione, corpus q̄qʒ hūanū cōtinet elemēta, & ad cœliformē æqualitatē reduciſ ſcdm philoſo
phos. Qui crediderit, fide formata ſeu dilectiōe ornata, & cū opportunitas adeſt, p dile-
ctionē operāte. Qui enī dicit ſe deū cognoſcere, & mādata eius nō cuſtodit, mēdax eſt. Et ſi fi- 1. Johā. 2
des ſine opibus mortua eſt, & baptizatus fuerit, baptiſmo fluminis, flaminis vel ſangui- Jacobi. 2
nis. Nō enī ſufficit fides ſine baptiſmo, ſi adſit poſſibilitas ſuſcipiēdi baptiſmū, quæ ſi deſue-
rit, debet hō habere ppoſitū & affectū recipiendi ipm, & de pterita negligentia pœnitere, ſi
diſtulit, qñ recipere potuit, ſaluus erit, in pſenti p grām, & in futuro p gloriam, mō in ſpe
& tūc in re. Qui vero nō crediderit, cōdēnabiſ. Qm ſine fide ipoſſibile eſt placere deo qc- Hebr. 11
quid fecerit vel habuerit hō, Nā iuſtus ex fide viuit, & quicqd nō eſt ex fide, pctm̄ eſt, ſecūdū Hebr. 10
apl̄m. Signa aūt .i. miracula, qbus fides pbaſ eſſe à deo, q̄ naturali nequit rōne pbari. Cū
eñ deus eſſe nō valet teſtis falſitatis, aut cōfirmator erroris, cōſtat illā fidē eſſe diuinā, ad cuius Fides naturali rōne probari nequit.
cōfirmationē deus iā: a opatus ē ſigna, q̄ multa omnē creatā poteſtatē excedūt. Itaqʒ, Si-
gna eos q crediderint, hec ſequenſ .i. virtus & grā faciēdi ſequētia ſigna eis pſtabiſ. Nō eſt au
tē abſolute de vniuerſis fidelib⁹ intelligēdū, ſed de qbuſdā, pſertim in exordio naſcētis eccle

B ſiæ, & etiā interim vſqʒ in pſentē diē, ſecūdū diuinæ ſapiæ ordinatiſſimū moderamen & ne-
ceſſitatē ſeu vtilitatē eccl'ię, de qbus dñs: Qui credit ī me, opa q̄ ego facio, & ipē faciet, & maio Johan. 14
ra hor faciet, qa ego ad patrē vado. In noīe meo .i. in mea ptāte & p iuocationē nois mei
dæmonia eijciēt, ab obſeſſis, imò in actis ſcriptum eſt, q̄d ad cōtactū veſtium Pauli, ſpūs Act. 19
nequā egrediebanſ, linguis loquenſ nouis .i. recētibus atqʒ diuerſis loq̄lis vtenſ, vt patet
in apl'is, q recepto ſpū ſancto, cœperunt loqui varijs & oīm gentiū linguis, q̄ etiā grā data eſt Act. 2.
alijs pene innūmeris, in primitiua eccleſia, aliter nō potuiſſent euāgeliū pdicare, in tā diuerſis
atqʒ diſtātibus locis, ſerpētes tollēt .i. calcabūt, occidēt ſiue portabūt, quēadmodū Paulus
viperā manu ſua apprehēdēs excuſſit in ignē. Noīe aūt ſerpētū reliqua venenoſa animātia Act. 28
intelliguntſ, quēadmodū ſcriptū eſt: Sup aſpidē & baſiliſcū ambulabis, & cōculcabis leonē & Pſal. 90
draconē. Hoc q̄qʒ ſaluator pmiſit: Ecce (inquiēs) dedi vobis poteſtatē calcādi ſup ſerpētes & Luc. 10
ſcorpiones, & ſupra omnē virtutē inimici, & nihil vobis nocebit, & ſi mortifer qd biberit
nō eos nocebit, quēadmodū patet in Iohāne apl'o, ſup egros manus īponēt, & bñ habe-
būt .i. ſanabunſ. Liberalis atqʒ magnifici pmiſſiōis eſt, plus cōferre q̄ promiſit: Sic Chriſtus
multo maiora p apl'os, multoſqʒ alios fecit, q̄ ſint ea q̄ hic recitanſ, pſertim cū ad vmbrā Petri
legaſ infirmi fuiſſe ſanati. Porrò in actis ſcribiſ: Virtutes nō modicas fecit deus p man⁹ Pau Act. 5
li, ita vt à corpe eius deferrenſ ſup lāguidos ſudaria vel ſīl'ia, & recedebāt ab eis lāguores. Hæc Act. 19
igiſ ſigna corporalr quidem ab aliquibus cōparatiue paucis facta noſcunſ, nec opus ē ea nūc
iterari, cū in ſuo effectu ſatis reſplendeāt. Quid equidē ita mirabile ſicut cōuerſio totius mun

C di ad tā incōprehēſibilē fidē ac arduā legē. Spūaliter vero à multis multoties facta ſunt, & q̄
tidie fiūt. Spūaliter nāqʒ dæmonia eijcit, q peccatorē mortalibus vitijs irretitū conuertit, ita
vt ſit tēplū ſpūs ſancti, q paulo añ vas erat diaboli. Nouis inſup linguis loquiſ q ſolita vanilo-
quia, ſcurrilia, vitioſaqʒ verba deuitās, incipit loqui ſalutaria verba, deū laudare, proximū in-
formare, iugiterq́ʒ orare, quēadmodū monet apl'us: Implemini (inquiēs) ſpū ſancto, loquētes
vobiſmetipſis, in pſalmis & hymnis & cāticis ſpūalibus, cātantes & pſallētes in cordibus ve- Ephe. 5
ſtris, dño grās agētes pro oībus ſemp, hoc fecit q ait: Bñdicam dñm in oñi tpe, ſp laus eius in
ore meo. Et alius: Laudabo (ait) nomē tuū aſſidue, & cōfitebor tibi cū adhuc iunior ſum, an- Pſal. 33
teq̄ oberrē. Serpētes aūt tollit, q diabolicas ſuggeſtiōes, & venenatas tētationes ſuppeditat. Eccl. 51.
Mortifer vero ſine nocumēto bibit, cui oīa etiā mala cooperanſ in bonū, vel q alior prauis Roma. 8
exēplis nō inficiſ, nec pueriſ cū pueris. Sup ægros aūt manus imponit & ſanat eoſdē, q pu-
ſillanimes & impfectos bonis opibus roborat, verbo cōſolationis ſuſtētat & ſuis exēplis pro Pſal. 17
uocat ad meliora ac viciniora ſaluti. Et dñs quidē Ieſus loquutus ē eis verba pdicta & alia Eſaiæ. 35
plura q̄ ſcripta ſūt in actis aſſumptus ē in cœlū .i. propria virtute aſcēdit ad cœlū empyreū Hebr. 6
Qui eñ deſcēdit, ipſe eſt & q aſcēdit ſup oēs cœlos, de q̄ ait Pſalm̄. Pſallite dño q aſcēdit ſu- Act. 1.
p cœlū cœli ad orientē. Itēqʒ: Aſcēdit deus in iubilo, dñs in voce tubæ. Deniqʒ Chr̄s aſcēdit Ephe. 4
nō ſolū diuina virtute, ſed & hūana p dotē agilitatis. Corpus nāqʒ glorificatū obedit ad nutū Pſal. 67.
volūtati atqʒ imperio aīæ. In Luca ſcriptū eſt, q̄ Ieſus eduxit eos q erāt in cōclaui foras in Be Pſal. 46
thaniā, & eleuatis manibus bñdixit eis ac ferebatur in cœlū. Sed & in actis habetur, q̄ vidēti- Luc. 24
bus illis eleuatus eſt & nubes ſuſcepit eū ab oculis eor. Cūqʒ intuerentur in cœlū euntē illum, Act. 1.
ecce duo viri aſtiterūt iuxta illos in veſtibus albis &c. Hæc aūt nubes & angeli apparētes atqʒ

cũ Chriſto aſcendẽtes, nõ affuerũt propter Chr̃i indigentiã, ſed reuerentiã, ad demoſtrandũ D
ꝙ cœleſtia, & inferiora, corporalia ac ſpũalia ad Chr̃i obſequiũ eſſent parata, ⌊& ſedet à de- »
xtris dei, ⌋ ſecũdũ hũanitatẽ aſſumptã, ſedet à dextris dei. i. in potioribus bonis patris, de q- »
Psal. 15 bus ait propheta: Delectationes in dextera tua vſq; in finẽ. Oĩa eñ creata ſubdita ſunt Chr̃o
Psal. 8 homini & eius hũanitati, & aĩa Chr̃i pfectiſſime fruit increatis diuitijs, ſummæ trinitatis. Pr-
Hebr. 1 terea, ſecundũ diuinitatẽ ſuã ſedet à dextris dei. i. ad patris æqualitatẽ, cũ quo vnus deus eſt,
ſedẽs nõ corporal'r ſecundũ ꝙ deus, ſed ſedet. i. omnipotẽter quieſcit & regnat. Hinc Dauid
Psal. 109 pdixit: Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis. Et Chr̃s: Ego (inqt) vici & ſedi cũ pr̃e meo in
Apoca. 3 throno eius. ⌊Illi aũt (apoſtoli) profecti, ⌋ in omnẽ terrã, ſecundũ diſpoſitionẽ diuinã, ⌊p- »
Acta 1 dicauerũt vbiq;, ⌋ in principalibus partibus orbis, quẽadmodũ Chr̃us legit eis dixiſſe: Eritis »
mihi teſtes in omni Iudæa & Samaria, & vſq; ad vltimũ terræ. Prædicauerũt ergo vbiq;, vi-
delicet Petrus in Italia, Paulus in Græcia, Andreas in Achaia, Iohãnes in Aſia, Iacobus ma-
ior in Hiſpania, Philippus in Scythia, Bartholomæus in Armenia, Matthæus in Aethiopia,
Thomas in India, Iacobus minor in Hieruſalẽ, Symon & Thaddæus in Aegypto & Babylo
Esaiæ. 26 nia, Mathias in Iudæa, ⌊dño cooperãte, ⌋ q oĩa opa nr̃a operat in nobis, ſecũdũ Eſaiam: Qui »
Philip. 2 operat in nobis & velle & pficere, pro bona volũtate, ⌊& ſermonẽ (euãgelicæ pdicatiõis) cõ »
firmãte ⌋. i. verũ eſſe mõſtrãte, ⌊ſequẽtibus ſignis, ⌋ q̃ fecit p ſctõs ap̃ſos. V ñ dicit ap̃s: Qũo
Hebr. 2 effugiem⁹ ſi tãtã neglexerim⁹ ſalutẽ, q̃ i nos cõfirmata ẽ, cõteſtante deo, ſignis & portẽtis &
1. Cor. 2 virtutibus, & ſpũs ſctĩ diſtributiõibus. Et rurſus: Sermo meus & pdicatio mea nõ fuit in pſua E
Psal. 92 ſionibus hũanæ ſapiẽtiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpũs & virtutis, vt fides veſtra nõ ſit in ſapi
entia hominũ, ſed in virtute dei, cuius teſtimonia credibilia facta ſunt nimis, Nã q̃to catholi
1. Cor. 15 ca fides in ſeipſa incõprehẽſibilior, mirabiliorq; cõſiſtit, tãto diuinitus approbata & cõfirma
Col. 1 ta eſt ſignis pluribus atq; maioribus, vt ſimus ſemp immobiles in ſidei veritate ad laudẽ & re
uerentiã creatoris ac ſaluatoris nr̃i qui eſt ſup oĩa deus ſublimis & bñdictus. Amen.

¶ Enarrationis in Euangelium ſecundũ Marcum finis.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI IN EVANGELIVM SECVNdum Lucam, Enarratio.

PROLOGVS AVTHORIS.

DOCTRINAM quaſi antelucanũ illumino oĩbus, & enarrabo il-
Eccl. 24 lam vſq; in lnginquũ, & illuminabo oẽs ſperantes in dño, & relinquã
Ambrosius illam quærentibus ſapientiã, quẽadmodũ ait Ambroſius: Scriptura
diuina mundanæ euacuat ſapientiæ diſciplinam, quæ verboꝝ ma-
gis eſt fucata ambitu, q̃ rerum ratione ſubnixa: hoc eſt verbis magis F
inaniter decorat, q̃ ratione & veritate firmet. Nã & multi errores at-
q; cõtrariæ opiniones inueniunt in philoſophica ſcientia. Porrò in
ſacra ſcriptura, ſumma concordia, inuiolataq; veritas continent. In
ſancta demũ ſcriptura etiã illa reperiunt, quæ philoſophi mirãda pu
tabant. Tria eñ præcipua æſtimauerunt, videlicet triplicẽ ſapientiã,
naturalẽ, moralem, & rationalẽ, quæ in ſcripturis diuinis multo excellentius eſſe & contine-
ri noſcunt, tam in veteri q̃ in nouo teſtamẽto, quod in tribus Salomonis libris oſtendit, qui
in libro prouerbioꝝ moralem ſeu ethicam, in Eccleſiaſte, naturalẽ, in Canticis Canticorum
rationalem, ſimul & moralẽ ſapientiã ſcripſit. In nouo etiã teſtamento ſapiẽtia naturalis in
euangelio ſancti Iohãnis, moralis in euãgelio ſecundũ Matthæũ, rationalis in euãgelio bea-
Lucas ti Lucæ pcipue fulget. Lucas nãq; magis hiſtoricus eſt, & Chriſti miracula plenius refert, q
Matthæus bus euãgelica veritas cõprobat. Matthæus vero pcepta viuendi, & moralia Chriſti documẽ
ta proſequutus eſt clarius. Iohãnes aũt de Chriſti diuinitate ſublimius loquit. Quilibet tamẽ
Iohannes ſapientia iſta, in quolibet Euãgeliſta habet, pro cuius clariori intelligẽtia oportet aduertere,
Augustinus quia vt octauo de ciuitate dei recitat Auguſtinus, ſtudiũ ſapientiæ circa duo verſat, videlicet
circa actionẽ & cõtemplationẽ, propter q̃d vna pars ſapientiæ actiua ſeu practica, altera cõ
templatiua vocat, quaꝝ actiua ad vitæ cõpoſitionẽ, inſtituẽdosq; mores ſpectat, cõtẽplati-
Socrates ua ad cõſpiciendas reꝝ naturas & naturæ cauſas intendit. Socrates itaq; actiue, Pythagoras
Pythagoras cõtẽplatiue plus inſtitit, ſed Plato vtrãq; cõiungens philoſophiã pfeciſſe laudat, quã in tres
Plato partes diuiſit, videlicet in moralẽ, q̃ circa actionẽ verſat, in naturalẽ, q̃ cõtẽplationi deputat,
in rõnalẽ qua veꝝ à falſo diſcernit, q̃ licet actioni & cõtẽplationi ſit neceſſaria, amplius tñ ad
contem-

A contemplationē pertinēt. Ideo iſta tripartita philoſophiæ diuiſio nõ cõtrariat diſtinctioni,
qua dictũ eſt, omne ſtudiũ ſapiētiæ in actione & cõtemplatiõe cõſiſtere. Deniq; ſecundũ Au- Auguſtinus
guſtinũ libro pſato, celebriores Platonici aliquid tale de deo ſenſerũt, vt in ipſo inueniat cau
ſa ſubſiſtēdi, & ratio intelligēdi & ordo viuēdi, quorũ triũ primũ ad naturalē, ſecũdũ ad ra-
tionalē, tertiũ ad moralē ptinet philoſophiæ partē ſeu ſpeciē. Cũ ergo hæc tria multo pcla-
rius de deo ſublimi & bũdicto cõſideret theologia deſup reuelata q̃ philoſophia hũano ſtu-
dio adinuēta, palam q̧ triformis illa ſapiētia in ſcripturis diuinis eminentius q̃ in libris phi-
loſophicis ſit cõtenta. Præterea omniũ philoſophorũ moralia documēta nequaq̃ Chr̃i mo-
ralibus queunt cõparari doctrinis, eo q̧ Chr̃i moralis inſtructio ad priuati ſeu proprij impro
biq; amoris, q omniũ vitiorũ origo eſt plenariã eradicationē atq; ad ſuipſius humilimũ du-
cat cõtemptũ, & ad diuinitatis intenſiſſimã ac puriſſimã dilectionē, de qua pfectiõe, doctri- Mat. 19
na & re ignari ac muti fuerũt philoſophi, Nec em̃ hũana rõnis naturali lumine ad huiuſcemo Mar. 10
di doctrinã ac pfectionē ptingit, ſaltē eo modo q̃ à Chr̃o docet, videlicet prout ad ſupnatu Luce. 18
ralē felicitatē perducit. Inſup nulla hũana ſcientia tã certe & efficaciter ſuas cõprobat cõcluſio- Mat. 11
nes, vt euãgelica ſapiētia, fidei ſacros articulos, qui in euãgelio p legis & prophetarũ oracula,
p Chr̃i miracula, p reuelationes cœleſtes, p plurimos teſtes, alijſq; fortiſſimis vijs efficaciſſi-
me cõprobant. Rurſus, nequaq̃ philoſophia tã excellenter de creatoris ac creaturarũ natura,
proprietate, pfectione & opatione ptractat, vt euãgelica theoria, cui oĩs naturalis ſcientia cũ
ineffabili humilitate debet eſſe deſeruiens & ſubiecta. Idcirco ait Aplus: Arma miliciæ nr̃æ
B nõ carnalia, ſed potētia deo, deſtruentes omnē altitudinē extollentē ſe aduerſus ſcientiã dei, 2. Cor. 10
& in captiuitatē redigētes omnē intellectũ in obſequiũ Chr̃i, & in promptu habentes vlciſci
omnē inobedientiã. Ex qbus authoritas, certitudo, & excellētia ſacræ ſcripturæ, præſertim Sacræ ſcripturæ excellentia
euãgelicæ ſapiæ innoteſcũt, cuius ſapiētialis deſcriptor fuit glioſus Euãgeliſta luci diſſ. Lucas,
ita q̧ verba thematis pinducta eloqui pt, Nã inſtar exuberãtiſſimi fontis euãgelicæ veritatis Lucas.
doctrinã oĩbus elucidauit, & ſapiētiæ riuos ſibi deſup impartitos, liberaliſſima charitate cun
ctis diffudit, docuitq; vniuerſos ſperãtes in dño, & ſingulis verę ſapiæ auidis copioſa reliquit
cœleſtis ſophiæ fluenta. Hic Lucas rite ſic appellatus, futuro pſagio cũ Daniele ſortitus ē no-
men. Ipſe etem̃ vere fuit in primitiua eccleſia, imò nũc vſq; eſt luculētiſſimus Lucas lucifor-
mis, luciſluus, de plenitudine lucis ſuæ vniuerſum orbē irradiãs, q cũ excellētia quadã, venu-
ſtioriq; ſtilo euãgeliũ ſuũ cõſcripſit, præ cæteris q̊q; Euangeliſtis extat hiſtoricus, ſcripſitq;
euãgeliũ poſt Matthæũ & Marcũ, & q̃ ab illis omiſſa fuerũt de Chr̃i, eiuſq; pcurſoris annun-
ciatione, cõceptiõe, natiuitate, circũciſione, infantia, elegãter ſuppleuit. Fuit autē de Antio- Vita Lucæ.
chia oriundus, & in Bithinia migrauit ad Chriſtũ, de quo refert græcus expoſitor. Cũ autē
Lucas bonæ indolis eſſet, capacitatiſq; ſtrenuæ, Græcorũ ſcientiã cõſequutus eſt, & grãma-
ticã atq; poeſim adeptus pfecte. Rhetoricã aũt & pſuadēdi leporē aſſequutus ad plenũ, neq;
philoſophiæ muneribus caruit, deniq; & medicinã acqſiuit. Et qm̃ ingenij velocitate ſatis de
hũana guſtauerat ſapĩa, ad altiorē cõuolat. Accelerat ergo ad Iudæã, & viſibilr atq; verbote
nus Chriſtũ adit. Cũq; veritatē agnoſceret, efficit Chr̃i diſcipulus, plurimũ cũ mgr̃o hoc cõ Lucas in carne
uerſatus. Ex q̊ patet, q̧ Lucas Chriſtũ in carne vidit atq; audiuit, eiuſq; diſcipulus fuit. Theo Chriſtũ vidit.
philus q̊q; teſtat, q̧ nõ fuit diſcipulus Chr̃i ab initio .ſ. pdicationis Chr̃i, ſed tēpore proceden Theophilus.
C te. Hieronymus aũt fatet, q̧ ſtilus Lucæ Euãgeliſtæ, tã in euãgelio q̃ in actibus aplorũ orna- Hieronymus.
tior eſt cæterorũ ſtilo Euangeliſtarũ & aplorũ, & eloquentiã redolet ſecularē. Talis etiã eſt ſti
lus Eſaiæ inter prophetas, ſed & liber Iob rhetorice ſcriptus eſt.

¶De perfectione Euangelicæ legis. Arti. .I.

ECCE Deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſilis in legiſla- Job. 36
toribus. Quēadmodũ in prima ſecũdæ Thomas oſtēdit: Lex eſt re
gula atq; mēſura actuũ per quã qs ad agēdũ vel nõ agendũ bñ ſe ha
bet ſiue inducit. Legis em̃ eſt, actus hoĩm regulare debito ordine ſe
cũdũ exigētiã finis à legiſlatore intēti. Multiplex aũt lex ponit, vz; Lex multiplex.
lex æterna, q̃ eſt dictamē & rõ diuinæ ſapiæ, inquantũ eſt directiua
actionũ ac motuũ oĩm creaturarũ, de q̃ lege deo Sapiēs ait: Cũ ſis iu Sapiæ. 12
ſtus, iuſte oĩa diſponis, Virtus em̃ tua iuſtitiæ initiũ eſt. Hęc itaq; lex
realr idē q̃d ſumã & increata ſapĩa, attingēs à ſine vſq; ad ſinē forti Sapiæ. 8
ter, & diſponēs cũcta ſuauiter: q̃ lex ſecũdũ Anſelmũ in lib. de veritate, oĩs rectitudinis & vir Anſelmus
tutis, oĩs veritatis ac legis origo eſt, & fontale atq; cauſale principiũ. Alia eſt ergo lex natura
lis, q̃ eſt participatio legis æternæ, naturis rerũ creatarũ naturalr indita, p quã q̃libet tēdit in
ppriũ ſinē ſibi à diuĩa ſapĩa pſtitum, & opat pprias actiões. Porrò lex iſta naturalis in hoĩe ē
dictamē ſeu ordinatio vel cēſura practicæ rõnis, p quã hõ ad aliqd agendũ vel omittēdũ in-

duciſ, iſtaq; lex ſufficeret hoĩ, ſi hõ nõ ordinareſ niſi ad naturalẽ felicitatẽ ac finẽ, ſed qa ad ſup D
1.Cor.13 2.Cor.3 naturalẽ btitudinẽ (q̃ eſt viſio dei p ſpẽm, ſeu facie ad faciẽ, ſecũdũ aplm) creat⁹ & ordinatus ẽ,
ideo ſupnaturali indiget lege, q̃ dr̃ lex diuĩa, p quã de vera ac ſupnaturali btĩtudine inſtruaſ,
atq; de pceptis & actibus pueniẽdi ad illã illumineſ, q̃ lex eſt mẽſura ac regula actuũ hũanorũ
Lex diuina. in ordine ad felicitatẽ ſupnaturalẽ ęternã: Siq dẽ p hãc legẽ rõ cognoſcit & dictat qd de deo
ſentiẽdũ, quõ ei obſequẽdũ, ad quẽ finẽ ſit oẽ noſtrũ exercitiũ referẽdũ, de q̃ ait Pſal. Lex dñi
Pſal.18 immaculata, cõuertẽs aĩas. Inſup, pter legẽ æternã & naturalẽ ac diuinam poniſ lex hũana, q̃
eſt q̃ddam rõnis dictamẽ, q̃ diriguntſ actus hũani in ordine ad finẽ boni cõis in vita pſenti ad
Lex humana. cõuiuẽdũ pacifice, q̃ lex ex naturali lege progrediſ, eſtq; determinatio & explicatio eius circa particularia hoim opa. Queadmodũ em̃ rõ ſpeculatiua ex primis ac ĩdemõſtrabilib⁹ principijs elicit varias diuerſarũ ſciarũ cõcluſiões: ſic rõ practica ex primis principijs opatiuis, ſeu agẽdorũ, q̃ ad naturalẽ ptinẽt legẽ, procedit ad pticulariora, ingrẽdo & diſcutiẽdo qd in certis negotijs ſit agẽdũ, & hmõi particulares diſpoſitiões p rõnẽ inuentæ, dicunſ leges hũanæ,
Iſidorus obſeruatis alijs cõdicionibus q̃ ad legẽ cõcurrere debẽt. Lex em̃ cõcernit bonũ cõe. Dicit q̃q;
Iſidorus, q lex hũana, q̃tũ poſſibile eſt, debet eẽ honeſta vt religioni cõueniat: iuſta, vt ſcd̃m
rõnem pcedat: poſſibilis, vt à ſubditis portari valeat & ĩpleri. Erit demũ ſcd̃m cõſuetudinẽ
Legis diuinæ diuiſio. patriæ, & loco ac tpi debet cõgruere. Deniq; lex diuina diuidiſ in legẽ veterẽ ſeu Moſaicam
& nouã ſeu euãgelicã, q̃ diuiſio non eſt p diuerſas ſeu oppoſitas ſpẽs, cũ vtriuſq; ſit vnus finis
Roma.10 .ſ. Chrs, ſeu deo cõiungi ac frui. In vtraq; etiã principalia pcepta, puta moralia, ſunt eadẽ, ſed
eſt ſicut diuidiſ aliqd p pfectũ & impfectũ, q̃ tñ vnius ſunt ſpeciei, vt hõ p virũ & puerũ. Nũc
ergo oſtendẽda eſt legis euangelicæ ſup omnẽ aliã legẽ creatã excellẽtia atq; pfectio. Porrò E
q omnẽ legẽ humanã excedat certũ & clarũ eſt, & infra probabiſ, q vero legẽ Moſi pfectione, dignitateq; ſuperet, primo oſtẽdiſ ex parte legiſlatoris. Vetus em̃ lex à deo data eſt, non
Exo.19 immediate, ſed mediate, imò p gradũ duplicẽ miniſtrorũ, puta p angelũ & p Moſen: ideo nãq; iubẽte ac deſtinãte, loquutus ẽ angelus Moſi, iubẽteq; angelo ex pte dei, Moſes legẽ ab angelo imediate acceptã ppoſuit pplo, imò nõ vnius dũtaxat miniſterio angeli, ſed pluriũ an-
Gala.3 gelorũ, data ẽ vetus lex, iuxta illud apli: Lex pptertrãſgreſſores poſita ẽ, ordinata p angelos
in manu mediatoris. Vnde ĩ actis Stephanus exprobrãs ĩgratis Iudæis: Accepiſtis legẽ in diſ
Act.7 poſitiõe angelorũ, & nõ cuſtodiſtis. Euãgelica vero lex à vero deo, vz Ieſu Chro vnigenito
pris æterni (de q̃ Chro in ſua canonica ſcribit Iohãnes: Hic ẽ verus deus & vita æterna) ime-
1.Iohan.1.5 diate collata eſt. Secũdo oſtẽdiſ idẽ, qa vetus lex cõparaſ ad nouã, ſicut impfectũ ad pfectũ,
ſicut mediũ ad finẽ, ſicut diſpoſitio ad formã ſeu habitũ, imò lex euãgelica ſe habet ad veterẽ
Legis diuinæ finis. legẽ, ſicut meridies ad aurorã, lumẽ ad vmbrã, veritas ad figurã, dña ad ancillã. Cũ em̃ finis legis diuiæ, vz veteris ac nouæ ſit ad verã felicitatẽ pducere ſeu deo vniri ac frui, illa lex diuina
vocaſ pfecta, q̃ ea includit p q̃ beatitudo acquiriſ, ad quã ſine gr̃a gratũ faciẽte nemo pduciſ,
vetus aũt lex grãm nõ cõtinuit, ſed pmiſit. Euãgelica vero lex grãm includit & cõfert, qm̃ ſacramẽta eius grãm nõ ſolũ ſigurãt, ſeu ſignãt, ſed etiã cõferũt & efficiũt q̃d deſignãt. Ideo di
Hebr.7 cit Aplus: Nihil ad pfectũ adduxit lex. Introductio vero melioris ſpei, p quã approximam⁹
Galat.3 ad deũ. Rurſus: Lex pædagogus cũ fuit in Chro Ieſu. Itẽq;: Si data eẽt lex q̃ poſſet viuificare,
Ibidem vere ex lege eſſet iuſtitia, Sed cõcluſit ſcriptura oĩa ſub pctõ. Huius aũt rõ aſſignaſ, qm̃ ſacra- F
mẽta veteris legis grãm nõ cõtinebãt nec cõferebãt, ſed ipſa lex diſpoſitiua fuit ad euãgelicã
legẽ, eã pfigurãdo, Chriſtũ pnũciando, idololatriã reprobãdo, ideo Chri lege pmulgata ceſ
Ibidẽ ſauit, ppter q̃d dicit Apls: Priuſq̃ veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eã fidẽ q̃
reuelãda erat. Vbi aũt venit fides, iã nõ ſumus ſub pædagogo. Silr loquiſ ad Hebrę. Reproba
Hebr.7 tio qdẽ ſit pcedẽtis mãdati, propter infirmitatẽ & inutilitatẽ. Tertio, idẽ pbaſ, qa lex euãgelica bona cœleſtia & futura ĩ pria manifeſte pnũciat, figurat, pmittit, atq; ad ea ĩmediate in-
Hebr.10 troducit. Horũ aũt bonorũ lex vetus nõ habuit ſignificationẽ expſſam & ppinquã, ſed obſcurã atq; remotã, prout ſcriptũ eſt: Vmbrã habẽs lex futurorũ bonorũ, non ipſam imaginẽ rerũ.
Dionyſius. Hinc (iuxta diuũ Dionyſiũ) ſtatus euãgelicæ legis medius eſt inter ſtatũ ſynagogę ſeu vet. legis ac priæ, ita q ſacra & cęrimonialia nouę legis hñt imaginẽ pfectã & euidẽtẽ ſilitudinẽ bonorũ cœleſtiũ, q̃rũ vmbrã gerebãt ſacra ac cęrimonialia veteris teſt. qa in veteri lege bona illa vẽtura pmittebanſ & figurabanſ ſub velamine & cõfuſe. Deniq; dr̃ lex euãgelica grãm cõtinere & dare p incluſionẽ ſacrorũ ſuorũ, hoc eſt inquãtũ includit Chri ſacra, q̃ ſunt ſpũaliter medicinalia vaſa. Et qm̃ lex vetus talia ſacra gr̃æ cõtẽtiua nõ habuit, ideo ppria virtute non iuſtificauit, ſz fide & gr̃a Chri tũc vẽturi, p cui⁹ fidẽ opa hoim ſub lege poſitorũ meritoria erãt
Roma.5 Hinc ab Aplo dr̃: Lex illa ſubintraſſe, vt abũdaret delictũ, & q̃d p eã pctm̃ reuixit. Itẽq;: Qd̃
Roma.7 fuit adminiſtratio mortis, nõ vtiq; cauſalr & directe, ſed occaſionalr & cõſecutiue, & qm̃ gra
2.Cor.3 tiã nõ pſtabat. Rurſus: qa pctm̃ poſt legiſlationẽ grauius fuit q̃ añ, & qm̃ talis ẽ nr̃a puerſitas,
q nitimur in vetitũ, & ea q̃ nobis prohibenſ, magis optamus. Quarto declaraſ idipm̃, videlicet excellẽtia & perfectio legis euãgelicæ ſup omnẽ aliã legẽ diuinã atq; humanam, quoniã

proprieta

A proprietates &actus legis eminẽtius cõueniũt q̃ alicui alteri legi. Cũ eñi legis officiũ ſit hoĩes
facere virtuoſos, & primo oporteat declinare à malo, ideo prio ad legẽ ptinet vitia extirpare
p cõminationẽ ſeu iflictionẽ pẽnarũ, ſeu alio mõ, q̃d ,pprer vitioſos, ,pteruos, & ad mala ,pcli Pſal.36.
ues, potiſſimũ neceſſariũ ẽ, & q̃tũ ad hoc dicit Apl's: Iuſto nõ ẽ lex poſita, ſ; iniuſtis, & nõ ſub-
ditis, ipſis & ſceleratis. Hoc ãt lex hũana pfecte nõ efficit, nã q̃a cõitati ,pponit, ĩ q̃ plures ſunt 1.Timo.1.
impfecti, vitioſi, ad malaq̃ ,pni: q̃dã mala pmittit ne deteriora cõtingãt, vt; meretrices & vſu
rarios, q̃ tñ diuino relinq̃t iudicio puniẽda, ſcd̃m q̃ aſſerit Auguſtin⁹, lex q̃ regẽdis ciuitatib⁹
daſ, multa cõcedit ac ĩpunita relinq̃t, q̃ p diuinã ,puidẽtiã vindicanſ. Lex q̃q; Moſaica diui- Auguſtinus
nitus data, q̃a pp'lo rudi ad maxĩa mala ,pcliui dabaſ, q̃dã mala pmiſit, vt dare libellũ repudij
& ad vſurã extraneis accõmodare, vt patet in Deut. ne maiora mala ĩcurrerenſ, vt; ne Iudæi
vxores ſuas occiderẽt, neq; fratribus ſuis ad vſurã cõcederẽt. Hinc Chr̃us ait Iudæis: Ad duri Deut.24 Deute.18
tiã cordis vr̃i, Moſes pmiſit vobis dare libellũ repudij. Lex ãt euãgelica tanq̃ pfecta, nullum Matth.19
,pſus malũ pmittit, ſed om̃e pctm̃ excludit, & puniẽdũ teſtaſ. imò de om̃i verbo otioſo rõnẽ Marc.10
deo reddẽdã fateſ. Scd̃o, ad legẽ ptinet virtutes inducere, ſeu mores cõponere, q̃d lex hũana Matth.19.
nõ facit pfecte. Hõ eñi interiora alioꝝ nõ intueſ, idcirco de ſecretis cordiũ iudicare, nõ valet, Matth.12
ideo lex hũana nõ niſi exteriores act⁹ habet ordĩare & iudicare, ĩteriores vero affect⁹ & cogita
tus reformare & rectificare ad legẽ ſpectat diuinã, ſ; & lex Moſaica nõ facit hoc plene ,ppter
q̃d dicũt doctores q̃ cohibet manũ ſeu op⁹ nõ aĩm, q̃d ĩtelligẽdũ nõ ẽ, q̃ſi volũtarẽ malã neq̃q̃
,phibeat, vel in cogitatõĩb⁹ vitiũ nõ cõſiſtat, cũ Moſes dicat in Exodo: Nõ cõcupiſces vxorẽ
,pximi tui, nõ bouẽ, nõ ancillã, nõ agrũ, nec oĩa q̃ illi⁹ ſunt, ſ; hoc iõ dr̃, q̃a lex Moſi nõ tã ple- Exo.20 Deute.5.
B ne & euidẽter ,phibet ĩordinatũ affectũ & cogitatũ, nec tm̃ verſaſ circa interiorẽ reformatio
nẽ ſicut lex noua: verũtñ in multis ordinauit ĩteriores affect⁹, nec ſolã reſpicit ĩordinatã affe
ctionẽ in vitijs auaritię atq; luxurię, vt aliq̃ dicũt, ſed & in alijs multis. V ñ in Leuiti. legiſ: Ne
oderis frẽm tuũ in corde tuo, nec memor eris iniurię ciuiũ tuoꝝ. Et in Deuteroñ. habeſ: Cu- Leui.19 Deuta.4
ſtodi teipm̃ & aĩam tuã ſolicite, ne obliuiſcaris verboꝝ dñi dei tui, & ne excidãt de corde tuo
cũctis dieb⁹ vitę tuę. Rurſus in Deuterono. p̃cipiſ: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, & Deute 6
ex tota aĩa tua, & ex tota fortitudine tua. Nihilominus, ſi tota lex Moſi pcurraſ, patebit quòd Matt. 22
cõparatiue loq̃ndo, paucĩſſima de ĩterioꝝ directõe & ordinatõe loquaſ, ſ; circa exteriora p- Marc.12
maxĩe occupeſ, q̃d ãt modicũ eſt q̃ſi ,p nihilo cõputaſ, ſicq̃; dici potuit, q̃d lex vet⁹ manũ non Lucæ.10.
aĩm cohibebat. Pręterea, q̃m virt⁹ ad btĩtudinẽ ordinaſ, ideo ad legẽ tertio ptinet, ad felicita
tem pducere. Vera ãt hoĩs btĩtudo ẽ ſupnaturaſ, ad quã lex hũana ſeu naturalis neq̃t pducere
ſed ſupnaturalis dũtaxat. Rurſus ad felicitatẽ ſupnaturalẽ nõ ptingiſ, niſi p gr̃am gratificãtẽ,
quã (vt patuit) lex Moſi nõ cõtinebat, nec cõferebat, idcirco nec ipſa ad felicitatẽ ſua virtute p
duxit, q̃d lex Chr̃i p ſua efficit ſacr̃a, q̃ de latere Chr̃i in cruce dormiẽtis fluxerũt, efficaciãq̃
ſortita ſunt, itaq̃ p ea virtus & meritũ paſſiõis Chr̃i hoĩb⁹ applicaſ, ideo in Euãgelio Iohãnis Iohan.1
induciſ: Lex p Moſen data ẽ, gr̃a & veritas, p Ieſum Chr̃m facta ẽ. Inſup q̃m lex ,p cõi daſ vti
litate, etiã ſpectat ad eã, vt oĩbus ,pmulgeſ, & clare, ac ĩtelligibil'r ,pponaſ, q̃a in cõitate maior
pars groſſa ẽ, nec ſubtilia, difficilia ,pfũdaq̃ penetrat. Lex ãt euãgelica cõpẽdioſiſſime ac ſuc
cincte daſ atq; ,pponiſ. Moſaica vero lex multis velaminib⁹ tegiſ, & figuris ĩuoluiſ, in q̃ etiã 2.Cor.3
C eadẽ ſæpi⁹ reperiunſ, & difficillimũ fuit ſingula eius p̃cepta memoriter cõtinere, efficaciterq̃;
implere. Propter q̃d Petr⁹ apl'us ait in actib⁹ de onere legis, q̃d neq; nos neq; pr̃es nr̃i portare Acto.15
potuimus. Adhuc ãt euãgelicæ legis eminẽtia cõſtat ex hoc, q̃ vet⁹ lex apte atq; cõiter nõ ,p-
miſit niſi bona terrena, de cœleſti p̃mio euidẽter nõ loq̃ns. Euãgelica vero lex, cœleſtia bona
ſpũalẽ opulẽtiã, ęternã ac deiformẽ btĩtudinẽ aptiſſime & copioſiſſime polliceſ. V ñ in prĩci Matt.3.
pio p̃dicatõis euãgelicę dr̃: Pœnĩam agite, appropinq̃bit eñi regnũ cœloꝝ. ¶ Poſtremo lex Marc.1.
Chr̃i ad obſeruãtiã ſui ĩducit amore boni: lex ãt Moſi timore pœnaꝝ: ideo ſcd̃m Auguſtinũ Lucæ.3 Auguſtinus.
breuis differẽtia legis & euãgelij ẽ amor & timor. V ñ Apl'us: Nõ dedit nobis deus ſpm̃ timo 2.Timo.1
ris, ſed virtutis & dilectõis & ſobrietatis. Itaq; de legiſlatore nr̃o vnico dei filio vere accipiſ, q̃
in prĩcipio hui⁹ articuli dictũ ẽ: Ecce de⁹ excelſus in fortitudĩe ſua, & null⁹ ei ſĩlis in legiſlatori Iob.36
bus. De q̃ Eſaias ait: Dñs iudex nr̃, dñs legifer nr̃, dñs rex nr̃, ipſe veniet & ſaluabit nos. Interea
quo maior ẽ dignitas legiferi hui⁹, & q̃ maior ẽ charitas, bñficẽtia, & dignatio eius ad nos, in
hoc q̃ pro nr̃a ſalute, in ,ppria pſona deſcẽdit ad nos, & ,pprio ore legẽ nobis deprompſit, q̃
etiã maior ẽ excellẽtia atq; pfectio legis iſtius, eo grauior ẽ nr̃a ingratitudo, pꝰuerſitas, & ĩpie-
tas, ſi legiſlatori huic inobediẽtes fuerim⁹ ,ppter q̃d dicit Apl's: Irritã q̃s faciẽs legẽ Moſi, ſine Hebræ.10
vlla cõtradictõe, duobus vel tribus teſtib⁹ moriſ, q̃nto magis putatis deteriora męreri ſuppli-
cia, q̃ filiũ dei cõculcauerit, & ſanguinẽ teſtamẽti pollutũ duxerit, & ſpũ gr̃æ cõtumeliã fece-
rit. Hinc ergo quo nr̃ legifer extat ſublimior, & q̃ benigni⁹ ſe habuit circa nos, q̃ itẽ p̃clario-
rem nobis cõtulit legẽ, eo diligẽtiores, feruẽtiores, efficacioresq̃ ſimus in obſeruatõe ſuæ le- Phil.2
gis cõdigna cũ metu & reuerẽtia ſeruiẽtes, ſciẽtes, q̃a cui plus datũ eſt, plus req̃reſ ab eo. Et ſer Lucæ. 7.
uus ſciens voluntatẽ dñi ſui nec faciens, plagis vapulabit multis. Lucæ. 12

EXPOSITIO PRIMI CAPITVLI. EVANGELII SEcundum Lucam. Articulus Secundus. D

Caput Primum.

PRAEMITTIT libro ſuo breuem prologum ſanctus Lucas in
quo cauſam ſe ad ſcribendū mouentē inſinuat, dicēs: ⸢Quoniā quidē multi conati ſunt ordinare narratiōes⸣.i. ordinate deſcribere hiſtorias ſeu ſermones, ⸢quæ in nobis completæ ſunt rerū⸣.i. operū, documētorū, myſteriorū'q; Chri, quę inter nos eius diſcipulos ſunt
pacta atq; exhibita, ex quo ſequi videt, ꝙ & ſanctus Lucas vnus de
diſcipulis Chri fuit, eiusq; ꝑdicatiōe & opibus miraculoſis ꝑſonaľr
adfuit ſaltē ad tꝑs, ſicut ꝓtactū eſt, & aliq aſſerūt, vel dicit hæc in ꝑſona diſcipulorū, q affuerūt qbus ipſe poſtea aſſociatus ſit. Aliqui autē
ita exponūt, quæ in nobis completæ ſunt rerū.i. quæ à nobis plenæ
conſcriptę ſunt, qa videlz Lucas ſuppleuit multa à Matthæo & Marco omiſſa. Iſti multi qui
conati ſunt Euāgeliū ſcribere, fuerūt qdam hæretici, ſicut Baſilides & Apelles ac alij quidam.
Quidā eñi euāgeliū ſcripſit, ꝙ à duodecim Apľis ſcriptū cōfinxit, alius ꝙ à Thoma æditū affirmauit, alij à Matthia, ſic & quidā ſub nomine Pauli ſcripſerūt epľas vt ipſemet in ſuis tāgit
2. Theſſ. 2. epľis. Hæc aūt ex ꝓſumptione fecerunt, & vt hæreſes ſuas taliter ꝑſuaderēt, q recte conati fuiſſe dicunt, quia non ſpūs ſancti illuminatiōe adiuti, ſed proprijs viribus cōfiſi fuerūt, ideo habuerūt laborē, non fructū. Qui vero diuinitus illuſtrat, prōpte & facilr ſcribit ſeu loquit & fructuoſe proſequit: nempè, quo deſup plus illuminat, dirigit, & iuuat, eo celerius, facilius, & fru E
ctuoſius operatur, & quod humiliter incipit, ſalubriter proſequitur, atque conſummat. ¶ Denique ad componendos codices ſacros, ad expoſitiones catholicas faciendas, neceſſe eſt homini diuinitus illuminari, luce'q; ſapientiæ cum exuberātia quadam perfundi, loquendo de
ſapientia quæ inter dona gratiæ gratis datæ annumeratur, de qua proteſtat Apoſtolus: Alij
1. Cor. 12 (inquiens) per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ. Quo igitur homo diuinitus copioſius edocetur, eo in conſcribendo, dictando, exponendo eſt promptior. Ibi nāq; in
docendo nulla eſt mora, ſed tetigiſſe eſt docuiſti, ſic vtique ſcripſit Hieremias, de quo ait Baruch eius notarius. Ex ore ſuo loquebatur Hieremias, quaſi legens omnes ſermones iſtos, &
Hiere. 36 ego ſcribebam in volumine atramento. Hinc ait Ambroſius: *Sine conatu ſunt donationes,*
Ambroſius & gratia dei, qui vbi ſe infuderit, rigare conſueuit, non vt egeat, ſed redundet ſcriptoris ingenium. Non conati ſunt quatuor Euangeliſtæ, ſed diuino ſpiritu, vbertatem dictorum factorum'q; miniſtrante ſine vllo molimine cœpta compleuerunt. Inſuper ſecundum Origenem
Origenes. Euangeliſta ait: Completæ ſunt rerum, quia non phantaſtice (vt dixerunt hæretici) exercuit
Chriſtus corporalem ſuum aduētum, ſed cum veritas eſſet, re vera negotium proſecutus eſt.
Affectum autem ſuum indicat Lucas, dicendo: Quæ in nobis completæ ſunt rerum, hoc eſt,
quæ in nobis maniſeſtiſſimæ ſunt oſtenſæ. Certa enim fide & ratione cognouerat iſta, nec in F
aliquo fluctuabat, ⸢ſicut tradiderunt nobis⸣.i. nobis dixerunt, nosq; docuerunt, ⸢qui ab initio⸣ Euangelicæ prædicationis Chriſti ⸢ipſi viderunt⸣ corporalibus atq; mentalibus oculis opera Chriſti magnifica, puta Apoſtoli, quibus loquitur Chriſtus: Beati oculi qui vident,
Lucæ. 10 quæ vos videtis, de quibus ait Iohannes: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vi-
Iohan. 1 dimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti à patre. Vnde in exordio primæ ſuæ canonicæ
1. Iohan. 1 idē ſcribit: Quod fuit (inqt) ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod ꝑſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ. ¶ Sed huic obuiare videt, quod
Hieronymus. ſecundum Hieronymum Lucas potiſſimum diſcipulus fuit Pauli, quemadmodum Marcus
Petri, & in legenda Lucæ habetur, quod ſicut Marcus ex informatiōe Petri, ſic Lucas ex inſtructione Pauli, qui opera Chriſti non vidit. Euangelium ſcripſit. Et reſpondendum, quòd
Lucas primo ab alijs Apoſtolis qui à principio prædicationis Chriſto adhæ ſerunt, inſtructionem accepit. Deinde Paulo exponente plenius eſt inſtructus. Hinc ait Theophilus: Veritatem vel Paulo exponente, vel alijs Apoſtolis qui ab initio viderāt conſecutus ē. Inſuper iuxta
Beda Bedā, nō ſolū Lucas & Marcus, ſed Matthæus ꝗq; & Iohānes multa de infantia ſaluatoris &
pueritia ac genealogia ipſius alijs narrātibus didicerſt. ¶ Rurſus qrit: ſi Lucas ex apľorū inſtructione euāgeliū ſcripſit, & ſilr Marcus ex beati Apľi Petri informatiōe, qūo ex inſpiratiōe &
eruditiōe ſpūs ſancti ſcripſiſſe ferunt? Et rñdendū, ꝙ ſpūs ſanctus infallibiliter eos in ſcribēdo
direxit & adeptā eorū ab Apoſtolis alijs inſtructionem ſua deifica illuminatione ꝑfecit, certificauit, & gubernauit, eos'q; ad ſcribendum induxit, ⸢& miniſtri fuerunt ſermonis⸣ hoc ē,
Euangelicæ prædicationis, quam Chriſto iubente, & ſpiritu ſancto implente fideliter prædicauerūt, huic'q; ꝑdicatiohi miniſtrauerūt, inquantū ei ſubiecti fuerūt & ex Chri imperio eā
ꝑdicādo alijs exhibuerſt. Hinc in actis ſpūs ſctūs effat: Segregate (īquiēs) mihi Paulū & Barna
Acto. 13 Acto. 10 bam in opus ad quod aſſumpſi eos: Et Petrus teſtatur: Nobis ꝓcepit deus prędicare populo
& teſti-

dictũ mõſtratur impletũ: Nazaræus de radice eius aſcendet. Sic eñ Hebraica cõtinet veritas,
ſicq; allegat Matthæus, pro quo Hieronymus tranſtulit, Flos de radice eius aſcendet. Apte Mat. 2
quoq; in Galilæa, nõ in Iudæa nũciatus eſt Chriſtus, ad deſignãdũ, ꝙ Chriſtus relicta Iudæa
trãſmigraturus fuit ad gẽtes, cõuertẽdo illas ad ſidẽ per apoſtolicã pdicationẽ. Galilæa etẽm
trãſmigratio interpretat. Deniq; miſſus eſt ad virginẽ deſpõſatã viro noĩe Ioſeph. ¶ Cur au-
tẽ de virgine deſpõſata voluerit Chrũs naſci, multæ ratiões tradũtur, q̃ quia in omniũ cõme-
tarijs legũt, ptermitto, quaſdã breuiſſime ſolũ tangẽdo, videlicet ne pudiciſſima virgo de for
nicatiõe diffamaret, & ne Chrs de fornicaria natus diceret. Itẽq;, ne Iudæi eũ iuſte cõtẽpſiſſe,
quaſi illegitime genitũ viderẽtur, & vt diabolus minorẽ haberet occaſionẽ ęſtimãdi quod Ie
ſus eſſet Meſſias, eo ꝙ de cõiuge viri eſſet exortus, quẽ nouerat de virgine naſcituꝝ. Poſtre-
C mo, ne virgo Maria tanq̃ adultera lapidaret, quia & de ſacerdotali fuit proſapia. Puella quip
pe illius proſapiæ fornicãs tanq̃ adultera lapidabatur, vt patet in Leuitico. Nomẽ quoq; vir Leui. 21
ginis fuit Maria, q̃ interpretatur maris ſtella, qm̃ ipſa luce à ſe prodeũte ſeu nata mũdũ hunc
illuſtrauit. Maria quoq; interpretatur amarum mare. Ipſa nẽpe nõ ſolum in Chriſti paſſione
ſed & añ frequẽter amaritudine maternæ cõpaſſionis, anguſtiæ, & timoris fuit repleta, ſicut
& infra habet: Tuã ipſius animã pertrãſibit gladius. Sicut eñ amariſſime torquebatur, videns Lucæ. 2
filiũ crucifigi: ſic frequẽtiſſime affligebat, cõſiderando hũc crucifigendum, atq; vidẽdo perſe
quutiones ipſius. Rurſus: Maria interpretatur domina, & ipſa vtiq; eſt cœli regina, dña mũ-
di, qm̃ genitrix dei. Fuit aũt ſponſus virginis caſtiſſimus Ioſeph de domo. i. ſemine, tribu ſeu Deut. 25
familia Dauid, de qua tribu fuit etiã virgo beata. Viri eñ mulieribus ſuæ tribus matrimonia-
liter iungebãtur, pſertimq; fęminæ in parẽtũ hæreditate ſuccedẽtes nõ poterãt nubere, niſi Leui. 27
viris ſuæ tribus, ne ſortiũ diſtributio cõfunderet. Virgo aũt glorioſa vnica fuit ſuo patri, pro
pter q̃d ei in hæreditate ſucceſſit. ¶ Pręterea cõtẽplãdũ quõ Chrs in oĩbus q̃ abiecta vident & 1. Cor. 1.
humiliora elegit. Vnde non in Hieruſalem ciuitate Metropoli, ſed in oppido Nazareth cõ-
cipi voluit, vt non humana poteſtate, ſed diuina virtute Chriſtiana religio agnoſcatur fir-
mata ac introducta, ſed & ipſa Galilæa tam deſpecta fuit Iudæis, vt principes dicerent
Nicodæmo: Scrutare ſcripturas, quia à Galilæa non ſurgit propheta. Hoc inſuper mi- Iohã. 7.

CAP. I. rabile fuit, quod mundo perſuaderi potuit hanc virginem eſſe, quæ tot annis viro cohabi- D
tauit. Denique iſtud dignationis erat eximiæ, quod vnigenitus dei eodem angelo annunti-
ante concipi voluit, quo annuntiante conceptus fuit eius præcurſor, & quòd non aliquem
aut aliquos de ſummo ordine angelorum ad tanti myſterij denuntiationem tranſmiſit. Ex q̃
Thomas. etiam ſanctus Thomas & alij multi concludũt, quòd ſuperiorum ordinum angeli ad exteri-
us myſterium nũquàm mittũtur, cũ angelus huius ſummæ rei nũtiator de choro archãgelorũ
Matt 11. extiterit. Cum eñ vnigenitus patris æterni in mũdũ deſcẽderit, noſtrã'q; naturã aſſumpſerit
vt in om̃ibus verbo & ope humilitatem doceret, ac p eã nos ad verã ſalutẽ reuerti oportere
inſtrueret, nõ ſupremi ordinis agmina ad ſuã incarnationẽ miſit denũtiãdã, ſed vno ac con-
Bernardus ſueto nũtio fuit cõtẽtus. Poſtremo S. Bernardus circa hunc locũ ſentire videt, q̃d angeli ſan-
cti myſteriũ incarnatiõis ignorauerũt, ita q̃ cõſiliũ dei ſup humani generis ſaluatiõe p verbi
incarnationẽ nulli patuerit angelorũ priusq̃ Gabrieli hæc legatio dñicæ annũtiationis com-
Hugo. mitteret, & id quidẽ etiã quibuſdã catholicis tẽpore Bernardi diſplicuit, & Hugo de ſancto
Victore hinc ſcripſit Bernardo, vt de hoc intẽtionem ſuam plenius aperiret, cui ſanctus pa-
ter reſcripſit pleniſſime ac diſerte. Primo, quod verbum illud nõ aſſerẽdo protulerit. Secũdo
q̃d & ſi aſſerẽdo id protuliſſet, nihilominus ſtare poſſet, qa intelligi poſſet nõ de ipſo myſte-
rio ſeu eius ſubſtantia ſecũdũ ſe. Nã hoc prophetis dudũ per angelos fuerat reuelatũ, ſed de
myſterio incarnatiõis, quãtũ ad aliquas eius cõditiones, certas'q; circũſtantias, puta, quãtũ ad
locũ, tẽpus, modũ, pſonã, vt q̃d de hac virgine & hac hora verbũ incarnaret. Itaq; aduertẽ-
dũ, quod (vt S. Thomas determinat) myſteriũ incarnatiõis, videlicet, q̃d vnigenitus dei hu-
manũ eẽt aſſumpturus naturã, cũctis angelis à principio felicitatis eorũ innotuit quo ad ſub- E
ſtãtiã myſterij, atq; in gñali, nõ aũt quãtũ ad determinatas cõditiones ſiue in ſpeciali. Omnia
Heb. 1 nãq; angelorũ myſteria ad incarnationẽ verbi potiſſimũ ordinãtur. Om̃es aũt ſunt admini-
ſtratorij ſpũs, idcirco de iſto myſterio oẽs à pricipio cõiter ſunt edocti, ſed poſtea quãtũ ad
circũſtantias eius in ipſius diſtinctiori notitia profecerunt, imo vt ſeptimo capitulo cœleſtis
Dionyſius. hierarchiæ diuinus & ſanctus Dionyſius ſcribit, à Chr̃o tpe aſcenſionis inde plenius ſunt in-
ſtructi, ſic'q; poteſt ſaluari, quod ſuper Geneſim ad literam loqtur Auguſtinus: Sic erat ab-
Gregorius. ſconditum iſtud myſteriũ, vt nec angelis innotuerit. Inſup iuxta Gregoriũ cõgrue ad Ma-
1. Cor. 1. riam Gabriel mittitur, qui dei fortitudo interpretat, quoniã Chriſtũ dei virtutẽ & ſapiẽtiã,
Beda. qui poteſtates ſuperauit aereas, nũciauit iã incarnãdũ. Rurſus ſcd̃m Bedã angelũ ad virginẽ
à deo mitti cõdecuit, ad denũtiandũ ſaluatoris aduentũ, quoniã in principio ſerpẽs à diabo-
Gene. 3 lo mittebat ad fœminã ad inducẽdũ mũdi interitũ. Præterea Chriſtũ totius puritatis & inte
gritatis authorẽ, corruptorũ'q; & cõfractorũ reformatorẽ decuit naſci de virgine integerri-
ma atq; puriſſima, & vt deſignaret mẽbra ſua de virgine eccleſia ſpiritualiter naſcitura ſeu re
Hieronymus. generãda. Poſtremo ſecundũ Hieronymũ, bene ad virginẽ mittit angelus, qm̃ angelis ſemp
In carne pter carnẽ viuere vita angelica. cognata eſt virginitas, & in carne pter carnẽ viuere, nõ terrena & humana, ſed cœleſtis atq;
angelica vita eſt. ⌊Et ingreſſus angelus ad eã⌋ Nõ dubium quin in locum ſecretum vbi illa »
ſanctiſſima cõtemplationi & orationi vacauit, forte in thalamo ſeu oratorio, eſt'q; probabi-
le, quòd tunc deuotiſſime pro totius humani generis ſaluatione, & Chr̃i aduẽtu orauit, ⌊di- »
xit⌋ cum ingẽti reuerẽtia ac humili apparatu ſacratiſſimã virginem dei ſui mox genitricem »
futuram ſalutãs, imò & dignitatem eius admirãs. ⌊Aue gratia plena⌋ .i. gratia habituali gra »
tũ faciente, eius'q; charifmatibus ac donis, virtutibus q̃q; ei annexis præ eminẽter repleta. Fu-
it ergo iã ſeptẽ donis ſpũs ſancti excellẽter valde ornata, virtutibus theologicis mirabiliter F
decorata, virtutibus cardinalibus ac moralibus eleganter fulcita, varijs q̃q; donis gr̃æ gratis
datæ polita, atq; in om̃ibus his protinus multo amplius adimplẽda ⌊dñs⌋ trinitas ſuperbe- »
nedicta ⌊tecum⌋ tãto ſingularius quãto gratioſius. Quo eñ gr̃a virginis extitit plenior, eo »
cõſiſtẽtia dei in ea fuit ſingularior atq; pclarior. Dñs vero vnigenitus dei mox fuit cũ ea, & in
ea ſingulariſſimo ac eminẽtiſſimo mõ futurus, vtpote corpaliter quieturus in medio virgine-
orũ viſcerũ eius, verus & vnicus filius eius ⌊bñdicta tu in mulieribus⌋ .i. præ om̃ibus amplius »
bñdicta, qa magis electa, maioribus gr̃æ donis referta, & q̃dãmõ quaſi iſinita dignitate mox
ſublimãda in filij dei cõceptiõe. Etenim eẽ cõparẽtẽ pr̃i æterno, verũ deũ habere, filiũ illũ cõ-
cipere, parere & fouere, à q̃ ſpũs ſanctus verus deus procedit, omniũ creatorẽ, ſaluatorem'q;
vnicũ fructũ filialẽ habere, nõne q̃dammodo infinita eſt dignitas? Rurſus eẽ matrẽ & virgi-
nẽ, nec hoc tm̃, ſed eẽ matrẽ talis tanti'q; filij & virginẽ, nõne tãto extat ſublimius, quanto &
ſingularius? Si magna perfectio extat cauſalitas, quãta pfectio eſt eẽ cauſam ſeu genitricẽ cau
Bñdictio dei quid. ſæ cauſarũ, & mater vtiq; cauſa eſt filij? Porrò cum benedictio dei fit collatio munerũ eius, &
multiplicatio eorũdem, tãto benedictior eſt Maria, quanto maiora ac ſingulariora diuinitus
ſortita eſt dona. Ipſa quoq; tam magnifice ab angelo ſalutatur, nõ ſolum ob id q̃ tũc fuit, ſed
ob id quod mox erat futura, quod'q; in prædeſtinatione fuit æterna. ⌊Quæ cum audiſſet tur »
bata eſt in ſermone eius⌋ hoc eſt in tam excellenti, inopinata & antea nuſquàm audita ſaluta »
tione an-

A tione angelica. Turbatio iſta nec imperfectiõis fuit nec culpæ, ſed admiratiõis ac verecũdiæ Mariæ turbatio.
virginalis, fuitq; vehemẽs quædam immutatio, concuſſio ſiue commotio potẽtiæ affectiuę,
nempe cum virgo ſacratiſſima in oculis ſuis minima eſſet ac laudabiliter pudorata, vehemen
tiſſime de tãto ſuo mirabatur præconio, ſeq; laudari & cunctis præferri mulieribus erubuit
atq; obſtupuit, eo vtiq; amplius, quo minus de ſe tale aliquid ſuſpicabat aut ſentiebat. Quo
enim fuerit homo humilior, eo ſua laudatio & exaltatio ſibiipſi mirabilior, & ſæpe grauior
quoq; videtur, huiuſcemodi ſancta turbatio excellentiori etiam modo fuit in Chriſto, iuxta
illud Iohannis: Ieſus vt vidit Mariã, ſcilicet Magdalenã plorantẽ, infremuit ſpũ, & turbauit Iohã.11
ſeipſum. Et alio loco ipſemet proteſtatur: Nunc (inquiẽs) anima mea turbata eſt. Eſt autem Iohan.12
& alia turbatio immoderata & vitioſa quieti, paciq; mẽtis contraria, ratiõis impeditiua, quæ
longe fuit à Chriſto & virgine prælecta, imò de hac turbatiõe loquẽdo laborare debemus,
habere animũ imperturbatũ. Interea cõſiderãdum, ꝙ ſancta Maria in ſermone angeli fertur
turbata, non in viſione ipſius, quia (vt dicitur) ſolita erat cõſpicere angelos, verũtamẽ aliqui
probabiliter aſtruũt, quòd angelus vice hac apparuit ei cũ lumine multo præclariore, appa-
ratu ac habitu venuſtiore, ſecũdũ ꝙ magnitudo cauſæ ſuę legatiõis exegit, ideoq; aliqualiter
“ turbata in eius apparitiõe extiterat ⌊& cogitabat qualis eẽt iſta ſalutatio⌋ Nõ dubitauit qn
eẽt vera, & vere angelico ore prolata. Nõ eñ caruit gratioſa puella grã diſcretiõis ſpirituũ,
cogitabat tñ qualis eẽt, quid prætẽderet, q̃ tẽderet, cur exhibita eẽt, & id fuit prudẽtiæ, ꝙ ſic
cogitauit. Nec ſtatim reſpõdit, tã magnifica ſalutatiõe reputãs ſe indignã, qa cõſiderauit ſe
B ſecũdũ id q̃d fuit in ſe, & q̃d habuit ex ſe, iuxta quẽ modũ ait apoſtolus: Nõ ſum dignus voca 1.Cor.15
ri apoſtolus: Et venit Ieſus Chriſtus peccatores ſaluos facere, quorum ego primus ſum. Ni- 1.Timo.1
hilominus ait: Nihil mihi conſcius ſum. Et: Nihil minus feci ab his qui ſunt ſupra modũ apo 1.Cor.4
ſtoli, illud ſibi & proprie voluntati, iſtud deo & gratiæ eius attribuens. De eadem eñ re ſe- 2.Cor.12
“ cundum diuerſas eius conſiderationes diuerſa feruntur iudicia. ⌊Et ait angelus ei: Ne time-
“ as Maria.⌋ Nominatim pudiciſſimã virginem exprimit, eius teneritudini, turbationi, vir-
gineoq; pudori quaſi compatiens, & blande ac familiariter alloquendo eandem conſolans.
Quamuis ergo timor & pudor Marię non fuerunt culpabiles imò laudabiles, tamen abiiciẽ-
di monentur, vt meliores, diuinioresq; actus ſuccedant, videlicet contemplatio cœleſtium
ſecretorum, gratiarum actio pro eiſdem, tranquilliſſima quoq; ſerenitas mentis in deo. Cur
“ autem timere non habeat, ſubditur, ⌊inueniſti enim gratiam apud deum⌋ hoc eſt deo acce-
pta & placita es ei inuenta, pietatem quoque & gratiam quam ab eo quærebas adepta es, imò
“ & amplius multum. ⌊Ecce (rem nouam & magnam) concipies in vtero⌋ id eſt fœcundabe
“ ris ſine virginalis reſeratione ſignaculi, operãte in te virtute ſpiritus ſancti ⌊& paries filiũ⌋
“ tuiipſius creatorem, omniumq; filiorum hominum ſaluatorem ⌊& vocabis nomen eius Ie-
“ ſum⌋ cuius appellationis rationem angelus Chriſti Ioſeph expoſuit, dicens: Ipſe eñ ſaluum Matth.1
faciet populũ ſuũ à peccatis eorũ. Ieſus eñ ſaluator ſalus aut ſalutaris interpretat. Hinc de ſua
nũcupatiõe ait filius de patre p Eſaiã: Dñs ab vtero vocauit me, de vẽtre matris meæ recor- Eſaiæ.49
datus eſt nominis mei. Deniq; hui⁹ Ieſu dñi noſtri re & noĩe figura fuerũt Ieſus filius Naue a- Nume.17
lias Ioſue & Oſee dictus. Itẽq; Ieſus filius Ioſedech põtifex, nã ille filios Iſrael in terram pro- Deute.1. Aggeæ.1
miſſionis induxit, iſte in ſpiritualibus præfuit, ita & Ieſus nunc ſpiritualiter præſidens cordi- Zacha.3.
“ bus electorum, eos in terram eccleſiæ militantis ac triumphãtis perducit ⌊hic erit magnus⌋
nam ſecundũ diuinitatem ab æterno fuit, incõmutabiliter eſt, indeficiẽterq; erit magnus, nõ
C mole ſed perfectione, poteſtate & dignitate, atq; tam magnus, vt dicat Pſalmiſta: Magnus Pſal.144.
dñs & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. Porrò ſecundum naturam huma-
nam nõ differt ab aliis hominibus, quantũ ad eſſentialia ſpeciei, ſed per dona gratiæ hypoſta
ticamq; vnionem ſuæ humanitatis cum verbo, tantæ eſt magnitudinis, dignitatis & perfe- Hiere.31.
ctionis, vt maior ſit toto vniuerſo ſeu omĩ creatura intellectuali ac inferiori. Vñ ob hãc ma-
gnitudinẽ etiã in vtero matris vir fuit, iuxta illud Hieremiæ: Nouũ creauit dñs ſuper terram
“ fœmina circũdabit virũ ⌊& filius altiſſimi vocabitur⌋ nõ adoptiuus vt cæteri, ſed naturalis Pſal.2
coęternus, vnicus, coęqualis, iuxta illud: Dñs dixit ad me, filius meus es tu. Et rurſus: Ex vte Pſal.109
ro ante luciferũ genui te. Vñ tam patrem q̃ filium ineffabilem eſſe Salomon docẽs, ait: Quod Prouer.30.
nomen eius & quod nomẽ filii eius ſi noſti? Nec obſtat quòd nũc vocari iubetur dei filius Ie-
ſus. Non eñ Salomon ideo illa ait, quòd pater & filius omni careant nomine, ſed quia deficit
omne nomen, prout nos illud comprehendere poſſumus à ſuperbenedicta & ſuperuiuẽti &
ſupereſſentiali dignitate patris ac filii defectu immenſo, nec aliud de maieſtate ſpiritus ſan-
“ cti quis ſentiat, ⌊& dabit illi⌋ ſecundum humanam naturam ⌊dominus deus⌋ pater æter-
“ nus ſeu tota trinitas adoranda, cuius indiuiſa ſunt dona ac opera ⌊ſedem⌋ id eſt, regiam di-
“ gnitatem ac poteſtatem, ⌊Dauid patris eius⌋ hoc eſt, quam Dauid in typo habebat. Quic-
quid enim poteſtatis & eminentiæ fuit in Dauid, multo ſublimius datum eſt Chriſto homi-
ni, ſecũdũ ꝙ ait: Data ẽ mihi omĩs poteſtas in cęlo & in terra. Hinc Chrs vere rex Iſrael fuit, Mat.28

Johan.10 plenariamq́ꝫ poteſtatem ſuper Iudæos accepit in ſpiritualibus ac corporalibus, quàmuis ea D
Johan.9 quantum ad temporalem & corporalem præſidentiam vſus non fuerit, propter quod dixit
Pilato: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Et cum vellent eum Iudæi facere regem fugit
⌊ & regnabit in domo Iacob ⌋ hoc eſt, in cordibus verorum ac electorum Iſraelitarum nō ſo „
lum corporaliter à Iacob patriarcha deſcendentium, ſed omnium quoqꝫ eius virtutes ſequē
tium ⌊ in æternum ⌋ puta in via per dona gratiæ, & per ſuos vicarios pręſidet Chriſtus fide „
libus, & regnat in eis qui ſuæ obediunt legi, in patria autem per dona gloriæ, & per ſeipſum,
⌊ & regni eius non erit finis ⌋ ſiue regnum dicatur plebs fidelis, puta Eccleſia, quæ frequēter „
regnum cœlorum vocatur, ſiue dominium Chriſti in ea, ſiue triumphans eccleſia, vel præſi-
dentia Chriſti, in ipſa conſtat, quòd regni eius non erit finis, nā ſtatus eccleſiæ militantis vſqꝫ
in finem mundi durabit, quo hic finem ſumente, transferentur electi ad patriam, in qua finis
Eſaię.9 diuinæ gubernatōis non erit. Hæc eadē per Eſaiam prædicta noſcuntur: Super ſolium inqt
Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud in iudicio & iuſtitia, amodò & vſqꝫ in
Ezech.34 ſempiternum. Etenim de Chriſti principatu ſuper Iudæos Ezechiel, Hieremias, Zacharias,
Hiere.23
Zacha.8 cæteriq́ꝫ prophetæ concorditer ſunt locuti: ⌊ Dixit autē Maria ad angelum: Quomodo fiet „
iſtud: (quod. ſ. filium dei concipiam) quoniam virum non cognoſco ⌋. i. nequaq̄ cognoſcere „
decreui, & voui quantum in me eſt. Iam enim (vt dicunt doctores) virginitatem promiſit, ta
men ſub honeſtiſſima conditione, vtpotè niſi deus aliter de ea diſponeret. Aliqui vero affir-
Matth.1 mant quod antequàm deſponſaretur, habuit virginitatis cuſtodiam in propoſito & affectu,
non tñ promiſit, poſtea autem deſponſata Ioſeph, ſimile habenti propoſitum, ſimul cum ipſo
votum emiſit. Quærit autem de modo, non de facto ſecundum ſe, quia non dubitauit, ſed de
Ambroſius. virginitatis obſeruatione ſolicita ſciſcitata eſt operis modum, veruntamen (teſte Ambroſio)
Eſa.7 legit Maria illud Eſaiæ: Ecce virgo concipiet, modum vero nō legit, ex quo concludit, quod E
Origenes. literata fuit, & in lege atqꝫ prophetis humano quoqꝫ ſtudio erudita. Nam & Origenes teſtat,
quòd legis habebat ſcientiam, ⌊ Et reſpondens angelus, dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet „
in te ⌋. i. non naturali via, non virili concurſu, non poteſtate angelica, ſed ſupueniente. i. de- „
ſuperueniente & ſupra id quod nunc contulit tunc abundantius influente ſpiritu ſancto con
cipies, quia ipſe te fœcundabit, ex tuis puriſſimis ſanguinibus corpus verbo dei aptando, for-
Zach 3 mando, & ſubito organizando, quemadmodum per Zachariam ait: Ego cælabo ſculpturā
eius. Vnde ad innuendum quòd Chriſtus de matre ſit æditus viro eam non fœcundante, ſed
Eſa.53 virtute cœleſti in ea agente, ſcriptum eſt in Eſaia: Aſcendit coram eo ſicut virgultum & ſicut
radix de terra ſitiente. Quod autem ibidem loquatur ad literam Eſaias de Chriſto, certum ē
om̄i capitulum illud rite penſanti, ⌊ & virtus altiſſimi (. i. om̄ipotens deus pater) obumbrabit „
tibi ⌋. i. ſuam poteſtatem immenſam tuę capacitati contemperabit, vt eius influentiam fer- „
re queas. Itaqꝫ non ſecundum plenitudinem ſuæ claritatis immēſam tibi irradiabit, ſed velut
vmbram ſuæ reſplendentiæ cauſans, in te effectū ſuæ poteſtatis exercebit in te proportiona
biliter ad tuam decliuitatem, faciendo in te immediate per ſe, quod in alijs efficit ꝑ viri cauſa
litatem ſeu formatiuam virtutem. Verba hæc ab alijs multipliciter exponunt, ſed quę in om̄i
um commentis ſatis leguntur, præterire decreui. Quod autem ſpūs ſanctus ſuperueniat non
locum mutando ſed influendo ac operando, certiſſimū reor. ¶ Inſuper innoteſcit ex his ꝙ
multi ſint plenitudinis gratię gradus, nam & virgo beata ante hæc vera dicta eſt gratia plena
nihilominus in conceptiōe filij dei maxime aucta eſt gratia dei in ea, intantum vt tunc ſo-
mes dicat omnino extinctus in ea, qui & ante ita fuerat debilitatus, quod nunq̄ in culpabilem F
ſurrexerit motionem. Attamen nunc præcipue ſermo eſt de collatione gratiæ, gratis datæ,
videlicet maternitatis dei ſeu maternæ fœcūditatis in virgine quantum ad Chriſtum. Quē-
admodum autem prophetia & apoſtolatus, ita & iſta materna fœcunditas donum eſt gratię
gratis datæ, propter quod iuxta Auguſtinum beatior fuit Maria Chriſtum concipiendo
mente quàm corpore, & iſta corporalis conceptio ſine illa ſpirituali ei non profuiſſet. ¶ Po-
ſtremo plenitudo, perfectio atqꝫ immenſitas, ſoli deo competunt abſolute & proprie, creatu
ris vero comparatiue, improprie, particulariter, incertoq́ꝫ genere ⌊ Ideoq́ꝫ & quod naſcetur „
ex te ſanctum ⌋ Chriſtus ex te naſciturus, qui ſecundum diuinitatem ſubſtantialiter ſanctus „
eſt, & ſanctitas ipſa atqꝫ immēſæ ſanctitatis ſupeēntialis eēntia ſcd̄m naturā q̄qꝫ aſſumptā ma
ioris ē ſctitatis q̄ oēs pariter ꝓdeſtinati, ⌊ vocabit filius dei ⌋ ſicut nūc dictū ē, hic erit magnus „
& filius altiſſimi vocabit. Itaqꝫ ex tā diuina & ſupnaturali cōceptōe Chri īnoteſcit fidelibꝰ ꝙ
ipſe ſit filius dei, cui ſoli talis ſeruabat cōceptio, fonti eterni puritatis, & cōfractorꝫ reparatori,
corruptorꝫq́ꝫ īntegratori, puriſſima debebat cōceptio, natiuitasq́ꝫ mūdiſſima, vt mris ītegrita
tē & puritatē nō minueret, ſed ſacraret & cōfirmaret, q̄tenꝰ añ partū, in partu, & pꝰ partū, ita
cta cōſiſteret clauſa atqꝫ mūdiſſima. Pręterea cū in verbis īductis ſupbñdicta trinitas diſticte
exprimat ab angelo, clarum eſt virginē ſapientē etiā ante hāc angelicā allocutionē habuiſſe
ſummæ Trinitatis fidem expreſſam ac diſtinctam notitiā, aliogn q̄d angelus verbis iſtis in-
ſinuaret

A ſinuaret non intellexiſſet, ſed dicere potuiſſet, quod in actis quidam reſponderunt apoſto- Acto.18
lo ſciſcitanti. Si ſpiritum ſanctum accepiſtis credentes, ſed. Neque ſi ſpiritus ſanctus eſt audiuimus. Conſequenter vt Mariæ credulitas augeatur, anima exhilaretur, deuotio inflammetur, ſicꝗ ardentiſſima, iocundiſſima ac deuotiſſima mente conſentiat atque cõcipiat vnigenitum dei, proponit ei angelus ſanctus exemplum, vt mirabilis conceptio futura, per cõceptionem mirabilem factam approbetur, & charitatiua puellæ ſuæ cognatæ beneficiꝭ cõgratuletur. ⌊Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa cõcepit filium in ſenectute ſua⌋ quamuis duplex habuerit impedimentum, ſcilicet ſenectutis, naturaliſꝗ ſterilitatis ⌊& hic menſis⌋ ſcilicet Martius, in quo tibi appareo ⌊eſt ſextus illi (ex quo concepit) quæ vocatur ſterilis⌋ quia iam dudum ſic vocabatur, nec vſus ſic eam vocandi fuit abolitus ⌊quia nõ erit impoſſibile apud deum omne verbum⌋ id eſt, quicquid ſermone ſignificatur, deus poteſt implere, ſi contradictionem non implicet, illudꝗ facere poteſtatis ſit magis quàm infirmitatis, vnde quod deus in ſua natura non poteſt peccare, infirmari, comedere, currere, moueri, dormire, poteſtatis eſt, non infirmitatis. Huic verbo conſonat illud Hieremię: Domine deus nõ erit tibi impoſſibile omne verbum. Cum enim poteſtas dei ſit infinita omnipotens vtiꝗ eſt & quicquid voluerit, poteſt in inſtanti peragere, nec poteſt in tot aut tanta, quin poſſit infinitæ in plura atque maiora. His auditis, pia & docilis virgo cito præbet conſenſum, tamque incomparabiliter cõmendata neſcit extolli, ſed eo profundius humiliauit ſe ipſam, quo ampliorem circa ſe dei aduertit clementiam, ſuis nil viribus tribuens. Quemadmodum em̃ vitioſi ſuis laudibus ſtulte atque inaniter intumeſcunt, ſic virtuoſi inde plus ſeipſos deijciunt,

Hiere.32
Dei poteſtas infinita.
Viribus ſuis nil tribuit maria.

B quo equidem quis maiora à deo ſortitus eſt bona, eo debet illi gratior eſſe, itemꝗ ſubiectior. ⌊Dixit autẽ Maria⌋ de beneficio ſuæ cognatæ collato exhilarata. ⌊Ecce ancilla domini,⌋ ego ſum, idcirco ad omnia ei placita offero me paratam. Audiẽs quoque ſe in domini dei ſui matrem electam, non aliud quàm eius ſe appellat ancillam ⌊fiat mihi ſecundum verbũ tuũ⌋ hoc eſt ſpiritu ſancto ſuperueniente filium dei concipiam vt dixiſti. His verbis conſenſit, q̃bus prolatis immediate vnigenitum patris æterni cõcepit. Itaque in inſtanti ſpiritus ſanctus ex eius puriſſimo ſanguine corpus formauit, & perfecte quantum ad membrorũ diſtinctionem organizauit, in quo item inſtanti anima Chriſti eſt creata, carni vnita, atque vtrumꝗ verbo hypoſtatica ſeu perſonali vnione eſt coniunctum. Itaque in eodem inſtanti fuit ſanguinis ſeparatio, conſolidatio, figuratio, animatio & deificatio. Verũtamen diſtinctio mẽbrorum oculis perceptibilis vix fuiſſet ob corporis paruitatem. Interea mox vt virgo aſſenſit, celebratę ſunt in vtero eius nuptiæ hypoſtaticæ vnionis, videlicet cõiunctio humanæ naturæ cum verbo, de quibus Gregorius ait: quod tunc deus pater filio nuptias fecit, cum ei in vtero virginis naturam ſociauit humanam. Tunc quoque celebratæ ſunt nuptiæ ſponſi cœleſtis cum ſua ſponſa ſingulari, quæ eſt mater virginea virgo Chriſti vera, quæ filium dei cõcipiendo, facta eſt ſponſa ipſius ſingularis. Porro tota trinitas ſuperbenedicta (cuius cũ vna conſiſtat eſſentia, indiuiſa ſunt opera) naturam humanam filio ſuppoſitaliter copulauit, ſolus vero filius naturam iſtam aſſumpſit, eamꝗ in ſeipſo ſuppoſitauit, ita quod ipſummet verbum æternum eſt aſſumptæ humanitatis hypoſtaſis, quæ in verbo ſubſiſtit perſonalitate increata verbi, eſtꝗ in Chriſto vna perſonalitas tantum, & filiatio dumtaxat, cum ſit vna perſona, filiatio autem concernit perſonã. Duæ vero generationes ponuntur in eo, ſicut & duæ naturæ. Generatio enim concernit naturam. ⌊Et diſceſſit ab ea angelus⌋ & arbitror quod non velut improuiſæ & ex abrupto ab ipſa abierit, ſicut à cæteris ſanctis legitur ſępius receſſiſſe ſeu diſparuiſſe, ſed cum grandi reuerentia, maxima congratulatione, iocundiſſimo apparatu, quaſi licentiam poſtulans recedendi à domina ſua, quam vt ſui ac omnium creatoris matrem iam orſus eſt honorare, prouiſe abceſſit atque diſparuit. ⌊Exurgens autem Maria⌋ à loco orationis, à quiete contemplationis, ab habitaculo manſionis ⌊in diebus illis⌋ ſtatim cum dei vnigenitum concepiſſet ⌊abijt in montana⌋ id eſt per loca alta, montoſa & aſpera, quibus plena eſt Iudæa, ⌊cum feſtinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Elizabet⌋ celeriter iuit, dans exemplum virginibus, cunctiſꝗ fœminis, ne libenter tardent in publico, neꝗ in cõmunibus ſine rationabili cauſa, itineribus inueniãtur. Et quia iam plena fuit ſpiritu ſancto, ſpiritaliꝗ gaudio, charitatis feruore, & ſanctę deuotionis dulcedine feſtinanter proceſſit, præſertim, quia & cognatæ ſuæ congaudere optauit & obſequi, eiusquе fœtum ex ſui præſentia filij deſiderauit donis amplioribus perornari. Porrò per ciuitatem Iuda quidam intelligunt ipſam Hieruſalem, per quam aſſerunt tranſiſſe Mariam verſus vrbem in qua habitauerunt parentes Iohannis, quam dicunt fere per quatuor aut quinque miliaria fuiſſe vltra Hieruſalem. Nihilominus per ciuitatem Iuda vrbs habitationis parentum Iohannis intelligi poteſt, ⌊& ſalutauit Elizabeth⌋ vt habetur in Eccleſiaſtico: Amicum ſalutare non confundaris. Et quia humilima fuit, forte prior ſuam ſalutauit cognatam. Forma autem ſalutationis digeſta ſeu ſcripta non eſt.

Gregorius.
In Chr̃o vna filiatio, atꝗ ꝑ duæ vero gñationes.
Eccle.22.

Secundũ

Ambroſius. Secundum Ambroſium autem condecens eſt, vt quanto caſtior virgo, tantor humilior ſit. D
⌊Et factū eſt vt audiuit ſalutationē Mariæ Eliſabet, exultauit infans in vtero eius.⌋ Exulta- »
tio ex aliqua ꝑuia cognitiua apꝓhenſione ſolet oriri. Cōiter itaq; tenēt doctores, ꝙ ꝑ omīpo
tentiā dei acceleratus eſt vſus rōnis in Iohāne nondū ꝓgenito. Itaq; reuelāte ſpū ſancto nouit
vnigenitū dei iā incarnatū, atq; vtero ī virginis tunc ꝑſentem, tūcq; ꝑſertim in eo impleū tſit
quod angelus nuntiauit, quia ſpū ſancto replebiť adhuc ex vtero matris ſuæ. Hinc ſecundum
Ambroſius. Ambroſiū & gloſam, ſicut Eliſabeth Mariæ, ita Iohānes Chriſti ſenſit aduentū. Aliqui vero
dixerunt, ꝙ Iohānes Chriſti ꝑſentiā non cognouit, nec tunc vſus ſit rōne, ſed miraculoſe mo
uebať, & inſtar exultātis ſe habuit in vtero mr̄is, ad declarationem dignitatis Chriſti genitri
Auguſtinus cisq; eius. Auguſtinus vero tāgit vtrūq; hunc modum, neutrū autē aſſertiue determinat, ſed
primus verior reputať. ⌊Et repleta eſt ſpū ſancto Eliſabeth⌋ dicunt quidā, ꝙ Maria añ con »
ceptū, Eliſabeth vero poſt conceptū repleta ſit ſpū ſancto. Verūtñ cum de Eliſabeth nondū
fœcundata iam dixerit Euāgeliſta ꝙ erāt ambo, videlicet, maritus eius & ipſa iuſti ante deum
&c. certum ꝙ etiā ante prolis ſuæ conceptionem fuit quodāmodo, imò & eminenter plena
ſpū ſancto, vtpote in numero ꝑfectoꝝ annumerari condigna, ſed conſuetudo ſcripturæ eſt,
vt dicat tunc hoiem ſpū ſancto repleri, cum gr̄a notabiliter exuberātiori ꝑfundiť, quēadmo-
Acto.4 dum de primitiua eccleſia quæ in die Pentecoſtes repleta fuit ſpū ſancto ſcriptū eſt in Actis:
Cum oraſſent, motus eſt locus in quo erant, & repleti ſunt ſpū ſancto. Itaq; ſancta Eliſabeth
Hiere.9 tam grāde miraculum in prolis ſuæ nondum natę exultatione ꝑpendēs, Chriſti quoq; & bea E
tiſſimæ virginis præſentiā vnerandā aduertens, totis in deo gloriabať præcordijs & gr̄a am-
pliori mirabiliter implebať, ſpiritumq; prophetiæ ſuſcepit, ⌊& exclamauit voce magna.⌋ »
Matth.12. ex plenitudine deuotionis & interioris lætitiæ in vocem prorupit ſublimem. Ex abundan-
Lucæ.6. tia nāq; cordis os loquiť, & dixit: ⌊Benedicta tu inter mulieres.⌋ Hoc eſt, præ fœminis vni- »
uerſis, ſicut expoſitum eſt. Siquidē verba iſta eūdem habent ſenſum cū verbis illis angelicis.
Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui .i. Chriſtus iam filius tuus effe-
Pſal.117 ctus, de quo ait Pſalmiſta: Benedictus qui venit in nomine dñi. Et terra noſtra dabit fructum
Matth 21 ſuum. De quo ſcriptum eſt in Eſaia: In die illo erit germen dñi in magnificentia, & gloria, &
Mar.11 fructus terrę ſublimis. Porro Chriſtus ſecundum vtrāq; naturā benedictus eſt, ſed diuerſimo
Lucæ.13. de, nā vt deus ꝑ naturā ſeu ſubſtātialiter benedictus & ſanctus eſt, iuxta illud Danielis: Bene-
Pſalm.83 dictus es domine deus pr̄m noſtroꝝ. Diciť em̄ deus in ſeipſo benedictus, quia eſſentialiter ſan
Eſa.4 ctus, omniq; benedictione ac laude digniſſimus, totius quoq; benedictionis & gratiæ colla-
Dan.3 tiuus, ſecūdum naturā vero humanā dicitur benedictus per grām, quoniā plenitudinem gra-
Eccl.43 tiæ ſumpſit, non ad menſuram, puta in copia tanta ꝙ tota creatæ mentis capacitas fuit in eo,
Iohan.3 completa. ⌊Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me.⌋ Scilicet mater Chriſti »
quaſi dicat, digna nō ſum, nec meis hoc meritis tribuo, in quo humilitas Eliſabeth innoteſcit
quæ cum eſſet grandæua & tanto ſacerdoti in coniugem ſociata ac ſupernaturaliter fœcun-
data indignam tamen ſe à muliercula fabro lignario deſponſata viſitari profeſſa eſt, quod
& verum fuit habendo reſpectum ad excellentiam dignitatis gratiæq; Mariæ, & ad id quod
Eliſabeth fuerat per naturam, vel etiam ad opera eius bona ſecundum quod à libero proce-
debant arbitrio, ſed in quantum ex ſupernaturalibus habitibus gratiæ gratum facientis & vir F
tutum infuſurum, itemq; actuali motione ſpiritus ſancti procedebant, non tantum digna fu-
it à matre domini viſitari, ſed & diuinitate beatifica in patria frui communi obſtaculo per
Chriſti paſſionem ablato iuxta modum quo opera virtuoſa dicuntur æternæ meritoria vitę
& de condigno, ſecundum opinionem probabilem, quàmuis aliqui dicant oppoſitum. In-
terea nunc occurrit memoriæ quod certa verba præſcripta ⌊repleta eſt ſpiritu ſancto Eliſa-
Ambroſius. beth⌋ Scribit Ambroſius non prius repleta mater, puta Eliſabeth q̄ filius eius quod intelligen »
dum eſt de illa repletione abundanti prætacta, additq;, ſed cum filius .ſ. Iohānes repletus eſt »
ſpiritu ſancto repleuit & matrem. ¶Quæriť quomodo Iohānes nondū natus mr̄em ſuā ſpiri
tu ſancto impleuerit, & certum quòd non authoritatiue, cū hoc deo ſit proprium. nec mini-
ſterialr̄ ſicut in diſpenſationibus ſeu adminiſtrationibus ſacramentoꝝ, miniſtri eccleſiæ di-
cunť ſuſcipientes replere. Aliq dicunt quòd per modum cauſæ meritoriæ inſtrumentalis hoc
fecit, ita q̄d in ipſo acceleratus fuit per gratiam vſus rationis, liberi quoq; arbitrij. Quidam ve
ro affirmāt quòd nullo prædictoꝝ modoꝝ id accidit, ſed ideo matrem ſuam ferť impleſſe,
quoniā priuilegio eius datum eſt matri ſuæ huiuſcemodi diuinoꝝ chariſmatum incrementū
Poteſt etiam probabiliter dici, quòd occaſionaliter mr̄em ſuā ſpū ſancto impleuit: quoniam
illa filij ſui miraculoſam exultationem experiens, ex hoc in deū mēte effuſa eſt, eiusq; cor cha
ritate apertum ac dilatatum patulumq; effectum, factum eſt gr̄æ capax maioris, quēadmo-
dum aliquis videns alium in magna deuotione conſiſtentem deuotōe accendiť. ⌊Ecce em̄⌋ »
o Maria ⌊vt facta eſt (.i. audita) vox ſalutationis tuæ⌋ quæ me tam charitatiue atq; humili- »
ter ſalutaſti, ⌊in aurib⁹ meis (ſtatim) exultauit in gaudio⌋ formaliter ſiue cauſaliter ⌊infans »
in vte

A in vtero meo⌋ ita quod illa exultatio fuit gaudium vel exultatio, ad corpus per redundantiã
pertinens ex mentis gaudio noſcebatur. Itaque Iohannes ſponſi amicus de ſponſi gaudebat Iohan. 3
præſentia, ſecundum quod ipſe poſtea oretenus fatebitur. Amicus ſpõſi qui ſtat & audit vo-
cem eius, gaudio gaudet propter vocem ſponſi, propter quod ait Ambroſius: Iohannes ex- Ambroſius
ultauit ratione myſterij, vtpote quoniam vnigenitum dei iam nouit incarnatum, veraciter-
q́ue præſentem, ex quo euidens reor, quod & Iohannes interiori auditu internam Chriſti al
locutionem ſeu illuſtrationem aduertit. Dicit autem Gorra hoc loco. Ecce quantæ virtutis
eſt beatæ virginis ſalutatio quæ confert gaudium, confert & ſpiritum ſanctum, confert re-
uelationem diuinorum ſecretorum, confert & prophetiæ actum, verum intelligendum eſt
hoc de collatione per modum cauſæ meritoriæ. Maria enim tam ardenter & humiliter ſalu
tando cognatam præfata bona meruit ei quodammodo. Inſuper ſicut & Beda fatetur, cer- Beda.
tum eſt, quod non niſi reuelante ſpiritu ſancto Elizabeth nouit, quod Maria eſſet iam ma-
ter Chriſti effecta, ab angelo ſalutata, eiuſq́ꝫ verbis crediderit, quòd item exultatio Iohannis
“ eſſet ob Chriſti corporalem præſentiam. Hinc ei Elizabeth addidit ⌊& beata quæ credidi-
“ ſti⌋ concordat quod ait ſaluator: Beati qui non viderunt & crediderunt. Porrò Gregorius Iohã. 20 Gregorius.
ſuper Ezechielem ſimul inquit de præterita & præſenti ac futuro per prophetiæ ſpiritũ ta-
cta eſt Elizabeth, quæ beatam Mariam promiſſionibus angeli crediſſe cognouit, & ma-
trem nominans, quia redemptorem in vtero portaret, intellexit, & cum omnia perficienda
B prædiceret, quid & in futuro ſequeretur, prædixit. Itaqꝫ cognitio fidei eſt inchoatio quædã
cognitionis beatæ in patria, ipſum quoqꝫ credere ex charitate meritoriũ eſt beatitudinis cõ-
ſummatæ, ad illam ſe habens ſicut meritum ad præmium. Deniqꝫ ſicut aperta viſio eſt felici-
tas patriæ, ſic cognitio fidei beatitudo eſt viæ. Beatitudo etiã viæ eſt imperfecta & diſpoſi- Fides btitudo.
“ tio ad perfectam patriæ felicitatẽ. Cur autem beata fuit credendo, ſubiungit ⌊quoniã perfi-
“ cientur in te ea quæ dicta ſunt tibi à domino⌋ hoc eſt completum ſortientur effectũ ſeu ple-
narium complemẽtum, & quod credidiſti per fidem videbis per ſpeciem. Chriſtum quoqꝫ
quem concepiſti paries, & vſqꝫ ad virilia incrementa perduces. Dicit autem Auguſtinus, q̃d Auguſtinus.
virgo beata felicior fuit filium dei mente per fidem ſpiritualiter concipiendo ſiue credendo,
quam eundem ventre corporaliter concipiendo. Ambroſius quoqꝫ, quæcũqꝫ inquit credide Ambroſius
rit anima, ſcilicet fide charitati vnita, concipit & generat dei verbum, & ſi ſecundum carnem
“ vna eſt mater Chriſti, ſecundum fidem tamen omnium fructus eſt Chriſtus. ⌊Et ait Maria⌋
Hic deſcribitur canticum, hymnus, laus, ſeu gratiarum actio virginis glorioſæ.

¶Expoſitio Euangelici cantici Chriſtiferæ virginis Mariæ. Articulus quartus.

QVibuſdam veteris teſtamenti ſanctis conceſſum eſt, vt perceptis beneficijs dei p̃-
cipuis canticum deo componerent & offerrent, ſic nunc agit ſancta Maria, con-
ſiderans enim ineffabilia dei beneficia ſuper ſe, & in ſe laudes, gratiaſq́ꝫ referre nõ
diſtulit, præſertim, quia ex ea incarnari dignatus fuit vnigenitus dei, cuius rei
typus in Anna præceſſit, quæ ſupernaturali dei munere Samuelẽ enixa cecinit carmen, pri-
C mo Regum contentum. Exultauit cor meum in domino, quod in aliquibus cũ carmine vir- 1. Reg. 2
ginis diuinæ coincidit. Itaqꝫ deuotiſſima atqꝫ gratiſſima fatetur domina mundi, regina cœli,
“ genitrix dei. ⌊Magnificat anima mea dominum⌋ Magnificẽtia & excellẽtia cantici huius,
Primo ex parte actricis perpẽditur, quæ quãto gratioſior, illuminatior atqꝫ diuinior erat eo
præclarius canticũ edidit. Secũdo ex ſentẽtiæ vbertate ac maieſtate. Tertio ex igne deuotio
“ nis in ipſo exuberantis, ſic ergo magnificat (inq̃t) anima mea dñm, tanq̃ dicat, tu me ò Eliza-
beth laudas, extollis, magnificas, verũ ego ſciẽs quod à me ipſa nil habeo, vniuerſa bona deo
aſcribo, ipſum laudo, me deprimo, illum magnifico. i. magnum ſummum, immenſum fate-
or, conteſtor demonſtro, illum totis viribus magnificenter honoro, omni zelo venerari de- Sãctificare de
ſidero, me paruipendo. Dicimur itaque deum ſacrificare, magnificare, glorificare, dum ver- um quõ dicunt.
bis & actibus eius ſanctitatem, maieſtatem, beatitudinem, proteſtamur, extollimus, demõ-
ſtramus. Impij vero dicuntur nomen dei polluere, paruifacere, inhonorare, quoniam quan- Malach. 1
tum in ipſis eſt verbis & factis oſtendunt, ſeu ita ſe habent quaſi deus nõ eſſet honore & glo-
ria, omniq́ꝫ reuerentia dignus, ſed paruipendẽdus, neque curandus, alios quoque ad dei of-
fenſam, irreuerentiam, iniuriamq́ꝫ inducunt. Hinc per Ezechielem deus frequenter impro- Ezech. 22.
perat filijs Iſrael quod polluerint nomen ſuum ſanctum in gentibus. Fecit ergo Maria quod Ezech. 28.
ſanctus pater eius propheta Dauid admonuit: Magnificate dominum mecum. Porrò ſecũ- Pſal. 33.
dum Ambroſium. Magnificamus dominum ſeu dominus magnificatur, non quod ei quic- Ambroſius
quam accreſcat, ſed quia magnificatur in nobis, hoc eſt per ſuos in nobis effectus, ſeu actus
noſtros eius auxilio exhibitos magnus oſtenditur. Propterea addit Ambroſius. Imago e-
nim dei Chriſtus eſt, & ideo ſi quid iuſtum, religioſumq́ue fecerit anima, imaginem dei, ad 2. Cor. 4.
cuius ſimilitudinem eſt creata, magnificat, quod ſcriptũ videt ex verbis Origenis dicentis: Origenes.

Salua-

Saluator noſter eſt imago dei inuiſibilis,& anima noſtra eſt imago illius imaginis,cum ergo D
2.Cor.4 illam cognitione,ſermone & operatione magnifico,tũc imago mea in me grandis efficitur
& ipſe dñs cuius imago eſt anima mea amplius in me magnificatur. Interea aduertẽdum,q̊d
in cantico iſto noĩe dei & dñi intelligi poteſt abſolute ipſe deus vnus ac trinus, ſeu quælibet
diuina perſona,q̃uis nonnulli per deum ac dñm ſpecialiter filij perſonã intelligant,aſſerentes
quod virgo digniſſima in cantico iſto filium ſuum commendat, & non ait magnifico, ſed
⌊Magnificat anima mea dñm⌋ ad innuẽdum, quod ex p̃cordiali id agat deuotione, quo ar »
guunt q ſine reuerentia deũ orant & laudant, nec eũ ſicut verꝫ deũ tota cordis honorant cu-
ſtodia, de q̃bus per Eſaiam dñs loquitur: Populus hic labijs me honorat, cor aũt eoꝝ longe
eſt à me. ⌊Et exultauit ſpũs meus⌋ ſcilicet anima mea rõnalis ⌊in deo ſalutari meo⌋ ex cõ- »
Eſaiæ.29 templatione ac dilectione ſuipſius in ſe & beneficioꝝ eius circa me. Exultatio autẽ ſeu gau-
dium ex cõtemplatione & charitatis actu, ſeu actuali dilectione procedit. Quo igit̃ in diuino
rum contẽplatione illuminatior, eorundẽq; amore feruẽtior fuit Maria, eo plenius exultauit
1.Reg.4 non in ſe, ſed in dño tanq̃ in cauſa, obiecto & fine, ſicut apoſtolus ſcribit: Qui gloriatur, in
Hiere.9. domino glorietur. Portò dñs dicitur rõne gubernationis, deus rõne cauſalitatis & creatiõis,
1.Cor.1 ſalutare vel ſalutaris rõne iuſtificationis ſeu recreationis & glorificationis, q ſingulariter fu-
2.Cor.10. it & eſt deus ac dñs & ſalutare Mariæ, propter p̃cipua beneficia eius ad eam, & maximã de-
uotionem, dilectionem & cultũ illius ad illum, q̃uis aũt anima & ſpũs hominis realiter idem
ſint, tamen rõne ſint differentes, nam anima dicitur quoniam informat & animat corpus, il- E
ludq́; bene regendo deũ magnificat, ſpiritus vero vocatur ob ſubtilitatem naturę, & quoniã
contemplatur cœleſtia, ſicq́; competit ſibi exultare, & præ ingenti lætitia, qua ſi extra ſe ſal-
tare in deũ. Hinc virgo deipara diſtincte locuta eſt. Magnificat anima mea dñm. Et exulta-
Totis viribus magnificãd° deus. uit ſpũs meus in deo. Poſtremo, vt totis viribus deũ magnificemus, magnificent eũ nr̃a me-
moria, eius beneficia iugiter recolendo, noſtra intelligẽtia, eius veritatem & excellentiã cõ-
templando, noſtra voluntas eius bonitatẽ amando ac appetendo, noſtra interpretatiua ſeu
expreſſiua, cum ore laudãdo. Et quia pro ſuis beneficijs gratiarum actio & vox laudis deo de-
Eſaiæ.45 bentur, conſequẽter virgo præclara cantici ſui rõnem ſubiungit ⌊quia reſpexit⌋ p approba- »
tionem oculo ſuæ pietatis immenſæ ⌊humilitatem ancillæ ſuæ⌋ .i. me humilem eius ancil »
lam, meamq́; humilitatẽ ac paruitatem, & merito ſpecialiter ſuæ meminit humilitatis ma-
gis q̃ virginitatis, charitatis aut reliquaꝝ virtutũ, quibus pręeminẽter fulgebat, quia per hu-
militatem p̃cipue meruit taliter exaltari, eratq́; per eam p̃ſertim diſpoſita ad concipiendum
vnigenitum dei, ſecũdum quod in incarnationis myſterio cõſideratur incarnati maieſtas, q̃
tanta eſt vt non niſi ab humilima, & pene incomparabiliter humili puella decuit eam incar-
nari & concipi. Virginitas aũt fuit diſpoſitio magis remota, nec ipſa ſine humilitate domino
placuiſſet. Veruntamen in incarnationis myſterio, vtriuſq; naturæ immediatã & hypoſta-
ticam vnionẽ penſando, virgo ſacra per charitatem, eiuſq́; ardentiſſimũ actũ fuit ſummæ & F
immediatę diſpoſita ad vnigeniti filij dei conceptionẽ. Nam charitas præſtantiſſima ac di-
Charitas virtutum præſtãtiſſima. uiniſſima, deoq́; placẽtiſſima virtus eſt, cõiunctionẽ, transformationẽ & inſolubilem colli-
gationem efficiens. Quàmuis itaq; tota trinitas ſuperbenedicta Mariæ humilitatẽ ſupercle
menter aſpexit, præcipue tamẽ filius ex ea humanã induendo naturã, faciens ſe eius prolem
atq; ſubijciens ei ſeipſum. Sed & deus pater eam aſpexit in tantũ, vt eundem cũ ea habere fi-
lium dignaretur. Similiter ſpũs ſanctus illo eam germine fœcundãs adorãdo, à quo ipſe vere
æternaliterq́; procedit. Secundũ Origenem humilitas in ſcripturis vna de virtutibus dicitur
Origenes. quæ à philoſophis modeſtia nominat̃, ſed & nos eam poſſumus appellare quodã circuitu, cũ
aliquis non eſt inflatus, ſed ipſe ſe deijcit. ⌊Ecce eñ ex hoc⌋ tempore, & rõne tanti beneficij »
mihi collati, ex hac quoq; mea humilitate ⌊beatam me dicent omnes generationes⌋ id eſt, »
quidam ex omnibus, vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorum, omnes quippe ex Iudęis &
gentilitate conuerſi, beatam, imò & beatiſſimam profitent̃ virginẽ tam incõparandam, ſed
& Sarraceni, qui legem Machomæti ſuſcipiunt, dicũt eam præ vniuerſis mulieribus omniũ
Sarraceni. ſeculoꝝ electam, ſicut & Chriſtũ filiũ eius fatent̃ ſuo legiſlatore Machomæto maiorem. Sic
& Lya de qua orta eſt virgo Maria cernens ſe tam fœcũdã, hoc inquit, pro beatitudine mea,
beatam quippe me dicent mulieres, ſicut in Geneſi legit̃: ⌊Quia fecit mihi magna qui potẽs
Gene.13 eſt⌋ .i. præclariſſima mihi beneficia eſt largitus, in ſanctificatione, in gratiarum augmẽtatiõe
in totius perfectionis collatione, & nũc potiſſimũ in incarnatione, in qua veri dei, vera ma-
ter effecta, quodãmodo infinitæ dignitatis prærogatiuã ſum cõſecuta, ab eo qui potens eſt,
imò omnipotens eſt, & adeo potens, vt eius reſpectu omnis creatura ſit impotẽs, nec ſine il-
lius manutenẽtia per momentũ ſubſiſtere valens. Illi equidẽ idem eſt eſſe & potentem eſſe,
Pſal.65. cuius eſſentia eſt ſua potentia, independens illuminata, & penitus infinita, cui ſunt oĩa æque
Roma.13 facilia, qui dominat̃ in virtute ſua in æternũ, à quo omnis poteſtas, dicẽte ap̃lo. Non eſt po-
Iob.9 teſtas niſi à deo. Vnde ſcriptum eſt: Sapiens corde eſt & fortis robore, qui facit magna & in-

ſcrutabi

A ſcrutabilia & mirabilia quoꝝ nõ eſt numerus, q per me mundũ liberare dignatus eſt, & præ
“ omni creatura me honorauit, ita ꝙ deũ omniũ creatorẽ ac dñm concepi & porto, ⌊& ſctm̃
“ nomen eius,⌋ nominatũ.i.ipſemet noĩe nominãte deſignatus in ſeipſo eſſentialr̃, purus, vir-
tuoſus & ſanctus eſt, imò ſanctitas prima, fontana, exẽplaris, immẽſa, in quo quicquid per-
fectionis, ſanctitatis atq; virtutis eſt cogitari ve pt̃, cũ immenſa plenitudine ſuperſimpliciſſi-
me cõtinetur, de quo ait Pſalm̃. Adorate in mõte ſancto eius, qm̃ ſanctus dñs deus noſter, Et Pſal. 98
iteꝝ: Confiteant̃ nomini tuo magno, qm̃ terribile & ſanctũ eſt. Vnde ſcriptũ eſt: Deus ſan- Joſue. 24
ctus & fortis æmulator eſt, nec ignoſcet ſceleribus veſtris. Iob quoq; dicit: Abſit à deo impie Job. 34
tas, & ab omnipotente iniquitas. Deniq; tã ſanctus eſt deus nr̃ omnipotẽs, vt eius cõparatio
ne oĩs ſanctitas & æquitas noſtra ſit quaſi pannus menſtruatæ. Ecce em̃ luna nõ ſplendet, & Eſa. 64
ſtellæ nõ ſunt mũdæ in cõſpectu eius, qui & in angelis ſuis reperit prauitatẽ, ſiquidẽ quid eſt Job. 25
ipſa diuina eſſentia, niſi ſapientia ſupereſſentialis, veritas exẽplaris, virtus prima. ęquitas ſum Job. 4
ma, charitas infinita, lux incircũſcripta, puritas impermixta. Nemo ergo ſe iactet, aut aliqd
putet, aut aliũ ſpernat, nec ad publicos tranſgreſſores ſe cõparet, ſed in diuinæ ſanctitatis con
ſpectu atq; p̃ſentia ſe ſp cõſtituens qcqd in ſe virtutis eſt aut eẽ poſſe aduerterit, illius intuitu
pro nihilo habeat, ſeq; in profundo humilitatis inceſſanter conſeruare conet̃. Hucuſq; ſancta
“ Maria recoluit beneficia ſibi ſingulariter data, nũc generalr̃ ſibi ac alijs p̃ſtita exprimit. ⌊Et
“ miſericordia eius⌋.i.ſuæ æternæ pietatis effectus & gratia extendit̃ & ſuit, ⌊à progenie,⌋ q̃
“ ab initio mundi ante diluuiũ fuit, ⌊in progenies⌋ poſteriores. Miſericordia em̃ dñi plena eſt
B terra: Vel, à progenie Iudæoꝝ in progenies Gentiũ. Salus nãq; gentibus cõmunicata, ex Iu- Pſal. 118
dæis fluxit, & cœpta eſt, quẽadmodum Chriſtus teſtat̃: Salus ex Iudæis eſt, nã & Chriſtus ex
“ eis incarnari elegit, & per apl̃oꝝ (natione Iudæoꝝ) doctrinã conuerſus eſt mundus, ⌊timen Joban. 4
“ tibus eũ,⌋ timore filiali & caſto, nã talibus tantũ finalr̃ prodeſt gratia dei, & ipſi dũtaxat par
ticipes ſunt fructus ac meriti dñicæ paſſionis, q̃ licet ſe ad vniuerſos extendat per ſuã ſufficiẽ-
tiã, non tamen per efficientiã, ſed ad ſolos electos. Hinc ait Pſalm̃: Miſericordia aũt domini
ab æterno & vſq; in æternũ ſuper timẽtes eũ. In Eccl̃o quoq; habet̃: Qui ſine timore eſt, iuſti Pſal. 120
ficari nõ poteſt. Verũtamen nullus tã reprobus eſt, vt diuinæ clementiæ penitus expers cõſi- Eccl. 1.
ſtat, ſed miſericordia ad ſalutẽ verã perducens ſolis timẽtibus deũ filiali & reuerentiali timo-
“ re (qui eſt fuga mali) culpæ impendit̃. ⌊Fecit potentiã⌋.i.potenter operatus eſt & potentes
“ egit effectus, ⌊in brachio ſuo⌋.i.ſua ſublimi virtute, iuxta illud in Exodo: Eduxit filios Iſra-
el in brachio excelſo: Vel, in brachio ſuo.i.per vnigenitũ ſuũ incarnatũ & tunc refert̃ ad pa- Exodi. 15
trẽ, de cuius filio loquitur Eſaias: Brachiũ dñi cui reuelatũ eſt, quẽ Apl̃us nominat dei virtutẽ Pſal. 135
Porrò per filiũ pr̃ vniuerſa creauit, per ipſum redemit mundũ, proſtrauit diabolũ, fregit in- Eſaiæ. 53
fernũ, aperuit cœlũ, infinita quoq; per ipm̃ fecit miracula. Vnde & filius proteſtat̃: A meipſo 1. Cor. 1.
facio nihil, pr̃ vero in me manens, ipſe facit opera. Nihilominus Chr̃s vt deus propria opera Johã. 14
batur virtute, q̃ in tribus ſuperſanctis pſonis vna eſt in ſe, indiuiſa quoq; in opere. Deniq; ma
gnificentiſſimũ opus dei in incarnatione ſeu verbo incarnato apparuir, dũ naturæ duæ in in-
finitũ diſtãtes, in vnã cõuenerunt perſonã, dũ Chr̃s de clauſo virginis vtero prodijt, dũ ſacra
mentũ altaris inſtituit. Magnã demũ deus poteſtatẽ exercuit, tã humilẽ iuuenculã faciendo
ſuam matrẽ, angeloꝝq; dñam, & omni pura creatura præeſt in eſſe creato, ſubſiſtente pręſtã
tiorẽ, qm̃ vniuerſæ viæ dñi miſericordia & veritas ſeu æquitas. Commendato deo rõne ſuæ Pſal. 24
“ clementiæ, cõmendat eũ nũc virgo ſapientiſſima ab effectibus ſuæ iuſtitiæ. ⌊Diſperſit ſuper
“ bos⌋.i. per varios errores ac vitia diſpergi pmiſit, & per diuerſa ſupplicia perdidit ac dãna-
C uit effectiue elatos, quoꝝ ſpũs tumet inique, qui deo ſubijci & parere omittunt, nec curãt ſub Job. 15
“ eius omnipotẽti manu ſe humiliare, ⌊mente⌋.i.intentione & libito, ⌊cordis (.i.intellectus) 1. Pet. 5
“ ſui,⌋ quo cũcta diſcernit, iudicat & diſponit. Hinc in Eccl̃o ſcribit̃: Radices gentiũ ſupbarũ
arefecit deus, qui p Sophoniã quoq; minat̃: Viſitabo ſuper omnẽ qui arrogãter ingredit̃, & Eccl. 10
apud Eſaiã: Incuruabit̃ ſublimitas hominũ & humiliabit̃ altitudo viroꝝ. Dęmones quoq; ſu Sopho. 1.
per bientes Chr̃s in mundũ veniẽs diſperſit, vicit, & hominũ cordibus expulit, ſed & ſupbos Eſa. 2
“ Iudæos videmus ab eo in omnẽ regionẽ diſperſos. ⌊Depoſuit potẽtes de ſede,⌋ nõ de qui- Mat. 4. 8. 9. 15
buſcũq; potẽtibus dr̃ hoc, cũ Iob dicat: Deus potẽtes nõ abijcit, cũ ipſe ſit potẽs, ſed de potẽ Job. 36
tibus ſua poteſtate vitioſe vtentibus, de qbus ſcriptũ eſt in Eccl̃o: Sedes ducũ ſuperboꝝ de-
ſtruxit deus, & ſedere fecit mites pro eis. ¶ Verũ cũ hmõi potentes videamus vſq; ad ſenectutẽ Eccl. 10
regnare, qũo deus deponit eos de ſede dignitatis ac p̃ſidentiæ. Et rũdendũ, ꝙ ſaltẽ in morte
& frequenter propter eoꝝ pc̃tã occidunt̃, plangunt̃, ſeu ante tẽpus naturalis periodi auferun
tur. Oĩs em̃ potẽtatus breuis vita, ſicut & rex hodie eſt & cras morieť, de quibus loquit̃ Eſai- Ibidẽ
as: Et quidem neq; ſatus, neq; radicatus in terra truncus eoꝝ, repẽte flauit in eos & aruerũt, Eſa. 40
Hinc ſcriptũ eſt: Vidi impios dño flante perijſſe, & rurſus in lib. eodẽ. Iniqui ante tẽpus ſuũ
ſublati ſunt. Inſuper potẽtes Iudæoꝝ magiſtros deus de ſede doctrinis amouit, iudiciariam Job. 4
quoq; poteſtatẽ pauperibus tribuit in die iudicij exercendã: Sedebitis (inquiens) ſuper ſedes Job. 12

Mat.19 duodecim,⌊& exaltauit humiles,⌋ nunc p dona gratiæ gratũ facientis,& gratis datæ,qa & D
tales frequẽter ad prælationẽ erexit,in futuro aũt per dona gloriæ & ſublimationem vſq; ad
Iacob.4 cœlum empyreũ,propter quod ait ſcriptura:Deus ſuperbis reſiſtit,humilibus aũt dat grãm.
1.Pet.5 Et denuo:Beati pauperes ſpũ.ſ.humiles,qm̃ veſtrum eſt regnum cœlorũ,quo nihil eſt altius.
Mat.5 Potiſſimũ autem Chriſtus exaltauit ſuos apoſtolos vere humilimos, quos cõſtituit princi-
Pſal.44 pes ſuper omnẽ terrã,de quibus ſcriptũ eſt:Qm̃ dñi fortes terræ vehemẽter eleuati ſunt,cæte
Pſal.46 ros quoq; primitiuæ eccleſiæ filios ſuos diſcipulos nõ mediocriter exaltauit,nõ in futuro dũ-
Luc.10 taxat,ſed etiã in præſenti,dans eis virtutem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, omnẽq;
inimici virtutẽ.⌊Eſurientes⌋.i.ſpiritualia bona auide cupientes,⌊impleuit bonis,⌋.i.gra-
tiæ donis,internis diuitijs,refectionibus mẽtis,pauperes quoq; corporaliter fameſcentes de-
Pſal.144 us alit & implet,quemadmodũ ſcriptum eſt:Oculi omniũ in te ſperant domine,& tu das eſ-
Pſal.103 cam illorum in tẽpore opportuno,Itemq;:Omnia à te expectant vt des illis eſcam in tempo
re,dante te illis colligent. De eſurientibus aũt primo modo ait ſaluator:Beati qui eſuriunt &
Mat.5 ſitiunt iuſtitiam,quoniã ipſi ſaturabũtur. Et in Apocalypſi:Ego ſitienti dabo de fonte aquæ
Apoca.21 vitæ gratis,⌊& diuites⌋.i.diuitiarũ corporalium inordinatos amatores terrena cœleſtibus »
Mat.19 præferentes,⌊dimiſit inanes⌋.i.à ſpiritualibus bonis vacuos,ſuisq; vanitatibus inhęrentes, »
Marc.10 de quibus loquit̃ Chriſtus:Poſſibilius eſt camelũ tranſire per foramen acus q̃ diuitem intrare
in regnum cœlorũ. Iacobus quoq; in ſua canonica:Agite nũc diuites,plorate, vlulãtes in mi
Iacob.5 ſerijs quæ aduenient vobis,de quo infra habet̃:Væ vobis diuitibus qui nũc habetis cõſolatio
Luc.6 nem veſtram,Diuitiæ em̃ pene ad omnia vitia præbẽt fomentũ,ad ſuperbiã,gulam,luxuriã, E
" Hieruſalem fuit metropolis regni Dauid. Syon autē quādoq; pro Hieruſalem, quādoq; pro
" illa parte Hieruſalem vbi palacium fuit, ac templū accipit, ⌞eo q̄ eſſet de domo & pro (id ē)
familia Dauid⌟ vt patet in Matthæo & infra capl̄o tertio, vel ꝑ donum intelligit genus ſeu co Matth. 1
gnatio in communi, per familiā pars cognationis. Multæ nāq; familiæ de eodem pr̄e prodi- Lucæ. 3
bant, quādo multos filios habuit, circa quod ait Græcus: Prr hoc quòd Euangeliſta oſtendit
Ioſeph fuiſſe de cognatione Dauid, contentus fuit ip̄am quoq; virginem de eadrm fuiſſe co-
" gnatione promulgare, cum diuina lex ꝓciperet coniugales copulas ex eadem progenie con- Deute. 25
" trahi, ⌞vt profiteret cum Maria deſponſata ſibi⌟ Anteq̄ illa cōciperet Chriſtum. Miſſus eſt Lucæ. 1
" em̄ Gabriel angelus ad virginem deſponſatā viro, cui nomē Ioſeph, vt dictum eſt: ⌞vxore
prægnāte⌟ hoc eſt, partim iam propinqua, veraciter enim vxor ipſius fuit, quāmuis eā nunq̄
cognouerit. Vnde apud Matthæum: Angelus ait ad rum, an̄ Chr̄i natiuitatē ex virgine. No
li timere accipere Mariā coniugem tuā, ſiquidem verum inter eos m̄rimoniū fuit, quāuis nō Matth. 1
ſit carnali copula conſummatum. Porro profeſſio illa fiebat verbo & facto, quia dicebant ſe
Imperatori ſubiectos, atq; in ſignum veritatis ponebāt denarium Imperatoris imagine inſi-
gnitum ſuper proprium caput, quem ſtatim porrigebāt Imperatoris miniſtro, qui nomina
profitentium mox deſcripſit. Eſtq; dubium apud quoſdā, an ſolus vir profitebat. Quòd ſi di-
catur: tunc quod ait Euāgeliſta, cum Maria refert ad verbum aſcendit, non ad verbum pro-
fitebat. ⌞Factum eſt autē cum eſſent ibi (puta in Bethlehem) impleti ſunt dies vt pareret⌟ vir
C go benedicta nouem menſibus iam elapſis, quæ reuelāte ſpū ſancto nouerat ſe in Bethlrhem
parituram, vt illud Michææ impleret, quo dominus ait: Et tu Bethlehem Effrata, ex te mihi
egrediet qui ſit dominator in Iſrahel, & magnificabit in medio vniuerſæ terræ de quo fert in Mich. 5
Pſalmo: Et dominabit à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum. Pſal. 71
" Et Daniel ait: Omnes populi, tribus, & linguæ ſeruient ei. ⌞Et peperit filium ſuum primoge Daniel. 7
" nitum⌟ Scilicet Ieſum Chriſtum qui dicit primogenitus ꝑ excluſionem prioris non ꝑreſpe Col. 1
ctum ſequentis ſeu poſterioris, vt dicat primogenitus ante quem alius non eſt natus, etiamſi
nullus poſt eum naſcat. Sic enim primogrnitus in lege accipit, dum omne primogenitū dn̄o
offerri iubet. Certum eſt em̄, quod multi tūc vnigrniti erāt in populo Iudæoꝝ, qui tamē deo Numr. 3
offerebant propter illud ꝓceptū. Deniq; qm̄ Chr̄s naſci dignatus ē ex virgine, vt ꝑ ſpūalem
regenerationē fr̄es multos acquireret. Hinc vt ſic, aptius dictus eſt primogrnitus quàm vni-
genitus. Hinc Beda affirmat: Vnigenitus eſt in ſubſtantia deitatis, primogenitus in ſubſtan-
tia humanitatis, primogenitus in gratia, vnigenitus in natura. Excellentiſſimam nāq; gratiā Beda
ſecundum aſſumptam humanitarem accepit, ita quòd de plenitudine eius accepimus omnrs
vt Iohānes habet: Iteꝝ Chriſtus dr̄ primogenitus, quoniā dignior vniuerſis. Vnde in Apo-
caly. vocatur primogenitus mortuoꝝ, & ad Coloſſen̄. ſcribit de eo Apl̄us: Qui eſt principiū Iohan. 1
primogenitus ex mortuis. Rurſus vocatur primogenitus oīs creaturæ, qa ſcd̄m diuinā ſuam Apoca.
naturā natus eſt an̄ om̄ia ſecula ab æterno, ſcd̄m humanitatem quoq; ꝓlatus eſt omni creato, Coloſſ. 1.
non ſolum prr hypoſtaticam ſuæ humanitatts vnionem cum verbo, ſed & per excellentiſſi- Ibidem
mam gratiæ & gloriæ plenitudinē, quā à principio incarnatiōis inſtāti ſuſcepit. Itaq; peperit
filium ſuum, dei q̄ pr̄is vnicum natum, quem ſicut ſine carnali delectatione cum ingenti ſpi-
rituali lætitia in alta exiſtens contemplatiōe concepit, ita ſine corporali dolore, cum interno
dulcore

dulcore in ſublimi exiſtens contemplatione quaſi in ictu oculi peperit, natumq; protinus vt »
deum veꝝ atq; altiſſimũ humillime fortis ac iocundiſſima adorauit ⌊& pannis eũ inuoluit.⌋
propriis manibus, nec vtens nec indigens auxilio obſtetricum, dicente Hieronymo: Nulla
Hieronymus. ibi obſtetrix, nulla muliercularum ſedulitas interceſſit, ipſa pannis inuoluit infantem, ipſa ma-
ter & obſtetrix fuit. Itaq; ſi alicubi huius oppoſitum inueniat, tanq̃ mendacium reſpuat. Cõ-
muniter autem aſſerit, quod pannis .i. vilibus atq; veteribus panniculis eum inuoluit. Verun-
Michææ.5 tamen in reuelationibus beatiſſimæ Brigidæ virgo Maria inducit loqui ad Brigidam quod ſci-
uit ſe parituram in Bethleem, vt impleret ſcriptura, idcirco de mũdiſſimis ac decentiſſimis li-
neis panniculis ſibi prouidit, quibus & filium ſuum mox reuerenter inuoluit: nempe (vt legi-
tur) ibi credibiliter vtiq; ſacratiſſima virgo mox paritura genua deuotiſſime flexit, & mente
ad deum erecta, velut in momento pueꝝ eſt enixa, viditq; eum ante ſe in terra iacẽtẽ, & pau
lopoſt præ frigore palpitantem, cui illa tenerrime condolens, ſuſceptũ & amplexatum, de-
oſculabat, ſtringens eum ad pectus ſuum & calefaciens ipſm. Deinde candidiſſimis inuoluit
panniculis agens quod ſubdit, ⌊& reclinauit in præſepio⌋ iuxta ſe poſito quod vel Ioſeph ſa »
ber lignarius ibi tunc fecit propter bouem & aſinum quos ſecum fert duxiſſe, vehens virginẽ
ſuper aſinum, & bouem pro neceſſariis in itinere vendere volens, quàmuis aliqui putent ani-
malia illa aut ſaltem bouem, aliunde fuiſſe adducta, vel præſepe iamdudum fuit ibi conſtru-
ctum in loco, de quo ſubdit: ⌊quia non erat ei locus in diuerſorio,⌋ hoc eſt, alium aptiorem »
locum, quo pueꝝ poneret ibi virgo ſancta non reperit. ¶Porro diuerſorium ſecũdum Iſido E
Beda. rum dicit: quia diuerſi ibi conueniunt, atq; (vt aſſerit Beda) fuit domus ſeu ſpacium inter duos
vicos ex vtroq; latere habens murum, & ex vtraq; parte portam, deſup quoq; ob aeris intem
periem coopertum, quo feſtis diebus ciues ad confetendum & ſolatiandum conuenreãt, quo
etiã vrbẽ ingredientes animalia ſua ad tempus locare ſolebant, ſicq; à diuertendo diuerſoriũ
eſt vocatum, quoniam illic homines diuertebant. Alii dicunt quòd fuit hoſpitalaria ad quam
ab extra veniẽtes diuertebãt ad hoſpitãdũ, præſertim egeni, vnde quia tunc Bethleẽ fuit ho
minibus plena, & ditiores hoſpitia occupauerant meliora, Ioſeph vt verecundus, ſimplex, &
pauper, cum virgine diuertit ad locum præfatum, quod vtiq; non caſualiter factũ eſt, ſed deo
ꝑordinãte ac moderãte, ꝓpter multiplicẽ rationẽ, videlicet ad commendandã paupertatẽ ac
humilitatem, mundiq; contẽptum edocendum, quia ad hæc inſtruenda verbo ac opere, ipſe-
met filius dei aduenit, item ad implendã ſcripturam, quoniam per Abacuc de Chriſto prædi
Abacuc.3 ctum eſt ſecundum tranſlationem ſeptuaginta interpretum. In medio duoꝝ animalium co-
gnoſceris. Itaq; dñs virtutum rex gloriæ deus maieſtatis immenſæ aſſumpturus & redemptu
Pſalm.23 rus naturam humanam in cunctis elegit, quæ ſecundum mundum abiectiora ſunt & corpori
1.Cor.1 grauiora. Pauperem etẽm elegit matrem, in alieno, anguſto, viliq; loco natus & reclinatus eſt
tempore hyemali, & media nocte voluit naſci, vt mundi damnaret ſuperbiã, reprobaret laſci
uiam, penuriam vero in ſe decoraret, & paupetes conſolaret quatenus eius exemplo carnem
noſtram cum vitiis & concupiſcentiis crucifigamus: aſpera & ardua viriliter aggrediamur.
Gala.5 Væ ergo vaniſſimis ſeculi dilectoribus, qui de ſua nobilitate & opulentia ſtultiſſime glorian
& iactãt ſe, qui tandem ſero & infructuoſe dicturi ſunt illud Sapientis: Quid profuit nobis ſu F
Sapiæ.5 perbia aut diuitiaꝝ iactantia quid contulit nobis? Trãſierũt oĩa illa tanq̃ vmbra. Vbi iam
Amos.6 qui lectoꝝ gaudent molliciæ, qui ibi ſatisfaciũt deſideriis carnis? quibus dicit per Amos pro-
phetã: Væ q dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. Ecce q ſedet ſup Cheru
Pſalm.48 bin, & in cœleſtibus thronis quieſcit, duri præſepis propter nos continetur anguſtia. ¶De-
niq; quoniã homo comparat iumẽto vel diuinæ legis iugum pie ac obediẽter ferẽdo, iuxta il
lud Pſalmi: Vt iumẽtum factus ſum apud te, & ego ſemp tecum, quod in pſona iuſti dicit ibi:
Pſalm.72 Pſalm.48 vel irrationabiliter ſeu beſtialiter conuerſando, quemadmodũ ſcriptũ eſt: Homo cũ in hono
re eſſet non intellexit, comparatus eſt iumẽtis inſipiẽtibus. Hinc Chriſtus vt fieret hoꝝ refe-
Eſaiæ.4 ctio iumẽtoꝝ, factus ẽ ſœnũ, eo modo quo in Eſaia ſcribit: Oĩs caro fœnũ, voluitq; eis in p-
1.Petri.1 ſepe primo proponi. Poſtremo, vt aliqui dicũt præfatũ diuerſorium fuit intra vrbem Beth-
lehem in fine iuxta vnam portaꝝ ſub cõcaua rupæ, nõ habens de ſuper tectum niſi rupem ex
monte depẽdẽtẽ. ⌊Et paſtores erãt in regione eadẽ⌋ .ſ. in Iudæa. Hic aũt Euãgeliſta oñdit, »
quomodo Chriſti natiuitas cœpit hominibus reuelari ⌊vigilantes & cuſtodiẽtes vigilias no »
ctis⌋ hoc eſt conſuetas nocturnas vigilationes ſolicite conſeruabãt. ⌊ſup gregem ſuum⌋ i. »
circa pecora quæ alebãt in rure, etiam tẽpore noctis, ſicut in locis illis fieri conſueuit. Dicitur
Gene.35 quoq; quod tũc erant iuxta turrim quandam inter Bethlehem atq; Hieruſalem vbi Iacob de
Meſopotamia rediẽs cum ſuis moratus eſt gregibus, vbi mortua & ſepulta eſt Rachel vt pa-
Mich.4 tet in Geneſi, dicebat turris gregis de q̃ illud Michææ exponit: Et tu turris gregis nebuloſa fi
lia Syon ad te veni, & poteſtas prima regum Hieruſalem, hoc eſt Chrs, virtus prima, ſumma,
omnipotẽs, quem ibidem angelus nũtiauit paſtoribus, qui tres fuiſſe dicunt, & ibi poſtea fuit
conſtructa eccleſia, vbi illoꝝ monſtrãt (vt fertur) ſepulchra, ad quem etiam locum Chriſtum
poſtea

A poſtea veniſſe nõ irrationabilr̃ credit. ⌊Et ecce angelus dñi ſtetit iuxta illos⌋ Aſſumpſit em̃
« corporis humani effigiẽ,& viſibilr̃ eis apparuit,⌊& claritas dei circũfulſit illos⌋.i.lux quæ-
dã diuinitus miſſa aerem prope paſtores ſic clarificauit, quod ipſi luce illa vndiq; operiebant
ſecundũ quod paulo poſt interius ſpũali luce pfuſi ſunt, ad cognoſcendũ veritatẽ de Chr̃o,
queadmodũ in actis de Paulo habet: Subito circũfulſit eũ lux de cœlo. Deniq; angelus forte Act. 9
tanti fuit ſplendoris in corpore q̃d aſſumpſit, q̧ ab ipſo tanta lux diffundebat, vel pter clarita
tem ab ipſo diffuſam etiã lux deſup deo agente diſpergebat, p quã copioſam lucis diffuſionẽ
figurabat, q̧ Chriſtus ſol ſapiẽtiæ atq; iuſtitiæ eſſet in mũdo hoc natus. Vnde in veteri teſta Sapiæ. 2
« mẽto nõ legunt angeli cũ tãta claritate appáruiſſe, ⌊& timuerunt timore magno,⌋ propter
tã grandẽ, incõſuetãq; viſionẽ, & ne forte illuſio eſſet, vel quid ptenderit viſio ignorãtes. De
cauſis quippe huiuſcemodi timoris dictũ eſt plenius in expoſitiõe primi ca. art. 2. Vnde & in
« udicũ lib. Manue viſo angelo dixit coniugi ſuæ: Morte moriemur, quia vidimus dñm. ⌊Et Iudicũ. 13
« Idixit illis angelus,⌋ qui ſua viſione territos cõſolari ſolet & cõfortare, vt dictũ eſt. ⌊Nolite Cap. 1. art. 2
« timere⌋.i. immoderato ac deijciẽte timore q vſum impedit rõnis, eſtq; paſſio inordinata, q̃
« p rationẽ & fiduciã ſeu fortitudinẽ eſt frenãda ac moderãda. Cur aũt timere nõ debeant, ſed
« gaudere, adiecit. ⌊Ecce em̃ euangelizo(.i. bonũ denũcio) vobis gaudiũ magnũ,⌋.i. cauſam
« atq; materiã ſpecialis boni ac pcipui gaudij ſeu multũ eſſe gaudendũ, ⌊quod erit omui popu
« lo⌋.i. tã Iudæis q̃ gẽtilibus inerit gaudiũ iſtud, cunctis videlicet fidelibus & electis, vt ſit di-
ſtributio accõmoda pro generibus ſingulorum, qa de omni genere ſeu natione hoĩm aliqui in-
B de gauiſi ſunt, iuxta quẽ ſenſum loquit Chriſtus apud Iohannẽ: Omnia trahã ad meipſum, Iohã. 12
« ⌊q anatus eſt vobis⌋.i. ad verã veſtrã ſalutẽ, ⌊hodie⌋.i. die hoc naturali. ſ. in hac nocte, quæ
eſt pars naturalis diei, qui dicit vigintiquatuor horas habere: ſicq; hebdomada dicit ſpaciũ
« ſeptem dierum, ⌊ſaluator,⌋ vtpote vnigenitus filius dei qui ſecundũ naturã ſuã diuinã eſt
ſaluator per authoritatẽ & efficientiã principalẽ tanq̃ creator & dator ſalutis & gratiæ pri-
ma ac omnipotente virtute, qui in Eſaia teſtat: Deus iuſtus & ſaluans nõ eſt pter me, atq; per Eſa. 45
Oſeam ait: Ego dñs deus tuus, & ſaluator nõ eſt pter me. ¶ Porrò ſecundũ humanitatẽ aſ- Oſee. 13
ſumptã eſt ipſe ſaluator p efficientiã inſtrumẽtalem, & velut meritoria cauſa gratiæ ac ſalu-
tis, ſicq; in actis ait de Chriſto Apoſtolus: Acquiſiuit eccleſiam ſanguine ſuo, de quo in Eſaia Act. 20
pdictum eſt: Ecce deus veſter ipſe veniet & ſaluabit vos. Sua em̃ paſſione noſtra abſterſit pec Eſa. 35
cata, & grãm, & ſalutem nobis promeruit, quod etiam ſuæ ſanctiſſimæ conuerſationis me-
« ritis fecit, ⌊qui eſt Chriſtus.⌋ Chriſtus græce, latine dicit vnctus. Chriſtus autem vnctus eſt
non corporali oleo, aut humana vnctione, ſicut olim in lege in eius figuram vngebant reges Leui. 8
atq; pontifices, cum ipſe ſit ſummus rex ac pontifex, finis & conſummator legis, ſecundum Iudicũ 9
Apoſtolũ, ſed vnctus eſt ſecundum humanitatẽ, diuina & ſpũali vnctione, hoc eſt plenitudi- 1. Reg. 10
ne gratiæ, omniq; gratiarum chariſmate, virtute, dono, ac ſanctitate, imò & lumine gloriæ, ac 2. Reg. 2
beatifica fruitione à principio incarnatiõis inſtãte, iuxta illud pſalmi: Vnxit te deus deus tuus 2. para. 23
oleo lætitiæ p̃ conſortibus tuis, quæ vnctio facta eſt à tota ſup benedicta trinitate, cuius indi- Hebr. 4
uiſa eſt actio ad extra. Hinc p Eſaiam loquit Chriſtus ſecundum naturam aſſumptã: Spũs do Pſal. 44
mini ſup me, eò quòd vnxit me. Deniq; Chrũs, prout in nouo teſtamẽto cõmuniter vtimur, Eſa. 61
noĩe iſto, ſignificat ſeu ſupponit increatã pſonã in duplici natura, videlicet diuina & huma-
« na ſubſiſtẽtem, hoc eſt vnigenitũ dei incarnatũ, ⌊dñs,⌋ Chriſtus ſecũdum vtrãq; naturã di-
C cit dñs, ſed diuerſimode, qa vt deus, eſt dñs p independẽtẽ authoritatẽ, primãq; poteſtatẽ, &
vniuerſalẽ pſidentiã prorſus pfectã, ſed ſecũdũ naturã humanã eſt dñs etiã omniũ creaturarum
p poteſtatẽ & grãm tẽporalr̃ datã, creatã, inſtrumẽtalẽ, atq; finitã ſeu limitatã, ſecũdum q̃d
in Matthæo ait: Data eſt mihi om̃is poteſtas in cœlo & in terra, de quo in actis Petrus inqt: Mat. 28
« Hic eſt omniũ dñs, ⌊in ciuitate Dauid⌋.ſ. Bethlehẽ. Ecce qũo (iuxta Apl̃m) infirma & con- Act. 10
temptibilia ſeu abiecta, ſtultaq; mũdi elegit deus, vt cõfundat magnos, fortes, & ſapiẽtes in 1. Cor. 1
oculis ſuis. Siquidẽ nõ põtificibus & ſacerdotibus tẽpli in mollibus ſtratis iacẽtibus, nõ ſcri-
bis de legis ſcia tumidis, nõ phariſæis de ſanctitate pſumẽtibus, nõ nobilibus, diuitibuſq; ſup-
bis, ſed paſtoribus, ideotis, ægenis, humilibus, angelus, deinde angelicus apparet exercitus il
lis. Angelus Chriſtũ denũciat, q̃d angelicus exercitus iubilãdo cõfirmat, p quod etiã figura-
bat q̃d nõ otioſis, ſed ſtudioſis, veriſq; dñici gregis cuſtodibus, ſeu dignis & virtuoſis paſtori
bus, pcipue his q nocturnis tpibus laudibus vacãt diuinis, ſupnæ illuminatiões, angelicæ viſi
tationes, cœleſtes cõſolatiões pſtant, Nam & p hoc q̧ paſtores illi taliter vigilabãt ſup peco
ra ſua, inſinuat, q̧ paſtores ouiũ Chriſti, vtpote Chriſtianorum, iugi ſolicitudine atq; cuſtodia
debẽt intẽdere ſibi cõmiſſis, eaſq; paſcere oratiõe, doctrina, exẽplo, vt illud Eſaiæ dicere poſ Eſa. 21
ſint: Super ſpeculam dñi ego ſum, ſtans iugiter p diem, & ſup cuſtodiam meam ego ſtans to
tis noctibus. Oportet nãq; paſtores ſic intẽdere alijs, vt ſeipſos cuſtodire ab omni peccato Act. 20
nõ negligãt. Propterea in actis loquit eis Apl̃us: Attẽdite vobis & vniuerſo gregi, in quo po
ſuit vos ſpũs ſanctus paſtores. Præterea contemplandũ, quod ſicut in Chr̃o eſt natura ſum-

CAP. II. ma, puta diuinitas, & infima in ordine intellectualiū creaturaꝝ, hoc eſt, humanitas, ſic in om̄i D
bus q̄ de Chr̄o legūtur, eſt q̄dā venuſtiſſima, decētiſſimaq́ꝫ ꝑmixtio, ſublimiū & decliuiū, cœ
leſtiū & terreſtriū, diuinoꝝ & humanoꝝ, altiſſimoꝝ & infimoꝝ, nēpe, q̄d à puella cōcipit,
Matt. 1. in ſtabulo naſcit, pān̄is inuoluit, in ꝑſepio ponit, circūcidit, & in Aegyptū fugatur, & cætera
quæ in Euāgelio ſcripta ſunt, patit. Nōne hæc oīa ad paruitatē, inferioritatēq́ꝫ ꝑtinēt? Veꝝ
ꝙ ab angelo nūciat, à virgine generat, ab angelico exercitu cōmēdat, & cætera q̄ in Euāge-
lio ſcripta ſunt, ſupnaturalia operat, excellētiæ eſt diuinæ. Interea aliq̄ ſic legūt. Natus eſt no
bis, nō vobis, vt angelus fateat Chriſtū natū nō ſolū ob hoīm ſalutionē, ſed ob angelicę q̄ꝫ
reparationē ruinæ. ⌊Et hoc vobis ſignū⌋ iuxta apoſtolū Iudæi ſigna q̄rūt, idcirco paſtori- ”
1. Cor. 1. bus tanq̄ Iudæis dat angelus ſignū, nō vtiq́ꝫ propter illoꝝ incredulitatē, ſed potius propter il
loꝝ & oīm ſaluberrimā inſtructionē. Nā ſubdit: ⌊Inuenietis infantē pān̄is inuolutū, & poſi ”
tū in ꝑſepio⌋ Tanq̄ dicat: Quāuis Chr̄s natus ſit oīm rex & princeps altiſſimus, attñ q̄d admi ”
rabiliſſimū eſt, in maxima paupertate & humilitate naſci & cōuerſari elegit, nō opulētia, tē-
poraliq́ꝫ regno vt ꝑſtolabātur Iudæi, ſicut vſq́ꝫ in ꝑſens expectant regē Meſſiā in primo ſuo
Hiere. 14. aduētu t̄paliter regnaturꝝ, & totū mūdū ſibi ac populo Iudæoꝝ potētiſſime ſubiecturꝝ, ſecū-
Zacha. 9 dū exteriorē atq́ꝫ terrenā dn̄ationē, cū tñ ſancti prophetæ primū Chr̄i aduētū in paupertate
& humilitate futuꝝ deſcripſerint, vt iudicaret & pateret, hoīesq́ꝫ ſua paſſione ſaluaret. Hoc
igit ſigno angelus docuit, ꝙ Chr̄s aduenit, vt oīm terrenoꝝ verbo & ope edoceret contem-
ptū, & ad diuinoꝝ amorē corda fideliū prorſus trāſferret, hoc q̄ꝫ ſigno angelus ipſos paſto
res ægenos, om̄esq́ꝫ pauperes vehemētiſſime cōſolabatur. Itaq́ꝫ iuxta Bernardū: Panni Chri E
ſti poſiti ſunt in ſignū, ſed in ſignū cui q̄tidie à multis cōtra dicit: Qui em̄ ꝑcioſitate, ſupfluita
te, ſeu multitudine & cultura atq́ꝫ mollitie veſtiū gloriātur, cōtradicūt huic ſigno. Itaq́ꝫ ſcri-
pta ſunt hæc ad eruditionē noſtrā, vt Chriſti paupertatē, humilitatēq́ꝫ cognoſcētes, eum in
Pſal. 61 paupertate & humilitate ſectemur, ſaltem ſic, vt diuitiæ ſi affluant, cor nō apponamus. ⌊Et ”
Origenes ſubito⌋. i. prȩfato angelo cū paſtoribus adhuc loquēte ſecūdū Origenē, vel repēte poſt hoc ”
⌊facta (exhibita) eſt⌋ & in aere apparuit ⌊cū angelo⌋ paſtores docēte quē aliqui putāt Ga- ”
brielem fuiſſe, & cæteris tūc apparētibus principaliorē, ideo tm̄ myſteriū nūciantē ⌊multi- ”
tudo cœleſtis exercitus⌋. i. copioſum agmē angelicoꝝ ſpirituū, q̄ milites ſummi regis con- ”
ſiſtūt, quoniā cōtra eius aduerſarios, puta aereas ꝑtātes, victorialiter dimicāt, eosq́ꝫ vincunt
& arcēt, atq́ꝫ ad om̄e æternæ maieſtatis proſequēdū imperiū prōptiſſime, repēte ferūtur. In-
ſuper Chr̄o duci q̄ ad ſuperādas aereas ꝑtātes aduenit humiliter ſeruiebāt. Itaq́ꝫ ad veritatis
certificationē, & ad nati pueri dignitatē inſinuādam, tā multi, imò ſecūdum Originem tam
innumerabiles angeli apparuerūt ⌊laudātium deum⌋ ardētiſſima, deuotiſſima atq́ꝫ lætiſſi- ”
ma mente ⌊& dicētium⌋ cōſona voce ac ſuauiſſima melodia per ora corpoꝝ aſſumptorum ”
⌊Gloria⌋. i. ſumma excellētia, ſeu clara cū laude notitia ſeu beatitudo atq́ꝫ lȩtitia, proprie au ”
tem gloria, hoc ē, clarificatio diuinæ maieſtatis in cordibus intellectualiū creaturaꝝ cū debi
ta laude fit ⌊in altiſſimis deo⌋. i. deo q̄ in cȩlis eſt, ꝑſertim in cœlo empyreo, eſſe & habitare ”
Pſal. 113 aſſerit, inquātū ibi euidētius ac magnificētius opat, clariusq́ꝫ cōſpicit, q̄uis ſcd̄m ſe ſit penitus
ſupſimpliciſſimus, incircūſcriptus, immēſus, nullā ad locū habitudinē habēs. Vel, gloria. i. ꝑ-
1. Timo. 1 fata clarificatio diuinæ dignitatis ſit in altiſſimis. i. mētibus beatoꝝ deo, vt ipſi in om̄ibus ho-
norē & gloriā deo exhibeāt. Vñ ſcd̄m hoc, verbū iſtud ē verbū cōgratulationis magis q̄ ex-
Pſal. 148 hortatiōis, quēadmodū illud: Laudate deū oēs angeli eius, iuxta illud ap̄li: Soli deo honor &
1. Timo. 1 gl̄ia. In hoc ergo cōformemus nos angelis ſct̄is ac deo, vt ſoli deo gloriā aſcribamus, itēq́ꝫ F
Eſaiæ. 48 ab oībus tribui cupiamus. Nā ipſemet ait ꝑ Eſaiā: Gloriā meā alteri nō dabo, & ſic cū pſal-
Pſal. 113 mographo digne cātabimus. Nō nobis dn̄e nō nobis, ſed nomini tuo da gloriā. Sed nōne &
nos gloriā deſiderare poſſumus & debemus, ꝑſertim cū propter felicitatē ſeu gloriā ſempi-
ternā, oīa finaliter ſint agēda. Et reſpōdēdū, ꝙ gloriā optare debemus in deo ſecūdū deū &
propter deū. In deo, vt in obiecto, datore & cauſa, ſcd̄m deū, hoc ē ſecūdū volūtatē ipſius, nō
ſcd̄m ꝓpriā cupiditatē, videlicet ordinate, vt cōpetit mēti creatȩ, propter deū. i. finaliter ad
laudē & honorationē eius, ad quē & ad cuius honorificētiā nosipſos & q̄cq̄d in nobis aut no
1. Cor. 1. ſtrū eſt referre debemus. Ideo dicit ap̄lus: Qui gloriat, in dn̄o glorietur. Et pſalmiſta: In dn̄o
2. Cor. 10. laudabit aīa mea. Sed vani, vitioſi, & friuoli hoīes, in ſe, & ꝓpter ſe volūt laudari, gloriāq́ꝫ ſor
Pſal. 33. tiri, furtū dn̄o facientes, q̄a q̄d eius eſt ſibi vſurpāt ⌊& in terra (ſit) pax⌋ vera & ſp̄ūalis, q̄ eſt ”
Pax quid. trāquillitas mētis in bono honeſto, ꝑſertim in deo fonte totius boni honeſti ſeu virtuoſi, de
qua circa expoſitionē primi capituli plenius dictū eſt ⌊hoībus bonæ volūtatis⌋ ¶ Loquē- ”
Prouer. 13 do de volūtate nō optatiua tm̄, q̄ eſt velleitas impfecta, de qua Salomon loquit: Vult & non
vult piger, ſed de volūtate impatiua & efficaci q̄ dū oportunitas adeſt ſeu exigit, procedit in
opus. Talē aūt volūtatē bonā habentes ſunt boni, & in ſtatu ſalutis ſeu in charitate & gratia,
quoniā talis volūtas ſeu volitio, reputat à deo pro opere. Sumit equidem nunc volūtas pro
actu interiori voluntatis, quæ eſt volitio, non pro potentia tantum, vel pro potētia tali actu
forma-

A formata. Deniq; à voluntate potiſſimũ dicit homo bonus vel malus, qm̃ prima radix meren
di ac demerendi conſiſtit in voluntate, ſecundũ φ libertas primo, directe ac proprie compe
tit voluntati. Peccatũ aũt in tantũ eſt voluntariũ, quod ſi non eſſet voluntariũ, nõ eſſet pecca
tũ ſecundum Auguſtinũ. Et ſimiliter dicendũ eſt de actu virtutis. Hinc bonũ & malũ dicun- Auguſtinus
tur eſſe in voluntate, verũ & falſum in intellectu. Hinc cõgrue pax annũciatur hoĩbus bonæ vo
lũtatis. Inſup pax iſta nõ cõpetit malis, iuxta illud in Eſaia: Nõ eſt pax impijs dicit dominus. Eſa. 48
Poteſt quoq; hic pax accipi pro reconciliatione generis humani facta cũ deo p Chriſtũ, quã Roma. 5
angeli tũc inſtare dicebãt. Vnde ad Romanos inquit Apl'us: Recõciliati ſumus deo p mortẽ
filij eius. Patet aũt ex verbis his, q̃ a de ſpũali pace intelligẽda ſunt, quæ prophetæ denũciaue
runt de futura pace in Chriſti aduentu, quæ eſt pax bonæ volũtatis, Per bonitatẽ etenim vo-
luntatis dicit homo ſimpliciter bonus potius q̃ per aliarum animæ viriũ bonitatem. Volunta-
tis nãq; eſt alias potẽtias ad actus ſuos mouere, ideoq; bonitas & malicia eius in illas redundãt
quẽadmodũ virtus ſeu influentia cauſæ mouẽtis in ea q̃ ab ea mouentur. Porrò pax tempo-
ralis, q̃ fuit in mũdo in Chriſti aduentu figura extitit, huius principal'r intentæ, ſpecialiſq; pa
cis, de qua ad Coloſſ. ait Apl'us: Pax Chriſti exultet ſemp in cordibus veſtris, de qua etiã per Col. 3
Michæã p̃dictũ eſt: Pax erit in terra nr̃a dũ venerit, & qñ calcauerit in domibus noſtris, atq; Mich. 5
in pſalmo: Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. Hęc eſt pax interna iuſtorum Pſal. 71
vere Chriſtianorum, quæ eis p exteriores inquietudines ſeu tribulationes auferri nõ valet, dicẽ
te in prouerbijs Salomone: Iuſtus quaſi leo cõſidens abſq; terrore erit. Et rurſus: Nõ cõtriſta Prou. 28
B bit iuſtũ quicq̃d ei acciderit. Hinc de primitiua eccleſia deus p Eſaiã p̃dixit: Sedebit ppl'us me Prou. 12
us in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ & in requie opulenta. Hæc eſt vera ac ſan Eſa. 32
cta ſecuritas, qua perfecti pro deo oĩa aduerſantia pati parati, nõ timẽt eos q̃ corpus occidũt
Propter q̃d p Hieremiã ſcriptũ eſt. In diebus illis ſaluabit Iuda, & Iſrael habitabit cõfidenter. Mat. 10
Vnde in actis apl'orum & alij quidã fiducial'r egiſſe legunt. Et iterum: Diſcipuli replebant gaudio Hiere. 23
& ſpũ ſancto. Itaq; ſi deo placere appetimus, verã cum oĩbus quantum poſſibile eſt pacem & Act. 4
concordiã habeamus, p̃ſertimq; mentẽ in deo quietã, fixam & imperturbatã ſeruemus, q̃d fi- Act. 13
eri poterit ſi vere mites, patientes, humileſq; fuerimus & cũctis terrenis cõtemptis deũ feruẽ Roma 12
ter amemus. ¶ Poſtremo inquirit à quo reſiduũ huius angelici cantici æditũ ſit: Ad q̃d Alber
tus & aliqui alij dicũt, φ à Symmacho papa, alij credibilius aſſerũt, φ ab Hilario ſancto epiſ-
copo. Legit nẽpe in geſtis Romanorum pontificũ, φ Telephorus papa inſtituit, vt ſolis epiſ-
copis liceret canticũ iſtud incipere. Poſtea vero Symmachus papa inſtituit, vt etiã cæteri ſa
cerdotes poſſent illud incipere in feſtis diebus, q̃a de ſacerdote ſcriptũ eſt apud Malachiã: An Malach. 2
gelus dñi exercituũ eſt. ⌊Et factũ eſt vt diſceſſerunt ab eis angeli in cœlum,⌋ i. cum abſtra-
xiſſent ſe aſpectibus paſtorum, & rediſſent in cœlũ, quò ſolent reuerti, miniſterio propter q̃d
miſſi ſunt cõſummato, quemadmodũ Tobiæ Raphael ait: Tẽpus eſt vt reuertar ad eũ qui me Tobiæ. 12
miſit, ⌊paſtores loquebant ad inuicem.⌋ Quãuis em̃ primo territi ac ſtupore repleti fuiſſent
tamen ex conſolatione angelica ac dulciſſima perceptione rei tam gaudioſę confortati fue-
runt, & læti, alacreſq; effecti, dixerunt. ⌊Tranſeamus vſq; Bethlehẽ,⌋ quæ (vt dicit) p mili-
are diſtabat à loco, quo iſta viderũt paſtores, ⌊& videamus,⌋ corporal'r, quod nunc oculis
fidei credimus, ⌊hoc verbũ quod factũ eſt⌋ i. rẽ verbis ad nos dictis ſignificatã. ſ. puerum na-
C tũ, qui eſt Chr̃us dñs tex Meſſias. Verbũ quippe in ſcripturis interdũ pro verbo mentali, in-
terdum pro verbo vocali ſeu ſcripto, quandoq; pro re ſignificata accipitur, quemadmodum
in libris Regũ loquit Ezechias: Non fuit verbũ in domo mea q̃d nõ oſtenderim eis, ⌊q̃d do- 4. Reg. 20
minus fecit⌋ i. p angelos ad nos loquutus eſt, vel quã rem fecit, quia dñs pater ſeu trinitas to-
ta fecit Chr̃m ſecundũ humanitatẽ aſſumptã, ſecundũ quã Chũs dicit creatura, quãuis ſimpli
citer loquẽdo dici nõ debeat creatura, ſed deus verus, omniũq; creator. Ait nãq; Apoſtolus: Roma. 1
Factus eſt ex ſemine Dauid ſecundũ carnẽ. Veruntamẽ iſta particula, quod dominus fecit in
græcis & antiquis, correctiſq; codicibus nõ habet, nec eſt de textu, ⌊quod dominus oſten-
dit nobis⌋ i. quem puerum manifeſtauit nobis p angelũ natũ eẽ. Poteſt quoq; de increato ver-
bo expoui, vt ſit ſenſus, Videamus hoc verbũ. i. dei vnigenitũ, de quo dicit: In principio erat Iohã. 1
verbũ, q̃d factũ eſt. i. incarnatũ, iuxta illud verbũ caro factũ eſt, q̃d dñs fecit, q̃a verbũ hoc fa-
ctũ eſt homo à deo trinitate, quãuis abſolute loquẽdo nõ ſit factũ, ſed genitũ & æternum, vn
de expoſitio iſta videt impropria, nec certũ eſt quod ex p̃inductis angelicis verbis intellexe-
runt paſtores rudes ac ſimplices quod Chr̃us diceretur & eſſet verbum dei, quod dominus
oſtendit nobis. i. natum eſſe iam notificauit. ⌊Et venerũt feſtinãtes,⌋ quia feruentes erãt in
dei & pueri nati amore: deſiderabantq; feruide, tam magnũ, nouũ, videlicet Chriſtum natũ
conſpicere, cuius maieſtatem ex angelici exercitus apparitione & teſtificatiõe & gratulatio-
ne penſabãt. Gaudebãt quoq; de totius mũdi ſaluatiõe iã imminente, & ſcripturarum impletio
ne, ſed & ad greges ſuos quos ſine cuſtode reliquerãt, redire velociter ſatagebãt, ideo feſtina
bant. Itaq; & nos Chriſtũ cũ feſtinatione. i. diligẽter ac feruẽter quæramus, quem nemo cum

CAP. II. torpore & deſidia dignæ quęrit. Siquidem ad deū feſtinare & currere eſt ardēter diligere, &
Ad deū feſtinare quid ex ſpirituali amore quæ bona ſunt alacriter agere, & quo amamus feruētius, eo properamus, D
Ignatius. currimusq́ celerius. ⌊Et inuenerūt Mariā⌋ quā diuinus Ignatius in ſuis ad eā epiſtolis toti- »
ens vocat Chriſtiferā ⌊& Ioſeph⌋ virginis ſpōſum cuſtodē, miniſtrum, eiusq́ integerrime »
virginitatis veriſſimū teſtē ⌊& infantē⌋ .i. paruulū, q licet more alioꝝ paruuloꝝ infans q̄ſi »
nō fans ſeu loqui nō valēs vocatus ſit, tamen à prima ſuę natiuitatis hora diſertiſſime ac ſapi-
entiſſime loqui valebat, nō hebræa dūtaxat, ſed & omniū gētiū lingua, nam & dona gratiæ
1. Cor. 12 gratis datę, vt prophetiam, genera linguaꝝ, ſcientiā, interpretationē'q́ ſermonum, à primo
incarnationis inſtanti accepit ⌊poſitū in præſepio⌋ in quo ſecūdū Gorrā impletū eſt ſpūa- »
Iob. 39. liter illud admirabile in Iob ſcriptū: Nūquid volet Rhinoceros ſeruire tibi, aut morabitur ad
Rhinoceros q̄le animal præſepe tuū? Rhinoceros quippe eſt animal fortiſſimū, quod vnū in fronte fert cornu, pro-
pter quod vnicornis vocatur, & capitur in gremio virginis, in q̄ caput reclinat quādo fuga-
tur & Chriſtū deſignat, q in virginalis vteri gremio captus atq́ in noſtrū redactus ſeruitiū
dicitur. ⌊Videntes autem pueꝝ⌋ inuolutū & collocatū vt ꝑdixerat angelus ⌊cognouerunt »
de verbo q̄d dictū erat illis de puero hoc⌋ .i. cōſiderauerūt ſermonē eis ab angelo de infante »
iſto prolatū eſſe veracē, vel cognouerūt de verbo increato q̄d dictū erat illis de puero hoc. i.
quod angelus ꝑdicauit eis eē hūc pueꝝ. Verbū eñ factū fuit infans vnius diei, & angelus di-
xit, ꝙ puer ille eſſet Chr̄s dn̄s, vnigenitus dei filius, ſicq́ corpalibus oculis, corpus Chr̄i vidē
Ambroſius tes, interioribus oculis eius diuinitatē per fidem nouerūt. Nam (vt Ambroſius aſſerit) dū ca-
ro videbatur, verbum videbatur, videlicet Chriſtus, qui in vna pſona eſt deus & homo. ⌊Et »
om̄es qui audierāt mirati ſunt⌋ Hoc quidā exponūt ſic. Omnes qui audierant ab angelo iſta »
Chriſti myſteria, ſcilicet quomodo natus eſſet, mirati ſunt, quòd Chr̄s omniū dn̄s in tā vili
ſtabulo eſſet natus, & in præſepio reclinatus, & tamen ab angelico exercitu tam ſolenniter E
prædicatus. Ex quo ſequeretur, quod non paſtoribus tātū angeli pręfati apparuerūt, nec an-
gelica illa laus à ſolis paſtoribus ſit audita. Veruntamen quantum ex textu perpenditur, vi-
dentur ſoli paſtores angelos illos vidiſſe atq́ audiſſe, vt ſit ſenſus, quòd om̄es qui audierunt à
paſtoribus ſint mirati. Vñ expoſitorie ſubdit, ⌊& (pro, id eſt) de his quæ dicta erāt à paſtori »
bus ad ipſos⌋ de puero iſto, quod ſcilicet angelus de eo dixiſſet, & qualiter angelorum mili- »
tia hymnum domino ceciniſſet. De his inq̄ mirati ſunt merito, quia ſupernaturale fuit, quòd
in vna perſona tanta maieſtas & tanta humilitas, tanta dominatio, & tanta inopia conuenif-
ſent, quòd rex cœlorum natus eſſet in terra, quòd deſideratus cūctis gentibus aduenifſet, quē
Aggeæ. 2 patriarchæ atq́ prophetæ tam ineffabiliter optauerūt. Inſuper ſunt mirati de tam conſtan-
ti certa ac feruida proteſtatione paſtorum, qui inaudita fingere neſcierunt, ſed ſimplici facū- »
dia quæ vera ſunt, prædicauerunt. ⌊Maria autem⌋ cuius eſt tanta ſuauitas, iuxta Bernardū »
vt nunquam piæ memoriæ portas ingrediatur abſq́ inſitę ſibi dulcedinis aſperſione ⌊con- »
ſeruabat omnia verba hæc⌋ quæ iam de Chriſto conſcripta ſunt, hoc eſt, ea memoriæ diligē »
tiſſime commendauit ⌊conferens in corde ſuo⌋ id eſt, intellectualiter ea reuoluens, vber- »
timq́ repetens, atque ad inuicem comparans. Itaq́ quietiſſima ac puriſſima virgo, delecta-
Lucæ. 1. biliter conſiderauit, quomodo angelus ſibi Chriſtum annunciaſſet, quomodo eum conce-
piſſet ac peperiſſet, quomodo angeli apparuerūt paſtoribus, & quid paſtores ſe vidiſſe atque
audiſſe proteſtabantur, non ſolum virgini glorioſę & ſancto Ioſeph, ſed & cæteris multis q- F
bus oportune poterant loqui. Hæc om̄ia ſancta virgo ſapiēter ac diligentiſſime cōſiderauit,
& ad prophetaꝝ de Chriſto prolata vaticinia comparauit, ſicq́ vehemēter profecit in fide,
Ambroſius imò ſecundum Ambroſiū à paſtoribus fidē collegit, i. fidei incrementū, nō ꝙ vnq̄ in fide am
bigēs fuerit, ſed qa in cūctis q̄tidie profecit virtutibus. Hinc diſcipuli Chr̄i ab ipſa poſt Chr̄i
aſcēſionē de aliq̄bus dicūtur inſtructi, ꝑſertim inclytus iſte Euangeliſta Lucas ab ea edoctus
aſſeritur, maxime in his q̄ ipſe ſolus de Chriſti infantia refert, nō ꝙ à ſpū ſancto nō ſit de illis
inſtructus, imò & ſpūs ſanctus eū per Mariā digniſſimam ſic inſtruxit, & ſupernaturali irra-
Eadē veritas diuerſimodæ addiſcitur. diatione de omnibus informauit, certificauit, infallibiliter'q́ direxit. Eadē enim veritas à di-
uerſis & pluribus modis addiſcitur, quia ab vno clarius & diſtinctius diſci poteſt quàm ab a-
Ambroſius lio quantum ad ſe & ad circumſtantias ſuas. Interea iuxta Ambroſinm, diſcamus in om̄ibus
ſanctæ virginis caſtitatem, quæ non minus ore pudica quam corpore argumenta fidei con-
Beda. ferebat in corde. Etenim virginalis pudicitię iura cuſtodiens ſecūdum Bedam, ſecreta Chri
ſti quæ nouerat nemini tunc diuulgauit, ſed cōferebat quę legerat facienda cum his q̄ iā no-
nerat facta. Verūtamen puto, quòd familiaribus aliquibus & pie interrogantibus aliqua ſe-
crete aperuit, prout ratio poſtulauit & charitas. Itaq́ & nos beatiſſimę virginis exēplo om-
nia diuina atq́ ſalubria, quæ audimus, videmus, ſcimus, ſeu legimus, memoriter teneamus, ſa
gaciter conferamus, & iuxta hæc, noſtram conuerſationem in omnibus regulemus, vt cum
Pſal. 118. Pſalmiſta dicere mereamur. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Nam
Lucæ. 11. & Chriſtus teſtat: Beati qui audiūt verbū dei & cuſtodiunt illud. ⌊Et reuerſi ſunt paſtores⌋ »
ad peco-

A ad pecora ſua, quæ oues fuiſſe dicunt, quamuis forte & aliqua alia pecora fuerunt, ſicut & filij
Iacob diuerſarum ſpecierū pecora cuſtodiebant, & tamen in Geneſi paſtores ſe ouium nomi
« nant, ⌊glorificantes, ⌋ id eſt glorioſum confitentes ſeu magnifice honorantes, ⌊& laudan- Gene. 34
« tes deum, ⌋ pro beneficijs ſuis, de quibus ſubiungitur, ⌊in omībus, ⌋ magnalibus dei, ⌊quæ
« audierant, ⌋ ab angelo, exercituq́; angelico de Chriſti natiuitate, &c. ⌊& viderant, ⌋ pro-
« prijs oculis in Bethlehem, ⌊ſicut dictū eſt ad illos. ⌋ Hoc poteſt referri ad id quod ait, glorifi-
cantes & laudantes deū, vt ſit ſenſus, quòd deū glorificabant atq; laudabāt, ſicut dictū eſt ad
illos, id eſt ſicut audientibus eis angeli ſanctificecerunt, dicendo: Gloria in altiſſimis deo. Po-
teſt quoq; referri ad id quod ait, quæ audierant, eritq́; ſenſus, quod glorificabant deū in om-
nibus quæ audierant & viderant, ſicut dictū eſt ad illos. i. eo modo viderant, ſicut ab angelo
fuit eis prædictū, & ideo deū laudabant, quia ſic eſſe inuenerunt. ¶ Poſtremo, quod paſtores
corporaliter peregerūt, nos ſpūaliter faciamus, hortemur nos mutuo, dicentes: Eamus vſq;
Bethlehem. i. per deuotā & affectuoſam conſiderationē vniamus cor noſtrū loco in quo na-
tus eſt Chriſtus, & mentaliter intueamur, quantā paupertatē & humilitatē pro nobis aſſum-
pſit rex gloriæ, ſimusq́; grati beneficijs eius verbo & opere, ipſum veraciter imitando, & cū Zacha. 9
angelicis ſpiritibus ardenter ac reuerenter laudando. Subinde circuncīſionē Chri Euange-
« liſta deſcribit. ⌊Et poſtq̄ cōſummati ſunt (.i. impleti) dies octo ⌋ à natiuitate Chri cōputādo
« ſeu includendo, ia natiuitatis q̄ circūciſionis diē ipſius, ⌊vt circūcideret puer, ⌋ infantulus Ie
ſus, de quo loquit Eſaias: Puer natus eſt nobis, Lyra, vt, tenet hic cōcomitanter, quanq̄ etiam
teneri poſſet aliquo modo cauſalr, qm̄ tanta eſt dignitas ſaluatoris, vt ad ipſum & ad geſta ip
« ſius tēpora ordinent, ꝙ de tēporibus quibus vixit in ſeculo iſto ſpecialr dici poteſt, ⌊vocatū Eſa. 9
« eſt nomen eius Ieſus, ⌋ quod interpretat ſaluator, ad inſinuandū quod ipſe eſſet verus mundi
B ſaluator, omēs in ſe credentes generalr & cōplete atq; finaliter à morte peccati, interituq́; in- Dignitas ſaluatoris.
ferni eripiens, & ad cœleſtē felicitatem perducens. Vnde in Matthæo, cum angelus dixiſ-
ſet ad Ioſeph: Vocabis nomen eius Ieſum, cauſam nominationis adiecit, dicendo: Ipſe em̄ Mat. 1.
ſaluū faciet populū ſuum à peccatis eoꝝ, de quo Eſaias ſcribit: Dominus poſuit in eo iniqui-
tatem omniū noſtrum, cuius liuore ſanati ſumus. Et in actis Petrus inquit: Nō eſt aliud nomē Eſa. 53
datū hominibus ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Vnde q̄d aliqui in veteri teſtamē Act. 4
to vocati ſunt noīe iſto, vt Ioſue, q̄ alio noīe dictus eſt Ieſus, & Ieſus filius Ioſedech, fuit alia
rōne & in figura Ieſu Chriſti, Ioſue quippe ſaluauit filios Iſrael à Chananæis, & Ieſus filius Io Eccl. 46
ſedech pontifex Iudæoꝝ fuit vnus reducentiū eos de Babylone, quæ fuerunt particulares & Eccl. 49
imperfectæ liberationes, figurantes liberationē perfectā à Ieſu Chro peractā. Itaq; nomen Aggæi. 2
iſtud Ieſus fuit Chriſto nouū & propriū prout impoſitū eſt ad deſignandam liberationē cō- Ioſue. 11.
pletam, ad quod multi allegant illud Eſaiæ: Vocabit tibi nomen nouū quod os domini nomi Zacha. 5
nauit. Veruntamen hoc ad literam dicitur de eccleſia ſeu ſynagoga ad Chriſtū conuerſa, nō 1. Eſd. 1.
« de Chriſto, quamuis poſſit aptari ad ipſum, ⌊quod vocatū ⌋. i. expreſſum & ꝓnunciatum ſeu Eſa. 62
« vocari cōmiſſum ⌊eſt ab angelo, ⌋ nā apud Matthæū angelus legit dixiſſe ad Ioſeph: Voca-
« bis nomen eius Ieſum. Et idē ait ad virginem ſanctam, ⌊priuſquam in vtero conciperetur, ⌋ Matt. 1. Luc. 1.
id eſt in ventre Mariæ virgineo de ſpiritu ſancto. Ait em̄ Angelus ad eam: Ne timeas Ma-
ria, Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Recteq́; dicitur, Ibidem
quod vocatum eſt ab angelo, non impoſitum, quia iam ante à deo fuit impoſitum, qui præor
C dinauit Chriſtū ita vocandum, & per angelum ac Mariam & Ioſeph ita vocauit eundem,
quemadmodū Chrūs per Eſaiam teſtatur: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris
meæ recordatus eſt nominis mei. ¶ Præterea (vt aliqui dicunt) Ieſus dicitur ſaluator. Primo, Eſa. 49
à potentia ſaluandi, ſicq́; conuenit ſibi nomen hoc ab æterno, videlicet ſecundū ſuam diuini
tatem qua ab æterno habuit poteſtatē ſaluandi. Secundo, ab habitu ſaluandi, & ſic impoſitū
fuit ſibi ab angelo, & cōpetit ei à primo ſuæ conceptionis inſtanti, in quo ſecūdum humani-
tatem ſuam accepit gratiam tam perfectā, qua poſtea fecit & pertulit ea, per quæ actualiter
mundū ſaluauit. Tertio, ab actu ſaluandi, ſicq́; vocatū fuit nomen iſtud in circūciſione, & cō-
petit Chriſto ratione ſuæ paſſionis, in circūciſione autem primo ſanguinem ſuum fudit pro
nobis. Inſuper intuendum, quod ſaluare competit Chriſto ſecundū vtranq; ſuam naturam,
quia ſecundū diuinitatem cōpetit ei authoritatiue & principaliter, ſecūdum humanitatē ve
ro inſtrumētaliter, vt ſupra dictū eſt plenius, ideo ſecūdum vtranq; naturam Ieſus poteſt vo
cari. Siquidem de deo vno ac trino ſcriptū eſt in Abacuc: Ego autem in domino gaudebo &
exultabo in deo Ieſu meo. Sed nūc tractatur de nomine iſto, prout cōpetit Chriſto ſecundū Abacuc. 3
naturam humanam. ¶ Deniq; ſecūdum Epiphanium pluribus de cauſis Chrūs voluit circū-
cidi. Primo, vt oſtenderet ſe veraciter incarnatū, non phantaſtice ſeu apparenter, vt Mani- Epiphanius
chæus cōfinxit. Secūdo, vt monſtraret ꝙ corpus ſuū diuinitati conſubſtantiale non eſſet, vt
Apollinaris rudiſſime dixit. Item ad declarandū, ꝙ nō detulit illud de cœlo, vt Valentinus aſ
ſeruit. Rurſus & tertio, ne Iudæi haberent occaſionem contra Chriſtum, dicendo quòd le- Chriſtus cur circūcidi voluerit.

 gem

CAP. II. legem tranſgreſſus eſſet, circũciſionẽ non accipiendo. Quarto, vt legem impleret & appro- D
baret, atq; exemplum humilitatis ac obedientiæ daret, propter quod poſtea fatebatur. Non
Matt. 5 veni legem ſoluere ſed implere. Iuſſum autem fuit diuinitus in Geneſi: Infans octo dierũ cir-
Gene. 17. cũcidetur in vobis. Quinto, vt virtute ac merito ſuæ circũciſionis, fideles ſuos à duritia præcepti illius exoneraret, & ipſam circũciſionẽ in baptiſmũ dulciter commutaret. Sexto, vt Iudæorũ ſcandalum euitaret. Septimo, propter cõitatis & vniformitatis commendationẽ, vt & nos ſingularitatẽ vitemus, nec pro peccatis noſtris puniri ſpernamus, vidẽtes ꝙ Chrũs (q
Heb. 2 remedio culpæ nõ eguit) circũciſionẽ (quæ fuit remediũ cõtra originale peccatum) ineffabili humanitate ſuſcepit, Vñ ad Hebræos apoſtolus: Debuit (inquit) per oĩa fratribus aſſimilari. Poſtremo circũciſionẽ accipiẽdo abſtulit diabolo occaſionẽ ſuſpicãdi ꝙ ipſe eſſet Chrs. Itaq; & nos vniuerſa ꝙ pro noſtra ſalute Chrũs aſſumpſit, fecit ac ꝑtulit, diligẽtiſſime conſideremus, eiq́; grati eſſe nitamur, ac ſpũaliter circũcidamur, oẽm inordinationẽ ac ſupfluitatem intus ac foris, videlicet, in veſtibus, verbis, opibus, otijs, omiſſionibus, itẽq; in cogitationibus, affectiõibus, intẽtionibus, vitare conãtes, nec aſpera pœnitẽtiæ exercitia abominantes, ſed viriliter amplectẽtes, cũ & Chrs in tã infantili ætate tã acerbũ pro nobis dolorẽ ſubierit. Vt enĩ Rabi Moſes teſtat: In circũciſione fuit grauiſſimus dolor, in tãtũ ꝙd multi infan
Gene. 17. tes inde obierint. Hinc ſecũdũ eundẽ voluit dñs pueros circũcidi die octaua, qñ adhuc modicam habẽt imaginationẽ, vt per hoc minus affligerẽtur. Cum ergo puer Ieſus fuerit optime atq; tenerrime cõplexionis ac ꝑfectiſſime imaginatiõis à principio incarnationis, quẽadmodũ & pleniſſime intellectualis cognitiõis, facile poſſumus aduertere, quã grauiſſimã ſenſerit E
pœnã in circũciſione, quã intime etiã ac ꝑgnoſe ei cõpatiebatur affectuoſiſſima atq; pijſſima genitrix eius. Vnde & nos compati vtriſq; debemus. At vero circa illud, vocatũ eſt nomen
Origenes eius Ieſus, loquitur Origenes. Nomẽ Ieſu glorioſum, oĩq́; cultu digniſſimũ, nomẽ quod eſt ſuper oĩe nomẽ, nõ decuit primũ ab hominibus appellari, neq; ab eis afferri in mũdum, ſed ab excellentiori natura. De cuius etiam nominis ſuauitate ait Bernardus: Nomen hoc Ieſus eſt mel in ore, in aure melos, in corde iubilus.

¶ Proſecutio expoſitionis huius capituli ab eo loco, Et poſtꝗ̃ impleti ſunt dies purgationis. Articulus ſeptimus.

DEſcripta Chriſti incircũciſione. Proſequitur Euangeliſta de eius virgineæ matris purificatõe, omiſſa deſcriptiõe apparitionis Chriſti, qua Magis innotuit, quam à
Matt. 2. Matthæo Euãgeliſta agnouit ſatis deſcriptã. ⌊ Et poſtꝗ̃ impleti ſunt dies purga- »
tiõis eius (puta Mariæ) ſecũdũ legẽ Moſi ⌋. i. quadraginta impletis diebus à Chri »
natiuitate, in quorũ vltimo infantulus fuit ſecũdũ legẽ Moſi in templo ꝑſentãdus, ſeu dño offerendus, infra quos etiã dies, mater ſecũdũ legẽ Moſaicã ab ingreſſu tẽpli abſtinuit, & quadra
Leuit. 12 geſimo die templum ingrediens, purificabatur. Præcepit etenĩ lex in Leuitico, vt mulier ꝗ̃ ſuſcepto ſemine maſculũ peperiſſet immũda eſſet ſeptẽ diebus, immũda qdẽ à conſortio hominũ, ingreſſuq́; tẽpli & die octauo circũcideret infantulus, ipſa ꝗ̃q; tũc munda efficeret quo ad cõſortiũ hominũ. Inſup poſt ſeptẽ dies ꝑfatos maneret mulier adhuc triginta tribus diebus in ſanguine purgatiõis ſuæ, abſtinẽs ab introitu tẽpli, nõ à cõſortio hoĩm, ſic quadrageſimo die offerret vel præſentaret puerũ in templo, offerens ſimul munera ſecũdũ legẽ pro ſe & pro illo. Porrò ſi fœminã peperiſſet, duplicabãtur dies tã quo ad templi ingreſſum ꝗ̃ ad cõſortium hominũ. Sed quoniã virgo beatiſſima nõ ſemine ſuſcepto cõcepit, verũ virtute ſpũs ſancti, cõſtat quod legi illa non fuit aſtricta, nec eguit purgatione, quæ nec in peccato cõcepit, nec vnꝗ̃ peccauit, nec alijs matribus cõmunẽ ſuſtinuit fluxum, imo mẽte & corpe imma- F
culatiſſima atq; puriſſima peperit. Itaq; dies iſti dicũtur dies purgatiõis Mariæ, nõ ſecũdum
Matt. 1 realem exiſtentiã, ſed ſecũdũ hominũ æſtimationẽ, quẽadmodũ Ioſeph pater Chriſti voca-
Lucæ. 3 tur, quia ſic putabatur, & quia ſecũdũ Hieronymũ, cõſuetudo ſcripturæ eſt geſta ita referre, ꝗ̃
Hieronymus. modo tũc quãdo fiebant fieri putabãtur. Inſuper hoc modo dicũtur dies purgationis Mariæ ſecũdũ legẽ Moſi, quãuis ſecũdũ veritatẽ, lex illa ſuper Mariã nõ caderet. Vel, dies purgationis eius dicũtur impleti ſecũdũ legẽ Moſi, non quo ad obligationẽ Mariæ ad purgationẽ, ſed quãtũ ad determinationẽ impletionẽq́; tẽporis. Voluit aũt Maria digniſſima ſubijci legi & quaſi purgari in tẽplo, ad dandã obediẽtiæ ac humilitatis exemplũ, ad vitandũ ſcandalum Iudæorũ, ad cõformandũ ſe alijs mulieribus in licitis ac honeſtis, & quoniã filiũ ſuũ vidit legi
Bernardus circũciſionis ſubiectũ. Perfecta quippe obediẽtia plus peragit ꝗ̃ tenetur, dicente Bernardo: Perfecta obedientia legẽ neſcit, terminis nõ artatur, nec cõtenta anguſtijs profeſſionis, largiori voluntate fertur ſecũdũ latitudinẽ charitatis ⌊ tulerũt illũ ⌋ ſcilicet Ieſum, Maria & Io- »
ſeph. Tũc enĩ egreſſa eſt virgo Chriſtifera ſtabulũ in quo peperit Chriſtũ, tulitq́; eũ ad templũ, & forte ſæpenumero ipſa cum Ioſeph detulit puerũ in Hieruſalem ⌊ vt ſiſterẽt ⌋ hoc eſt, »
offerrẽt, præſentarẽt ſeu cõſecrarẽt ⌊ eũ domino ⌋ hoc ẽ deo patri ſeu deo trino ac ſimplici, »
qa & ſibijpſi ſcdm ꝗd deus eſt, qa offerri cõpetit ei ſecũdũ humanitatẽ ⌊ ſicut ſcriptũ eſt in le »
ge do-

A ge domini⌋ videlicet in Numeris & Exodo ⌊quia om̄e maſculinū adaperiens vuluam⌋ .i. *Nume.18.*
primo eam naſcendo aperiens, hoc eſt, om̄e primogenitū tam in hominibus quàm in pecori *Exodi.13*
« bus ⌊ſanctum domino vocabitur.⌋ id eſt conſecrabitur deo, ita quòd ei offeretur, mācipa-
tumq; erit quaſi ad ipſum ſpecialiter pertinens. Vnde per Moſen dominus ait frequēter. Ex *Nume.3*
quo percuſſi om̄e primogenitū Aegypti tā in hominibus q̄ in iumētis, ſanctificaui mihi om̄e
quod primo aperit vuluam in Iſrael tā in hominibus q̄ in iumētis. Vnde ſanctificatio illa fu-
it deputatio quædā rerum illarū ad deū, cuius magnificentia in rebus illis repræſentabatur, in
quātū cōmemorabāt occiſionē primogenitorū Aegypti. ¶Primogenita autē diuerſimode
domino conſecrabantur. Si em̄ fuerūt de tribu leui & maculā nō habebant, deo iugiter mi- *Primogenita domino conſecrantur.*
niſtrabant in tēplo quando fuerūt adultæ ætatis, quāuis poſt oblationē mitterentur in domo
parentum. Si vero fuerant de aliqua aliarum vndecim tribuū Iſrael ex oblatione fuerāt dei,
ſed quinq; ſiclis redimebantur. Si autem erāt primogenita pecorū & animalia mūda, domi-
no offerebantur nec redimebantur, ſed ſacerdotū erant, videlicet, ad vſum eorū. Quod ſi im
mūda fuerūt, redimebantur ſeu i aliud commutabātur, vt primogenitum aſini in primogeni
tum bouis, vel occidebantur, vt primogenitum canis. Quoniam ergo Chriſtus fuit de tribu
« Iuda, conſtat quòd quinq; ſiclis redimebatur ⌊& vt darent⌋ hoc eſt etiam ideo tulerunt Ie-
« ſum ad templum, vt offerrent pro ipſo & matre eius ⌊hoſtias ſecūdum quòd dictū eſt in lege
« domini⌋ in Leuitico, vtpote ⌊par turturū aut duos pullos columbarū.⌋ Offerebaturq; vnus *Leuiti.12*
turtur deo in holocauſtum, alius pro peccato, qui ceſſit in vſum ſacerdotis orantis pro mu-
liere quæ ſic purgabatur. Hæc quoq; fuit oblatio pauperū, nā diuites agnū offerebant, ex quo
patet paupertas Mariæ & Ioſeph. Veruntamen Maria à parentibus ſuis hæreditatem bonā *Ioſeph Mariæ paupertas*
B ſuſcepit, nec dubium quin tres Magi in die Epiphaniæ precioſa Chriſto dona obtulerint, *Matt.2.*
ſed perfectiſſima virgo inſpirante ei ſpiritu ſilij ſui, omnia tenuiſſimę neceſſitati, hoc eſt par-
ciſſimo victui ac tegumento, ſuperflua per ſe vel potius per manus Ioſeph erogauit ægenis.
Nec reor quod peregrinationi ſuæ cū Ieſu & Ioſeph in Aegyptum aliquid notabile ſeruaue-
rit, vel tātam de craſtino habuerit curam, quippe cuius ſpes in deo perfectiſſima fuit, & quæ
nouerat ſe Chriſtum dei ſapientiam ac prouidentiam omnipotentem ſecum habere in filiū. *1.Cor.1.*
Circa hæc exclamat Cyrillus: O profunditatem ſapientiæ & ſcientiæ dei, offert hoſtias, qui *Cyrillus. Roma.11*
per ſingulas hoſtias honoratur cum patre, figuras legis cuſtodit veritas, qui legis eſt condi-
tor vt deus, legem cuſtodit vt homo. Inſuper ait: Videndum quid iſta deſignent. Nimirum
inter aues loquaciſſima eſt turtur, columba vero eſt animal manſuetum, ſicq́ue per vtrumq; *Turturis columbæq; ſignificatio.*
Chriſtus exprimitur, qui perfectè manſuetudinis fuit, & ſuis ſermonibus mundum conuer-
tit. Vnde ad eius paſſionem præfigurandam, columba & turtur oblatę occidebantur. Ite-
rum per columbam ſimplicitas ſiue (vt dictum eſt) mititas, per turturem caſtitas deſignatur.
Turtur namque ſi ſemel perdiderit coniugem, aliam non requirit. Ideo ſecundum Athana- *Athanaſius*
ſium iuſſit deus bina offerri, quoniam ex corpore & anima homine exiſtente, duplicem poſ-
cit à nobis deus caſtitatem ac manſuetudinem, videlicet animæ & corporis. Alioquin erit
homo hypocrita, gerens tegumentum occultæ malitiæ. Amplius autem non abſque myſte-
rio Euangeliſta turtures & columbas diuerſimode exprimit, dicens: Par turturum aut duos
pullos columbarum non par columbarum. Turtur namque in omni ſua ætate caſtum eſt a-
nimal, columba vero in perfecta ætate valde eſt luxurioſa, ideo decuit eam offerri in illa æta-
C te, in qua luxui non eſt apta, puta in iuuentute, ideo dicitur, pullos columbarum, ad innuen- *Deo diſplicet laſciuia.*
dum, quod laſciuia deo diſpliceat.

¶Poſtremo Lucas non exprimit determinate quid Maria & Ioſeph obtulerint, an ſcilicet,
par turturum aut duos pullos columbarum, quia redit in idem quicquid horum obtuliſſe di-
cantur. Per vtrumque enim eorum inopia deſignatur, & res per vtrumque illorum figurata
deo eſt placita. ¶Subinde deſcribitur qualiter à teſtibus fide digniſſimis Chriſtus in præſen-
« tatione præfata teſtimonium habuit. ⌊Et ecce, ⌋ Per demonſtratiuum hoc, ecce, inſinua-
« tur magnum notabile, attentioneq́ue dignum eſſe quod ſubditur, ⌊homo.⌋ Non enim hic
homo dicitur ab eo quod in hominibus communiter præualet, quod eſt ſenſualitas, iuxta
quem modum ait apoſtolus, Corinthijs ſcribens, Cum ſit inter vos zelus & contentio, nō- *1.Cor.3.*
ne homines eſtis: ſed prout homo dicitur ab eo quod in homine extat præſtantius, & quod
in ſapientibus præualet, quod eſt ratio & pietas, iuxta id quod dicit apoſtolus: Si ſecundū ho *1.Cor.15*
mine ad beſtias pugnaui Epheſi, cuius verbi iſte eſt ſenſus. Si pro quia, ſecundum hominem
id eſt rationabiliter ad beſtias, hoc eſt, contra homines beſtiales ac perfidos pugnaui, id eſt,
diſputaui Epheſi, hoc ē, in ciuitate q̄ Epheſus noīatur. V ſi humanū vocam⁹ q̄d rōnabile eſt
& piū. Hinc qdā hominē quaſi deſcribendo hominē affirmāt, Homo eſt animal mā ſuetum
natura, erectū ſtatura, diſcretūq; ratione ⌊erat in Hieruſalē⌋ quę ſancta ciuitas dicit, q̄niam *Matt.28.*
ibi erat templum & viguit cultus diuinus, ſtudiūq; legis ac prophetarū, præſertim, quoniam

 Chrūs

Chriſtus ibidem in templo oblatus eſt, prædicauit, miracula fecit, paſſus eſt, & ſanguinem D
fudit, & deinde ſpiritum ſanctum miſit, ibi demũ primitiua eccleſia ſanctiſſimæ vixit, ⌊cui »
nomen Symeon⌋ & inter ſacerdotes fuit famoſus atque grandæuus. ⌊Et homo iſte iuſtus⌋ »
Iuſtitia quæ eſt virtus cardinalis ac ſpecialis, qua vnicuique datur quod ſuum eſt: itemq́; iuſti-
tia, quæ eſt virtus generalis & virtualiter omnis virtus, quia omni virtute fuit ornatus, fuitq́;
præcipuè charitatiuus ac iuſtus, quia non proprium priuatumq́; commodũ, ſed bonũ com-
mune, & generalem omnium deſiderauit ſalutem ⌊& timoratus⌋ timore caſto, ſancto, ac fi- »
liali, qui timet dei offenſam, & clementiſſimũ deum vt patrem inhonorare abhorret. De quo
Eccl.23 in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Nihil melius quàm timere deum. Et timor dei ſuper omnia ſe
Eccl.25 poſuit, de quo ait Pſalmiſta: Timete dominum om̃es ſancti eius, quoniam nihil deeſt timen-
Pſalm.33 tibus Deum. ¶Quàmuis ergo hic Symeon cunctis polleret virtutibus, tamen in iuſtitia &
timore fulſit præclarius, ſecundum quod quilibet ſanctorum dicitur in aliqua virtute ampli-
Eccl.44 us ſplenduiſſe. Propter quod de vnoquoq́; cantatur: Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſer-
1.Cor.7. uaret legem excelſi. Vnde & Paulus: Vnuſquiſq́;(inquit) ſuum donum habet à Deo. Ideo
de his duabus virtutibus ſpecialiter cõmendatur. Itaq́; iuſtus fuit ad proximũ, timoratus ad
deum. Deniq́; timor retrahit à peccato hominẽ, quemadmodũ ſcriptum ẽ: Per timorm de-
Iohan.15 clinat vnuſquiſq́; à malo. Ideo per timorem impleuit quod dicitur: Declina à malo. Iuſtitia
Pſalm.36 autem bonum proſequitur, per quam impleuit quod additur, & fac bonum ⌊expectãs⌋ hoc »
eſt, certiſſime affectuoſeq́; ſperans, ac præſtolans, conſolationem Iſrael. ⌋ id eſt, Chriſti ad- »
uentũ, & liberationem, ac ſpiritualem conſolationem, quam ex Chriſti aduentu conſeque- E
rent Iudæi, videlicet redemptionem à peccatis, à diabolo, ab inferno, atq́; æternæ adeptio
nem ſalutis. Aliqui autem Iudæi carnales putabanr Chriſtũ venturũ, vt erueret eos de omni
ſubiectione, qua alienis Gentibus ac principibus ſubdebantur, vniuerſaq́; mundi regna ipſis
ſubijcerer, quaſi in hoc felicitas humana conſiſteret, vel ob talem liberationem agendam
Chriſtus eſſet promiſſus, & non potius ad liberandum genus humanum ab originalis reatu
peccati, & de omni ferocitate diaboli. Talem ergo conſolationem Symeon iſte non expe-
ctauit, vt etiam Gregorius Niſſenus teſtatur: ⌊& ſpiritus ſanctus erat in eo,⌋ non ſolum per »
eſſentiam, præſentiam & potentiam, quomodo in om̃i eſt creatura, nec ſolum per charitatẽ
& gratiam qualẽcunq́;, prout eſt in om̃i eo qui eſt in ſtatu ſalutis ſeu in charitate, quæ vita eſt
animæ, ſed per gratiam eminentem & charitatem ardentem, ſecundũ quod eſt in viris he-
roicis ſeu perfectis. Habuit quoq́; gratiã prophetiæ vt ſtatim dicetur. ⌊Et reſponſum acce- »
perat à ſpiritu ſancto non viſurum.⌋ Hoc eſt, non paſſurũ ſeu experturũ, ⌊ſe mortem.⌋ Vi- »
ſus nanque pro quolibet ſenſu accipitur, ⌊niſi prius videret⌋ oculis corporalibus atq́; men- »
Acto.17 talibus ⌊Chriſtũ dominũ⌋ Qui eſt omniũ dominus, etiam ſecundũ naturã humanam omni »
creaturæ prælatus, vel Chriſtũ domini, hoc eſt, vnctum ſecundum humanitatem à domino
deo patre ſeu tota ſuperbeatiſſima Trinitate. ¶Porro idem ſignificauit, Meſſias hebraice,
Chriſtus græce, & vnctus latine. Symeon itaq́; ſicut & cæteri p̃triarchæ, prophetæ, ac ſancti
veteris teſtamẽti maximo flagrabat deſiderio Chriſti venturi ſeu eius aduentus, propter q̃d
Lucæ.10 Chriſtus ait Apoſtolis: Beati oculi qui vident quæ vos videtis, dico enim vobis, quia multi
reges & prophetæ voluerunt videre quæ videtis & non viderũt, idcirco frequenter atq́; ar- F
denter orabant pro Chriſti aduentu: præſertim Symeon iſte, qui ex ſcripturis veteris teſta-
menti agnouit inſtare Chriſti aduentum, vnde pro merito ſuæ deuotionis facta eſt ſibi reue
latio cœleſtis à ſpiritu ſancto, vel immediate à ſpiritu ſancto per illuminationem internã,
vel angelo mediante, ſecundũ quod propheticæ reuelationes cõiter angelorũ miniſterio fa-
Dionyſius. ctæ ſunt, vt ſanctus Dionyſius docet. ¶Deniq́; quàmuis op̃a ſanctæ Trinitatis ſint indiuiſa,
tamen reuelationes huiuſmodi appropriãtur ſpiritui ſancto quoniã ei appropriant bonitas
charitas, liberalitas, à q̃bus donatiões directe ꝓcedũt. ⌊Et venit in ſpũ⌋.i. ſpũs ſancti inſtin »
ctu, quo reuelante intellexit adeſſe horã impletõis, promiſſionis ſibi factæ de Chr̃i aſpectu
Matth.1 ⌊in templũ. Et cum inducerent puerũ Ieſum parentes eius⌋ in templum. ſ. Maria & Ioſeph, »
Lucæ.1 quorũ vnus tunc tulit Ieſum, & puto quòd mater. Cur aũt Ioſeph parens ſeu pater Chriſti vo
Lucæ.3 cetur, expreſſum eſt, ⌊vt faceret ſcd̃m conſuetudinẽ legis pro eo⌋ offerendo (vt dictum eſt) »
par turturum aut duos pullos columbarum, redimendoq́; puerũ quinq́; ſiclis, vt dictum eſt.
⌊& ipſe (Symeon, affectuoſiſſime, deuotiſſime, reuerẽdiſſime, ac iocũdiſſime) accepit eũm in »
vlnas ſuas⌋.i. inter brachia ſua, q̃uis ſe contactu ſancti ſanctorũ putaret indignum, ſed vehe »
mens amor rationem deuicit, & ad vnionẽ, amplexumq́; impulit, ⌊& benedixit deũ⌋ hoc ẽ, »
laudauit, gratias egit, & ſequens canticum cecinit pro impletione diuini promiſſi & cæteris
beneficijs dei, itemq́; quia iam plus accepit quàm ſibi fuit promiſſum. Promiſſum ſiquidem
ſibi fuit, quòd Chriſtum videret, & iam non ſolum vidit, ſed brachijs ſtrinxit, portauit, con-
trectauit, & puto quod & oſculatus ſit infantẽ dulciſſimũ, ⌊& ait: Nũc⌋ poſtq̃ tuũ ꝓmiſſum »
impleſti, Chriſtũ mihi monſtrando vt promiſiſti ⌊dimittis⌋.i. ſtatim dimittes, vel ſupplico »
vt di-

A vt dimittas me ⌊ ſeruum tuum ⌋ nõ ſeruitute ſeruilis timoris, qui metuit pœnã magis quàm
dei offenſam ſeu culpam, de quo ait ſaluator apud Iohannem: Seruus non manet in domo in Iohan. 8
æternum, filius autem manet in domo in æternum. Et alibi: Iam nõ dicam vos ſeruos ſed a- Iohã. 15.
micos, ſed ſeruum ſeruitute filialis timoris, cui ſeruo ait ſaluator: Euge ſerue bone & fidelis, Mat. 25
“ intra in gaudium domini tui ⌊ domine ⌋ deus pater ſeu trinitas deus ⌊ ſecundum verbũ tuum
“ in pace ⌋ hoc eſt à mundi huius inquietudine, tribulatione & vitijs eripi, quieſcere, ſeu mor-
tis ſomno ceſſare, & in libro patrum, ſinuq́ꝫ Abrahæ repauſare in dulci ſpe, cum certus ſim ci
to per Chriſtum inde educi, ad gloriamq́ꝫ transferri. Sic ergo dimittes me in pace, ſecũdum
verbum tuum, id eſt ſecũdum quod mihi dixiſti, quod mortem nõ experirer, niſi prius Chri
“ ſtum viderem, per quod inſinuaſti, quòd Chriſto viſo mox obdormirem in domino ⌊ quia
“ viderunt oculi mei (exteriores & interiores) ſalutare tuum ⌋ id eſt Chriſtum ſaluatorem qui Gene. 49.
dicitur ſalutare tuum, quia per ipſum decreuiſti mundum ſaluare, omniumq́ꝫ ſalutem cõſti- Pſal. 97.
tuiſti in eo, de quo fertur in pſalmo: Notum fecit dominus ſalutare tuum. Vnde & in Geneſi Geñ. 49.
Iacob patriarcha teſtatur: Salutare tuum expectabo domine, cui ſalutari loquitur pater per Eſaiæ. 49
Eſaiam: Dedi te in lucem gẽtium, vt ſis ſalus mea vſqꝫ ad extremum terræ. Hoc ſalutare Sy-
meon corporaliter ac intellectualiter vidit. Chriſtus namqꝫ in vna perſona eſt deꝰ & homo,
ideo dum homo videbatur oculo corporali, eodem oculo videbatur & deus, quamuis nõ ſe-
cundum diuinitatem ipſius, imò ſecũdum Ambroſium dum caro videtur, videtur & verbũ. Ambroſius
Hinc quod apud Iohannẽ habetur: Deũ nemo vidit vnquam, de deo ſecũdũ diuinitatis eſſen Iohan. 1.
tiam dicitur. Inſuper oculo interiori vidit Symeon ſaluatorẽ, quia per fidẽ cognouit ipſius 1. Iohan. 4.
B diuinitatẽ, eius quoqꝫ humanitatẽ intellectualiter cõſiderauit, & quod à verbo eẽt aſſumpta
penſauit. Hinc de Chriſto ſcriptũ eſt in Baruch: Poſt hæc in terris viſus eſt, & cũ hominibus Baruch. 3.
“ cõuerſatus eſt. Itemq́ꝫ Eſaias: Simul laudabunt, quia oculo ad oculũ videbũt. ⌊ Quod para- Eſaiæ. 52.
“ ſti ⌋ hoc eſt per incarnationem videri & agnoſci aptũ feciſti, ſeu manifeſtare diſpoſuiſti ac
“ decreuiſti ⌊ ante faciem omniũ populoꝝ ⌋ hoc eſt in conſpectu hominum vniuerſorum ſeu
clare cunctis hominibus, non ſolum Iudæis, ſed etiam gentilibus, ſic tamen, vt ſit diſtributio
accommoda, ſeu pro generibus ſingulorum, nõ pro ſingulis generum, iuxta quemadmodũ
in Daniele legitur: Omnes populi tribus, & linguæ ſeruient ei. ¶ Deus ergo pater vnigenitũ Daniel. 7
ſuum in diuinitate, incomprehenſibilem atqꝫ inacceſſibilem lucem inhabitantem, per hoc fe 1. Timo. 6.
cit hominibus manifeſtum, viſibilem & cohabitantem, quod eum humanæ coniunxit natu
ræ in vnitate perſonæ, quod ab Eſaia ita prædictum eſt: Parauit dominus brachium ſanctũ Eſaiæ. 52.
ſuum in oculis omnium gentium: Brachium enim domini, eſt vnicus filius dei patris, ꝑ quẽ Iohan. 1.
pater oĩa fecit, ſicut & digitus dei eſt ſpiritus ſanctus per quem cuncta reuelat, de quo bra- Lucæ. 11.
chio ait pſalmiſta: Saluauit ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius. Pater ergo parauit ſa Pſal. 79
lutare hoc ante faciem omnium populorum, quibus per apoſtolos prædicatus eſt Chrũs, iu Pſal. 18.
xta illud pſalmi: In omnem terram exiuit ſonus eorum. Et rurſus: Viderunt omnes termini Pſal. 97
terræ ſalutare dei noſtri, quod & in Eſaia habetur: Videbunt omnes fines terræ ſalutare dei Eſaiæ. 52.
noſtri. Quamuis interea Chriſtus ita paratus ſit ante omnium faciem populorum, aliter ta-
“ men quantum ad Iudæos, & aliter quo ad gentes, propter quod ſubditur. ⌊ Lumen ad reue-
“ lationem gentiũ, ⌋ id eſt ſalutare ſeu Chriſtum paraſti ſic, vt ſpecialiter ſit lumen gentilium,
ſeu ad illuminationem eorum, qui veri dei cognitione & cultu priuati, idola coluerunt ac dę-
C mones, ſed Chriſtus per ſuos diſcipulos reduxit illos ad veri dei cognitionem, amorẽ & cul
tum, imò per interiorem ſuam illuminationem hoc potius fecit, ſine qua exterior apoſtolo-
rum prædicatio nihil iuuiſſet, ſed & trinitas deus merito conuerſationis, paſſionisq́ue Chri-
ſti tantam dedit gentilibus gratiam, ideo Chriſtus paratus & datus eſt lumen ad reuelationẽ
ſeu illuminationem gentilium qui ſedebant in tenebris perfidię, erroris ac omnium vitioꝝ.
Vnde in Eſaia dominus proteſtatur: Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorẽ Eſaiæ. 55
“ gentibus. Inſuper paraſti ſalutare hoc ⌊ gloriam plebis tuæ Iſrael. ⌋ id eſt, ad hoc, vt ſit glo-
ria Iſraeliticæ plebis, quæ fuit ſpecialiter plebs dei, vt plenius dictum eſt ſuper illud: Viſita- Lucæ. 1.
uit & fecit redẽptionẽ plebis ſuæ. Hoc enim eſt plebi illi, quantum ad eos qui crediderunt, ex
ea præcipua prærogitiua, exaltatio, honor & gloria, quòd vnigenitus dei ex ea incarnari ele
git, ad eam perſonaliter venit, propter eam primo ac ſpecialiter deſcendit, ſecundum quod
loquitur dominus: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Inſuper fuit in Matt. 15
gloriã plebis ſuæ Iſrael, qa per ipſum ſancti veteris teſtamenti in lymbo detenti, adepti ſunt
beatificæ gloriam viſionis. Denique Chriſtus tam Iudæis quàm gentibus fuit lumen & glo-
ria. Omnes enim electi per ipſum ſunt illuſtrati, & cunctis gloria eſt, quòd dei filius huma-
nam naturam aſſumpſit. Nihilominus per appropriationem dicitur lumen gentium & glo-
ria Iudæorum, propter quod ait Iohannes: ſalus ex Iudæis eſt.

¶ Poteſt autem hic quæri, quomodo Symeon templum ingreſſus cognouit puerum Ie-
ſum quem ante non vidit? Ad quod facile reſpondetur, quòd eodem ſpiritu reuelante, quo
cogno-

cognouit eſſe venturum,& forte aliquod ſignum ſenſibile fuit ſibi diuinitus prænuntiatum, D
Johan.1 quo cognoſceret puerum,ſicut Iohanni Baptiſtæ deus prædixit: Super quem videris ſpiritũ
deſcendentem & manentem, hic eſt,&c. Forſitan nanque vidit diuinum quendam ſplendo-
rem in vultu pueri adorandi. De quo aliquando verum fuit dicere. Hic eſt infans vnius diei
& deus æternus. ¶Poſtremo, quilibet noſtrum canticum iſtud dicere in propria poteſt per-
ſona,loquendo ad deum patrem ſeu Trinitatem. Nunc in tempore gratiæ huius dimittis ſer
uum tuum domine,ſecundum verbũ tuũ in pace, hoc eſt,in pectoris tranquillitate quã mihi
donaſti,me modo(vt ſpero & oro)quieſcere gratioſe permittes ac facies,ne turber aut ruam
Pſalm̃.4 ſed in pace in idipſum dormiam & requieſcam,atque in omni aduerſitate,tentatione, & in-
quietudine,mens mea quieta & fixa perſiſtat in te, ſecundum verbum tuum, hoc eſt , prout
in te plene ſperantibus promiſiſti , quibus tuam defenſionem vbertim in ſcripturis promit-
Pſalm̃ 90 tis,iuxta illud in Pſalmo: Quoniam in me ſperauit,liberabo eum , protegam eum quoniã co
gnouit nomen me.&c. Quia viderunt oculi mei,interiores per fidem,per ſapientiæ donum,
per ſcripturarum doctrinam, per ſacramentales ſpecies , varioſq; ſupernaturales tuos effe-
ctus,ſalutare tuum, quia his modis iam Chriſtum cognoſcimus. Cætera verba cantici hu-
ius aliam interpretationem non flagitant. ¶Conuenientiſſime demũ ſtatutum eſt canticum
iſtud in completorio dici, quia tunc cum pręcipua pace interna deo vacare,ad ſtratumq; ire,
ac obdormire,& Chriſtum in pectore noſtro quaſi ſepelire debemus,omni tentatione, auer
ſione & culpa prorſus excluſis. Tunc ergo canticum iſtud compendioſum atque dulciſſimũ
deuotiſſime profetamus,& qualiter Symeon beatiſſimus Chriſtum in brachijs ſtrinxit ac cæ
tera quæ dicta ſunt,contigerunt,intentiſſime recordemur, & quæ Symeon corporaliter fe- E
cit,ſpiritualiter peragamus. Præterea aliqui in primo huius cantici verſiculo per dominum
intelligunt Chriſtum,ita quòd Symeon puerum Ieſum quem inter brachia complectebatur
deum ac dominum nominauit,tuncq; per ſalutare domini intelligitur incarnationis myſte-
rium,vel aſſumpta humanitas per quod ſeu quam velut per inſtrumentum ac medium verbũ
æternum operatum eſt mundi ſalutem,gentium illuminationem, Iudæorumq; glorificatio
nem. Vel ſalutare hoc eſſet ſalus ſeu redemptio tunc fienda per Chriſtum, quam Symeon ſpi
ritu prophetali præuidit. ¶Poſtremo de hac Chriſti in templo præſentatione prędictũ fuit
Pſalm̃.47 in Pſalmo: Suſcepimus deus miſericordia tuam in medio templi tui,ſed & apud Malachiam
Malach.3 cum de Chriſti præcurſore dñs protuliſſet. Ecce(inquiens)mitto angelum meũ,protinus de
Chriſto adiecit: Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominator quem vos quæritis, & ange-
lus teſtamenti quem vos vultis. Itaq; & nos puerum Ieſum brachijs fidei,charitatiſq; appre-
hendamus,deoſculemur,ſtringamus ad pectus,imò in pectoris ſecretiſſimo collocemus,di-
Cantic.1 centes cum ſponſa,iuxta illud: Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea com
morabitur. Verum qui hoc agere cupit ac debet,oportet vt commune bonum eccleſiæ cor-
dialiter optet,quærat & oret,atq; à ſpiritu ſancto agat,&carnali conſolatione contenta,ſpi-
ritalem dũtaxat expectet. Non enim in deo delectari valet ſynceriter,cui oblectamenta car
nis aut ſeculi placent,vel qui in vanis cogitationibus gloriat. Adhuc autem canticum iſtud
poſt celebrationem ſeu communionem & hora mortis iam proxima aptiſſime dicitur, quē-
Benedictio duplex admodum conſideranti ſenſum eius pateſcit. ¶Hoc quoq; ſciendum, quòd duplex eſt bene-
dictio, videlicet,conſecrationis vel donationis & laudis. Benedictione conſecratiõis ſeu do- F
Hebræ.7 nationis maior benedicit minori & deus creaturæ,iuxta illud Apoſtoli ad Hebræos: Sine vl
la contradictione quod minus eſt à maiore benedicit. Vnde benedictio qua deus benedicit
creaturæ,eſt collatio munerum eius,& multiplicatio eorundem. Benedictione autem laudis
minor benedicit maiori,quàmuis ſæpe etiam & econtra , ſicq; Symeon benedixit deo. Et in
Pſalm̃.33 Pſamo cãtamus: Benedicam dominum in om̃i tempore. ⌊Et erant pater eius⌋ videlicet Io
ſeph qui dicit pater Chriſti,quia nutricius & quia ob famam virginei mr̃is conſeruandã,per-
Origenes miſſus eſt æſtimari pater Chriſti. Circa quod loquit Origenes: Qui altius aliquid inquirit,pt
dicere,quoniam generatiõis ordo à Dauid vſq; Ioſeph deducit,ne videret ipſe Ioſeph fruſtra
nominari,quia non fuit pater ſaluatoris,attamen vt generationis ordo locum haberet, pater
domini appellatus eſt,rurſus quoniam Ioſeph vere fuit vir Mariæ,cuius Chriſtus fuit veraci
ter filius,Chriſtus magis proprie dicitur filius Ioſeph,quàm ſi eſſet aliunde , ſeu ex alia coniu-
ge adoptatus,⌊& mater eius⌋ qui cum patre & ſpiritu ſancto vnus eſt deus æternus , omni-
potens,& immenſus,mater eius qui omnium eſt creator. quem vniuerſi angelicorum ſpiritu
Apoca 4 um ordines inceſſanter adorant,⌊mirantes⌋ non admiratione dubitationis,ſed reuerentiæ
& congratulationis⌊ſuper his quæ dicebantur de illo⌋.i. de magnalibus atq; magnificis lau
Lucæ.1 dibus de puero Ieſu prolatis,à parentibus præcurſoris,ab angelo,exercituq; angelico, à pa-
ſtoribus quoq; & Symeone. Itaq; mirabantur quòd de eo qui in tanta paupertate ac humili-
Acto.17 tate aduenit,tam altiſſima dicebantur,quòd.ſ. eſſet ſalutare dei patris , & omnium dominus
lumen gentium,gloria Iudæorum,mundi ſaluator, vnigenitus dei, veruſq; deus. Mirabant
quoq;

A «« quoq; nō par ſe electos ad tãtum myſteriū,& q̃d mūdi theſaurus eis eēt commiſſus. ⌊Et be
nedixit illis⌋ ſcilicet parētibus Ieſu Chriſti ⌊Symeon⌋ Cōſuetudo cm̄ fuit ſacerdotibus le- Nume.6.
gis benedicere parētibus infantem in tēplo offerentibus cum hoſtijs debitis,& benedictio il-
la videtur fuiſſe imprecatio boni, qua ſacerdos expetebat ſeu imprecabatur eis bona à deo.
Formam tamen benedictionis illius non habemus expreſſam vt dicitur,ſed ſorte fuit illa aut
ſimilis illi ,de qua in Numeris habetur: Locutus eſt dominus ad Moſen & Aaron,dicēs:Sic Ibidem.
benedicetis ſilijs Iſrael Benedicat tibi dominus & cuſtodiat te,oſtendat dominus faciē ſuam
tibi,& miſereatur tui.Conuertat dominus vultum ſuum ad te,& det tibi pacem. Veruntamen reor quòd Symeon ſpeciali omnino benedictione benedixerit Mariæ & Ioſeph, vtpote,benedictione laudis beatos & benedictos eos dicendo.Dignitatem namq;, electionem &
gratiam illorum,etiam ipſemet vehementiſſime mirabatur.Nihilominus eis benedixit, quia
maior fuit ſacerdotali officio,quamuis non ſanctitate & merito,ſaltem quo ad Mariã. Maior autem officio benedictionem largitur.Vere equidem beatus fuit ille Ioſeph , qui ad tantum ſecretum fuit admiſſus,qui ſponſus & cuſtos virgineæ matris,genitricisq́ue dei eſſe electus fuit ac meruit,qui dei patris filium deum incarnatum nutrire,tractare,deferre cohabitãtem,imò & obedientem ac miniſtrantem habere fuit præordinatus , nempe (vt infra habe-
«« tur)Ieſus fuit ſubditus illis,haud dubium quin Mariæ & Ioſeph. ⌊Et dixit ad Mariam ma-
«« trem eius⌋ ad quam prophetico ſpiritu loquitur de futuris potius quàm ad Ioſeph,quia ſcie-
«« bat quod vera eſſet genitrix Chriſti,Ioſeph autem nutricius & miniſter dūtaxat. ⌊Ecce po-
«« ſitus eſt hic⌋ hoc eſt puer iſte quem brachijs ſtringo,per aſſumptam humanitatem datus, ſi-
«« tus atque à deo ſtatutus eſt ⌊in ruinam(id eſt perditionem)& reſurrectionem⌋ hoc eſt ſalua
«« tionem ⌊multorum in Iſrael⌋ hoc eſt plurium Iſraelitarum. ¶Chriſtus nãq; per ſuam incarnationem,prędicationem, vitam ac paſſionem fuit multis Iudæis cauſa ſalutis, de quibus
B in Iohanne ipſe ait:Ego ſcio quos elegerim. Multis quoq; & pluribus Iudæis per præfata fu Iohã.13
it occaſio excæcationis,traſgreſſionis & damnationis,quibus in Iohanne loquitur: Vos non Iohan.10
eſtis ex ouibus meis.Hinc denuo:In iudicium(inquit)ego in hunc mundum veni,vt qui non Iohan.9
vident, videant:& qui vident,cæci fiant.Vbi per videntes intelliguntur illi,qui ſapientes & Eſaiæ.5
magni fuerunt in oculis ſuis,ſeculariterq; prudentes, quales præcipue fuerunt ſacerdotes &
ſcribæ,quos conſtat pro maxima parte obtenebratos eſſe atq; damnatos.Porrò non videntes intelliguntur idiote, humiles & ſimplices,quorum multos Chriſtus illuminauit,vt fuerunt Iohan.20.
apoſtoli,cæteriq; diſcipuli,quibus & ſpiritum ſanctum infudit. Hinc quoq; in Matthæo ait Actor.2
cum gaudio.Confiteor tibi pater,quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus,& re- Matt 11.
uelaſti ea paruulis. Generaliter autem loquendo Chriſtus venit in ruinam omniū reprobo- Lucæ.10
rum ſeu incredulorum,& reſurrectionem electorum fidelium. Veruntamen non vniformiter venit ſeu poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem, quia in ruinam reproborum eſt poſitus
occaſionaliter & indirecte,in reſurrectionem vero electorum cauſaliter & directe . Sic namq;
poſitus eſt in ruinam,quomodo deus dicitur hominē indurare. Nūc itaq; ſermo eſt de ruina
peccati,quæ eſt ipſamet culpa,& de dãnatione æterna,quæ eſt effectus culpæ & incredulita Iohan.3.
tis,ſecūdum illud Saluatoris:Qui nō credit,iã iudicatus eſt,quia nō credit in nole vnigeniti fi-
lij dei.Nūc etiã ſermo eſt de reſurrectiōe ſpūali,qua homo per baptiſmū & pœnitētiã ac gra- Ephe.5.
tiam dei à peccato reſurgit,vnde ait apoſtolus:Surge qui dormis & exurge à mortuis.Item Pſal.1.
C Pſalmiſta:Ideo nō reſurgūt impij in iudicio,q̊d de reſurrectione à peccato in iudicio diſcretionis rite exponitur, quanq̃ & de futura reſurrectione corporali felicis immutationis accipi poſſit,quæ erit effectus dominicæ paſſionis ſeu meriti Chriſti,dicente apoſtolo:Quoniã- 1.Cor.15
quidem per hominē mors,& per hominē reſurrectio mortuorum.Sic ergo in illorum ruinam 1.Cor.1.
Chrūs eſt poſitus,de qbus Paulus teſtatur:Prædicamus Chriſtū.Iudæis qdē ſcãdalū, gentibus aūt ſtultitiã.In illorum vero reſurrectionē eſt poſitus,de qbus Paulus adiecit.Ipſis vero vo Ibidem.
«« catis.i.electis Iudæis & græcis pdicamus Chriſtū dei virtutē & dei ſapientiã ⌊& in ſignū cui
«« cōtradicetur.⌋ ¶Signū tripliciter ſumit.Primo pro iudicio alicuius ſignificatiuo,vt circu
lus deſignat potū venalē.Secūdo,pro miraculo,ſcd̄m q in Iohãne loqtur Chrus: Niſi ſigna Iohan.4
& prodigia videritis,nō creditis. Tertio,pro vexillo q in bello milites vnius ptis ab alterius
partis militibus diſcernunt,ſicut in pſalmo:Poſuerūt ſigna ſua ſigna,& nō cognouerūt. Ita- Pſal.73.
q; iuxta primã ſigni acceptionē ſenſus eſt. Poſitus eſt Chrs in ſignū.i.ad Euãgelicę veritatis
doctrinã inſinuãdã ſeu proponēdã,cui à multis cōtradicet,vel verbo,vel ope,vel mō vtroq;
Inobediētes nãq; Chriani ope cōtradicūt.Iuxta ſecūdã acceptionē ſenſus eſt. Poſitus eſt in
ſignū.i.miraculū,qa & ipſo Chriſto homine de virgine nato, mirabilius quid eſt, & omnia
quæ de Chriſto narrat ſcriptura ſignū eſt,hoc eſt miraculum cui cōtradicetur à perfidis vniuerſis,vt quòd mater virgo eſt,quod in vnitate perſonæ ſit deus & homo,quòd veraciter reſurrexit,ita Origenes exponit.Iuxta tertiam acceptionem, per ſignū intelligit crux Chriſti Origenes
ſeu fides crucis,quo ſigno diſtinguuntur ſerui Chriſti à ſeruis diaboli,dū ſignum iſtud ab illis
honora-

honorat,ac fronti imprimit,ab illis contemnit. ¶Poſtremo exponi poteſt de ſigno pacifica D
tionis,vt ſit ſenſus:Poſitus eſt in ſignũ fœderis & reconciliatiõis ſeu pacis inter deum & ho-
1.Timo.2 mines,quia videlicet factus eſt mediator dei & hominũ,& figurabat per arcum,de quo loquit
Gene.9 dñs in Geneſi:Arcum meum ponam in nubibus,& erit ſignum fœderis inter me & terram.
Chr̃us autẽ ſignum eſt fœderis memorati non ſignificatiue ſolum,ſed & cauſaliter,dicente
Ephe.2 Apoſtolo:Ipſe eſt pax noſtra,qui fecit vtraq; vnum.Et denuo:Pacificans,p ſanguinẽ crucis
Col.1. ſuæ,ſiue quæ in cœlo ſiue quæ in terra.⌊Et tuã ipſius(o Maria)animã pertranſibit gladius⌋ »
Hoc eſt amariſſimus dolor compaſſiõis,quo aĩa tua implebit,cum videris filiũ tuũ occidi, &
perſecutiones pati,imò virgo beata frequenter ante Chr̃i paſſionem præcogitando quanta
ille eſſet paſſurus amariſſime affligebat,qui dolor cœpit in ea in Chriſti infantia,de qua re in
reuelatõibus ſanctę Brigidæ multa credibiliter ſcripta ſunt.Iſte eſt gladius ſpũalis de q̃ fert in
Pſalm.56 Pſalmo:Lingua eoꝝ gladius acutus.Et:Gladius in labijs eoꝝ.Ibi t̃n accipit gladius pro cau
Pſalm.58 ſa doloris.Sic ergo gladius pertranſiit animam virginis glorioſæ,quõ de Ioſeph in Pſalmo:
Pſalm.104. cantatur:Ferrum pertranſiit animam eius.i.dura afflictio. Ambroſius per gladium intelli-
Ambroſius git verbum ſeu ſapientiam.Vnde & Paulus ad Epheſios:Accipite (ait)gladiũ ſpũs quod eſt
Ephe.6 verbum dei.Itaq; ſenſus eſt:Tuĩ pſius animã pertrãſibit gladius.i.intellectũ tuũ intime illu-
ſtrabit verbũ vel ſapiẽtia myſterij crucis,ita quod illud nõ ignorabis,ſed p̃cognitio paſſiõis
filij tui tua intima penetrabit.Hãc quoq; interpretationẽ,tãgit vir illuſtriſſimus ſanctus Pau
linus Epiſcopus in ſermone ſeu epiſtola ad beatũ Auguſtinũ,& allegãt ad hoc Ambroſius &
Hebræ 4 Paulinus illud apoſtoli ad Hebræos:Viuus eſt ſermo dei & efficax,& penetrabilior om̃i gla E
dio ancipiti pertingẽs vſq; ad diuiſionẽ animæ & ſpũs.Verũtamen hoc ad literã de increa-
to ſermone,verbo æterno,vnigenito patris inducitur,vt textum intuenti pateſcit,⌊vt reue »
lentur ex multis cordibus cogitatiões.⌋ Verbũ iſtud intricatũ eſt,referriq́; poteſt ad parti- »
culam immediate præhabitã,vel ad id q̊d dixerat Symeon,poſitus eſt hic in ruinã,&c.

¶Ex hoc ergo ꝙ Chr̃s venit in quorũdam ſalutẽ,& ad aliquoꝝ maiorẽ dãnationem occa-
ſionaliter,vt dictũ eſt,itẽ ex paſſione ipſius,cõpaſſioneq́; matris eius factũ eſt, vt multoꝝ ho
minum cogitatiões quæ ante latebãt,reuelarẽtur,id eſt,p quoſdã effectus aut his proderent
ac declararẽtur.Ex dictis em̃ oſtẽſum eſt,quis bonis cogitatõibus deũ quæ fierit,qs in Chr̃m
crediderit,qs eius aduẽtũ ſyncere optauerit,qs etiã tpalia quærẽs,promiſſaq́; putãs in Chri-
ſti aduẽtu,in eũ tam pauperẽ,tã humilẽ & abiectũ credere ſpreuerit.Deniq; tẽpore paſſionis
Iudæi cogitatiões ſuas quas de Chriſto habebãt,manifeſtauerũt, dũ pro maxima parte ne-
gãdo ipſum,dicebãt verba quæ in Euãgelio ſcripta,aliqui vero manebãt ei aſtantes,ſicq́; ſu-
as de Chriſto cogitationes pandentes,ſecundum hunc ſenſum dictio,vt,tenet concomitan-
ter non cauſaliter,quia non ideo venit & paſſus eſt Chriſtus modo præfato,vt talis cogitatio
num manifeſtatio fieret,ſed illa ſequuta eſt p modum tuẽtis,vel ſic,vt reuelent,hoc eſt,in cõ
feſſione ſeu humili ſuĩ pſius accuſatione aperiant ex multis cordibus pctõrum cogitationes
iniquæ,quæ ante confeſſionem latebant,ſed merito paſſionis Chriſti data eſt,& datur homi
nibus gratia confitendi ſalubriter,ſicq́; dictio illa,vt,teneri poteſt cauſaliter aliquo modo,nã
Origenes ideo paſſus eſt Chriſtus,vt hominibus hanc gratiam męreret.Ita exponit Origenes,dicens:
Cogitationes malæ in hominibus erãt,quę propterea reuelatæ ſunt,vt occideret eas,ille qui F
pro nobis mortuus eſt.¶Poſtremo,fideles paſſionem Chriſti & compaſſionem Mariæ cor
dialiter attendentes,mox ſe de ſuis vanis cogitationibus rep̃hendunt,eaſq́; promunt modis
prætactis.Conſequenter recitat teſtimonium Chriſto impartitũ à fœmina ſancta.

⌊Et erat Anna prophetiſſa filia Phanuel de tribu Aſer.⌋ tam determinate deſcribitur pro- »
Gene.30 pter veritatis certificationem,& vt ab alijs quæ ſimili nomine vocabant diſtinguat.Aſer aũt
Deute.23 fuit vnus duodecim patriarchaꝝ filioꝝ Iacob.⌊Hæc p̃ceſſerat in diebus multis⌋.i.diu vixit »
& virtutibus magis proceſſit quàm annis quotidie augẽs merita ſua.⌊& vixerat cum viro ſuo »
annis ſeptem à virginitate ſua⌋ hoc eſt,à tempore quo eam adhuc virginem ſumpſit in cõiu- »
gem.⌊Et hæc vidua(fuit & manſit)vſq; ad annos octogintaquatuor.⌋ Vnde propter ſeniũ »
Leuit.19 ſuum honorabilior,fideq́; dignior fuit.Scriptum eſt em̃ in Leuitico:Coram cano capite cõ
Iob.12 ſurge,& honora pſonam ſenis.Iob quoq; ait:In antiquis eſt ſapientia,& in multo tpe prudẽ
tia⌊quæ non diſcedebat de templo⌋ non ꝙ ibi ſine interruptione pmanſerit,& omnia cor- »
pori neceſſaria egerit,quũ ſtatim ſubdat:Hæc ipſa hora ſupueniens.Itaq; dicit,non diſceſſiſſe
de templo,quia omni hora opportuna,imò frequenter p̃ cæteris ibi fuit,ſed de homine mul-
Lucæ.18. tum deuoto & diu in eccleſia pdurante dicimus,quòd ſemp eſt in eccleſia.Sic & Chriſtus te-
ſtatur:Oportet ſemp orare,⌊ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens⌋ deo,cui ſolo latriæ ſerui- »
tus eſt reddenda⌊nocte ac die⌋.i.competentibus imò & diuturnis atq; frequẽtibus vicibus »
diei noctiſq́;.¶Porro obſecratio proprie ponit ſpecies orationis,qua deum inuocamus per
commemorationem alicuius ſacri,vt cum dicimus,p paſſionem tuã libera nos Chriſte,vel p
bonitatem tuam me adiuua.Ieiunium autem ad orationem diſponit,ſobriã ac vigilem men
tem præ

A tem p̄ſtando, vitia carnis, ſomnolentiã, loquacitatẽ, pigriciamq́; pellendo, quæ oĩa ex edaci-
tate naſcunt. Ad illuminationẽ quoq;, omniſq́; gratiæ incrementũ ieiuniũ cõfert. Quãta aũt
ſit virtus orationis atq; ieiunij, cõſtat ex eo ꝙ de peſſimo genere dæmonioꝝ aſſerit Chriſtus Matt. 9
Hoc gen⁹ in nullo p̄t exire, niſi in oratione & ieiunio. Inſup vidua iſta plena fuit omni virtute
ſed ideo de iſtis duobus virtutũ actibus ſpecialr̃ cõmendat, quia in eis magis excreuit ac ful-
ſit, ſicut de Symeone habitũ eſt, cur ſpecialr̃ timoratus ac iuſtus vocet. Vnde ꝑ longa ieiunia
& frequẽtes ac feruidas orationes grãm prophetiæ aſcẽdit, Nã per vtrũq; mens eleuat ad de
um, ꝑ ieiuniũ quidẽ diſpoſitiue ac mediate, per orationẽ aũt directe, formalr̃ & immediate, ꝑ
quæ duo etiã peccata p̄cipue auferunt, ſicq; anima purificat & ſanctificat, inſtarq́; ſpeculi ter-
ſi peruij & politi capax ſit ſapientiæ copioſæ & illuſtrationis propheticæ, tanq̃ amica & con
ſiliaria creatoris, cui deus incerta & occulta ſapiẽtiæ ſuæ reuelat, iuxta illud Sapiẽtiæ: Sapien Pſal. 50.
tia in aĩas ſanctas ſe transfert, amicos dei, & prophetas cõſtituit. Si ergo & nos à vitijs emun Sap. 7.
dari, cõcupiſcentias refrenare, in gratia & virtutibus creſcere, dæmonibus p̄ualere, deſuꝑ il-
luſtrari & ſanctificari optamus, ieiunijs & orationibus indeſinẽter & feruide inſiſtamus, à tẽ
plo dei nõ recedamus q̃tũ ratio id ꝑmittit, vl̃ mẽte nõ abeamus. Obſecratio aũt eſt feruẽtior,
potior, magiſq́; impetratiua ſpũs orationis, ideo obſecratiõi inſtandũ eſt, ſicut eſt illud Pſal
miſtæ: Secundum miſericordiam tuã memento mei tu, propter bonitatẽ tuam domine. ⌊ Et Pſal 24.
hæc (beatiſſima Anna) ipſa hora, ⌋ diei purgationis Mariæ, qua Symeon tenebat puerulum
Ieſum in vlnis, ⌊ ſuperueniẽs ⌋ .i. templũ ſpũ ſancto monente ingrediens, quoniã ſpũ ſancto
reuelante cognouit quis eſſet & quid ageretur in templo, ⌊ confitebatur domino, ⌋ id ẽ Chri
B ſtum quem vidit p̄ſentem laudauit, eiq́; gratias retulit, quod iuxta prophetarum oracula ad
mundi redemptionẽ iam deſcendiſſet. ¶ Eſt aũt duplex confeſſio. ſ. laudis & culpæ. Prima Confeſſio duplex.
e confeſſione confitemur dei bonitatẽ & beneficia eius, de qua loquit Chrũs: Cõfiteor tibi pa- Matth. 11
ter. Secũda vero confitemur propria mala. Deniq; verba Annæ nõ ſunt ſeriatim deſcripta, Luc. 10
forte quia q̃tũ ad ſenſum ſatis coincidebãt cũ verbis Symeonis ac Zachariæ ſupra deſcriptis
Nam & ipſa feliciſſima Anna tantę extitit ſenectutis, quod cũ Symeone non immerito opta Lucæ. 1.
uit diſſolui viſo iam Chriſto, eiuſq́; aduentum expectare cũ patribus ſanctis in lymbo, & lo-
quebatur de illo, ſcilicet de Chriſto & eius aduentu beneficijs atq; myſterijs. Vnde patet, ꝙ
paulo ante per dñm intelligatur ad literã Chrũs, ⌊ oĩbus qui expectabant redemptionem
Hieruſalem. ⌋ Per Hieruſalẽ Iudææ Metropolim tota regio vel plebs Iſraelitica deſignatur.
Omnibus ergo qui deuote optabant ac præſtolabant liberationẽ populi Iſrael à iugo pecca-
ti & poteſtate diaboli, Anna hæc teſtabat Chriſtũ iam aduenille, & populũ Iſrael totũq́; ſecu
lũ liberaturũ nunc eſſe, intelligendũq́; eſt de oĩbus quibus opportune ſeu conuenienter pote-
rat loqui. ⌊ Et vt p̄fecerũt oĩa ſecundũ legem dñi ⌋ .i. poſtq̃ Maria & Ioſeph oĩa peregerunt,
quæ ſecundũ p̄cepta legis ad ritũ purificationis ſpectabãt, videlicet filiũ in tẽplo offerendo,
eũq́; quinq; ſiclis redimẽdo, hoſtias quoq; immolãdo legales, q̃uis ad nullũ iſtoꝝ (vt dictum
eſt) tenerent, ⌊ reuerſi ſunt in Galilæã (videlicet) in ciuitatẽ ſuã Nazareth, ⌋ quę dicit vrbs eo
rũ, quia habitauerũt ibidẽ anteq̃ venirẽt ad Bethlehem, Chrũs quoq; in Nazaret fuit conce-
ptus. ¶ Præterea ſecundũ Origenẽ, Bedã, multoſq́; alios p̄termittit hoc loco Lucas quædã,
q̃ à Matthæo Euãgeliſta nouit deſcripta, quõ. ſ. Ieſus poſt hæc ſit in Aegyptũ translatus, ne Origenes. Beda.
ab Herode occideret, & poſt mortẽ Herodis reductus ſit, tũcq́; cœperit Nazareth habitare. Mat. 2.
Itaq; ſecũdũ iſtos, anteq̃ Maria & Ioſeph cũ Ieſu venirẽt in Nazareth in Aegyptũ profecti Matt. 2
C ſint, dicũtq́; aliqui, ꝙ in Bethlehem à Hieruſalẽ redierũt, & à Bethlehẽ in Aegyptũ progreſ-
ſi ſint. Alij probabilr̃ dicũt, ꝙ à Hieruſalẽ nõ redierũt in Bethlehem, quia ob nullam cauſam à
Nazareth venerũt ad Bethlehem, niſi propter diſpoſitionem, vt patuit, idcirco expedito il-
lo negotio, reuertentes à Hieruſalem nõ ad Bethlehem, ſed ad Nazareth redierunt, in qua ve
lut in ciuitate patriæ, mãſioniſq́; ſuæ libentius morabãtur, & poſtea ex illa vrbe angelo nun-
ciante in Aegyptũ fugerunt. Cæteri quaſi mediam viam tenentes affirmãt, ꝙ à Hieruſalem
cœperunt reuerti in Nazareth atq; in via angelus loquutus eſt ipſi Ioſeph, vt cum matre &
puero fugeret in Aegyptum. Veꝝ quicquid horum dicatur, verum eſt quod Euãgeliſtæ ſin-
guli aliqua hincinde omittũt, quæ ab alijs nouerunt iam ſcripta vel ſpũ reuelante deſcriben-
da viderunt: ſic tamen, vt narrationis ſeu deſcriptionis ſuæ ſerie continuata, quaſi nulla prę-
termiſiſſe videantur, quæ alterius Euangeliſtæ penſata deſcriptione, quo loco tranſilita ſint,
diligẽs lector inueniet. ⌊ Puer aũt (ſecũdum ꝙ homo) creſcebat, ⌋ ætate & corporis q̃titate,
qui ſecundũ ꝙ deus æternus eſt atq; immẽſus, ⌊ & cõfortabat, ⌋ robore corporali ſecũdum
incremẽti mẽſurã, q̃uis omni momẽto poterat tantã corporis fortitudinẽ aſſumere & habe-
re q̃tũ iuſſiſſet ſeu voluiſſet vt deus, vel etiã vt homo cõprehenſor ſecundũ ſuperiorẽ ſuæ aĩæ
portionẽ, vt deitate fruentẽ. Tanta eñ extitit beatitudo aĩæ Chr̃i ꝙ redũdaſſet in corpus ip
ſius, dãdo illi quatuor dotes corporis glorificati, niſi diſpẽſatiue deus hoc diſtuliſſet, vt ĩ ep̃la Auguſtinus
ad Dioſcoꝝ aſſerit Auguſtinus. Inſuꝑ Chr̃s vt homo cõfortabat, ⌊ ſpũ ⌋ .i. in aĩa ſua à ſpiritu

ſancto, nō p grāæ vel virtutū aut donoꝝ augmentū ſiue profectū, ſed q̄tū ad oſtēſionē, qua ſe- D
cundū ætatis incrementū pfectionē ſuā magis ac magis monſtrauit ſeu alijs p effectū oſtēdit.
Iteꝝ cōfortabaꝭ à ſpū ſancto, imò à tota trinitate in aīa, inquantū indeſinēter aīa eius conſer-
uabaꝭ in fortitudine gratiæ ac virtutū à deo, quam in primæ ſuæ creationis inſtanti ſuſcepit
ab eo. De hac aūt re plenius in fine huius articuli erit dicendū, ⌊ plenus ſapientia, ⌋ q̄a ſecūdū
diuinitatē fuit ſubſtantialr̄ ipſa ſapiētia increata. Porrò ſecūdū hūanitatē expletus fuit mul-
tiplici ſapīa creata, vt poſt pauca diceꝭ, fuitq̄ ſapīa illa creata in ipſo pfecta ab incarnationis
Col. 2 principio, propter q̄d dicit Aplus, q̄ in ipſo ſunt oēs theſauri ſapīæ & ſciæ abſcōditi, ⌊ & gra-
Plenitudo gratiæ in Chriſto tia dei erat in illo. ⌋ Tanta eñi fuit plenitudo grāæ in eo ſcd̄m naturā humanā quantū valet ca-
pere mens creata, ita q̄ tota capacitas animæ eius fuit gratia dei repleta in ſuæ creationis ex-
ordio. De multiplici autem gratia quæ in Chriſto ponitur, ſtatim patebit. ⌊ Et ibant paren-
tes eius per oēs annos in Hieruſalem in die ſolenni paſchæ, ⌋ .ſ. Maria, & Ioſeph cū puero
Ieſu ſeptem annis in Aegypto morati ſunt, quo modo ſingulis annis pueritiæ Ieſu in Hieruſa-
Matt. 2 lem circa paſcha profecti ſunt. ¶ Præterea in Matthæo habeꝭ, q̄ Ioſeph angelo præcipien-
te rediēs de Aegypto in terrā Iſrael, audito q̄ ī Iudæa, cuius Metropolis fuit Hieruſalē, regna-
ret Archelaus filius Herodis, timuit illò ire, ideoq̄ ī Galilæā reuerſus ē atq̄ in Nazareth habi-
tauit. ¶ Qūo ergo quolibet anno iuit Hieruſalē, ſi timore Archelai nō audebat illuc accedere?
Exodi. 23 Inſup lex p̄cepit, vt tribus vicibus in quolibet anno omne maſculinū Iudæoꝝ appareret co-
ram dn̄o in loco ad hoc electo, hoc eſt in loco p̄cipuo cultus diuini, q̄ fuit Hieruſalē, p̄ſertim
poſtq̄ ibidē conſtructū eſt templū. Ergo quaratione ſemel aſcenderūt Hieruſalem, videtur,
q̄ ter aſcendere debuerunt. Et reſpondendū ad primū, q̄ Lucas loquiꝭ de tempore quo Ma- E
Auguſtinus ria & Ioſeph in Galilæa ſeu Nazareth ſunt morati. Ad ſecundum reſpondet Auguſtinus in
de conſenſu Euangeliſtarum dupliciter. Primo, q̄ licet Ioſeph timuerit in Iudæa morari Ar-
chelao regnante, ne eſſet conſpicuus inter turbam, tamē ingentem in qua facile quiuit latere,
ſecrete aſcendere potuit ne eſſet irreligioſus. Secūdo, q̄ Lucas loquiꝭ pro tēpore quo Arche-
Exodi. 23 laus nō timebaꝭ, defunctusve erat. Ad tertiū reſpondeꝭ, q̄ lex in Exodo iuſſit, vt oēs maſcu-
lus Iudæorum in tribus ſolennitatibus .ſ. paſchæ, pentecoſtes, & tabernaculoꝝ corā dn̄o ap-
pareret, ſed cū his qui habitabāt multū remote à loco præfato diſpenſabaꝭ quo ad duas ſolen-
nitates, videlicet pentecoſtes & tabernaculoꝝ. Maria aūt & Ioſeph à Hieruſalē remote ma-
nebant, idcirco ad principalem dūtaxat ſolēnitatē venerūt, legi obedientes, & obediendi ex-
emplū præſtantes. De mulieribus tamen præceptū non fuit ita venire, ſed ſi comitabanꝭ vi-
ros ex deuotione vel cōſuetudine fuit. Poſtremo quod ait, Ibant Hieruſalē in die ſolēni paſ-
chæ, non eſt intelligendū, q̄ in die illo tam celebri ibant, ſed q̄ iter ſic arripiebant, vt in illo
die in Hieruſalem eſſent, imò in vigilia paſchæ, quando agnus ſeu phaſe immolabatur, ibi eſſe
curabāt, vt manducarent de agno paſchali. Deinceps recitat Euangeliſta quo modo puer Ie-
ſus primo ſapientiam ſuam declarare ſeu meniſeſtare incæpit. ⌊ Et cū factus eſſet Ieſus anno-
rū duodecim, ⌋ ſecūdū q̄ hō, q̄ ſecundū diuinitatem idē ipſe æternalr̄ & īuariabilr̄ permanet,
⌊ aſcendentibus illis, ⌋ videlicet Maria & Ioſeph, ⌊ Hieroſolymam, ⌋ Sic eñi appellauit eam
Cōſuetudo bona vim legis obtinet. Salomon, quæ cōmuniter Hieruſalē nuncupaꝭ, ſituq̄ altior fuit q̄ Galilæa, ideo aſcendiſſe di-
cunꝭ, ⌊ ſecundū conſuetudinem diei feſti ⌋ .i. prout ſolitū fuit circa feſtiuitatem paſchalē, bo- F
na quippe & laudabilis conſuetudo vim legis haber, ideo ſine idonea cauſa omittenda non
eſt, ⌊ conſummatiſq̄ diebus ⌋ .i. expletis ſeu tranſactis diebus ad ſolēnitatem illam ſpectan-
Deut. 16 tibus, quæ ſeptē diebus durabat, iuxta illud Deuteronomij: Septem diebus comedes abſq̄ fer-
mēto. Verūtamen aliqui dicūt, q̄ octo diebus durauerit, quia & gloſa teſtaꝭ, octo prolonga-
baꝭ diebus, quod verū eſt cū præfatis ſeptē integris diebus, de quibus ait ſcriptura, Compu-
tādo diem eos immediate præcedentē, in cuius veſpera immolabaꝭ phaſe luna quartadeci-
Exodi. 12 ma, prout in Exodo fuit præceptū, ⌊ cū redirēt ⌋ .i. à Hieruſalē reuerti ad Galilæā inciperēt,
⌊ remāſit puer Ieſus in Hieruſalem, ⌋ nō abſq̄ multiplici cauſa, rationabiliſſimiſq̄ motiuis, vi-
delicet vt ſuā ſapīam tūc mōſtrare ad gloriā pr̄is īcipet, vt pueris, imò & cūctis exēplū perſi-
ſtēdi in tēplo, & in cultu ac opere dei p̄beret, vt zelū ſuū circa diuina ac patris honorē à pue-
ritia declararet, vt amore ſpūalis profectus in ſapiētia, ſciētijs atq̄ virtutibus carnales paren-
Beda. tes oſtēderet relinquēdos, ⌊ & nō cognouerūt parētes eius, ⌋ q̄ ibi remāſit, quia (vt Beda fa-
teꝭ) ad ſolēnitates p̄fatas veniētes atq̄ ad propria redeūtes, viri & fœminæ incedebant ſeor-
ſum, infantes aūt ac pueri cū quolibet parēte poterāt ire, ideo Maria putauit pueꝝ eſſe cū Io-
ſeph, & vice verſa. Sic nāq̄ ſeorſum tendebāt viri ac fœminæ, vt cōtinēdo deuotius ſolēni-
Origenes tatibus intereſſent. Verūtamen Origenes ſubtilius aliquid tāgit, neſcio tn̄ ſi verius. Imagina-
baꝭ equidē, q̄ ſupernaturalr̄, imperceptibilr̄q̄ elapſus ſit manus parentū, quēadmodū in euā-
gelio ſecundū Iohānem legiꝭ ſæpe elapſus manus Iudæoꝝ eū lapidare volentiū, quod qualr̄
factū ſit, infra diceꝭ. ⌊ Exiſtimātes autē illum eſſe in comitatu ⌋ .i. inter eos qui pariter incede-
bāt, ita q̄ Maria putauit q̄ eſſet in comitatu viroꝝ, Ioſeph aūt q̄ eſſet in comitatu mulierū,

⌊ vene-

A ⌊venerunt iter diei⌋.i. vnius diei iter confecerũt à Hieruſalẽ recedẽdo, ⌊& requirebãt eum
inter cognatos & notos.⌋ Cũ eñ in fine primi diei tã Maria ꝗ̃ Ioſeph aduerterẽt ꝙ cũ nul-
lo ipſoꝝ eſſet vel rediſſet Ieſus, nõ mediocriter ſolicitabant, idcirco die ſequẽti eũ in vtroq;
comitatu, ꝑſertim inter cognatos & vicinos ſeu notos & familiares diligẽtiſſime requirebãt,
⌊& nõ inuenientes eum⌋ inter illos, ad inſinuandũ, ꝙ carnalis amor atq; propinquitas, ſoci-
etaſq; humana plurimũ impedit à vacatione diuina, inuẽtioneq; Chriſti, ⌊regreſſi ſunt ĩ Hie
ruſalem (tertia die) requirentes eũ⌋ in ea vbicunq; putabãt ſpem eſſe ꝙ inueniret. Quo enim
plus diligebãt, eo vigilãtius & abundãtius quærebãt dilectũ, quia (vt ait Gregorius) vis amo Gregorius.
ris multiplicat intentionẽ, & ſtudiũ inquiſitionis. ⌊Et factũ eſt poſt triduũ,⌋ vtpote quarto Amoris vis
die, ⌊inuenerũt illũ in tẽplo,⌋ nõ in theatro, foro, ludorũ ve loco, vt pueri ſolent inueniri, ad
innuendũ, ꝙ filiũ dei ꝗ̃rere & inuenire optãtes, tẽplũ, oratoriũ, eccleſiã, ſeu locũ cultui dei, cõ
tẽplationiq; aptũ ingredi debẽt, nõ ſpectaculoꝝ aut tumultuũ loca, imò ſicut ꝗ libẽter ẽ in ec
cleſia propter diuina, filius dei credit adoptiuus, tanꝗ̃ libẽter cõſiſtẽs in domo p̃ris cœleſtis:
ſic ꝗ in tabernis & locis vanitatũ libẽter eſt, diaboli fili⁹ reputat, ⌊ſedẽtẽ in medio doctoꝝ⌋
ad deſignãdũ, ꝙ pueri, imò & cæteri debẽt ſe doctoribus applicare, à ꝗbus in virtutibus atq;
ſciẽtijs valeãt informari, ſecũdũ illud Eccĩ: Si videris ſenſatũ, ſtatim euigila ad illũ. Et iterum Ecci. 6
In multitudine prouerbioꝝ ſapientiũ ſta, & ſapĩæ illoꝝ ex corde cõiungere, ⌊audientẽ illos
& interrogantẽ.⌋ Audiuit doctrinã illoꝝ, nõ vt aliquid diſceret ſiue proficeret, ſed vt iuxta
prolata ab illis cõgruenter nõ extranee interrogaret, & ꝗa inter hoĩes cõuerſans, hũano, decẽ
tiq; modo habere ſe debuit, itẽq;, vt exẽplũ ꝑſtaret ſimplicibus, ꝑſertim pueris & minoribus,
B ꝗ̃uis peritis, vt magiſtros & ſeniores audire potius curẽt, ꝗ̃ docere ꝓſumãt, nec vana oſtenta
tione ſe iactẽt, ꝑſertim quũ ſcriptũ ſit: Sit oĩs homo velox ad audiendũ, tardus aũt ad loquen- Iacobi. 1.
dũ. Et iteꝝ: Nolite plures magiſtri fieri frẽs mei, ſcientes quia maius iudicium accipitis. Itaq; Iacobi. 3
poſtꝗ̃ illos audiuit, quæſtiones Chriſtus propoſuit, vt illos inſtrueret, atq; ad dei laudationẽ
induceret. ¶ Deniq; hic diſciplinæ rectus eſt ordo. Primo, diligẽter audire, deinde, circa au- Diſciplinæ
dita pertinẽter inquirere, iuxta illud Eccleſiaſtici: Audi tacẽs ſimul & quæ tẽs, & pro reueren ordo.
tia accedet tibi bona gr̃a, quo cõtra nõnulli nõ expectata reſponſione tentãt obijcere, ſeu nõ Ecci. 32
audita ad plenũ obiectione incipiũt reſpondere, nõ attendẽtes illud prouerbioꝝ: Qui prius
r̃ndet anteꝗ̃ audiat, ſtultũ ſe eſſe demõſtrat & cõfuſiõe dignũ. Propterea in Eccleſiaſtico ſcri Prou. 18
bit: Priusꝗ̃ audias, nõ reſpondeas verbũ. Quæ aũt fuerint Chriſti quæſtiones atq; reſponſa, Ecci. 11.
Euãgeliſta nõ exprimit, arbitror tamen ꝙ aliqua circa ſua myſteria atq; aduẽtũ ſuũ ſpectan
tia fuerit ſciſcitatus, vt daret eis agnoſcendæ veritatis occaſionẽ. ⌊Stupebãt aũt,⌋.i. vehe-
mẽter mirabant, ⌊oẽs qui eum audiebãt,⌋ ꝙ ſcilicet in puero tãtæ ætatis eſſet ſapiẽtia, elo-
quentia, maturitas, conſtãtia tãta, ꝑſertim tamen de ſapiẽtiæ eius eminẽtia. Nã ſubdit, ⌊ſup
prudẽtia⌋ eius intus manẽte, & ſumit hic prudẽtia pro ſapiẽtia, vel notitia ſcripturaꝝ, ⌊&
reſponſis eius,⌋ per quæ ſua interior prudẽtia patefiebat. Vnde elicit, ꝙ ſicut Chr̃us propo-
ſuit eis quæſtiones, ſic vice verſa, ſed ipſi ei tã prompte ac ſapiẽter reſpõdere nequibãt, vt eis
ipſe. Ex eodẽ equidẽ ſapĩæ fonte procedit apte interrogare, cõueniẽterq; reſpõdere. ⌊Et vi
dentes admirati ſunt⌋.i. cũcti ꝗ aderãt huic diſputationi, & corporalr̃ pueꝝ illũ intuebant ꝗ̃
facete, modeſte, reuerẽter ſe habuit, intellectualr̃ ꝗ̃q; videbãt ꝗ̃ ſapiẽs eſſet, admiratione reple
ti ſunt, ꝙ puer ille doctores ætate, ſtudio atq; hũana inſtructiõe prouectos tã incõparabilr̃ ſu
peraret, cuius ſimile nunꝗ̃ viderũt & forte nec audierũt, cũ ſit cõtra vel ſupra curſum & ordi
C nẽ reꝝ. ¶ Præterea ꝗ̃rit, cur Chr̃s duodecimo ætatis ſuæ anno ſapiam ſuã ſic orſus eſt decla-
rare? Ad ꝗd Græcus r̃ndet, ꝗa duodecimo anno penes hoĩes diſcretiõis ratio ꝑfici ſolet, vnde
nõ antea fecit hoc, ne phantaſticũ aut diabolicũ putaret. Poteſt ꝗ̃q; dici (vt tãgit Ambroſi⁹) Ambroſius
qm̃ duodenarius ap̃loꝝ nũerus fuit ad ꝑdicationẽ euãgelij eligẽdus. At vero affectuoſiſſima,
atq; pijſſima mr̃ viſo vnico ac ſupchariſſimo filio ſuo, tãto amplius eſt gauiſa ꝗ̃ de eius amiſ-
ſione plus fuit triſtata, verũtamẽ eũ alloqui nõ ꝓſumpſit, ꝗ̃diu vidit eũ cũ doctoribus occupa
tũ, ſed puer matrẽ adeſſe cõſpiciẽs actu illo cõpleto venit ad eã, ꝗ̃ mox maternis cõcuſſis viſce
ribus & ꝑ gaudio lachrymãs, fiducialr̃, humilr̃, dulciter, & affectuoſe, tanꝗ̃ mr̃ ait ad ipm̃. ⌊Fi
li ꝗd feciſti nobis ſic?⌋ & eſt verbũ hoc nõ quaſi increpatio, ſed quaſi pia & amoroſa cõquæ-
ſtio, ſeu auida inquiſitio, exponẽdũ. Nouerat nẽpe beatiſſima virgo filiũ ſuũ eſſe deũ & homi
nẽ, nec poſſe peccare, nec ſine rationabili cauſa quidpiã agere, ideo ſciſcitat. O fili ꝗd.i. cur fe
ciſti nobis ſic, nobis ignorãtibus in Hieruſalẽ remanẽdo ac ꝑ hoc tantã nobis triſtitiã ingerẽ
do, ꝗs noueras de tua abſentia taliter affligẽdos. O feliciſſima, incõparabiliſq; Maria, ꝗ̃ vni-
genitũ p̃ris æterni tã vere ac cõfidẽter filiũ vocat. ⌊Ecce ego & pr̃ tuus (putatiuus,) dolẽtes
(de abſentia) ꝗ̃rebamus te,⌋ cũ grãdi dolore, cuius doloris cauſam gloſa aſſignat, ꝗa timebãt
ne ꝗd puero in infantia facere molitus fuit Herodes, alij puero iã prouectioris ætatis inferrẽt,
videlicet Archelaus & alij. ¶ Sed nonne ſapiẽs virgo cognouit, ꝙ puer ideo venit, vt in virili
ætate pro mũdi ſalute crucifigeret? Et r̃ndendũ, ꝙ vtiq;, nihilominus metuere potuit, ne pu-

Origenes ero qui ad patiendū venit aliquid aduerſitatis accideret, q̄uis ſciret ſibi hoc cōtra ipſius volun D
tatē nō poſſe accidere. Deniq; Origenes circa hoc ſubtilr̄ ſcribit: Cur (inquiēs) q̄rebāt pueꝝ
cū dolore, an ideo, ne forte perierit ſiue errauerit? Abſit. Nunq̄ enī fieri potuit, vt ꝑditū for-
midarēt, quē dn̄m eſſe cognouerāt, & quē Maria ſe de ſpū ſancto cōcepiſſe perpēdit, ſed quo
modo tu, dū ſcripturas legis, q̄ris in eis ſenſum cū dolore & quodā tormēto, nō ꝙ ſcripturas
erraſſe arbitreris, ſed qm̄ veritatē quā continēt neſcis, & inuenire q̄ris, ſic illi q̄rebant Ieſum
ne forte eos relinquēs ad alia demigraſſet, & quod magis puto, ne forte reuerſus eſſet ad cœ-
los, cū ei placuiſſet iteꝝ deſcenſurus. Itaq; & nos dū peccādo amiſerimus Ieſum, protinꝰ cor-
dialiter doleamus & cū ſolicitudine ac mœrore eū quæramus, nec diſſolute & negligēter per-
Deut. 4 tranſeamus, vt illi qui quærūt, nec tamen eū inueniunt. Vnde in Deute. habet: Cum quæſieris
dominū deū tuū, inuenies eū, ſi tamen toto corde quæſieris eū, & tota tribulatione aiæ tuæ.
Tanto enī plus de perpetratiōe peccati & Chr̄i amiſſione dolere debemus, q̄ de tpaliū & cor
poraliū perditione, q̄to malū culpæ peius eſt malo pœnæ, & q̄to ſalus æterna ſeu incōmuta-
bile bonū maioris eſt bonitatis ac dignitatis q̄ tranſitoria vniuerſa. Nihilominus multi cæca
& miſera mente plus de tranſitorioꝝ ablatione, q̄ de gratiæ ac ſalutis perditione triſtantur.
⌊Et ait ad illos: Quid eſt ꝙ me quærebatis?⌋ quaſi dicat, Neceſſe non fuit me taliter quæri, »
cum tanta mœſtitia. Quibus verbis non increpat eos quaſi culpabiles, quia nec male egerūt
quærendo, ſed charitatiue & pie inſinuat, ꝙ aliter quærendus potius fuit, & quòd melius ac ſa
pientius facere potuiſſent, quàm fecerunt, ita quærendo inter cognatos ac notos, quemadmo
Mat. 26 dum Chriſti voluntas, de qua dixit: Pater non quod ego volo, bona fuit: & tamen qua dixit, E
ſed quod tu, melior fuit. Hinc ſubditur. ⌊neſciebatis,⌋ quaſi dicat, Vtiq; perpendere potui- »
Phil. 2 ſtis, ⌊quia in his quæ patris mei ſunt,⌋ id eſt in cultu & templo patris æterni, ⌊oportet me »
eſſe,⌋ qui veni ad hoc vt ſecundum formam ſerui quā accepi, patrem meum cœleſtem inde »
Iob. 8 ſinēter honorem. Vnde apud Iohannē Chriſtus ait de patre: Quæ placita ſunt ei, facio ſemꝑ.
Tanq̄ dicat, Primo ſui à vobis in templo nō inter cognatos quærēdus cæteris paribus, vel ad
uertere poteratis, ꝙ nō niſi in diuinis eſſem moratus. Hoc tn̄ pro tūc non tenebant̄ conſidera
re, ſed paulatim proficere debuerunt. Et Chrūs his verbis interrogat eos, nō vt reprehendat
quaſi peccātes, ſed vt inſtruat aliqua ignorātes, vt moris eſt his qui ex præcipua charitate lo-
quuntur. ⌊Et ipſi nō intellexerunt verbū quod loquutus eſt eis.⌋ Non eſt putandū ignoraſſe »
eos, ꝓſertim Mariā, ꝙ ꝑ patrem intellexerit deū patrē æternū, ſed plene non intellexerunt,
quid Chriſtus per iſta verba ꝓtenderet, hoc eſt per quem modum aſſereret ſe eſſe oportere in
his quæ patris ſunt, vtpote quantū ad locū & tēpus, aliasq; circūſtantias, & quo ad actus de-
terminatos, quia & verbū hoc multipliciter intelligi potuit, & Maria non ignorauit filiū ſuū
indeſinenter deo patri, actibusq; diuinis intentum, ſed quādo, qualiter, quoties oporteret eū
eſſe in templo, nō ita ꝓuidit diſtincte. ⌊Et deſcēdit cū eis, & venit Nazareth,⌋ à qua cum il- »
lis aſcendit Hieruſalē, de qua aſcenſione ſua ad feſtiuitatē legslem ꝑ Zachariā de ſeipſo præ-
Zach. 8 dixit, dicēs: Vadam etiā ego. Nam paulo ante ibidē habet̄. Hæc dicit dominus exercituum,
Vſquequo veniēt populi & habitēt in ciuitatibus multis, & vadāt habitatores vnuſquiſq; ad
alteꝝ, dicētes: Eamus & deꝓcemur faciē dn̄i. Quibus mox ſubdit̄: Vadā etiā ego. ſ. dn̄s exer-
cituū qui loquit̄ iſta. Non enī Zacharias de ſeipſo hoc ait, quod ſup Zachariā clarius demon
ſtraui, ⌊& erat ſubditus illis,⌋ qm̄ ſicut in ſeipſo humillimus fuit vt homo, ſic vſq; perfectū »
Phil. 2 in exterioribus humiliauit ſeipſum nō ſolum matri, ſed & nutritio & miniſtro ſe ſubdens, ſe F
cundum naturā aſſumptā & legem quā de honoratione parentū dedit, impleuit non neceſſi-
Mar. 15 tate, ſed dignatione & pietate. Non enī communi legi fuit aſtrictus, aut de neceſſitate ꝓcepti
Mar. 7 ſubiectus, ſed ſupra legē, nō ſolū ſecūdum diuinitatē, ſed & ſecundū humanitatē, vt à verbo
æterno aſſumptā & toti creaturæ ꝓlatā. ¶ Deniq; ſcd̄m gradus diuerſos poteſtatis altioris
determinādus eſt obediētiæ gradus. Ideo poteſtati in ſpūalibus, ꝓſidenti in illis eſt obedien-
dū, ꝓſidēti aūt in regimine reipublicæ, in talibus eſt obediendū, ſimilr̄ ꝓſidenti in regimīe do
mus atq; familiæ, in talibus obediendū eſt à domeſticis. Chr̄s aūt ſimplr̄ ſuperior fuit ſuis pa
rētibus, q̄bus tn̄ parebat & humillime, atq; promptiſſime ſeruiebat, dās oībus nobis, ꝓſertim
Ephe. 6 iunioribus, obediētiæ ac humilitatis exēplū, & vt nō ſolū carnalibus, ſed & ſpūalibus patribꝰ
ac ſenioribus obediamus, dicēte Apl̄o: Filioli obedite parētibus vr̄is ꝑ oīa. Debēr aūt filij pa
rētibus honorē reuerētiæ, ſicut in aſſurgēdo, honorē obediētiæ in omittēdo ſeu faciēdo, dū-
modo nō ſit impeditiuū ſalutis, itēq; honorē ſubuētionis neceſſariæ, pro loco & tpe. Hac er-
go Chr̄i humilitate vehemētiſſime ſupbia nr̄a cōfundit̄, rebellio nr̄a dānat̄, dū ſuperioribus
noſtris nō obtēperamus, quia dn̄s vniuerſoꝝ, qui etiā ſecundū naturā aſſumptā & verbo vni
tā, dignior, deoq; charior eſt toto vniuerſo, nō ſolū pauperi matri, ſed & fabro obediuit ligna
rio. ⌊Et mr̄ eius cōſeruabat oīa verba hæc⌋. ſ. verba & facta filij ſui, in corde ſuo, tanq̄ opti- »
ma ac docillima ſapiētiæ æternæ diſcipula, ſapiētiæ capaciſſima ac auidiſſima, & quicquid fi-
lius eius de cætero fecit aut dixit, cū ſumma veneratione pēſauit ac inde eminēter profecit,

non

A non vt puerum vel virum dũtaxat, ſed vt deum illum attendens, vnde nec ipſa nec Ioſeph, ſi-
ne debita reuerentia ei aliquid iniungere cõſueuerunt. ⌊Et Ieſus proficiebat ætate,⌋ q̄ a tem
pus quod ſibi accreuit, fructuoſiſſime expendebat, ⌊& ſapiã & grã apud deũ & hoĩes⌋.i. ve-
raciter coram deo & hoĩbus, deũ in oĩbus pura cõſcientia honorando, & proximos ædificã-
do, ſuam ſapĩam, perfectionẽ & grãm eis paulatim manifeſtãdo, ſecundũ q̄ ætate proceſſit,
vt p̱ hoc ad dei honorẽ & gloriã prouocarenť. Deniq; quo ad deũ, ſufficit bona conſcientia,
ſed propter hoĩes exigiť bona fama, exemplariſq; vita, quã qui negligit, ſecundũ Auguſtinũ Auguſtinus
crudelis eſt. Propter q̄d in Eccleſiaſte legiť: Melius eſt nomen bonum q̄ vnguenta p̄tioſa. Et Ecci.7.
alibi: Curã habe de bono noĩe. Apl'us quoq;: Prouideamus (inquit) bona non ſolum coram Ecci.41
deo, ſed etiã coram hominibus. Et alibi: Honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt. ¶ Poſtremo 2.Cor.8
iam diligẽtius inuiendũ, q̃uo Chriſtus profecit ſapĩa & gratia. Ad quod intelligendũ opor- 1.Theſ.4
tet aduertere, q̄ cũ Chriſtus ſit deus & homo in vnitate p̱ſonæ, duplex fuit in eo ſapientia. ſ.
increata, quæ eſt ipſummet verbũ æternũ ac diuina eſſentia, & creata, & iſta ſapientia Chri-
ſti creata multiplex fuit. Vna diciť beatoꝝ, qua à principio creationis aĩæ ſuæ, ipſe ſcd'm ani-
mã vt deo fruentẽ oĩa cognouit, in verbo ſeu in diuina eſſentia, ſicut beati in patria, imò mul
to excellẽtius eis. Inſup̱ fuit in aĩa Chr̄i à ſuæ creationis principio ſapĩa indita ſeu inſuſa, qua
cognoſcit res p̱ proprias eaꝝ ſp̄es ſibi concreatas, ſuæq; aĩæ cõnaturales & proporcionatas.
Nulla eñ naturalis p̱fectio defuit aĩæ Chriſti. Vnde queãdmodũ (ſecundũ Auguſtinũ) ver- Auguſtinus
bũ æternũ ſeu deus à principio indidit mentibus angelicis intelligibiles reꝝ ſp̄es, p̱ quas co-
B gnoſcũt res cognitione veſpertina, p̄ter cognitionẽ matutinã, qua res cognoſcunť in verbo,
ſic verbũ aĩæ Chriſti ſibi vnitæ indidit ſp̄es intelligibiles naturales. Præter has ſapientias ſeu
ſcientias ponunt quidã theologi in anima Chriſti ſciam acquiſitam ſeu experimentalem, quã
ſanctus Thomas primo negauit eſſe in aĩa Chriſti, ſed poſtea in tertia parte retractat hoc, & S.Th.3.par.
aſſerit talem ſcientiã in Chriſto ponendã, quia (vt ait) nihil eoꝝ defuit Chriſto, quæ deus in q.9.art.1.
natura humana plantauit, ideo Chr̄s habuit intellectũ agentem, eiuſq; operationem. Ope-
ratio aũt intellectus agentis eſt à phantaſmatibus intelligibiles ſp̄es abſtrahere, atq; in intel-
lectu eas poſſibili ponere, vt tertio de anima diciť. Itaq; in intellectu poſſibili animæ Chr̄i fue
runt ſp̄es intelligibiles ab intellectu agente illi impreſſæ, quod eſt ſcientiã acquiſitã, quã qui-
dã vocãt experimentalẽ, in Chriſto cõſiſtere, quæ habeť per modũ humanum naturaleq; lu-
men, de qua ad Hebræos ait Apl'us, loquens de Chr̄o: Didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiã Hebr.5
Et ſumiť ibi diſcere pro experiri. Chr̄s nãq; non didicit ab aliĳs ſcientiam acquiſitam, ſed p̱
propriã adinuentionẽ eam adeptus eſt. Hæc ſecundũ Thomã in tertia parte inducta eſt. Ex
quibus oſtendiť, q̄ Chr̄s in nulla ſapĩa ſeu ſcientia p̄nominata p̱fecit, q̄tũ ad habitum illius,
niſi in ſcientia acquiſita. Fuit quoq; aĩa Chriſti indeſinẽter æque p̱fecte in actu ſapientiæ bea
toꝝ, ac ſapientiæ inditæ ſeu inſuſæ, vnde in nulla eaꝝ profecit, niſi quantum ad manifeſtati-
onem, ſed in actu ac habitu ſapientiæ acquiſitæ profecit, ſecundũ ponentes illam in ipſo. Inſu
per fuit in aĩa Chriſti ab incarnationis exordio grã habitualis, tanta, tãq; p̱fecta, vt p̱ ipſam, 1.Cor.6
& de plenitudine eius vniuerſis fidelibus qui mẽbra eius vocanť influere poſſit ſp̄ualem ſen- Ephe.5
ſum ac motũ virtutũ viuificũ, quemadmodũ caput influit mẽbris motũ naturalem ac ſenſum
Hinc grã habitualis & gratia capitis poniť ſecundũ rẽ, vna, eadẽq; Chr̄o, in qua etiã ſecũdum
rem nunq̄ profecit, ſed ſecundũ manifeſtationẽ dũtaxat, imò grã illa tãta fuit & eſt in Chr̄o, Gratia vnionis
q̄ mens creata maioris grãe capax nõ eſt. Poniť q̄q; in Chr̄o grã vnionis q̄ ſcd'm quoſdã eſt in Chriſto
C ipm̄ eſſe increatũ verbi, hũanitati Chr̄i cõmunicatũ. Aliqui tñ affirmãt q̄ grã vnionis i Chr̄o
ſit q̄d creatũ, ſed illi grãm vnionis aliter ſumũt. Vnde diuerſitas hoꝝ conſiſtit in verbis. Itaq;
q̄ñ humanitati Chr̄i à principio ſuæ creatiõis cõmunicata ē hypoſtatica vnio cũ verbo p̄ter
no q̄d eſt ſup̱ omne donũ creatũ, etiã ex tũc ei data eſt plenitudo grãe & donoꝝ ſapĩæ ac vir-
tutũ, beatitudinũ quoq; & fructuũ, imp̱fectionẽ in ſua ratione nõ includentium.

¶ Enarratio Cap. III. Anno aũt quintodecimo. Arti. VIII.

Q Vemadmodũ Chriſti annunciationẽ, conceptionẽ, natiuitatẽ, cir- Luc.1.
cũciſionẽ, nominationẽ, pueritiã deſcripturus Euangeliſta, præmi Luc.2
ſit de p̄curſoris annũciatione, cõceptione, cæteriſq; p̄dictis: ita nũc
de Chr̄i p̄dicatiõe, baptiſmo, & geſtis ſcripturus, p̄mittit de p̄dica-
tione, baptiſmate, factiſq; p̄curſoris, q̄ a p̄ambula & acceſſoria ſunt
ad Chr̄i documẽta, & geſta. ⌊Anno aũt quintodecimo imperĳ Ti
berĳ Cæſaris,⌋ qui Octauiano imperatori, cuius & filiã habuit cõ
iugẽ, in imperio immediate ſucceſſit. Octauianus aũt annis quin-
quagintaſeptẽ regnauit, & anno q̄dragesimoſecũdo imperĳ ei9 na
ti ſunt Chr̄s & p̄curſor eius: ſicq; quindecim annis ſub Octauiano
in mũdo hoc cõuerſati ſunt, & quintuſdecimus annus imperĳ Tyberĳ fuit triceſimus annus
ætatis Chr̄i ac p̄curſoris, q̄ anno geſta ſunt, q̄ paulo poſt deſcribunť, ⌊procurãte⌋.i. p̱ modũ

procuratoris regēte,⌊Pontio Pilato Iudæā.⌋ Dicūtq; aliqui, ꝙ Pontius fuit propriū nomē D
eius, Pilatus vero agnomē. Alij ꝓbabilius aſſerūt, ꝙ propriū eius nomē fuit Pilatus, Pontius
Beda aūt vocatus ſit à Pontio inſula, in qua ſtetit, q(ſecundū Bedā) duodecimo anno impij Tybe-
rij ad regēdā Iudæā ab Imꝑatore hoc miſſus eſt. Iudæa q̄q; hic ſumit̃ nō pro toto regno Iudæ
orū, ſed pro ea parte Iudææ, q̄ fuit Archelai, vt ſtatim dicet̃, ⌊Tetrarcha aūt Galilææ (exiſtē »
te) Herode⌋ Antipa, qui decollauit Iohannē, fuitq; filius Herodis qui occidit infantes. Porrò »
Tetrarchia dicitur quarta pars regni, à tetra quod eſt quatuor, & archos quod eſt princeps,
vnde Tetrarcha vocat̃ princeps quartæ partis regni. ⌊Philippo aūt fratre eius (exiſtēte) Te »
trarcha Itureæ & Traconitidis regionis,⌋ quæ duæ prouinciæ reputabantur quarta pars re »
gni totius Iudææ, quod fuit regnum Herodis Aſcalonitæ patris fratrum iſtorum. Deniq; iſte
eſt Philippus, cuius vxorem, puta Herodiadem, abſtulit ei frater ſuus Herodes Antipas, quē
Mar.6 ob hoc increpauit Iohānes, ⌊& Liſania (exiſtēte) Abilinæ,⌋ prouinciæ ſic vocatæ, ⌊Tetrar »
cha.⌋ Liſanias ſecundū Bedā fuit filius Herodis Aſcalonitæ. Ioſephus vero affirmat, ꝙ fuit »
Beda nepos ipſius, vt pote filius Ptolomæi cuiuſdā ex Alexandria ſorore p̄fati Herodis, quod veri
Ioſephus us credit̃. Beda autem nomen filij forſitan extenſe accepit, prout nepotes alicuius filij eius di-
cuntur. ¶Præterea aduertendū, ꝙ Herodes Aſcalonita ſex habuit filios, quorum tres ipſe ad-
huc viuens occidit, ipſoq; mortuo, tres reliqui filij eius, videlicet Archelaus, Herodes Anti-
pas, & Philippus contendebant de regno patris habendo. Tandem Octauianus Imperatot
de ſenatus conſilio regnum Herodis Aſcalonitæ defuncti diuiſit in quatuor partes, dans du-
as Archelao, puta Iudæam & Idumæam, tertiam vero Herodi Antipæ, videlicet Galilæam, E
quartam Philippo, vt pota Ituream & Traconitidem regionē. Archelaus demū decimo ſui
do. ainij anno apud Imperatorem de tyrānide accuſatus, à principatu depoſitus eſt, atque in
exiliū relegatus, & extunc vna pars principatus ſui. ſ. Iudæa, cœpit per procuratores & offi-
ciales Romanorū adminiſtrari, quorum quintus legitur fuiſſe Pilatus, ⌊ſub principibus ſacer »
dotū Anna & Caipha,⌋ non ꝙ iſti duo ſimul pontifices fuerunt, ſed Annas pontifex fuit an- »
Mat.3. no quo p̄curſor orſus eſt p̄dicare, Caiphas aūt anno quo paſſus eſt dominus. Tempore autem
Marc.1. intermedio inter hos duos pontifices fuerunt & alij tres ſibi inuicem ſuccedentes, videlicet
Iſmahel, Eleazarus, & Symon. ¶Refert equidem Ioſephus, ꝙ tunc ſub imperio Romanorū,
Ioſephus ſacerdotium fuit irreuerenter venale, itaꝙ præceptis legis de ſucceſſione pontificum p vim
& ambitionem ceſſantibus, nulli honor pontificatus, vitæ vel generis merito p̄ſtabatur. Vn-
Valerius de Valerius Gracchus: Anna à pontificatu remoto, Iſmahelē filiū Baphi deſignauit pontificē
quo poſt modicū tp̄is abiecto, Eleazarū Ananiæ pontificis filiū ſubrogauit, quē poſt annum
amouit & Symoni Caphi filio epiſcapatū tradebat, qui nō plus q̄ p annū pontifex epūs ſuc-
ceſſorem accepit Ioſephū, qui & Caiphas dictus eſt. Itaq; de his duobus facit Euāgeliſta (alijs
omiſſis) mentionē, q a ad Chr̄i magis ptinent paſſionē ac pſequtionē, frequētius q̄q; dicunt̃
ſibi in pōtificio ſucceſſiſſe & ꝙ affinitate cōiuncti fuerūt, ⌊factū eſt verbū dn̄i ſup Iohānē Za »
chariæ filiū in deſerto.⌋ ¶Ecce q̄ ſolenniter deſcribit Euāgeliſta tēpus, q̄ diuina reuelatio fa »
cta eſt p̄curſori de p̄dicando ac baptizādo. Et cur hoc, niſi propter reuerētiam & magnificē
Origenes tiam eius, cuius ille fuit annunciator, videlicet Chr̄i? Deniq; iuxta Origénē in libris prophe
tarū, vbi cōmemorat̃ tēpus reuelationū eis factarū, ſolū Iudæorū deſcribit̃ regnū, q̄m ſermo- F
nes prophetarū ad ſolos fiebant Iudæos. In deſcriptione vero euāgelicæ reuelationis ac p̄di-
cationis q̄ toti mūdo fuerat nūcianda, imperiū Romani dominatoris, qui toti orbi videbatur
dominari, deſcribit̃, quia tñ & Iudæis fuerat euangeliū p̄dicandū, deſcribunt̃ & Tetrarchę eo
rū, imò q̄m Chriſtus quē Iohānes p̄dicaturus fuit, rex & ſacerdos ſeu pontifex eſt, tēpus p̄di-
cationis Iohānis recte p regnū & pontifices eſt deſcriptū. Itaq; factū eſt verbū dn̄i ſup Iohā-
nē. i. diuina iuſſio facta eſt Iohāni, ſiue p inſpirationē internā, angelicā, vel diuinā, ſiue p exte
riorem angelicā apparitionē & alloqutionē, vel p imaginariā viſionem. Non eñ determi-
nat Euāgeliſta q̄ō factū ſit verbū dn̄i iſtud ſup Iohānē, nec exprimit an in vigilia vel in ſom
no, nec dubiū quin ante hoc tēpus diuinæ illuminationes, inſpiratiōes, & alloqutiōes frequē
ter ſint factæ beatiſſimo p̄curſori, ſed nūc primo facta eſt ſibi p̄ceptio exeūdi de deſerti ſecre-
to, & veniēdi in publicū, ad p̄dicādū ac baptizādū, ⌊& venit in omnē regionē Iordanis⌋. i. »
ad loca Iudęæ circa fluenta Iordanis. Q̄m enim gr̄a baptizādi aduenit, loca aquis propinqua
accedere debuit, ⌊p̄dicans baptiſmū pœnitētiæ in remiſſionē peccatorū.⌋ ¶Hoc dupliciter »
explanat̃. Primo de baptiſmo Chr̄i. Secūdo de baptiſmo Iohānis. Primo modo iſte eſt ſen-
ſus, Prædicās. i. de proximo futurū ac dandū annūcians, ſuſcipiendūq; hortās Chriſti baptiſ
mū, quē Chr̄s p apl̄os, cęterosq; diſcipulos ſuos dedit. Nō eñ pſonal̄r baptizauit, ſed diſci-
puli eius eo iubēte, vt patet in Iohāne. Dicit̃ quoq; baptiſmus Chriſti, quoniam eum inſtitu-
Iohā.4 it, & à merito eius efficaciam habet, gratiamq; ſortitus eſt ſicut & cætera legis euangelicę ſa-
Matt.3. cramēta. Itaq; Iohānes auditoribus ſuis p̄dixit inſtare Chr̄i baptiſmū, vt īfra, in iſto habetur
Marc.1. capitulo & in Matthæo & Marco. Dicitur autem baptiſmus Chr̄i, baptiſmus pœnitentiæ,
quia

A quia adultis non datur nec prodeſt, niſi pœniteant. Propter quod in Actis Petrus ait Iudęis: Pœnitentiā agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine Chriſti Ieſu in remiſſionē pctōrum. Acto. 2 Nec obeſt quod ait Ambroſius: Baptiſmalis grā non requirit gemitum, neq; plāctum, Ambroſius. quia vel de infantibus loquitur, vel de pœnia exteriori quæ dr̄ punitio mali, vel ſatisfactiōe pro pctō, non de pœnia interiori quæ eſt diſplicentia, ſeu deteſtatio culpæ. ¶ Inſuper baptiſmū iſtum prædicauit in remiſſionem pctōrum, docendo, quòd Chriſti baptiſmus pctā deleret, grāḿq; conferret. Secundo exponitur de baptiſmo Iohānis, hoc eſt, de baptiſmo quem dedit, quem prædicauit, quia ad eum accipiēdum plebē admonuit, qui baptiſmus pœniæ dr̄, quia quos baptizauit, ad pœnīam hortabatur, & qui baptiſmū illum accipiebāt, ſua pctā confitebātur, ſićq; ſe pœnitere monſtrabāt. Rurſus ad hoc baptizauit, vt baptiſmū ſuum ſuſcipientes, per illā lotionem in aqua ad cordialem contritionem & humiliationem prouocarentur, ſićq; ad ſuſcipiēdum deuote baptiſmū Chriſti, & grām eius diſponerentur. Sic quoq; baptiſmus Iohānis fuit in remiſſionem pctōrum, non cauſaliter ac directe, ſed diſpoſitiue ſeu præparatorie, quia p modum prætactum baptiſmus Iohānis aptauit, pparauit́q; homines ad Chriſti baptiſmū, vt & infra dicetur. Gregorius Primo modo exponit Gregorius, dicens: Baptiſma quod pctā ſolueret, quia dare nō potuit, pdicabat, vt ſicut incarnatum pr̄is verbum pcurrebat verbo pdicationis, ita baptiſmū pœniæ quo pctā ſoluuntur, pcurreret ſolo baptiſmate, quo pctā ſolui non poſſunt. Conſequenter pdicatio & doctrina Iohānis teſtimonio cōfirmatur prophetico, vt credibilior cōprobetur: ⌊ ſicut ſcriptū ē in libro ſermonū Eſaię pphetę ⌋. i. ſicut Eſaias de Iohāne Eſa. 40 pdixit, qui beatiſſimus Eſaias tam luculenter ac plene Chriſti atq; eccleſię myſteria prænūtiauit,

B ſed & de Chriſti præcurſore vaticinatus eſt tam aperte, vt non ſolū Propheta, ſed & Euāgeliſta dicendus ſit, cuius librum Lucas rite appellat librum ſermonum, ppter eloquentiam eius & ſniaꝝ maieſtatē, item cū libri illius magnitudinem, qui numero capl'oꝝ cæteros excedit Prophetas. Quid autem ibi ſcriptum ſit, ſubditur: ⌊ Vox clamātis in deſerto ⌋ Per vocē intelligi poteſt ſermo Iohānis. Vel ipſemet ſanctus Iohānes. Iohan. 1 Primo igitur ſenſus eſt: Vox clamātis. i. doctrina, pdicatio, ſeu ſermo Iohānis, in heremo pdicātis eſt iſte qui ſubditur: ⌊ Parate viā domini ⌋. i. Chr̄o oīm dn̄o, diſponite, facite, parate, pbete mediū veniendi ad vos p fidei ac grǣ infuſionem, hoc eſt, obſtacula grǣ, impedimēta virtutum, videlicet, obliquitates viriorum, ſeu pctā cūcta abijcite, ad fidem & gratiam vos parate, pœnīam agite, quod in vobis eſt facite. ⌊ rectas facite ſemitas eius ⌋. i. pcepta, conſiliáq; diuina p quoꝝ obſeruationē itur ad deum pure & irrephenſibiliter adimplete. Iſtæ ſunt viæ dn̄i ex parte noſtri. i. viæ per quas aptamus nos ad dei aduentum, videlicet ad ſuſcipiendā gratioſam inhabitationem ipſius, vel virtutes & grām eius, à pctō recedere, & bona peragere, de quibus duabus vijs fertur in Pſalmo: Declina à malo, & fac bonū. Pſalm. 33 ¶ Porro viæ dn̄i ex parte ipſius p quas venit ad nos ſunt miſericordia & iuſtitia, de quibus cātamus: Vniuerſæ viæ dn̄i miſericordia & veritas, itē Pſalm. 24 charitas & liberalitas eius quæ ad miſericordiā credunt. Semitæ aūt propriæ nominantur itinera ſecretiora & compendioſiora. Viæ vero itinera aptiora & cōmuniora. Idcirco p viam intelligi poſſunt pcepta, p ſemitas aūt conſilia, quę directius ducūt ad deum. De qbus in Prouerbijs ſcriptū eſt: Viæ eius. ſ. dei, viæ pulchræ, & oēs ſemitæ eius pacificæ, atq; in Pſalmo: Prouer. 3

C Vias tuas dn̄e demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Pſal. 24 Inſup ſicut corpalis via paratur quādo corporale mediū ſit, ſeu pficitur, p quod de vno loco ad alium pcedatur, ſic ſpūalis hæc via dei paratur, dū p contritionē à malo receditur & actiōi virtuoſæ inſiſtitur, ſic em̄ deus venit ad nos dona grǣ infundendo aut infuſa pficiendo. Secundo p vocē intelligitur ipſe præcurſor, quēadmodū apud Iohānem quærentibus Iudæis. Tu quis es? Reſpondit: Ego vox clamantis in deſerto. Iohan. 1 Dicitur enim vox p ſimilitudinem ratione ſui officij, quia vt vox ordine naturæ prior eſt verbo, ſic Iohānes Chriſtum pceſſit. Iteꝝ ſicut vox rem ſignificatā notificat, ſic Chr̄m Iohānes monſtrauit. Rurſus, ſicut vox ſonat & trāſit, & verbū in audientiū corde relinqt, ita Iohānes pdicando ſonuit, & p martyriū ad pres deſcendit, ſed Chr̄m in terra atq; in credētium corde deſeruit. ¶ Poſtremo, ſicut verbū & vox ſimul ſunt tpe, & tñ vox pfato modo prior eſt verbo ſic Chr̄. & Iohānes ſimul in mūdo vixerūt, & tñ Iohānes modico tpe Chr̄m pceſſit natiuitate pdicatiōe, baptizatiōe, ac paſſiōe. Veruntñ ſicut verbū mētale prius eſt voce in eo q loquitur, ſic Chriſtus ſcdm̄ quod eſt verbū pr̄is æterni, fuit & eſt prior Iohāne. Dicitur quoq; Iohānes vox clamātis. i. Chriſti, ſeu ſpūs ſancti p ipſm loquētis. Deus em̄ loquebatur p ipſm, ſicut & Paulus ait: An experimentū quęritis eius q in me loquitur Chriſtus? 2. Cor. 13 ⌊ Om̄is vallis implebitur ⌋. i. omne cor humile donis grǣ copioſe ditabitur, humilitas em̄ ad oēm virtutē & grām pparat mentē, ſicut ſupbia ad om̄e pctm̄. Et ſicut ſtillicidia à cacuminibus montiū deſcēdunt ad baſſitudinē valliū, imò quo valles ſunt profundiores eo abundantior in eis colligitur aqua, ſic chariſmata ſpūs ſancti relictis ſupbis ad humiliū corda deſcēdūt, atq; in eis quieſcūt, & tāto exuberātius colligūtur, q deo pfundius ſubſternūtur, ⌊ & oīs mons ⌋. i. ſupbus & alij eminēs ⌊ & collis ⌋ hoc eſt, ſuperbus minor ſiue inferior, ⌊ humiliabitur, ⌋. i. à deo ſpernetur, deprimetur, damnabitur.

Lucæ.18 Hoc eſt quod loquiť Chriſtus: Omnis qui ſe humiliat, exaltabiť: & qui ſe exaltat, humiliabiť. D
1.Petri.5 Hinc Petrus: Humiliamini (inquit) ſub potenti manu dei, vt vos exaltet in tpe viſitationis. In
Iob.23 Iob quoq; legiť: Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Et in Eccleſiaſtico: Deus ſupbis reſiſtit,
Iaco.4 1.Pet.5 humilibus aũt dat grãm ⌊& erũt praua⌋ hoc eſt, corda vitioſa cõuertenť & fient, ⌊directa⌋ »
hoc eſt iuſta, & ſcd̃m rectitudinem æquitatis dirigenť, ⌊& aſpera in vias planas⌋.i. feroces, »
rebelles, diſtortiq; moribus erunt odientes & ſimplices, ita q verbũ dei ingrediať ad eos faci
liter & indurati per grãm mollificabunť. Hęc per pdicationem Iohãnis fieri inceperunt, quia
multos conuertit. Deinde per Chriſti diſcipulorumq; eius euãgelizationem completa ſunt.
¶Inſuper per valles intelligi queunt corda carnalium, per terrenã affectionem depreſſa, quę
per diuinoꝝ amorem impleta ſunt. Per montes vero & colles corda vanoꝝ per mundanam
vanitatem erecta, quæ per propriæ defectuoſitatis illuminatã recognitionẽ humiliata ſunt,
in primo ſaluatoris aduentu. Porro offuſcati quidã Iudæi inductã Eſaiæ authoritatem de val
lium impletione &c. corporal̃r nimis ruditerq; exponunt, affirmãtes in aduentu Meſſiæ, ter
rã penitus complanandã vt Iudæi per orbem diſperſi, ſine difficultate itineris expeditius cõ-
fluant ad Iudæã, quod ſuper Eſaiã plenius reprobaui. Rabbi Moſes quoq; hoc reprobat. Ve
runtñ quidã catholici ita exponunt ad lr̃am de terræ complanatõe per montiũ depreſſionẽ,
& vallium eleuationem ſeu impletionem, referendo ſcripturã hãc ad ſecũdum Chriſti aduẽ-
tum circa quem terra diciť complanãda ⌊& videbit omnis caro (.i. oĩs hõ) ſalutare dei⌋ hoc »
eſt, Chriſtum per quem ſcd̃m quod homo eſt, deus pr̃ ſeu trinitas genus humanum ſaluauit,
2.Cor.5 dicente Apoſtolo: Deus erat in Chriſto mundũ reconciliãs ſibi. ¶Deniq; Chriſtũ in mundo
hoc conuerſantẽ omnis homo.i. aliqui de oĩ genere hoĩm corporal̃r aſpexerunt, qa & mul E
Iohan.12 ti gentiles ſic eum intuiti ſunt, præſertim in die Palmaꝝ, quãdo phariſæi dixerunt: Ecce to-
tus mũdus abijt poſt eum, ſicq; eſt hic diſtributio pro generibus ſinguloꝝ, nõ pro ſingulis ge
Iohel.2 Eſa.66 netũ, ſicut in Iohele dñs ait: Effundã de ſpũ meo ſup oẽm carnẽ. Et Eſaias inqt: Cadauera vi
roꝝ puaricatoꝝ erũt ad ſacietatem viſionis omni carni. Ex quibus locis id etiã innoteſcit, q
in ſcripturis frequenter poniť pars pro toto, & caro pro hoĩe. ¶Spũaliter vero p fidẽ & ſapiæ
donũ multo plures in toto mũdo viderũt, & cõtemplati ſunt ſaluatorẽ, quẽadmodũ de gẽtili
bus cõuerſis vaticinatus eſt Eſaias: Quibus nõ eſt annũtiatũ, viderũt: & q nõ audierũt, cõtem
Eſa.52 Hebr.2 plati ſunt. De qua viſione ad Hebræos ſcribit Apl̃us: Videmus Ieſum ppter paſſionẽ mortis
gloria & honore coronatũ. Aliq aũt referũt verbũ iſtud ad ſcd̃m Chr̃i aduentũ, in quo oĩs ca
Apoca.1 ro.i. electi & reprobi Chr̃m videbũt in ſolio maieſtatis, ac ſede iudicij, iuxta illud Apocaly.
Beda. Ecce venit cũ nubibus, & videbit eũ oĩs oculus, ſic exponit Beda ſequẽs Gregoriũ, ſumens di
ſtributionẽ eius qd dr̃ oĩs caro pro ſingulis geneꝝ. Veruntñ vltima particula authoritatis
hic ab Euãgeliſta allegata, videlicet, videbit oĩs caro ſalutare dei, in Eſaia cũ pcedẽtibus ver-
Eſaię.40 bis quæ in Eſaia ſcripta ſunt, ſecundum tranſlationem Hieronymi non habetur, quantũ ad
formã verboꝝ, tñ quoad ſenſum ſatis ibi iucludiť, cũ diciť: Et reuelabiť gloria dñi. Cuius ſen-
ſus eſt: Filius dei oñdeť. Etenĩ filius gloria pr̃is vocať, quẽadmodũ ſcriptũ eſt: Filius ſapiẽs glo
ria pr̃is. ⌊Dicebat aũt ad turbas quę exibãt vt baptizarenť ab eo⌋ de qbus in Matthæo legiť: »
Matt.3 Tũc exibat ad eũ Hieroſolyma & oĩs Iudęa, & oĩs regio circa Iordanẽ ⌊Genimina viperaꝝ⌋ »
hoc eſt, filij ſerpentũ, vel hoĩm venenatoꝝ, calliditate criminibuſq; plenoꝝ, de qbus ſeu qua
Ezech.2 libus dñs ait Ezechieli: Subuerſores & increduli ſunt tecũ, & cũ ſcorpionibus habitas, hoĩes F
quippe noĩbus beſtiaꝝ exprimunť, q a illaꝝ proprietatẽ ſequunť, idcirco aſtuti & callidi pun
gitiui, nociui, recte ſerpẽtes ſeu viperę nominanť, ⌊qs oñdit vobis fugere à ventura ira⌋.i. »
à diſtricto dei iudicio & dãnatione æterna. Tanq̃ dicat: Ita impie vixiſtis & ſecure peccaſtis
quaſi diuinã poſſetis effugere vltionẽ. ¶Præterea aduertendũ, q in turba illa fuerũt aliqui bo
ni ac pœnitentes, præſertim vulgares, qui recta intentiõe venerũt, vt baptizarenť, aliq quoq;
peruerſi & ficti, qui non ex deuotione, ſed malignitate venerunt. Quantum ergo ad primos
poſſunt hæc verba eſſe cõmẽdatio pœnitentiũ, quos nominat genimina viperaꝝ, nõ q pr̃m
ſuoꝝ ſequanť malitiã, ſed in laudem filioꝝ proferať, q cum ſint filij iniquoꝝ, nihilominus be
ne ſe habeãt, quibus & dicitur: Quis oſtẽdit vobis fugere à vẽtura iræ? id eſt, quis docuit vos
pęnitere, & vitã corrigere, atq; ad baptiſmũ venire, p quæ æterna vitatur damnatio? quaſi di
cat: Non à vobiſipſis nec à patribus veſtris, ſed à pietate & gr̃a dei, hoc accepiſtis. Ita expo
Ambroſius. nit Ambroſius: Quantum vero ad malos ſunt verba hæc increpatio impœnitentium, ſecun-
dum ſenſum prætactum & illi fuerunt phariſæi & aliqui Sadducæi. Vnde in Matthæo legiť:
Matth.3 Videns Iohannes multos Phariſæoꝝ & Sadducæoꝝ veniẽtes ad baptiſmũ ſuũ, dixit eis: Pro
Origenes genies viperaꝝ, qs demõſtrauit vobis fugere à vẽtura ira? ¶Deniq; ſcd̃m Origenẽ: Vipera
vt fertur marẽ coeundo necat fœtuſq; viperæ, exeũdo mr̃em occidit, ſciſſo vtero eius, in vin
dictã quodãmodo genitoris ſui perempti. Itaq; patricida eſt proles viperea, taleſq; erãt Iu-
dæi qui pr̃es ſuos ſpũales atq; doctores interficiebãt. Conſequẽter increpatis & in periculo
dãnatiõis cõſtitutis, proponit compendioſum cõſiliũ. ⌊Facite ergo fructus dignos pœniæ⌋ »
Hoc eſt,

A Hoc eſt, actus pœnitentiales interiores & exteriores peragite, ſcd̃m exigentiam ſeu menſurã
multitudinis, magnitudiſq; culpaꝝ veſtraꝝ, videlicet intus cordialiter de peccatis dolendo,
ore plenarie confitendo, & opera ſatiſfactoria perpetrãdo, tanto vtiq; amplius atq; perfe-
ctius, quò plura & maiora extãt pctã. Contritio quippe (ſcd̃m Hieronymum) debet æquari
pctõ, vt ſcd̃m menſurã grauitatis & numeroſitatis peccati, ac magnitudinẽ delectatiõis, ſeu Hieronymus.
cõplacentiæ illicitæ, ſit menſura interni doloris ſeu diſplicentiæ de pctõ. Opeꝝ quoq; pœ-
nitẽtialiũ & afflictionis ſpontaneę ſi aſſit opportunitas ſeu facultas. Itaq; pœnia debet eſſe fru
ctuoſa vt veniat ex charitate, aliter eñ nihil meref. Propter quod Antiochus rex fruſtra pœni
tuit, nec veniã impetrauit, qm̃ ex ſolo ſeruili timore deũ orauit atq; pœnituit vt in libro Ma 1. Macha. 6
chabæoꝝ habef: De Eſau quoq; ait ad Hebræos Apoſtolus, ꝙ non inuenit pœniæ locum, 2. Macha. 9
quãq̃ cũ lachrymis inquiſiſſet eum. Inſuper debet eſſe operoſa, quãtum ad opera ſatiſfacto- Hebr. 12
ria, laborioſa, & afflictiua, item condigna, aut commenſuretur quantitati, qualitatiq; culpæ.
¶ Sed cum pctm̃ ex ea parte qua ſit contra deũ maieſtatis & ſanctitatis immenſæ, ſit enormi-
tatis, quodãmodo infinitæ, quomodo valet quis condigne pœnitere aut ſatiſfacere pro pec-
cato? Et reſpondendum, quòd propria hoc poteſtate non poteſt nec inquãtum actus ſui ex li
bero procedunt arbitrio, ſed adiutorio Chri inquãtum meritũ eius ſuis mẽbris ꝑ charitatem
& ſacrm pœniæ cõmunicaf, ſicq; in virtute meriti Chri actus pœniales dño offerunf, itemq;
inquãtum actus tales procedũt ex charitate infuſa, & actuali motione ſpũs ſancti in oĩ actu
meritorio concurrẽte, qui ſpũs ſanctus eſt motor dignitatis immenſæ. Sicq; actio pœniæ vir
tuoſa ex parte huius principij cooperãtis habet proportinatã efficaciã, & adæquationẽ boni
B tatis, cõtra prauitatẽ peccati. Iteꝝ dici pt, ꝙ cõtritio & ſatiſfactio æquari debẽt offenſæ, ſeu
culpæ æqualitate proportionis, vtpote ꝑ reſpectũ ad hoĩs poſſibilitatẽ, nõ æqualitate æqui-
parẽtiæ. Propter quod dici ſolet, ꝙ totus mundus pro vno pctõ mortali de cõdigno ſatiſfa-
cere nequeat, propter infinitã eius qui pctõ offendif dignitatẽ, ſed deus vltra poſſe hoĩs non
requirit. Cũq; homo debitã diligẽtiã facit, deus quaſi cõdignũ qd reputat factum, tã infinita
" eſt pietas atq; dignatio eius ⌊& ne cœperitis dicere, pfem habemus Abrahã⌋ hoc eſt, de car
nalis propaginis nolite nobilitate fruſtra cõfidere, inaniter ſuperbire, ſtulte vos iactare, quaſi
hoc ſufficiat ad ſalutẽ, quia de viri ſancti ac magni pr̃iarchæ ſemine nati eſtis. Nouerat ſan-
ctus Iohãnes, ꝙ carnales illi Iudęi de carnis propagine tumuerũt, ꝙ. ſ. de pr̃iarcharum ac pro
phetaꝝ ſemine deſcendiſſent, cum tñ ex hoc eoꝝ pctã plus grauarẽtur, quia quo de ſanctiori
bus pr̃ibus deſcendrrunt, eo grauius peccauerunt, illoꝝ virtutes non imitãdo, nec deo gra-
tias referendo. Vnde nil confert carnalis generoſitas, niſi conſimilibus ſtudijs fulciat vt ait
Cyrillus. Idcirco vanum eſt extolli de bonis prædeceſſoribus, & deficere ab eorum virtuti- Cyrillus
bus. ¶ Deniq; (ſecundum ſcripturas) imitatores fidei atq; iuſtitię pr̃iarcharum ac prophe-
taꝝ, potius appellanf illoꝝ filij, quàm filij ſolũ carnales, imò tales cenſenf indigni vocari filij
illoꝝ ſanctorum, dicẽte Apoſtolo: Non qui ſemẽ ſunt Abrahæ, hi omnes filij. Vnde carnali- Roma. 9
bus Iudæis loquitur Chriſtus apud Iohannem: Si filij Abrahæ eſtis oꝑa Abrahæ facite quod 1. Iohan. 8
quia non impleuerũt, adiecit. Vos ex pr̃e diabolo eſtis. Cur aũt inaniter inde gloriari nõ de-
" beãt, ſubdit: ⌊Dico eñi vobis quia pt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare⌋. i. procreare ſeu ad eſſe
" deducere, ⌊filios Abrahæ⌋ Quod tripliciter intelligi pt & verificari. Primo, ꝑ lapides intelli
gendo ipa ſaxa à Iohãne ad oculũ demõſtrata, qui (vt cõiter ferf) monſtrauit illos duodecim
C lapides quos Ioſue fecit aſportari de ſiccato fundo Iordanis, cum deus Iordanis alueum deſic
caſſet, & filij Iſrael ꝑ illum trãſiſſent, vt in Ioſue narraf: Per filios vero intelligẽdo hoĩes iu- Ioſue. 4
ſtos, qui fidẽ & pfectionẽ Abrahæ aſſequẽdo, ſpũales eius filij eſſent. Etem̃ deus omnipotens
qui cuncta de nihilo fecit, naturas reꝝ cõmutare & in ſe inuicẽ cõuertere facillime pt. Secũdo Hester. 3
ꝑ lapides intelligẽdo Gentiles à Iudæis vehemẽter cõtemptos, q inſtar lapidũ ſpũaliter du-
ri, impoliti, ſeu incircũciſi, ac ſteriles erãt, & idola muta, lapideaq; colendo illis cõformati fue
runt, ſcd̃m illud Pſalmiſtæ: Similes illis fiãt qui faciunt ea, & oẽs q confidũt in eis. Tertio, ꝑ Pſalm. 113
lapides intelligẽdo ſaxa præfata ſeu alia, & per filios Abrahæ intelligẽdo carnales filios eius.
¶ Sed forte mirum apparet, qũo fieri id potuerit aut poſſit, præſertim cum tpe illo Abrahã
obierit, & carnales filij ex carnali ſemine propagenf, nihilominus deus cuius poteſtas eſt pe
nitus infinita, hoc pluribus modis pt. Primo, qm̃ vnũ exiſtẽs in aliud ſubſiſtẽs, trãſſubſtãtian Dan. 7
do pt conuertere, ſicut quotidie peragit in altari, ſicq; lapides in Iudæos tunc, ſeu nũc exiſten-
tes conuerte quiuit & valet. Inſuper potuit Abrahã ſuſcitare, & lapides in ſemen eiut conuer-
tere, & hoc pluribus modis, ſed de iſto prætèribo, quia ad curioſitatem potius q̃ deuotionem
pertinere videf. Porro quoad ſcd̃m ſenſum deus verba Iohãnis impleuit, quãdo per Apoſto-
loꝝ pdicationẽ innumerabiles in toto mũdo gentiles cõuertit, quemadmodũ Eſaias in libro
ſuo admirãs & gratulans ait ad eum: Ecce gentem quã neſciebas, vocabis & Gẽtes quæ non Eſa. 55
cognouerũt te, ad te currẽt. Per Zachariã quoq; cũ vnigenitus dei de ſua incarnatõe dixiſſet
Lauda & lætare filia Syon, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui adiecit, Et applica- Zacha. 2.
buntur

bunt gentes multæ ad dñm in die illo, & erũt mihi in populũ, de qbus ad Galatas Apoſtolus: D
Gala.3. Qui (inqt) ex fide ſunt, hi filij ſicut Abrahæ. De carnalibus vero ĩcredulisq́ꝫ Iudæis, in Apoca
Apoca.3 lypſi inducit: Dicunt ſe Iudęos eſſe, & nõ ſunt, ſed ſunt ſynagoga ſatanæ. ¶ Conſequẽter aliã
cauſam adducit, cur de generis nobilitate ſe iactare nõ debeãt. ⌊Iam eñi ſecuris ad radicẽ ar- »
boris poſita eſt.⌋ Quidã per ſecurim intelligunt, mortẽ ſeu mortis ſententiã quæ hominem »
de pſenti vita pſcindit, per radicẽ aũt intelligũt Adam, à quo totũ genus humanũ vel Abrahã
à quo plebs Iudæorꝫ velut à radice exorta eſt, per arborẽ vero intelligũt genus humanum,
vel Iſraeliticã plebẽ. Quãdo aũt Iohãnes hæc dixit, tam Adam q̃ Abrahã per mortẽ erãt de
hac vita ſublati. Per hoc patuit poſteros eorꝫ ſimiliter eſſe tollendos, citoq́ꝫ morituros, ſecũ
1.Para.29 dum illud: Dies noſtri quaſi vmbra ſup terrã, & nulla eſt mora. Alij p ſecurim intelligũt rigo
rem diuinæ æquitatis, p ſecurim perſonã ſeu vicem cuiuſlibet hominis, per radicem homi-
nis fundamentũ ſeu firmitatẽ, vt ſit ſenſus: ꝙ rigor ſeu vltio diuinæ iuſtitiæ, poſita eſt, ſeu im
minet homini pctõri, vt funditus eũ diſperdat ac dãnet, niſi pœniteat, quemadmodũ in Ec-
Eccleſia.2 cleſiaſtico legit: Niſi pœnitentiã egerimus, incidemus in manus dei, & non in manus hoĩm.
Deute.5 Et in Deuteronomio: Ait dñs deus, ipſe eſt deus fortis, reddens odiẽtibus ſe ſtatim, ita vt diſ-
perdat eos & vltra nõ differat, protinus reſtituẽs eis quod merent. Iterꝫ per radicẽ intelligi pt
natiuitas hominis, p ſecurim trãſitus vitæ præſentis à natiuitate incipiẽs, p arborem homo.
Itaq; ſecuris ad radicẽ arboris eſt poſita, quoniã à natiuitatis exordio homo ad mortis occa
ſum tendit continuo. Siquidem nox quaſi vnus carpẽtator vnã vitæ præſcindit medietatem
Eccle.11 dieſq́ꝫ aliã, & tandem neceſſe eſt hominẽ velut arborẽ cadere, & vtiq; ſicut Salomon ait: Si
ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit ibi erit, hoc eſt, E
dum homo moriẽdo defecerit atq; trãſierit ad regnũ cœlorꝫ quod p auſtrũ, in quo calor ſe-
cularis eſt fortior. Vel ad infernum qui aquilonis nomine deſignatur, quia ibidem frigus in-
Bernardus tenſius eſt, in altero horũ locorꝫ ęternaliter pmanebit. Hinc ait Bernardus: Si vis ſcire quo ca
ſura ſit arbor, ramos aſcende, & quo ponderoſior ramorꝫ eſt copia, illuc caſurã non dubites.
Rami arboris ſunt deſideria hominis, in quo ſi carnalia deſideria præponderent, ad inferos
Origenes cadet, ſi ſpiritualia, ad cœlos volabit. ¶ Poſtremo (ſcdm Origenẽ & Cyrillum) ſanctus prę-
Cyrillus. curſor prædictis verbis prophetauit populo Iudæorꝫ de propinquo imminere interitũ, ca-
ptiuitatẽ, diſperſionẽ, & damnationẽ, propter eorꝫ infidelitatẽ, atq; duritiã, ex quibus ver-
bis cõminatorijs infert Iohãnes. ⌊Omnis ergo arbor⌋ Hoc eſt, quicũq; homo viator ratiõe »
vtens ⌊quæ nõ fecerit fructũ bonũ (.i. actũ virtuoſum & meritoriũ ſi aſſit facultas) excidet⌋ »
hoc eſt, ab electorꝫ conſortio auellet, atq; in hora mortis tollet, ⌊& in ignem⌋ æternæ dãna
Pſal.139 tionis, ⌊mittetur⌋ ſicut de reprobis ait Pſalmiſta: In ignẽ deijcies eos in miſerijs nõ ſubſiſtẽt »
Iohan.15 Chriſtus quoq; in Iohãne loquit: Si qs in me non mãſerit, mittet foras ſicut palmes & areſcet
& colligẽt eũ & in ignem mittent & ardet. ¶ Ex his verbis oſtendit, ꝙ ſola boni omiſſio ſit
pctm̃ mortale, hoĩemq́; cõdemnet, quãdo videlicet p eam pceptũ affirmatiuũ negligit, præ-
cepta aũt affirmatiua obligãt ſemper, ſed nõ ad ſemp, ſed ad tps aptũ ac debitũ, & dum in illo
opus iuſſum omittit mortale pctm̃ eſt, ſiue de interiori ſiue de exteriori operatione accipiat.
Matth.25 Hinc in Matthæo inquit Saluator: Seruũ inutilem proijcite in tenebras exteriores. Vnde &
Chriſtus in die iudicij non phibet ſe increpaturꝫ dãnaturumq́; reprobos niſi propter bono-
Mat.25 rum omiſſionẽ, dicẽdo: Eſuriui, & nõ dediſtis mihi manducare. ¶ Deniq; hoc valde terribi- F
le eſt potiſſimum accidioſis. Nam ſi ſola omiſſio æterno igne punit, vitioſa actio quid me-
retur? Si ſterilitas condẽnat, cõtinuata impietas, fœda delectatio, affectuoſa peccati proſecu
tio, q̃ dire torquebit? Id quoq; penſandũ, ꝙ ſunt quædã arbores quæ nullũ fructũ producũt,
per quas otioſi & accidioſi ſignant, qbus Iudas Apoſtolus in ſua ait canonica. Hi ſunt in epu-
lis ſuis cõuiuantes ſine timore, arbores autũnales eradicatę, bis mortuę. Quibus cõpetit illud
Ozee: Radix eorꝫ exiccata eſt, fructũ nequaq̃ faciẽt. Et rurſus: Abijciet eos dñs deus meus, qa
Ozee.9 nõ audierũt vocẽ eius. Alię ſunt arbores fructũ faciẽtes, ſed inutilẽ p quas deſignant hypocri
Ibidem
Matth.6 tæ, de qbus loquit Chrũs: Receperũt mercedẽ ſuã. Vñ in Iob legit: Laus impiorꝫ breuis eſt,
Iob.20 & gaudiũ hypocrytæ inſtar puncti. Aliæ arbores fructũ faciũt malũ per quas notant hæreti
2.Timo.3 ci, qbus cõpetit illud Aplĩ: Impij proficiẽt in peius, errãtes & in errorẽ mittẽtes. Aliæ fructũ
Chryſoſtom⁹ proferũt bonũ, per quas virtuoſi ſignant. Circa hæc ait Chryſoſtomus elegãter cũ dr: Non
faciẽs fructũ, adijcit bonũ. Officioſum eñi hoc aial. ſ. hoĩem deus creauit, & naturalis eſt ei ex-
ercitiorꝫ inſtãtia, ociũ vero innaturale. Obeſt eñi inertia cũctis corporis mẽbris. Nulli aũt tm̃
vt animæ, ipſa nãq; cũ naturaliter ſit cõtinuo mobilis, ociari nõ patit. Quàm fructuoſa aũt fue
rit prædicatio præcurſoris mox ſubditur: ⌊Et interrogabãt eũ turbæ, dicẽtes: Quid ergo fa
ciemus?⌋ .i. Cũ tam rigoroſe nos increpaſti, & tm̃ nobis inſtet piculũ, q̃d das cõſiliũ euadẽdi »
mala quæ cõminaris? Turba hæc. ſ. vulgus, vidẽs immobilẽ æquitatẽ, rigoroſiſſimã ſanctiſſi
mamq́; vitã Iohãnis, & ꝙ in oĩbus nihil niſi eorꝫ ſalutẽ intẽderit, verbis ei⁹ credidit, atq; ex
Acto.2 eis vehementer compuncta ac territa eſt, idcirco petiuit conſilium ſicut & in Actibus: Iudæi

exver

A ex verbis Petri compuncti dixerunt Apoſtolis: Quid faciemus viri fratres? Sed Phariſæi &
Scribæ nequaq̃ ita fecerũt, nec petierunt ex corde ſalutis conſiliũ, quo patet quòd literati, &
in ſua ſcia glorianres, difficilius corrigunt, q̃ idiotæ ac ſimplices, imò ſcioli illi ac ſapientes in
oculis ſuis, frequenter irrident idiotas qui conuertunt, quemadmodũ apud Iohannẽ docto- Eſaiæ.5
res Iudæorũ dixerũt: Nunquid aliquis ex principibus credidit in eũ? ſcilicet, in Ieſum Chri- Iohan.7
ſtum, aut ex phariſæis, ſed turba hæc quæ non nouit legẽ, maledicti ſunt. ⌊ Reſpondens aũt,
dicebat illis: Qui habet duas tunicas ⌋ Hoc eſt, quodcunq; indumentũ ſuperfluum ⌊ det non
habẽti (.i. indigẽti) Et qui habet eſcas ⌋ ſuperfluas .i. quodcũq; aptũ pro alimento ſiue ſit bla
dum, ſiue panis, vel aliquid ſimile ⌊ ſimiliter ⌋ hoc eſt, quod ſibi & ſuis neceſſariũ non eſt, pau
peribus largiat. Non ſolũ charitas, ſed & ordo diligẽdi eſt in p̃cepto, vt homo ſup om̃ia dili-
gat deũ, deinde ſeip̃m, deinde proximos, ſecundũ quod maius vel minus ſibi cõiuncti ſunt, Deute.6
aut maior eſt ratio eos amãdi, ideo debet homo primo ſibijpſi neceſſaria miniſtrare, deinde Matt.22
quod ſupereſt, neceſſitati indigẽtibus cõmunicare ſecundũ quod ſibi fieri rõnabiliter vellet,
ſi in ſimili eſſet penuria. Nã & fraterna charitas hoc requirit. Deniq; verba iſta Iohãnis atten
dẽda ſunt valde, imò & formidãda ac obſeruãda. Si eñ quod neceſſitati ſuperfluit de veſtimẽ
to, cibo, & potu, atq; ſimilibus, pauperibus eſt miſericorditer impartiendũ, quid in diuino iu
dicio reſpõſuri ſunt, qui tot veſtimẽtis p̃tioſis ſeu curioſis, nõ neceſſarijs abundãt, qui tot fer-
culorũ genera ſibi quotidie parant, qui tantã ſibi pecuniã aggregant. Pauperibus vero per-
modicũ, & non niſi ſiccũ panem impendũt? Quòd ſi de patrimonio proprio, ſeu poſſeſſione
propria ſic agere tam impiũ eſt, atq; damnabile, quis eloqui queat q̃ ſacrilegũ, ac damnoſum
B conſiſtat, de patrimonio crucifixi, de bonis eccleſiæ, quę ſunt eleemoſynę paupe̾rũ, precioſa,
curioſa, ſup̃flua, veſtimẽta habere, delicate ac ſplendide epulari, paup̃ibus aut parũ, aut nihil
præſtare, præſertim cũ teſte beato Bernardo in Epiſtola ad quendã canonicũ: Quicq̃d de ta Bernardus
libus bonis vltra ſimplicẽ victum & veſtitũ tenet, furtũ eſt, ſacrilegiũ ac rapina, imò ſanctus
Hieronymus de om̃ibus generaliter dicit: Quicquid humano vſui neceſſariũ eſt, pro vna tu- Hieronymus.
nica, habendũ eſt totũ reſiduũ ſuperfluum, & pauperibus erogandũ. Aliena eñ rapere cõuin
citur, qui ſuperflua retinere probat. Ambroſius quoq; & Baſilius aſſerũt veſtẽ, pecuniam, cal Ambroſius.
ciamentũ, & alimentũ, quæ tibi ſuperfluũt, nec tum pauperibus tribuunt iniuſte, & velut fur Baſilius
to aut vi ablata poſſideri, nec poſſidẽtis eſſe, ſed egenorũ. ¶ Præterea finis corporaliũ bono-
rum eſt, bonũ ſpirituale, præſertim vera felicitas vel ſaltẽ profectus in dei obſequio, atq; vir
tutibus animæ, prout diuina lex præcipit. Bonitas aũt mediorũ ad finẽ, ex ip̃o ſine attendit,
ſicut medicina in tm̃ eſt vtilis, in quantũ confert ad ſanitatẽ, quã ſi impediret, mala, ſuperflua
& inutilis iudicaret. In tantũ ergo bona corporalia, vt veſtis, cibus, ac alia reputãda ſunt lici-
ta, bona, atq; vtilia, in quantũ proficua ſunt ad ſpiritualem profectũ, ad dei obſequiũ, ad vitã
æternam, à quibus vtriq; ſpiritualibus bonis, abundantia corporalium impedit, potiſſimũ
ſi quis eis plus vtat quàm expedit, ad hoc quòd anima deo deſeruiat, & eius præcepta cuſtodi
at. Ideo quòd neceſſitati ſuperfluit, egentibus dandũ eſt, ſicut Apoſtolus loquit: Habẽtes vi- Lucæ.11.
ctum, & quibus tegamur, his contenti ſimus. In Prouerbijs quoq; Salomon ait: Tribue tm̃ 1.Cor.6
victui meo neceſſaria. Hinc ait Gregorius: Quoniã tunica magis neceſſaria eſt q̃ palliũ, ad Prouerbio.30
fructũ dignũ pœniæ p̃tinet, vt nõ ſolũ exteriora quæq;, ſed etiã valde nobis neceſſaria.i. vti- Gregorius
C lia diuidere cũ proximis debeamus, videlicet tunicã qua veſtimur, & eſcã qua ſuſtentamur.
Quia eñ in lege ſcriptũ eſt: Diliges proximũ tuũ ſicut teip̃m, minus proximũ amare cõuin- Matt.22
cit, qui nõ adeo in neceſſitate illius etiã ea quæ ſibi neceſſaria ſunt, partit. Quibus verbis con- Luc.10
cordans Baſilius. Ex his (inquit) docemur q̃ ex omni quod affluit ſupra proprij victus neceſſi Gala.5
tatem, tenemur erogare illi, qui non habet, propter deum, qui quæcũq; poſſidemus, largitus
eſt. Vnde Tobias inquit: Quõ potueris ita eſto miſericors. Si multũ tibi fuerit, abundãter tri Tobię.4
bue, ſi parum tibi fuerit etiam exiguũ libenter impartiri ſtude. ⌊ Venerũt aũt & publicani, vt Beda.
baptizarent. ⌋ à Iohanne. Publicani ſcd̃m Bedã dicunt vectigaliũ ſiue rerũ publicarũ exacto
res vel conductores. Item, qui p̃ negotia lucra ſeculi huius ſectant, ſicq; publicani vocati ſunt
quia de rebus ad rempublicam pertinentibus ſe intromiſerunt, quorum multi ad prædicatio
nem Iohannis ſe emendauerũt. Propter quod apud Matthæum: Chriſtus principibus ſacer- Matt.21
dotum & phariſæis locutus eſt: Publicani & meretrices præcedent vos in regnum dei, quia
crediderunt ei, puta Iohanni ⌊ & dixerũt: Magiſter, quid faciemus? ⌋ Non dixerũt, quid ſcie
mus, ſed quid faciemus, quia nõ auditores, ſed factores legis iuſti ſunt apud deũ, & ſcia ſine vi Roma.2
ta virtutũ, obeſt magis q̃ prodeſt. E contrario faciũt multi maxime clerici, q̃rũt eñ: quõ hoc
aut illud intelligemus, quõ arguemus? ⌊ Et dixit ad eos: Nihil amplius q̃ conſtitutũ eſt vobis
faciatis. ⌋ Hoc eſt: Non plus exigatis quàm præfixum eſt vobis à iure, ſeu dñis quorum tri-
buta leuatis. Hoc ideo dicit, quoniam tales ſolent plura exigere quàm iuſſum eſt eis, vt quod
amplius leuant, eis clam maneat. ¶ Denique nullus noſtrum legem ſibi præſtitutam ſeu me-
tas ſuæ poteſtatis, vel officij tranſgredi debet, ne præſumptionis ſit reus maleq; audax, ſed
quod ſi

Prouerb 22 quod ſibi incumbit, obſeruet, nec aliena inuadat, iuxta illud Prouerbioꝝ: Ne tranſgrediaris D
Deute.19 terminos antiquos, quos poſuerũt patres tui. In Deuteronomio quoq; ſcriptũ eſt: Non trãſ-
Iob.24 feres terminos quos fixerunt priores in poſſeſſione tua. Quo contra in libro Iob de violen-
tibus aſſerit. Alij terminos tranſtulerunt. ⌊Interrrogabant aũt eum & milites⌋ Qui ſub Ro- »
manoꝝ Imperio militabant, ac rempublicam & patriam defendebant ⌊dicentes: Quid facie »
Origenes mus & nos?⌋ Scđm Origenem tres fuerunt ordines interrogantium Iohannem: Vnus tur- »
baꝝ. Secũdus publicanoꝝ. Tertius militũ. Iohannes aũt cuilibet ordini proportionatũ dedit
reſponſum ⌊Et ait illis: Neminem concutiatis⌋ opprimendo, corpaliter affligendo, iniuſte »
terrendo, ⌊neq; calumniã⌋ .i. fraudulenter iniuriã faciatis, innocentes in cauſam trahendo, »
ſeu quempiã mendaciter accuſando. ⌊Et contenti eſtote ſtipendijs veſtris⌋ .i. mercede ſeu »
retributione vobis ab imperatore vel vicarijs eius ꝑfixa pro exercitijs militiæ, q̃bus pro de-
Auguſtinus fenſiõe reipublicæ laboratis, nec vltra quicq̃ ab aliquo extorqueatis. Porro (ſcđm Auguſtinũ
contra Fauſtũ manichæum) ſciebat Iohãnes eos qui militabãt non eſſe homicidas, ſed mini-
ſtros legis, non vltores iniuriaꝝ ſuaꝝ, ſed ſalutis publicæ defenſores alioquin reſpõderet eis.
Abijcite militiã, militiã iſtã deſerite, neminẽ ꝑcutite, vulnerate, proſternite. ¶ Pręterea põ-
deranda eſt ſapientiſſimi præcurſoris diſcretio, quomodo cuilibet ad ſe accedenti, ſcđm illi-
us capacitatẽ diſpoſitionemq; loquit. Siquidem publicanos ac milites qui maioribus ſolent vi
tijs implicari q̃ vulgus, primo à malis coercet, & facilia eis proponit ꝓcepta, docens eos pri-
mo recedere à peccatis illis, ad quæ proniores eſſe noſcunt, vt eos ſic paulatim etiã ad bona
Chryſoſtom⁹. agenda, ſuaq; alijs misericorditer cõmunicanda induceret. Hinc dicit Chryſoſtomus: Vole-
bat Iohannes publicanos & milites ad maiorem ꝑfectionẽ traducere, ſed qm̃ nondũ erãt ad E
illam idonei, minora proponit, ne ſi maiora proferret, nõ illis intenderẽt, & his etiã priuarent.
Eſa.42 Hanc diſcretionem ſequamur, & iuxta Eſaiæ oraculum, calamũ quaſſatum non conteramus,
Roma.15 nec linum fumigãs extinguamus, ſicq; implebimus illud Apoſtoli: Debemus nos firmiores
Eccl.29 imbecillitates infirmoꝝ portare, & non nobis placere, hoc eſt, quod alibi legitur: Recupera
proximũ tuum. ⌊Exiſtimante aũt populo & cogitantibus omnibus,⌋ ad baptiſmũ Iohãnis »
venientibus. imò & alijs multis ⌊de Iohanne (pro an) forte ipſe eſſet Chriſtus⌋ ad quod opinã »
Lucæ.1. dum inducebant ex conſideratione mirabilium quæ circa eius cõceptionẽ & natiuitatem ac
Ibidem ciderant, quia de ſenibus ac ſterili matre angelo ꝓnuntiãte fuit exortus, & quia tam ſtrictiſſi-
me atq; ſanctiſſime vixit. item propter ꝑdicationis eius excellentiã, ac baptiſmatis nouitatẽ
Lucæ 2 & quoniam de generoſa ſtirpe deſcendit, ſcilicet ſacerdotali, quæ regiæ tribui communiter
Matth.2 fuit admixta. Item, quia tunc apud Iudæos fuit publica fama de Chriſti aduẽtu iam facto pro
pter verba Symeonis & Annæ atq; Magoꝝ & propter Herodis tyrãnidem in infantes, quo
rum omniũ memoria iam renouabat. Primo adhuc multi vixerunt, qui illa audierãt ſiue cõ-
ſpexerant. Hæc in tantũ mouerũt Iudæos, ꝙ etiam principaliores de Hieruſalem miſerũt ſa-
Iohan.1 cerdotes & Leuitas ad Iohannem, vt interrogarent eum. Tu quis es, ſicut in Iohanne habet:
⌊Reſpondit Iohãnes, dicẽs omnibus.⌋ Secreta nãq; cordis illoꝝ ſpiritu ſancto reuelante co- »
gnouit. Vel quòd homines talia de ipſo opinarent ex præfatoꝝ legatoꝝ interrogatione co-
gnouit, ſeu aliunde percepit ſeu perpẽdit. ⌊Ego quidem baptizo vos in aqua⌋ Hoc eſt, cor »
pora veſtra materiali elemento intingo, mentes autem veſtras directe non purgo, nec donis
gratiæ orno ⌊venit autẽ fortior me poſt me⌋ id eſt, Chriſtus poſt me per natiuitatem ex vir »
gine matre mundũ iſtum intrauit, iamq; in proximo eſt vt poſt hãc meam manifeſtationem F
ipſe vobis omnibus manifeſtet, per meam teſtificationem ac demõſtrationem, & p propriam
Mat. 28 eius ꝑdicationem atq; miracula, qui ſcđm ſuam diuinitatẽ eſt fortior me infinite, tãquàm de-
us omnipotens, cuius immenſa poteſtas, ſecũdum aſſumptam quoq; ipſius humanitatẽ, data
Iohan.3. eſt ei omnis poteſtas in cœlo & in terra, maiorq; fuit & eſt virtus, dignitas, & perfectio eius, q̃
omniũ creaturaꝝ pariter acceptarum, quia nõ ad menſurã datus eſt ei ſpiritus, & quoniam
humanitas eius perſonali ſeu hypoſtatica vnione vnita eſt, ita quòd in eodem eſſe in quo ver
Matth.3 bum patris æternaliter eſt ſubſiſtens, ipſa quoque à principio incarnationis ſubſiſtat, ⌊cuius »
nũ ſum dignus ſoluere corrigiam calciamentoꝝ eius⌋ ¶ Ad literam loquebat ſanctus Iohan »
nes iuxta communẽ modũ loquendi, quo aliquis volens ſe alteri maximè humiliare, aſſerit
ſe indignum ferre ſeu diſſligare calceos eius. Vnde glorioſus humiliſq; Baptiſta, quantum ſe
Chriſto inferiorẽ ſenſerit plene effari nõ valẽs protulit verba hęc. In quo profundiſſima eius
patet humilitas, quia cum talis ac tantus ab omnibus reputaret, non erubuit ſe tm̃ publice corã
omnibus deprimere, humiliare, ac minorare. Vnde clareſcit, ꝙ reputatione, reuerẽtia, ac lau
dibus hominũ nullatenus flectebat. At vero indignum ſe ꝓhibet ad ſoluẽdum corrigiam cal
ciamentoꝝ Chriſti, conſiderando ſe ſcđm naturalia tm̃, & quo ad id quod habuit à ſeipſo.
Itemq; loquẽdo de dignitate abſoluta, qua aliquis dicit ad aliquid dignus ſimpliciter. Inquã-
tum vero plenus fuit tot chariſmatibus ſpũs ſancti, & mouebat in omnibus ab eodem, dignus
fuit mereri etiã vitã æternã: pręſertim loquẽdo de dignitate proportionis, vtpote ſecũdum
modum

A modũ poſſibilitatis humanæ, ſecundũ quẽ modũ deuotus ſacerdos dignus eſt corpus & ſan-
guinẽ Chriſti cõſecrare ac ſumere, alioqui cõmunicandũ nõ eſſet, cũ dicat Aplus: Qui man-
ducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi mãducat & bibit. Rurſus verba Iohãnis intelligenda non 1. Cor. 11.
ſunt quaſi Chrũs vſus ſit calciamẽtis, cũ & diſcipulis quos miſit ad prædicandũ prohibuerit
ea. Ipſe aũt cœpit facere & docere, idcirco (vt dictũ eſt) verbũ Iohãnis ſecundũ morem ge-
neralis prouerbij eſt ſumendũ. In tali nanq; ſermone, ſenſus literalis eſt, nõ ſemꝑ ille qui im-
mediate per verba ſignat̃, ſed interdũ q per ſimilitudinẽ inſinuat̃, aut per res verbis expreſſas
ſignificatur, vt cum in Hieremia & Ezechiele aſſeritur: Qui comederit vuam acerbam, ob- Hiere. 31
ſtupeſcent dentes eius. Poſtremo, verba hæc à Gregorio & Beda myſtice exponunt̃, intelli- Ezech. 18
gendo ꝑ calciamẽta Chr̃i eius humanitatẽ, qua verbi ꝑſona induta eſt ꝑ pedẽ, diuinitatẽ: ꝑ Gregorius
corrigiã vero hypoſtaticã vnionẽ hũanitatis cũ verbo: ſicq; Iohãnes inſinuat ſe inidoneũ at Beda.
" q; indignũ hãc vnionẽ plene exponere, q̃ & angelicæ mẽtis capacitatẽ trãſcẽdit, ⌊Ipſe vos
" baptizabit in ſpũ ſctõ & igni.⌋ In Iohãne habet̃, ꝙ Ieſus nõ baptizauit, ſed diſcipuli eiꝰ. Ita Iohã. 4
q; ſenſus eſt, Ipſe Chr̃s baptizabit vos ꝑ ſuos diſcipulos, ita ꝙ erit pricipalis baptizator. Rur
ſus Chr̃s baptizauit, i. intus à culpa aĩam lauit, in ſpũ ſctõ. i. virtute & gr̃a ſpũs ſcti, vel grãm
ſpũs ſctĩ inſundẽdo, ꝑ quã culpa aufert̃ & aĩa decorat̃, imò ſic trinitas tota ſeu Chr̃s vt deus ba
ptizat, ſed & diſcipuli Chriſti & ſacerdotes eccleſiæ vſq; in ꝑſens baptizãt in ſpũ ſctõ, vide-
licet virtute & gr̃a ſpũs, tanq̃ inſtrumẽtales baptizatores, mũdatoresq; baptizatoꝝ inſtru-
mentalr̃, cooperãtes ad ſctĩ ſpũs infuſionẽ, culpæ deletionẽ, & aĩæ iuſtificationẽ. Nõ aũt da-
tur baptiſmus in ſpũ ſctõ, q̃ſi in forma baptiſmi ſufficiat exprimere ſpm̃ ſanctũ, imò ſic datur,
In noĩe pr̃is & filij & ſpũs ſancti. ¶Sed cũ apud Iohannẽ dicat ſaluator: Niſi qs renatus fuerit
B ex aqua & ſpũ ſancto, nõ ꝑt introire in regnũ dei, cur ait ꝑcurſor, baptizabit vos ſpũ ſancto Iohan. 3
& igni, & nõ potius ſpũ ſancto & aqua, cũ aliud non ſit renaſci prout ibi accipit̃, q̃ baptizari?
Et reſpondendũ, ꝙ ꝑcurſor nõ exprimi[illegible] qm̃ intendit aſſignare differentiã ſui baptiſ-
mi, qui fiebat in aqua, à baptiſmate Chri[illegible] excellentia[illegible] baptiſmatis Chriſti, idcirco nõ
nominat elementũ in quo fiebat. Vnde & [illegible] ſumit pro ſo[illegible] ig[illegible] ma[illegible] ſecun
dum Hieronymũ per ignẽ intelligit ſpm̃ ſanct[illegible] ignit ſeu charita[illegible] ente[illegible] nat Hieronymus.
ſicq; coniunctio, &, tenetur expoſitiue. Chr[illegible] ſoſto[illegible]us & Beda per [illegible] ellig[illegible] ri-
onis & tribulationis feruorẽ ſeu acerbitatem, quibus electi in hac vita [illegible] nt, di[illegible] o Chryſoſt.
Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœloru[illegible] dam p[illegible] em Beda.
charitatis feruorem intelligunt, ad quem ordinatur Chriſti baptiſmus. C[illegible] ritas eni[illegible] operit Act. 14
multitudinem peccatorum, & tanquã optimus ignis conſumit vitiorum rubiginem. Sunt
qui per ignem intelligunt ſenſibile atq; viſibile ſignum, in quo ſpũs ſanctus frequenter daba- Iacobi. 5
tur baptizatis in primitiua eccleſia, vt apoſtolis in igneis linguis, prout in actibus Apoſtolo-
rum de hoc plura leguntur. Poſtremo nonnulli per ignem intelligũt purgatorij pœnam, in Act. 2
qua poſt hanc vitam purgantur qui cum reatu diſcedunt, quemadmodum Corinthijs ſcribit Act. 10
Apoſtolus: Vniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit. Et iteꝝ de purgando loquens: Ipſe Act. 19
" (inquit) ſaluus erit, ſic tamen, quaſi per ignem, ⌊cuius ventilabrũ in manu eius.⌋ Per ventila 1. Cor. 3
brum, quod eſt inſtrumẽtum quo blada purgãtur paleas abijciendo, ſignificatur iuſtũ Chriſti
iudicium, ſeu iudicãdi poteſtas atq; ſententia, quæ eſt in manu, id eſt in actu ſeu exequutio-
ne ſuæ iuſtitiæ, vel in poteſtate ac promptitudine eius, quemadmodũ apud Iohannẽ Chrũs Iohan. 5
inquit: Pater omne iudicium dedit ſilio, & iudicium iſtud cõperit Chriſto ſecundũ quod de-
us eſt ꝑ authoritatem primã ac principalẽ, ſed ſecundũ formã ſerui aſſumptã cõuenit ei vt in-
C ſtrumẽtaliter exequẽti ac iudici cõſtituto, quemadmodũ in actibus Aploꝝ Petrus teſtat̃: Ip- Phil. 2
" ſe eſt qui cõſtitutus eſt à deo iudex viuoꝝ & mortuoꝝ, ⌊& ꝑmundabit (.i. ꝑfecte purgabit) Act. 10.
" areã ſuã⌋.i. militãtẽ eccleſiã, in qua nũc ſimul miſcent̃ electi ac reprobi, ſicut in area ſimul po als, purgabis
nunt̃ frumentũ & palea. Vnde & ſynagogæ loquit̃ Eſaias: Tritura mea & filia areæ meę, quę
audiui à dño, nũciaui tibi. Hanc ꝑmundationẽ faciet Chrũs plene in die nouiſſimo, quãdo lo Eſa. 21.
co & ꝑmio ſeperabũtur boni & mali, q̃n etiã electi qui tũc aliquid purgandum habebunt, in Mat. 25
igne conflagrationis purgandi dicuntur, ſaltem illi qui tunc viui reperientur atq; in illo igne
morientur & cum alijs reſuſcitabuntur. ¶Quotidie demum purgat deus hãc aream tripliciter.
ter. Primo, dum per eccleſiaſticam cenſuram quidam de eccleſia ſacerdotali caſtigatione eij
ciuntur. Secũdo, dum impij de hac vita tollũtur. Tertio, dũ electi in vita ꝑſenti ꝑ aduerſa ac
" alijs modis à ſuis emũdant̃ peccatis, ⌊& cõgregabit triticũ⌋.i. electos & virtuoſos, ſolidosq;
" fructus eoꝝ, ⌊in horreũ ſuũ⌋.i. cœleſte ſuſceptaculũ beatoꝝ. ⌊Paleas autem,⌋ id eſt repro-
bos, mente inanes, inſtabiles, omniq; paſſionũ ſeu cõcupiſcentiaꝝ ac vitioꝝ impulſu volubi
" les, ⌊cõburet⌋.i. incendet ac puniet, nõ conſumet, ⌊igne inextinguibili,⌋ inſernali & æter-
nali, de quo in fine dicturus eſt impijs: Ite maledicti in ignem æternũ, de quo ſcriptum eſt in Mat. 25
Eſaia: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et Iudith: Dominus
oĩpotẽs iudicabit in eis, in die iudicij viſitabit illos. Dabit eñi ignẽ & vermes in carnẽ eoꝝ Eſa. 66
Iudi. 16

a vt vrãt

CAP. III. vt vrant & ſentiant vſq; in ſempiternũ. In Iob quoq; de trãſgreſſione aſſeritur: Luet (inqui- D
Iob. 20. ens) quæ fecit om̃ia, nec tñ cõſumetur, iuxta multitudinem adinuentionũ ſuarꝫ ſic & ſuſtine-
bit. O q̃ inſenſati, cæci & crudi mẽte ſunt infeliciſſimi amatores ſeculi huius, q̃bus iſta non ſa
piunt, nec terrorẽ incutiũt, ideo delectãt eos carnalia & caduca, atq; cũ gaudio currũt ad in-
Albert⁹. feros. Deniq; (teſte Alberto ſuper Apocalypſim) damnati nõ tm̃ affligẽtur corpore ab igne
inferni, quãtũ mẽte apꝓhẽdẽdo ſe æternaliter in pœnis mãſuros. ¶ Sed cũ tã variæ ſint pœ-
Pſal. 10. næ prauorꝫ, vt dicat pſalmiſta: Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, ſulphur, & ſpũs procel
larum, pars calicis eorꝫ, cur de ſolo igne inducit mentionẽ Iohãnes? Et reſpondẽdũ, ꝙ ideo,
quoniam ignis punitio inter corꝑalia afflictiua eſt grauior, ſed & nomine ignis quæcũq; ma-
gna pœna ſolet intelligi. Præterea, ò miſeri filij fallaciſſimi mũdi, proprijs vitijs penitus excæ
cati, cur de carnis nobilitate, de tẽporaliũ affluentia, de ſeculari potẽtia, de iniquis factis, ſu-
perbitis, gloriamini, voſq; iactatis? Cur paupes & deuotos deſpicitis, cũ ſacratiſſimus Chr̃i
Baptiſta vos comparet paleis illoſq; tritico, imò & Hieremias propheta: vos cũ illis cõputa-
Hiere. 23 ri & eſſe indigniſſimos reputans ait: Quid paleis ad triticũ? ⌊ Multa quidẽ & alia exhortans »
euangelizabat populo ⌋ id eſt præterea q̃ dicta ſunt beatus Iohãnes alia quoq; q̃ plurima do- »
cumenta & hortamẽta propoſuit populo, q̃rꝫ vnũ hoc eſt, quod in Matthæo fertur dixiſſe.
Matt. 3. Pœnitẽtiã agite, appropinquabit em̃ regnũ cœlorꝫ. Itaq; ſicut de Chr̃o ſcriptum eſt, quòd
Iohan. vlt. multa alia fecit q̃ ſcripta nõ ſunt, ſic de ꝓcurſore eius hic legit, ꝙ multa ſalutaria verba popu-
lo ꝓdicauit, q̃ nõ ſunt in ſcriptis redacta. ⌊ Herodes aũt tetrarcha ⌋ .i. Herodes Antipas filius »
Herodis regis ſub q̃ natus eſt Chr̃s, q Antipas, cur tetrarcha nõ rex vocet, ſupius dictum eſt
Marc. 6 ⌊ cum corriperet ab illo ⌋ videlicet Iohãne Baptiſta ⌊ de Herodiade vxore fratris ſui ⌋ .i. de »
hoc ꝙ Philippi fratris ſui vxorẽ noĩe Herodiadẽ filiã Arethe regis Arabũ duxit in cõiugem,
fratre eius viuẽte, filiãq; ex Herodiade ipſa habẽte, ſicq; adulteriũ cõmiſit Herodes atq; inceſ
Deute. 25. ſtũ, qa ſcd̃m legẽ nõ licuit vxorẽ fratris accipere niſi illo defuncto abſq; prole ⌊ & de om̃ibus E
malis q̃ fecit Herodes ⌋ qa nõ dubiũ, quin & multa alia grauia cõmiſerit ſcelera, qui ꝓfatũ fa-
cinus tã enorme cõmittere & cõtinuare nõ formidauit. Nã & vnũ pct̃m mortale, ſuo põde-
re trahit ad aliud, & q̃ enormius fuerit, eo ad grauiora inducit. Facit em̃ hominem à deo plus
deſeri, cuius auxilio, homo priuatus in profundũ labit vitiorꝫ, fitq; inſenſibilis mente ad ea q̃
dei ſunt & vere ſalutis, ita ꝙ propria pericula nõ aduertit ⌊ adiecit & hoc malũ ⌋ q̃d ſequitur »
⌊ ſup om̃ia ⌋ cætera ſua peccata q̃bus addidit iſtud, quaſi illa nõ ſuffeciſſent, vel adiecit & hoc »
ſup om̃ia .i. pct̃m iſtud cæteris grauius ⌊ & incluſit Iohãnẽ in carcerẽ ⌋ q̃re & q̃uo fecerit hoc »
Mat. 14 & q̃liter decollauit Iohãnẽ plene deſcribit Matthæ⁹ & Marcus. Vñ Lucas ſciẽs hoc ſatis de-
Marci. 6. ſcriptũ recte dimiſit, atq; ad Chriſti geſta ac documẽta euoluẽda feſtinat.

¶ Proſecutio expoſitiõis capituli huius. Factũ eſt cũ baptizaret. Articulus IX.

FActũ eſt aũt cũ baptizaret om̃is populus ⌋ Paulo ante oſtẽdit Euãgeliſta q̃uo teſtifi- »
catione Iohannis declaratus eſt Chr̃s hominibus, nũc deſcribit q̃uo teſtimonio dei
patris & deſcenſu ſpũs ſancti fit manifeſtatus. Itaq; cũ à Iohãne baptizaret oĩs popu
lus, id eſt, quidã de quolibet genere Iudæorꝫ, ꝓſertim virilis ſexus. Nõ em̃ ꝑſonæ fœ
minei ſexus ab ipſo baptizatæ legũtur ⌊ & Ieſu baptizato ⌋ à Iohãne, q̃d q̃uo factũ ſit, Mat- »
Matt. 3. thæus & Marcus plenius recitãt, vt ibi patet ac requirendũ eſt ⌊ & orante ⌋ ꝙ Ieſus ſuſcepto »
Marc. 1. baptiſmo ſtatim orauit, alij Euãgeliſtæ non ſcribunt. ¶ Orauit itaq; Chriſtus non ob ſui indi
gẽtiam, quia ſecundum humanitatem iam cõfirmatus fuit in bono, & quo ad ſuperiorẽ ani-
mæ partem beatifice fruens deo, ſed ad noſtram inſtructionem, & ad noſtram ſubuẽtionem
imo pro noſtra ſalute, quanq̃ Chriſtus aliquando oraſſe dicatur pro corꝑis ſui glorificatio-
ne, accidentaliq; præmio. Itaq; ſumpto baptiſmo orauit ſaluator. Primo, ad innuendũ, quòd F
preces noſtræ non ſunt deo acceptæ & meritoriæ, niſi à peccatis mortalibus ſimus immunes
& charitate ac gratia decorati. Chritas nãq; vita eſt animæ, ſine qua nec anima, nec actio e-
ius ſpiritualiter viua eſt, deoq; placita. Ideo dicit apoſtolus: Si charitatem non habeam nihil
1. Cor. 13 ſum, ideo oportet primo à ſordibus vitiorꝫ lauari. Vnde cũ dñs ꝑ Eſaiam dixiſſet. Cum mul
Eſaie. 1 tiplicaueritis orationes, non exaudiam, adiecit. Lauamini, mũdi eſtote. Secũdo, ad innuẽdũ,
ꝙ gratia in baptiſmo, alijſq; ſacramẽtis adepta, ꝑ orationes continuas indiget cuſtodiri, ne
per culpã tollatur. Tertio, ad innuẽdum, ꝙ in ſacramẽtorꝫ ſuſceptiõe, & ſtatim poſt hoc ele
uanda eſt mens ad deũ, oratione ſeu gratiarũ actione. Orauit itaq; Chr̃s, vt merito ſuæ ba-
ptizationis ſpiritualiter mũdaremur. Chriſtus aũt in mũdo cõuerſans & cõprehenſor quo-
dammodo fuit ſecũdum ꝙ homo & viator. Cõprehenſor quidẽ quantũ ad ſuperiores & in-
tellectuales animæ ſuæ vires, ꝑ comparationẽ earꝫ ad increatũ obiectũ, videlicet æternã ve-
ritatẽ, ſummãq; bonitatẽ, viator aũt, quãtũ ad inferiores animæ vires, vel etiã quãtũ ad ſupe
riores vires ꝑ cõparationẽ earꝫ ad eſſentiã aĩæ, in qua radicatæ fuerũt, itẽq; ꝑ cõparationem
earꝫ ad obiectũ creatũ, ſic nãq; paſſibilis fuit Chr̃s, etiã q̃ ad vires ſupiores aliq̃ mõ, videlicet
rõne ſubiecti earꝫ. Chr̃o ergo homini in quãtũ fuit cõprehẽſor, cõpetebat orare pro alijs, ſed
vt via-

A vt viator, orauit vtiq; & pro ſe. ¶Cur aũt voluerit Chrs baptizari, & quæ fuit forma baptiſ- Chriſtus cur baptizatus.
mi Iohãnis, itẽ an baptizati baptiſmo Iohãnis erãt rebaptizandi, de octo q̃q; generibus ba-
ptiſmatis ſcd̃m Damaſcenũ, & de quinq; gñibus baptiſmatis ſcd̃m Gregoriũ Nazanzenũ,
hoc loco prętereo, qm̃ ſup Matthæũ, inde loquutus ſum. ¶Pręterea q̃ri hic põt, q̃d ibi nõ teti-
gi, an. ſ. Iohãnes ſub eadẽ forma verboꝝ baptizauit Chriſtũ, qua alios. De hoc nihil inueni
cõſcriptũ, & arbitror, ꝙ ſicut oĩno alia fuit ratio baptizatiõis Chr̃i q̃ alioꝝ: ſic in baptizatio-
ne Chr̃i Iohãnes vſus nõ ſit cõi forma baptiſmatis, q̃ fuit ſcd̃m doctores. Ego te baptizo in
noĩe venturi. Vnde in actis Paulus teſtat: Iohãnes baptizabat populũ, dicẽs, in eũ qui ventu- Actorum. 19.
rus eſſet vt crederent, hoc eſt in Ieſum. Hinc acceptio baptiſmi Iohãnis dicit fuiſſe proteſta-
tio credendi in Chriſtũ. Vnde patet, ꝙ talis forma ad Chriſtũ non cõgruebat ſaltem vniuo-
ce. Inſup ſub qua forma verboꝝ baptizauerit Chriſtũ: vel, an ſine forma verboꝝ baptizaue
" rit, puto incertũ, ⌊apertũ eſt cœlũ,⌋ nõ reali aptione, ſciſſione ſeu diuiſione cœleſtiũ corpo
rũ, q̃ incorruptibilia affirmant, ſed p apparentiã quãdã, qm̃ tantus deſup ſplẽdor ſup Chr̃m
apparuit & deſcẽdit, vt cœlũ videret apertũ ſeu reſeratum, ſicut & tpe fulguris magni appa- Pſal. 113
ret. Ruſus cũ deus in cœlis habitare & eſſe dicat, tũc cœlũ aperiri narrat, dum deus per ſubie Cęlũ qñ apertũ
ctam creaturã deſcendit & apparet hoĩbus, nouo modo operãs circa eos, quemadmodũ in
" Chriſti baptiſmo accidiſſe, mox ſubdit, ⌊& deſcẽdit ſpũs ſanctus corporali ſpecie ſicut colũ
" ba in ipm̃.⌋ Itaq; ſpũs ſanctus ver⁹, incõmutabilis & ĩcircũſcriptibilis deus, ſcd̃m ſe ſeu ĩ ꝓ-
pria natura nunq̃ mouet, neq; deſcendit, ſed dicit deſcẽdiſſe, quia columba ipſum repreſen- Matt. 3.
tans deſcendit, & ſup Chriſtum manſit, qa ſuper caput ipſius ſedit, ſicut in die pentecoſtes ſe Marci. 1.
dit ſup apoſtolos in igneis linguis. i. p hoc ꝙ igneæ linguæ ipſum repreſentantes, eiuſq; gra- Lucæ. 3
tiam figurãtes ſup apoſtolos conſederunt. ¶Cur aũt in ſpecie columbæ ſpũs ſanctus deſcen- Iohan. 1
B derit, Reſpondendũ, qa ꝓprietates colũbæ tã ſpũi ſancto apparẽti, q̃ Chr̃o, ſup quẽ apparuit
potiſſimũ cõpetunt. Ait em̃ Cyprianus in libro de vnitate eccleſiæ. Eſt aũt columba ſimplex Cyprianus
& lætũ animal, non felle amaꝝ, non morſibus ſæuũ, nõ vngulæ laceratione violentũ. Hoſpi
tia humana diligere, vnius domus conſortiũ noſſe ſolẽt colũbæ, cũ generãt filios ſimul ſedẽt,
volando quoq; ſibi cohærẽt, cõi conuerſatione vitã degunt, oſculo oris cõcordiã pacis oſtẽ
dunt. Itaq; p columbã bona ſimplicitas, ſpũaleq; gaudiũ, ſuauitas, innocentia, concordia, di-
lectio, vnio deſignant, quæ oĩa ſpũi ſancto conueniunt, & aliqua horũ ei appropriant, videli
cet ſuauitas, dilectio, pax, gaudium. Deniq; ſpũs ſanctus ſup Chriſtum baptizatũ deſcendit,
non ꝙ tũc cœpit eſſe in eo, vel ꝙ tunc gratia aucta eſt, ſed ad manifeſtandũ excellentiã, digni
tatẽ, & gloriã Chriſti, & vt Iohãnes illas populo propalaret, ꝓſtando quid vidiſſet, q̃d & fe- Iohan. 1
ciſſe narrat in Iohãne, quo legit: Teſtimoniũ phibuit Iohannes, dicẽs: Quia vidi ſpm̃ deſcen- Ibidem.
dentẽ & mãſit ſup eũ. Itẽq;: Ego vidi, & teſtimonium phibui, quia hic eſt filius dei. Secundo
vt Iohãnes Baptiſta de Chr̃o & efficacia baptiſmatis eius plenius inſtrueret. Paulatim nanq; Iohan. 6
proficere habuit in diuinoꝝ notitia. Propter q̃d ait in Iohãne: Ego neſciebã eũ, ſed q me mi
ſit baptizare in aqua, ille mihi dixit: Sup quẽ videris ſpm̃ deſcendentẽ, hic eſt qui baptizat in
ſpũ ſancto. Tertio, qm̃ tũc potiſſimũ decuit Chr̃i innocentiã, puritatẽ, & ſimplicitatẽ decla-
rari, qñ ipſe ſe peccatoribus magis forinſecus in licitis cõformauit. Qm̃ ergo tpe ſuę baptiza
C tionis inter pctõres Iohãnẽ acceſſit, veſtimẽta depoſuit, nudus, manib⁹ ſe ſerui ſuppoſuit, ba
ptiſmũ ab eo ſuſcepit, in qbus oĩbus ſe pctõribus cõformauit, nõ tñ vt talibus, idcirco tũc ma
xime decuit eius innocentiã, ſanctitatẽ & ſynceritatẽ oſtẽdi, ꝙ p colũbę deſcẽſum, Iohãniſq; Philip. 2.
ꝑdicationẽ pactũ eſt, ne Chrs peccator vt alij putaret. Et qa tũc tm̃ ſe humiliauit, decuit eum
tũc tam ꝑclariſſime ſublimari, ſicut & tpe paſſionis qñ ſe ſumme exinaniuit, p maxima mira-
cula tunc facta eſt clarificatus. Quarto ad inſinuandum, ꝙ p Chriſti baptizationem data eſt
aquis vis purgatiua peccati, & ꝙ baptiſmate Chriſti baptizatis ſpũs ſanctus infundit, cœle-
ſteq; regnũ aperit. Chriſtus etem̃ ſua baptizatione, noſtrã baptizationẽ ſecundũ modum ab
" ipſo inſtitutũ ꝑfigurauit, ⌊& vox de cœlo facta eſt: Tu es filius meus dilectus.⌋ ¶Vox iſta de
cęlo facta aſſerit, quia cœleſti virtute in aere eſt prolata. Siquidẽ ab angelo eſt formata in pſo Iohan. 12
na dei patris, quemadmodũ in Iohanne Chriſtus dixit: Pater clarifica filium tuum, vbi mox
ſubdit: Venit ergo vox de cœlo, dicens: Et clarificaui, & iterũ clarificabo. Quo audito, turba
aſſeruit tonitruũ factũ eſſe, alij dicebant: Angelus ei loquutus eſt. Et ſecundum expoſitores,
illi alij veritatẽ loquuti ſunt, quia videlicet in perſona patris angelus dixit hoc. Hinc in Chri
ſti baptiſmo dicit pater appatuiſſe in voce, nõ quia in ea ſit viſus, ſed quia auditus. Et conue-
nienter in voce apparuit ad pandendum, ꝙ dicendo genuit vnigenitum filium ſuum, qui eſt
verbum æternũ, ore patris æternal'r, intellectualiterq; prolatum. Itaq; dixit: Tu es filius me-
us dilectus, filius vtiq; cõſubſtantialis, coæternus, & coæqualis, non minor, aut pura creatura
vt mentitus eſt Arrius ſceleratus. ¶Denique pater Chriſtum ſecundũ diuinitatẽ non minus
diligit quàm ſeipſum, imò ſuperardẽtiſſimo, ſuperſuauiſſimo, penituſq; infinito diligit eum
amore, cum infinitæ ſit bonitatis ac pulchritudinis, & quia totũ quod habet cõmunicat filio.

CAP. III. Filius quoq; infinite diligit patrē, ſed & pater ac filius nō minus diligūt ſpiritū ſanctū, & ille D
infinite diligit patrē ac filiū. Pater quoq; ſeu tota trinitas diligit Chriſtū, ſecūdum naturam
aſſumptam vt verbo vnitam magis q̃ om̃ia ſimul creata, quoniā maius bonū præſtitit ei, vt-
Iohan. 3. pote hypoſtaticā vnionē cū verbo, & gratiā quodāmodo ſine mēſura ⌊ in te cōplacuit mi- »
hi ⌋ Quēadmodū pater diligit filiū ſecūdū diuinitatē tm̃ ſicut ſeipſm̃, ſic tātā habet cōplacen- »
tiā in illo, ſicut in ſemetipſo, nēpe ſuperbeatiſſimæ trinitatis mutua complacētia, eſt prorſus
immenſa, cū nil diſſimilitudinis, nil cōtrarietatis, nil defectibilitatis, aut imperfectionis con-
ſiſtat in eis, ſed vnaquæq; infinitæ ſit bonitatis, ſapientiæ, pulchritudinis, ſanctitatis, om̃iſq;
rō perfectæ mutuæ dilectionis ac cōplacētiæ inueniat in eis, videlicet clariſſima intuitio, ple
na communio, ſumma ſimilitudo, illimitata bonitas, ſimpliciterq; infinita perfectio, volun-
tatis vero nō conformitas ſolū, ſed & vnitas ſempiterna. Poſtremo in Chriſto ſecundum hu
manam eius naturam, habet deus pater ſeu trinitas cōplacentiā præcipuam, imo maiorem q̃
in om̃ibus ſimul creatis, ſicut in obedientiſſimo filio, in q̃ nulla vnq̃ extitit culpa, ſed q à prin
cipio creationis animæ ſuæ, deo ꝑfectiſſime, affectuoſiſſimeq; adhæſit, om̃i quoq; gratiaꝝ
chariſmate pulcherrime fuit ornatus. Inſup patri in Chr̃o ſecūdū humanitatē eius cōplacuit,
quia videlicet placuit patri tanta pietate & gratia ꝑuenire animā eius, atq; p Chriſtū hominē
Coloſſ. 1 ſeu eius humanitatē ſaluare om̃e genus humanū. Propter q̃d ait apl̃us: Quia in Chriſto cōpla
Eſaiæ. 42 cuit omnē plenitudinē inhabitare, & om̃ia recōciliare per ipſum. His verbis cōſonat q̃d per
Eſaiā p̃r ait de Chr̃o: Ecce puer meus, ſuſcipiā eū, electus meus cōplacuit ſibi in illo aïa mea
Auguſtinus dedi ſpm̃ meū ſup eū. ¶ Poſtremo Auguſtinus in de cōſenſu Euāgeliſtaꝝ diſſeruit, q̃d Mat-
thæus ait dictū à patre. Hic eſt filius meus dilectus. Lucas aūt: Tu es filius meus dilectus, ad e-
andem ſnīam explicādam valet. Vox em̃ cœleſtis vnū hoꝝ dixit, ſed Matthæus oſtēdere vo
luit ad id valere verba illa quæ dicta ſunt, vt illis potius qui audiebant, indicaret, ꝙ ipſe eſſet E
filius dei. Non em̃ Chriſto indicabat quod ſciebat, ſed audiebant qui aderant. Propter quos
etiam ipſa vox facta eſt. Itaq; ſecūdū beatū Auguſtinū alij q̃ Iohannes audierant vocē illam,
Auguſtinus & forte ſecūdū Auguſtinum ſimili modo etiam dicēdum, ꝙ columbā quoq; viderūt. Porrò
Matt. 3. ego anteq̃ verba hæc legi, ita de iſta materia ſcripſi ſuper Matthæū. ¶ Quærit an ſolus Iohā-
nes viderit columbā ſup Chriſtū deſcendere ſeu ſedentē, an etiā ipſe ſolus vocē patris audi-
uit, præſuppoſito, ꝙ Chr̃us vidit columbā, audiuitq; vocē præfatā. Ad q̃d reſpōdi ibidē. De
hoc nil legi, ſed apparet ꝙ ſic, aliter non indiguiſſet Iohannes teſtari populo, quēadmodum
viderit ſpiritū ſanctū deſcendētē in Chriſtū. Hoc ergo ibi opinatiue locutus ſum, q̃d adhuc
probabiliter dici poſſe opinor, q̃uis ſancto Auguſtino cōtradicere non intendam, nec ſequit
ꝙ vox illa formata ſit, vt præſentes eam audirēt, quoniam facta non eſt vt Chriſto aliqd in-
dicaret. Nam facta eſt propter Iohannem vt dictum eſt, atq; vt ipſe populo ea quæ vidit &
audiuit, inſinuaret. Subinde ponitur ætas in qua Chr̃us ſuſcepit baptiſmū ⌊ Et ipſe Ieſus erat »
incipiens ⌋. i. fieri incipiebat ⌊ quaſi annorum triginta ⌋ Iam enim & viceſimū nonū annum »
compleuit, triceſimumq; incepit, habens de illo tredecim dies, ſecūdum expoſitores commu
Matt. 2. niter, qui etiam aſſerunt eum illo die baptizatū quo & tribus magis oſtenſus eſt, ſcilicet ter-
tiodecimo die à ſua natiuitate. Hinc Euāgeliſta ait, quaſi annoꝝ triginta, quia de triceſimo
anno modicū habuit, vel quaſi dicit hic veritatem, quia annū triceſimū vere incepit, & taliter
exponentes aſſerūt Chriſtū prædicaſſe tribus annis cū medio, q̃uis in cōputatione medij an
Auguſtinus ni accipiant partem pro toto. Veruntamen Auguſtinus atq; Chryſoſtomus aliter exponūt
Chryſoſtom⁹. hoc modo. Ipſe Ieſus erat triginta annoꝝ incipiēs, quaſi ſcilicet triceſimū primū ætatis ſuæ.
Dicūt nāq;, ꝙ Chr̃us tūc fuit plene triginta annoꝝ, & de triceſimo primo anno habuerit tre
decim dies, item, ꝙ ꝓdicauit duobus annis cū medio. Prima tamē expoſitio eſt conſonātior
textui, cōmuniuſq; tenet. ¶ Quærit, cur Chr̃us tam diu diſtulit manifeſtari, baptizari, ꝓdica F
re, & miracula perpetrare. Et reſpondendū, ꝙ ideo, quoniā ætas illa perfecta & virilis voca-
tur, in qua ſenſus & intellectus vigent in homine, robutq; corporis, idcirco doctoribus & ꝓ-
dicatoribus competit, nec oportet differre diutius, ne tēpus ad fructificandū alijs congruū mi-
Ezech. 1 nus vtiliter expendat. Vnde Ezechiel triceſimo ætatis ſuæ anno orſus eſt vaticinari & loqui
1. Reg. 5. ad populum, quo etiam anno Dauid cœpit regnare, & Ioſeph Aegypti conſtitutus eſt prin-
Gene. 41. ceps. Nec obeſt ꝙ Hieremias & Daniel in recentiori ætate prophetare cœperūt, quoniā gra
Hiere. 1 tia dei communi lege non coartat, nec operatio miraculoſa ad communem imitationem tra
Daniel. 1. henda eſt, id quoq; quod raro contingit, non eſt lex eccleſiæ. Secūdum Gregorium Nazan-
Gregorius. zenum, quia nec vna hyrundo ver ſtatuit. Chriſtus autem docuit ꝙ cōmunitatē aſſequi de-
cet. Vnde & ideo tam diu diſtulit iſta, vt nos ſuo exemplo inſtrueret, omnē vanitatē, pom-
pam, præcipitationem, iactantiamq; vitare, ne ante debitū aut congruum tempus, proceda-
mus ad publicū, vel docere alios ꝓſumam⁹. Tot ergo annoꝝ extitit Ieſus tēpore baptizatio-
nis ⌊ vt putabat filius Ioſeph ⌋ id eſt, quòd ſeu quando adhuc æſtimabat naturalis filius ipſius »
Ioſeph, quem putabant cognouiſſe Mariam & ex ea Ieſum genuiſſe, ſed ex iſto tēpore pro,
teſtimo-

A teſtimoniũ deſuper factum, & per ꝑdicationem Iohãnis, deinde per verba & opera Ieſu cœ
“ pit patere & comprobari q̃ pluribus, ꝙ Ieſus eſt Chriſtus in lege promiſſus, & per conſequẽs
ex virgine natus, iuxta quod Eſaias prædixit: Ecce virgo concipiet, ⌊ qui fuit Heli, ⌋ id eſt q Eſa. 7
Ioſeph fuit filius Heli, ſed videtur contrarium, quia apud Matthæum dicitur filius Iacob. Ad
quod reſpondetur, quòd fuit filius Iacob vere, ſecundum carnalem propagationem, ſed filius Matt. 1.
Heli ſecundum legis inſtitutionem. Heli nãq; accepta coniuge, mortuus eſt abſq; prole, ideo
frater eius Iacob iuxta legis præceptum ſumpſit coniugem illius in vxorem, vt fratri ſuo de
functo ſemen ſeu prolem procrearet, genuitq́; ex ea Ioſeph, qui ſecundum legem vocatus eſt Deut. 25
filius Heli, quoniam lex præcepit, vt fratre vxorato ſine liberis defuncto, frater eius ſeu pro
pinquus vxorem eius acciperet, filiumq́; ex ea natum defuncto aſcriberet, ne nomen eius de-
leretur ex Iſrael. De hoc & alijs multis quę hoc loco & in varijs huius voluminis locis poſſent
“ induci, ꝑtermitto, quia ſuper Matthęum plura inde conſcripſi, ⌊ qui fuit Neri, ⌋ id eſt, qui Sa Matt. 1.
lathiel fuit filius Neri. ¶ Circa quod quæritur, quomodo verũ ſit hoc, cum in Matthæo Sala
thiel dicat̃ filius Ieconiæ? Dicendum, ꝙ Ieconias fuit naturalis pater iſtius Salathiel. Neri au
“ tem fuit pater eius legalis, ſeu per adoptionem actiuam, ⌊ qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, ⌋
id eſt Nathan fuit filius Dauid. Qualiter hoc intelligendum ſit, & de quo Nathan iſtud dica-
tur, diffuſe ac diligenter proſequutus ſum ſuper Matthæum. ¶ Porrò à Salathiel vſq; ad Da-
uid fuerunt reges quos Lucas non ponit, ſed Matthæus, Lucas vero perſonas priuatas com-
memorat, Matthæus eñ verſatur principaliter circa Chriſti regnum ſeu regiam dignitatẽ,
Lucas vero circa ſacerdotium eius. Inſuper à Dauid vſq; ad Abraham Lucas aſcendendo, &
Matthæus ab Abraham vſq; ad Dauid deſcendendo, eaſdem perſonas & ſub eiſdem nomi-
B nibus exprimunt, vnde de expoſitione huius particulæ textus ſatis ſuper Matthæum dictum
“ exiſtimo, ⌊ qui (.ſ. Seruch) fuit (filius) Ragau. ⌋ Iſte Ragau in trãslatione Hieronymi dicitur
“ Reu, vt in Geneſi patet, ⌊ qui (.ſ. Sale) fuit (filius) Cainã, qui fuit Arphaxat, ⌋ id eſt qui Cainã Gene. 11.
fuit filius ipſius Arphaxat. ¶ Contra iſtud videtur quod in Geneſi legitur, Arphaxat genuiſ-
ſe ipſum Sale, nec Cainã exprimit̃ ibi, nec interponitur. Idem quoq; habetur in lib. Paralip.
Cur autem Lucas ponit Cainã inter Arphaxat & Sale? Ad quod ab aliquibus reſpondetur, 1. para. 1.
ꝙ Arphaxat adhuc viuens adoptauit nepotem ſuum Sale, ideoq́; eius filius appellatur: ſicq́;
Cainã fuit pater naturalis præfati Sale. Alij putant, quòd Sale fuit filius adoptiuus ipſius Cai-
nã & naturalis filius ipſius Arphaxat. Itaq; in hoc omnes concordant, quòd vnus iſtorũ duo
rum fuit pater naturalis iſtius Sale, alter autem pater eiuſdem legalis ſeu actiue adoptiuus. Se
ptuaginta vero interpretes ponunt hunc Cainã inter Arphaxat & Sale, quorum translatio-
“ nem ſequitur Lucas, quia ſuis temporibus tota eccleſia ea vtebatur, ⌊ qui (ſcilicet Sem) fuit (fi
“ lius) Noe, ⌋ quem Sem Hebræi putant fuiſſe Melchiſedech, & quòd vixit vſque ad tempora
Iſaac. Nam in Geneſi ſcribitur Sem vixiſſe annis ſexcentis, propter quod (vt dicunt) Melchi Gene. 11.
ſedech dicitur fuiſſe abſq; patre & matre, non quia non habuit, ſed ob nimiam eius ſenectu-
“ tem, & quia ſcriptura parentes eius ſub nomine Melchiſedech non deſcribit, ⌊ qui fuit (fili-
“ us) Noe, qui fuit filius Lamech. ⌋ Iſte eſt Lamech deſcendens de ſtirpe Seth, vt patet in Gene Gene. 5
ſi. Fuit autem & alter Lamech de genere Cain, qui & interfecit ipſum Cain, & bigamiam in-
“ cepit, quemadmodum fertur in Geneſi, ⌊ qui (Lamech) fuit (filius) Mathuſale. ⌋ Iſte Mathu Gene. 4
ſale omnibus ſenior fuit, quoniam vixit annis nongentis ſexagintanouem, obijtq́; ante dilu-
“ uium anno eodem quo inundauit ſecundum Hieronymum, ⌊ qui (Mathuſale) fuit (filius) E- Hieronymus.
“ noch, ⌋ De quo Iudas ſcribit in ſua canonica. Prophetauit aũt de his ſeptimus ab Adam E-
C noch, vnde patet, quòd ſeptimus fuit poſt Adam per deſcenſum à Seth. ¶ Quocirca quæri
poteſt, quia ſi Enoch ſeptimus fuit ab Adam, videtur Noe decimus extitiſſe: ſiquidem inter
Enoch & Noe, fuerunt Mathuſale & Lamech, ſed Petrus Apoſtolus in ſua canonica dicit, 2. Pet. 2
Noe fuiſſe octauum. ſic enim legitur: Deus octauum Noe præconem iuſtitiæ cuſtodiuit. Et
reſpondendum, quod Enoch dicitur ſeptimus ab Adam per incluſionem vtriuſq; extremi,
videlicet tam ipſum Adam, quàm Enoch connumerando. Noe vero octauus per excluſio-
nem vtriuſq; extremi. Iſte eſt Enoch, de quo ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico: Enoch transla- Eccl. 44
tus eſt in paradiſum, vt det gentibus ſapientiam. Itemq́;: Nemo natus eſt in terra qualis E-
noch. Et in Geneſi: Ambulauit Enoch cum deo & non apparuit, quia tranſtulit illum domi- Eccl. 49
nus. Denique ipſe eſt qui cũ Helia venturus eſt & ꝑdicaturus cõtra Antichriſti fallacias, quẽ- Gene. 5.
admodũ in Apoc. ꝑdicit Iohãnes: Cuius beatiſſimi Enoch ꝓconia in lib. Sapiæ, & ad Hebræ
“ os plenius continent̃, ⌊ q (Cainã) fuit (filius) Enos. ⌋ Iſte eſt alius à Cainã ſupradicto, ⌊ q (E-
“ nos) fuit (filius) Seth. ⌋ Iſte Enos fuit hõ magnæ deuotiõis. Vñ in Geñ. habet̃: Iſte cœpit in-
uocare nomen dñi, q̃d non eſt intelligendũ quaſi pater eius Seth & Adã nõ inuocauerint deũ Gene. 4
“ ſed q̃a Enos cũ ꝓcipua deuotione coluit deũ, ⌊ q (.ſ. Seth) fuit (filius) Adã. ⌋ Vnde nato Seth,
“ dixit Eua: Poſuit mihi deus aliud ſemẽ pro Abel, quẽ occidit Cain, vt patet in Geneſi: ⌊ qui Gene. 4
“ (ſcilicet Adam) fuit (filius) dei ⌋ non ita ſicut ipſe fuit pater Seth, quia non fuit dei filius natu-

CAP. IIII. ralis, cum hoc vnigenito dei ſit proprium, ſed fuit filius dei ratione creationis, & quoniã manibus dei de limo terræ plaſmatus eſt quantum ad corpus, quantum vero ad animam factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem dei. Vnde & ſilius eius per ſimilitudinem imitatiuam vocatur, quoniam intellectualis, rationalisq́ creatura, quo creatori extat ſimilior, eo plus cõpetit ei nomen & ratio filij, quantũ ad deum, iterum fuit filius dei per gratiam adoptionis, tanq̃ prædeſtinatus. Quàmuis enĩ tranſgreſſus ſit, tamen pœnituiſſe atq; deinceps virtuoſe vixiſſe, non dubitatur. Vnde & in Ioſue maximus dicitur: Ait nãq; ibi ſcriptura: Adam maximus ibi ſitus eſt, hoc eſt ſepultus in ſpelunca, videlicet duplici, in qua Abraham quoq; Iſaac & Iacob ſepulti ſunt. ¶Circa præhabita quæritur, cur Lucas generationẽ Chriſti deſcribit à poſterioribus aſcendendo, Matthæus vero à prioribus deſcendendo? Et reſpondendũ, q Lucas tractat de Chriſti generatione quodammodo ſpirituali, & prout per eam ad deũ reducimur. Propter quod incipit ſtatim poſt Chriſti baptizationẽ, qa in baptiſmo ſpũaliter regeneramur, atq; ad deũ reducimur. Talis aũt reductio ſeu regeneratio, fit p gratiã aſcẽdendo. Matthæus vero tractat de Chr̃i gñatione & genealogia, ſcd̃m q̃d p carnis aſſumptionẽ deſcẽdit ad nos, q̃d factũ eſt p carnalis propagatiõis deſcẽſum. Hinc q́q; Lucas plures perſonas ponit inter Ioſeph & Abraham, q̃ Matthæus, qa triplices patres inducit, videlicet naturales ac legales & adoptiuos. Et enĩ filiatio adoptiua ſpũalis cenſet. Matthæus vero nõ niſi carnales ſeu naturales pr̃es cõmemorat. Inſup Lucas nõ ſiſtit in Abrahã ſicut Matthæus, ſed aſcendit vſq; ad Adã, qa p Chr̃m ad deũ reducti ſunt, qcũq; à principio mũdi ſaluati ſunt, qa oportuit eos aliq̃ mõ habere ſidẽ de Chr̃o, videlicet explicite ſiue implicite. Ex his demũ redditur rõ, cur Lucas in gñatione quã texit, nullã interſerit fœminã, cũ tñ Matthæus, quaſdã admiſceat. ſ. Thamar, Ruth & Bethzabee. Matthæus quippe carnalẽ Chr̃i ad nos deſcẽſum determinat, in q̃ mulieres cõcurrũt. Lucas aũt de gñatione iſta ptractat ſecũdum q̃d per eã ad deũ aſcẽdimus, quẽ aſcenſum mulieres impediũt magis quàm iuuãt. Hinc rurſus Matthæus deſcribendo Chriſti generationem in omibus vtitur verbo hoc, genuit. Lucas aũt verbo hoc, fuit, quia Matthæus non ponit patres & filios, niſi ſecũdum veram ac realem generationem, demptis Ieſu & Ioſeph quo ad ſe inuicem comparatis. Lucas vero ponit non ſolum patres per carnalem generationẽ, ſed etiam patres legales & adoptiuos. Deniq; quoniã (teſte apoſtolo) non prius quod ſpirituale, ſed quod animale, deinde quo ſpirituale. Matthæus qui deſcenſum Chriſti ad nos per carnalem deſcenſum deſcribit, conuenienter Euangelium ſuum à Chriſti generatione exorſus eſt. Lucas autem qui ſpũalem aſcenſum prætendit, Chriſti genealogiam ſcribere cœpit poſt deſcriptionem baptiſmatis eius, volens oſtendere, quomodo per Chriſtum efficimur filij dei, quod agitur per baptiſmũ.

Adam ratione creationis filius dei.

Ioſue. 13.

D

E

1. Cor. 15.

¶ELVCIDATIO CAPITVLI QVARTI. IESVS aũt plenus ſpũ ſancto. Articulus decimus.

SVbinde proſequitur Euangeliſta opera Chriſti, & primo quomodo maieſtatem ſuam declarauit ſuperando diabolũ. ⌊Ieſus aũt plenus ſpũ ſancto, regreſſus eſt à Iordane.⌋ Multi ſunt gradus plenitudinis ſpũs ſancti ſeu gratiæ eius. Nã & Iohannes Baptiſta dicit ſpũ ſancto repletus in vtero matris, & de apoſtolis legit: Repleti ſunt oẽs ſpũ ſancto, & de Stephano ſcriptũ eſt: Cũ eſſet Stephanus plenus ſpũ ſancto. Itaq; vna eſt plenitudo ſpũs ſancti, ſeu gr̃æ quæ dicitur plenitudo proportiõis ſeu cõparatõis, ſecũdũ quã dr̃ aliqs plenꝰ gr̃a vel ſpũ ſancto, quãtũ ad ſuã ptinet mẽſurã ſiue ætatẽ, vel comparatione alioꝝ. Alia dicit plenitudo ſufficientiæ, qua aliqui dicunt apoſtolos & Stephanũ atq; cõſimiles fuiſſe repletos ſpũ ſancto. Veruntamẽ quoniã tales fuerunt viri heroici atq; pſecti, etiã quãtũ ad opa ſuperogatiõis, p obſeruãtiã cõſilioꝝ pcipuã, videt illoꝝ plenitudo dicẽda plenitudo abundãtiæ. Alia eſt aũt plenitudo prærogatiuę quæ fuit in virgine benedicta cui dictũ eſt: Aue gr̃a plena, hæ plenitudines accipiunt augmẽtum durante hac vita, qa & virgo glorioſa profecit quotidie in charitate & gr̃a, cæteriſq́ virtutibus. Quarta vero ponit plenitudo ſuperabundantiæ qua Chr̃us vt homo fuit plenus ſpũ ſancto, omniq́ gratia, dono & virtute ipſius. Deniq; in tantũ fuit plenus ſpiritu ſancto & donis ipſius, quòd tota animæ ſuæ capacitas fuit repleta, ita quòd in habitu gratiæ ac virtutũ nunq̃ profecit, vt declaratum eſt clarius articulo ſeptimo. Hęc autẽ plenitudo propria eſt Chriſto homini cui datus eſt ſpiritus non ad menſuram, videlicet qua datus eſt alijs, vt in Iohãne fertur. ¶Quæritur an Chriſtus ſecundum diuinitatem, ſeu vt verbum æternum fuit plenus ſpiritu ſancto? Et reſpondẽdũ, q ſecũdũ Damaſcenũ, cæteroſq́ theologos, q̃libet diuina & increata pſona eſt in alia p circũinceſſionẽ, itaq; pr̃ totus eſt in filio & ecõtra, ſimiliter ſpũs ſanctus eſt totus in patre & filio, pater quoq; & filius in ſpũ ſancto. Nam & quęlibet diuina perſona eſt incircũſcriptibilis & immẽſa. Itaq; iuxta hũc ſenſum dici poſſet Ieſus, vt deus plenus ſpiritu

Actor. 2.
Actor. 7.
Gradus plenitudinis ſpiritꝰ ſancti.

F

Gratiæ plenitudo Chriſto propria.

Damaſcenus.

A ſpũ ſancto, ita ꝙ ſpũs ſanctus totus & plene oĩno in ipſo eſt. In rationabilibus vere creatu
ris dicit ſpũs ſanctus eſſe per dona ſua. Vnde ſicut illis dari aſſeritur, quibus gratiæ ſuæ mu-
nera infundũtur, ſic illi ferũtur pleni ſpũ ſancto, qui eius gratia & virtute infuſa replent. Itaq;
" Ieſus baptizatus à Iohãne diſceſſit regrediẽs à Iordane in q̃ fuit iam baptizatus ⌊& agebatur
" ſpiritu⌋ .i. à ſpiritu ſancto inducebatur ſeu mouebatur ⌊in deſertũ⌋ hoc eſt in ſolitudinem
quæ eſt aptiſſimus locus ad illa exercitia, propter q̃ Chrũs deſertũ ingreſſus eſt. Itaq; agi ſu-
mitur hic eo modo quo ad Romanos ait apoſtolus: Quicũq; ſpũ dei agũtur .i. mouentur, re- Roma. 8.
guntur, ſeu diriguntur, hi filij dei ſunt. Præterea Chriſti humanitas fuit inſtrumentum ſeu or
ganum ſpũs ſancti, imò totius ſuperbeatiſſimę trinitatis in opere indiuiſæ operantis per il-
lam, præſertim tamen dicitur fuiſſe inſtrumentũ verbi à quo fuit aſſumpta. Vnde ſicut cor-
pus noſtrũ eſt inſtrumentum immediatum animæ coniunctum & propriũ animæ noſtræ,
ſic Chriſti humanitas fuit verbi animatũ, vnitum, immediatũ ac propriũ inſtrumentũ. Idcir
co Chrũs vt homo in oĩbus agebatur ſeu mouebatur à verbo æterno, ſeu à ſeipſo ſecundũ
" ꝙ deus eſt. Itaq; agebat à ſpũ in deſertũ quod fuit inter Hiericho & Hieruſalẽ, ⌊quadragin-
" ta diebus⌋ .i. tot diebus ibidẽ ſpũ agente permãſit. Loquitur aũt Lucas de die naturali quæ
noctẽ includit. Eſt eñ ſpacium vigintiquatuor horarum. Matthæus vero loquẽs de die ar- Matt. 4
tificiali ait, ꝙ Chrũs fuit ſeu ieiunauit in deſerto quadraginta diebus & totidẽ noctibus, de q̃ Iohan. 11
etiam die ait ſaluator: Nonne duodecim ſunt horæ diei. ¶ Circa hæc multa ſunt intuẽda. Pri
mo cur Chriſtus qui peccare non potuit, nec publico impediri à bonis nec ſolitudine adiu- Chrũs cur he-
uari, ingreſſus eſt heremũ. Et reſpondendũ, ꝙ Chrũs nõ ſolum voluit omnem pfectionẽ im remũ ingreſſus
B plere, ſed inſup diuerſas ſpecies, gradus & modos pfectiõis, ſeu perfectæ cõuerſatiõis oſten
dere & docere. Hinc in pueritia cũ matre & eius miniſtro moratus eſt, fuitq; ſubditus eis, vt
cõuerſationem ſub obedientia ſpũalis patris ſeu matris exemplariter demonſtraret & effica
citer approbaret. Deinde ingreſſus eſt ſolitudinẽ, vt heremiticæ ac anachoriticæ vitæ p̃beret
exemplum & ſolitariam vitã opere cõmendaret. Secũdo, vt inſtrueret nos, ꝙ ad pœnitẽtiã Ad pœnitẽtiã
peragendam cõtemplationisq; apicẽ adipiſcẽdum, ſolitarius p̃cipue conferat locus, præſer peragendã ſo-
tim deſertum in quo ſenſualium delectationũ deſunt obiecta, vt ſupra plenius dictũ eſt, vbi litarius cõfert
oſtendebatur, cur Iohannes Baptiſta ad deſertũ cõfugit, tertiam cauſam tangit Euangeliſta locus.
Matthæus, dicendo: Ductus eſt Ieſus in deſertũ, vt tẽtaretur à diabolo. Sed nonne & extra Mat. 4.
deſertũ quiuit tentari? Cur ergo hoc ait Matthæus, niſi vt innuat ꝙ Ieſus propter certas cau
ſas voluit ſingulariter, hoc eſt acerrime atq; fortiſſime tentari à dæmone, & quaſi manu ad
manum contra eũ confligere? Quarto ingreſſus eſt deſertũ protinus poſt baptiſmũ, teſtimo
niumq; Iohãnis, imò poſt tam ſublime teſtimoniũ dei patris ac ſpũs ſancti de ipſo, vt formã
præſtaret vitandi laudem humanã & omnẽ gloriã vanã, quatenus & nos laudati aut honora
ti, quæramus latere & optemus neſciri. Quinto poſt baptiſmũ ſtatim introijt heremũ, volẽs
docere ꝙ tunc potiſſimũ debemus cuſtodiæ cordis inſiſtere, profectuiq; ſpũali vacare cũ ali-
quã ſpecialem à deo purificationem & gratiam ſortiti fuerimus, ne deo ingrati reddamur, &
tanto grauius offendamus, quo ampliorem paulo ante miſericordiã cõſecuti eramus, pẽſan- Heb. 6.
tes illud apoſtoli: Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, & guſtauerũt donũ cœleſte &
prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitẽtiã, in qua authoritate impoſſibile pro difficili ſecũ-
dum vnã expoſitionẽ accipit. Iohãnes quoq; in Apocalypſi: Tene (inquit) quod habes, ne al- Apoca. 3.
C ter accipiat coronã tuam. Sexto, vt in ſolitudine pro noſtris peccatis corpus ſuũ abſtinẽdo
affligeret, atq; in alijs ſe actibus ſatisfactorijs exerceret. Puto equidẽ ꝙ ibidem mũdi peccata
" copioſe defleuerit, & pro noſtra ſalute iugiter fuderit preces ⌊& tentabatur à diabolo⌋ Se-
cundum Origenem toto tẽpore quadraginta dierũ illorum tentabatur, & quæ fuerint tẽta-
menta neſcimus, quæ ideo forſitan prætermiſſa ſunt, quia maiora erãt q̃ vt literis crederent.
Veruntamen verbum hoc Origenis pie accipi debet, præſertim cum beatiſſimi Euãgeliſtæ Origenes.
Matthæus & Lucas tres tẽtationes quas ibi paſſus eſt Chrũs commemorent. Baſilius quoq; Baſilius.
ſentire videt, ꝙ cõpletis quadraginta diebus ieiunij, ſit tẽtatus. Ait nãq;: Chrũs p quadrage
nã intẽtatus mãſit. Nouerat eñ diabolus ꝙ ieiunabat nec ſameſcebat, ideoq; nõ audebat ac-
cedere, & iſtud Euãgelicæ veritati magis cõſonũ reor, quia in Matthæo habet: Cũ ieiunaſſet
quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſurijt. Et accedẽs tẽtator dixit. Vnde
apparet, ꝙ cõſummato ieiunio & viſa famæ ipſius tẽtator aggreſſus ſit eum. Hinc aliqui ex- Matt. 4
poſitores affirmãt, ꝙ eſuries Chriſti fuit diabolo tentãdi occaſio. ¶ Deniq; ſicut pro noſtra
ſalute vnigenitus dei dignatus eſt incarnari, circũcidi, baptizari & crucifigi, ita etiam & ten
tari. Primo, vt nobis virtutem & gratiam triumphandi in omni tentatione promereret. In
omnibus nãq; quæ egit & pertulit nobis promeruit. Secũdo, vt nos ad ſuſtinenda oĩa ten-
tamẽta animaret & prouocaret. Membra quippe & famuli dño ſuo ac capiti debent libẽter
& proportionabiliter conformari. Tertio, ne quis fideliũ in tẽtationibus quantumlibet gra-
uibus conſtitutus puſillanimitate deijciatur, aut à deo ſe ſuſpicetur relictum, dum & vnige-

nitus dei grauiter eſt tentatus. Quarto, vt formã reſiſtendi atq; vincendi nobis monſtraret. D
Vnde in qualibet tentatione ſcripturã obiecit diabolo. Quinto, vt ptãtem tentatõis debilita
ret, noſq; ab omni tentatõe erueret. Inſup in hoc potiſſimũ incõphenſibilẽ ſuã dignationem
& humilitatẽ oſtẽdit, q; à dæmone ita tentari dignatus eſt, ita vt duceret ſeu aſſumeret à dia
bolo de loco ad locum. Itaq; in omni tentatione Chriſtum fiducialr inuocemus, vt virtute &
Hebr.2 merito ſuæ tentationis nos roboret ſuperareq; faciat, quia & Apoſtolus loquit ad Hebræos:
Debuit Chriſtus per omnia fratribus aſſimilari vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad deũ.
In quo enim paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt eis qui tentant auxiliari. Chriſti ergo digna
tionem & humilitatem ſectemur omni indignatione ſuperbiæ refutata. ⌊Et nihil manduca »
nit in illis diebus.⌋ hoc eſt, intra quadraginta hos dies nullum ſumpſit corporeum alimentum »
Non ergo ieiunauit vt nos qui quotidie ſemel reficimur. Quod autem contra diabolum dimi
caturus voluit primo abſtinere, patefecit, quòd volentibus dæmonum tentamenta proſter-
nere opus ſit carnem ſuam à voluptatibus guſtus & tactus abſtrahere, quẽadmodũ ait Apo
1.Cor.9 ſtolus: Caſtigo corpus meũ & in ſeruitutem redigo. Et rurſus: Qui aũt ſunt Chriſti, carnẽ ſuã
Gala.5 crucifixerũt cũ vitijs & concupiſcẽtijs. ¶ Præterea deſertũ aptiſſimus locus eſt pœnitẽdi, orã
di, & cõtemplandi, & hoc ordine quodã, qm abſtinẽdo pducit homo ad grãm orõnis deuo-
ræ, p orõnem vero ad grãm cõtemplatõis ſyncere, atq; p tria hæc & aliorũ inſtructionẽ pdi-
cationẽ, gubernationẽ, aptiſſimus reddit, vt ſic grãm, ſapiam & feruorẽ quos in abſcondito
deſup ſumpſit, alijs p ignea atq; idonea verba cõmunicet & pponat. Vnde Chrus mox alijs
pdicaturus ad nos exemplariter inſtruẽdos, Primo in ſolitudine, ieiunio, orõni, & cõtempla E
tioni vocauit, inſtruẽs aliorũ rectores, pdicatores, platos, vt in primis ſeipſos in pdictis exerci
tẽt, ſicq; ſanctè cõuerſando mereant à deo grãm efficaciter pdicãdi ac fructuoſe regẽdi, vt.ſ.
verba quę pferũt nõ ex arido corde, ſed ex guſtu interno, ex charitatis ardore, ex ſpũali expe
Pſalm.144 rietia profluãt, iuxta illud Pſalmi: Memoriã abundãtiæ ſuauitatis tuæ eructabũt ⌊& cõſum »
matis illis eſurijt.⌋ hoc eſt, poſt quadraginta dierũ finẽ Chrs ſtatim famẽ ppeſſus eſt, & forſitã »
magnũ ad profectũ & cõmodũ noſtrũ. Nam ea quę ppter nos paſſus eſt in abundãtia paſſus
eſt ex magnitudine charitatis ad nos & ob multiplicẽ fructũ nobis inde manãtem. Hinc Chri
Pſal.108. ſtus ait in Pſalmo: Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter ole
Pſalm.34 um, hoc eſt, olei defectum. Et denuo: Humiliabam in ieiunio animã meã. ¶ Deniq; Moſes &
Helias tãto tpe ieiunarunt, vt Chrus, nihil edentes neq; bibẽtes, nec tñ eſurijſſe legunt quãuis
poſtea eſurijſſe credant. Noluit aũt Chrs diutius ieiunare q̃ præfati eius miniſtri, ne diabolus
de eius diuinitate maiorem æſtimationem acciperet, itemq; ppter myſticã rõnem, qm qua-
dragenarius numerus pœnię cõgruit, conſtat etem ex denario quater accepto, ſicq; deſignat
hois ex quatuor elemẽtis cõpoſiti caſtigationẽ cũ obſeruatõe decalogi, ſcdm quatuor Euãge
liorũ doctrinã, & rurſus, qm tot diebus ieiunãdo offerimus deo decimas dierũ anni ſecũdum
Gregorius Gregorium, cui & aliarũ rerum decimas offerre pcipimur. ¶ Inſup vt ſingularitatem & oſtẽ-
tationem doceret vitandã. Eſurijt autẽ non ex infirmitate aut neceſſitate naturæ, ſed diuina
diſpenſatõe ac propria voluntate. Licet em̃ in cõi loquẽdo mirũ & ſupnaturale ſit hominem
tãto tpe ſine omni edulio & potu ſubſiſtere, nihilominus in Chro mirabilius fuit, q; poſtea eſu-
rijt, q̃ q; interim comedit. Ad q̃d intelligendũ ſcire oportet, q; poſt reſurrectionẽ futurã cor F
pora beatorũ erũt animabus glorificatis pfectiſſime, ad imperiũq; ſubiecta, ita q; ex redundã
tia beatitudinis aĩarũ in corpa, erũt corpa illa quatuor dotibus decorata, v cʒ claritate, agilita-
te, ſubtilitate, & impaſſibilitate. Cum ergo aĩa Chri fuerit à principio ſuæ creationis præ cũ
ctis creaturis intellectualibus præexcellenter deo fruens atq; btã quoad pmium eſſentiale,
cõſtat q; ex redundãtia beatitudinis ſuæ in corpus poterat pſeruari, & pſeruata fuiſſet ab omñ
paſſione corporisq; incõmodo, niſi deo ſic ordinãte, dilata atq; ſuſpenſa fuiſſet redundantia il
la vſq; ad tps, vcʒ vſq; ad reſurrectionem. Non ergo indiguit alimento, niſi ea voluntate, qua
redundantiam illam ſuſpendit. Iterũ famem aſſumpſit, vt veram in ſe humanitatem oſtẽde-
ret. Item p ſamis ſuæ pœnalitatem magnã nobis grãm ſaturitatemq; animæ mereret. Omnis
quippe afflictio eius nobis meritoria extitit. Rurſus, vt diabolo occaſionem tentandi ſe exhi
beret, quemadmodum fortiſſimus pugil aduerſarium prouocat ad congreſſum. Hinc aſſerit
gloſa: Fames Chriſti pia fraus eſt, ne diabolus eum tentare caueret. Fraus itaq; fuit fames illa
nõ quaſi non fuerit vera fames, ſed quoniã diuinitatẽ cælauit, dæmonemq; fefellit. At vero ex
hoc q; diabolus Chriſtũ poſt baptiſmũ atq; ieiuniũ tentare aggreſſus eſt, innoteſcit q; tũc po
tiſſimũ nitit hominẽ impedire ac vincere cum viderit eũ incepiſſe profectum, & aliquo feruẽ
Eccli.2 tiori proficiendi deſiderio inflammatum. Ideo in Eccleſiaſtico docet: Fili accedẽs ad ſeruitu-
rem dei ſta in iuſtitia & timore, & præpara animã tuam ad tentationem. Ex hoc autem q; nõ
legit Chriſtum tentaſſe, niſi cum deſertum ingreſſus eſt, deſignat, quòd illos præcipue conat
deijcere, qui ſtudent perfectioni, ſoliq; deo, omni hominũ relictafrequentia vacare nituntur.
Hinc ſecundum doctores ſolitaria vita, ſcilicet, quæ eſt penitus ſolitaria, & extra cœno-
bium

A bium ſeu cõgregationẽ aut ſocietatẽ, periculoſa eſt, potiſſimũ imꝑfectis. ¶Poſtremo ꝑ illud
ꝙ cõpleto mirabili ac lõgo ieiunio Chrm̃ aggreſſus eſt dæmon, oſtẽditur ꝙ virtuoſos ac re-
ligioſos etiã tũc de ſpũalibus vitijs tẽtare molit, cũ eos carnalia viderit vitia ſuperaſſe. Nunq̃ Nuſquã ſimus
ergo ſecuri ac improuidi ſimus, ſed timorati ſemꝑ & circũſpecti, quẽadmodũ in Eccleſiaſti- improuidi.
co ſcriptũ eſt: Niſi in timore dei tenueris te inſtanter, cito ſubuertet domus tua. Subinde de- Eccle.27
« ſcribit tẽtationis proceſſus. ⌊Dixit aũt illi diabolus:⌋ Diabolus iſte à multis fert fuiſſe prim⁹
« ille apoſtata angelus q Lucifer dicit. ⌊Si filius dei es⌋ Nouit diabolus ꝙ in ſcripturis tã hoies
virtuoſi q̃ angeli ſancti appellent filij dei. Cũ ergo loquit Chr̃o. Si filius dei es, intẽdit de vni
genito filio patris æterni, an. ſ. Chrũs ſit vnicus ille, naturaliſq́ filius dei, de cuius incarnatõe
aduẽtu, & paſſione ſciuit diabolus prophetas eẽ locutos. Diabolus ĝq̃ non dubitauit de Ieſu
« ſanctitate, ſed de eius vera diuinitate ⌊dic lapidi huic⌋. i. propria authoritate, ꝓcipiendoq́
« age, ⌊vt (lapis hic ante te iacẽs) panis fiat⌋ hoc eſt, cõuertat in panẽ. Primo tentauit diabo- De gulæ vitio
lus Chriſtum de vitio gulæ & mutatiõe lapidis in panẽ, qa videbat ꝙ Chrũs eſurijt, ſicq́ ma primo tẽtatur
gis diſpoſitus eſſet ad panis affectũ ac tale miraculũ. Deniq; nõ tentauit Chriſtũ in primis de Chriſtus.
aliquo manifeſte inhoneſto, turpi ſeu vitioſo, qa ſanctitatẽ eius pẽſauit, ideo nõ cõfidebat, ꝙ
ad tale aliquid poſſet eum ſtatim inducere. Locutus eſt etiam dæmon multũ aſtute. Non eñ
dixit. Roga deũ vt lapidem cõuertat in panẽ, vel pete à me, vt ego hoc faciã, ſed ait, dic, ideſt
ſolo imperio ſeu imperiali verbo hoc fac. Cognouit nãq; tẽtator, ꝙ taliter rerũ naturas mu-
tare deo ſit proprium, de quo ait Pſalmiſta: Ipſe dixit & facta ſunt. Cui & in libro Sapientiæ Pſal.32.148
dicit: Subeſt tibi cũ volueris poſſe. Itaq; cogitauit tẽtator, ſi ſic poterit lapidẽ in panẽ cõuer- Sapiæ.12
tere, ſciã ꝙ vnigenitus dei ſit verusq́ deus, q̃d ſi nõ poterit, patebit mihi ꝙ purus ſit hõ. Por-
B ro in Matthæo legitur Chriſto dixiſſe: Dic vt lapides iſti panes fiant. Aut ergo Lucas ponit
ſingulare pro plurali aut Matthæus plurale pro ſingulari, quorum vtrũq; ſæpe ſit in ſcriptu- Mat. 4.
ris. Præterea ſecundum Ambroſium ex eo ꝙ diabolus explorando & tentando loquit Chri- Ambroſius.
ſto: Si filius dei es, conſtat ꝙ nouerat filium dei venturum, ſed hunc eſſe Ieſum non æſtimauit
propter infirmitatem corporis quã in ipſo ꝑpendit. Chryſoſtomus vero affirmat, ꝙ diabo- Chryſoſtom⁹.
lus audiuit angelos deo gloriam in Chriſti natiuitate cãtãtes. Angelũ quoq; paſtoribus nũ-
ciantem, quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chrũs dñs: itẽq; ꝙ vidit tres Magos pu Lucæ.2
erum adorantes. Symeonẽ quoq; & Annam ac Iohãnem Baptiſtã Ieſu Chriſto teſtimonia
perhibentes, ex prophetia etiã Danielis de numero hebdomadarꝫ agnouit tẽpus aduentus
Chriſti impletum, ex alioꝝ quoq; oraculis prophetarꝫ cognouit ꝙ Chrũs ſit deus, ex q̃bus
oñibus vehemẽter putauit, ꝙ Ieſus eſſet Chriſtus vnigenitus dei. Porro ex alia parte videns
eum inter populares & peccatores baptizatum & fame confectũ, dubitauit & fluctuauit q̃uo
talis poſſet eſſe drus, ideo veritatẽ explorans, dicebat: Si filius dei es. Hinc & alij quidã dicũt,
ꝙ diabolus humilia in deo non potuit credere. ¶Sed circa hęc verba dubitatiões non paruæ
occurrunt. Cum eñ diabolus tantæ ſit ſubtilitatis atq; ſciẽtiæ, certiſſime noſcit angelos ſan-
ctos nunq̃ mentiri, imo mentiri non poſſe. Si ergo audiuit pręfata angelorum teſtimonia, de
Chriſti natiuitate peracta, vidiiq́ ꝙ puerum illum Magi adorauerunt quem angelus aſſeruit
eſſe Chriſtũ, nequaquàm dubitauit quin Ieſus fuerit Chriſtus. Rurſus ſicut ex dictis prophe-
tarum cognouit dei filium incarnandum, ſic quoq; ex eiſdem ſciuit eũ pro mũdi ſalute paſſu Eſaiæ.53.
rum, imò ignominioſiſſima morte necãdum. Hoc eñ in Eſaia & in pſalmo qui incipit: Deus Pſal.21.
C deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti, apertiſſime fuit prædictum. Itaq; apparet, ꝙ
non ideo æſtimaſſet Ieſum non eſſe Chriſtum, quia abiecta ſuſtinuit. Præſertim, quoniã ſci
uit Chriſtum inter homines conuerſaturum, atq; in magna paupertate victurũ, prout in Za Zacha.9
charia & Baruch dictum erat, imò tempore paſſionis Chriſti videns ineffabilem patientiam Baruch.3
Chriſti, ſuggeſſit vxori Pilati vt perſuaderet Pilato. Nihil tibi & iuſto illi. Propter hæc & Matt.27.
multa ſimilia quæ poſſem inducere nõ video quid ad hanc difficultatem ſoluendam aptius Auguſtinus
valeat reſpõderi, niſi quod nono de ciuitate dei cap. viceſimo primo aſſerit Auguſtinus: Dę-
monibus (inquit) Ieſus Chriſtus tantum innotuit quantum voluit. Tantum aũt voluit quan-
tum oportuit, id eſt expediens fuit, hoc eſt, quantum tumidis innoteſcendũ fuit. Innotuit ĝq;
eis non per id quod eſt vita æterna & lumen incommutabile, ſed per quædam tẽporalia ſuæ
virtutis effecta ſeu opa & occultiſſimæ ſigna ꝓſciẽtiæ q̃ angelicis mẽtibus etiã malignoꝝ ſpi
rituũ potius q̃ infirmitati hũanæ poſſunt eẽ cõſpicua. ¶Deniq; qñ ea Chr̃s paululũ ſupprimẽ
da iudicauit & aliquãto altius latuit, tũc dubitauit de illo dæmonũ princeps, eũq; tentauit an
Chr̃s eẽt explorãs quãtũ ſe ipſe tẽtari ꝑmiſit, vt hominẽ quẽ gerebat ad nr̃æ imitationis tẽ- Auguſtinus
peraret exemplũ. Ex his beati Auguſtini eloquijs eluceſcit, ꝙ dæmon tantã de Chr̃o notitiã
habuit quãtã Chr̃s permiſit. Vnde & arbitror, ꝙ diabolus ex præinductis & alijs varijs ver
bis, factis, ſigniſq; Chriſti certitudinaliter atque ſtabiliter cognouiſſet Ieſum eſſe Chriſtũ, ſi
Chriſtus hoc permiſiſſet, potiſſimũ quãdo Chrũs poſtea aperte docuit ſe eſſe dei vnigenitũ,
verumq́ deum, atque hoc ipſum per miracula ſoli deo poſſibilia confirmauit. Talia quippe
diabolum

diabolum non latuiſſent, ſi Chriſtus permiſiſſet. Nihilominus Chriſtus dicit aliqua feciſſe ne D
diabolus cognoſceret eum iã natũ, & tñ quædã illoꝝ non fuerãt talia, qm̃ ſi Chr̃us ꝑmiſiſſet
diabolus illis nõ obſtãtibus cognouiſſet Chr̃m iã natũ, & Ieſum eſſe Chr̃m. Cõmuniter etẽ
dicit, ꝙ voluit mr̃em ſuam quàmuis virginẽ eſſe ſponſatã viro, ne mr̃is virginitas pateret &
diabolo, ſicq; virginis filium agnoſceret Chriſtum, & tamen deſponſatõe illa non obſtante
diabolus ſua naturali induſtria bene exploraſſet atq; nouiſſet an mr̃ Ieſu exiſteret virgo, vt do
ctores euidenter oſtẽdunt, vnde ꝙ hoc latuit dęmonẽ, fuit ex hoc ꝙ diuinitus fuit prohibitus
nec explorare ꝑmiſſus. Sic ad propoſitũ dico, ꝙ teſtimonia angeloꝝ hoĩmq; ſanctoꝝ ꝑfata
de Chr̃o tm̃ innotuerũt diabolo quãtum deus voluit & ꝑmiſit, cuius moderamine factũ eſt
vt diabolus ſæpe ſic fluctuaret ex cõſideratõe diuerſoꝝ circa Chriſtum eiuſq; actus. Hęc tam
prolixe inſerui, qa inferius ſæpe locũ habebũt, dum inquiret qualiter dæmones & Iudæi no-
Auguſtinus uerãt Ieſum eſſe Chr̃m. ¶ Poſtremo & illud notãdum ꝙ Auguſtinus aſtruit Chr̃m à princi-
pe dæmonũ eſſe tẽtatũ. Vnde cõiter fert à Lucifero tẽtatus, quodq; victus ille à Chr̃o ſit in
infernũ detruſus, nec exiturus niſi in Antichr̃i aduẽtu, cuius ille poſſeſſor erit in oĩbus & di-
Deute. 6 rector. ⌊Et rñdit ad illum Ieſus: Scriptũ eſt (in Deuteronomio) Non in ſolo pane viuit hõ.⌋ „
Hoc eſt, nõ ſolo corporeo alimẽto hõ indiget, ſubſiſtit, & ſuſtentat: ⌊ſed in oĩ verbo dei.⌋ „
id eſt, ꝑ diuina verba ſeu ſacræ ſcripturæ eloquia, vel ꝑ internas dei inſpiratiões, ſeu allocutio
nes ſecretas. ¶ Itaq; ſicut homo quãtũ ad corpus & cõſeruationẽ in vita naturę indiget nutri
mento corporeo: ſic quãtum ad animã & quoad adeptionẽ ſeu cõſeruationem in vita gr̃æ in
diget verbo dei quod rite aſſerit animę cibus. Hoc nãq; ſpũaliter facit in anima quod panis, E
aut alius cibus materialis corporal̃r agit in carne. Materialis etẽ cibus reſtaurat deperditũ,
confortat naturã, ad debitã quãtitatem ꝑducit, in vita cõſeruat, ſic verba diuina mentẽ ad pę
nitentiã ducunt, qua deperdita tp̃a & omiſſa bona recuperant, interiores animæ vires cõfor-
2. Mach. 14 tat, ſcd̃m illud Machabæoꝝ: Iudas ſingulos armauit nõ haſta & clypeo, ſed optimis ſermo-
nibus & exhortationibus. Inſuꝑ verbũ dei ad debitã ſpũalis profectus menſurã ſeu quãtitatẽ
ꝑducit, nũc hortãdo, nũc cõminando, nũc blãdiendo, nunc iubendo, nunc conſulendo, quẽ
2. Timo. 3 admodum ait Apoſtolus: Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad ar-
guendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt ꝑfectus ſit homo dei ad oĩe opus bonũ. ¶ Poſtremo
cõſeruat animã in vita gr̃æ actibuſq; virtutum, & breuiter verbũ dei mortẽ peccati, vz erro
res, paſſiones, & vitia, oĩeq; malũ extirpat, & ad oẽm diſponit, cõfert, inducit virtutẽ, cõſo-
Pſalm. 118 lat, illuminat, dirigit, dicẽte Pſalmiſta: Lucerna pedibus meis verbũ tuũ, & lumẽ ſemitis meis
Et rurſus: In via teſtimonioꝝ tuoꝝ delectatus ſum ſicut in oĩbus diuitijs. Hinc in libro Sapiæ
Sapiæ. 16 legit: Non natiuitatis fructus paſcũt hoĩes, ſed ſermo tuus dñe eos q in te credũt, cõſeruat. Vi
ctus diabolus in prima tẽtatõe aggredit aliã, tentãs Chr̃m de ambitõe & auaritia, ſciẽs ꝙ mul
ti q vitia guſtus & tactus ſeu gulæ, atq; luxuriæ fugiũt, ambitõe & auaritia ſuperant ac pereũt
⌊Et duxit illum diabolus⌋ Matthæus aſſerit, ꝙ aſſumpſit eum, vnde aliqui putãt, ꝙ volãdo ꝑ „
aerem eum portauit, quod non videt, præſertim quia cõiter dicit & veriſimile eſt, quòd dia-
bolus in forma humana, imò in ſpecie hoĩs religioſi ſeu heremitæ Chriſtum in prima tẽtatio
ne acceſſit, vt eum ꝑ ſimulatã ſanctitatem citius falleret, & hãc ſpeciem in ſecũda tẽtatione ſer
uaſſe videt, in qua adhuc ſub ſpecie boni Chriſtum tẽtauit, & hoc dico de ſecunda tentatione F
ſcd̃m ordinẽ quo Matthæus tres tentationes has recitat. Matthæus eñ hãc quã Lucas ſecun
do loco cõmemorat tertiã ponit, in qua diabolus oñdit ſe eſſe malignũ, vt verba eius declarãt
⌊& oſtẽdit ei oĩa regna orbis terræ⌋ .i. quædã regna de oĩbus mũdi regnis, vel omnia re „
gna oſtẽdit ei, nõ ad oculũ corporalem, ſed intellectualem, ſpecies, & diſpoſitiões regnoꝝ ei
proponẽdo, ſeu cõcupiſcibilia illoꝝ cõmemorãdo. Porro ſcd̃m Theophilũ, oñdit ei oĩa re
Chryſoſtom⁹ gna in fantaſia, & forte ꝑ fantaſiã intelligit Theophilus imaginariã viſionẽ, Chryſoſtomus
vero imaginat, ꝙ regna viciniora oñdit. ſibi ad viſum quãtũ fieri potuit, cætera q̊dã indicio,
velut ſi qs cũ aliquo ſtans, digitũ verſus diuerſas mundi plagas extendat, dicendo: Ecce ibi
eſt Frãcia, ibi Italia. Huic modo videt lr̃a amplius conſonare, ideo enim duxit Chriſtũ in al-
tum mõtem, vt tentationi cogrueret locus. Cæteras aũt oſtẽſiones potuiſſet feciſſe in valle ſi-
cut in monte. Hæc ergo Chriſto oſtendit: ⌊in momẽto tp̃is⌋ .i. valde celeriter ſeu breuiſſi- „
mo tp̃e, nõ in inſtãti ſaltem quãtum ad oĩa quæ oſtenſionẽ illã circũſtabant. Ideo autem tam
multa obiecta pariter ſibi oſtẽdit, vt fortius appetitũ mouerẽt, atq; allicerent, ⌊& ait illi: Tibi „
dabo poteſtatem hanc vniuerſam⌋ hoc eſt, omniũ regnoꝝ iſtoꝝ potentiã, fortalicia, popu „
loſq; tibi ſubijciã, & mũdi monarchã te procreabo, ſeu oĩm hoꝝ regẽ cõſtituã ⌊& gloriã⌋ „
delicias, famã, honorẽ ⌊illoꝝ⌋ ita ꝙ omnes te reuerebunt & ditaberis de tua poſſeſſione oĩ- „
bus tibi ſubiectis ⌊quia mihi tradita ſunt⌋ Hoc mentit diabolus, q̃uis aliq̃ modo verbũ hoc „
Iohan. 14 poſſit verificari, præſertim qa & Chr̃us in Iohãne vocat diabolũ huius mũdi principẽ, & de
2. Cor. 4 eodẽ ſcribit Apoſtolus: Deus (inquiẽs) huius ſeculi excęcauit mẽtes infideliũ. Si ergo ꝑ regna
intelligant habitatores regnoꝝ, ꝑſertim iniq illi traditi ſunt diabolo, hoc ẽ, iuſto dei iudicio
ꝑmiſſi

A promiſſi ſunt diabolo ſubijci & tẽtari, vinci, poſſideri ſeu captiui teneri ab eo, ſecũdum illud apoſtoli: Reſipiſcãt à laqueis diaboli, à quo captiui tenẽtur ad ipſius volũtatem. Vnde & rex impioꝝ vocat, iuxta quod in Iob habet: Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ, imò iſti verius dicũtur ſeipſos diabolo tradere per hoc ꝙ ſpõte ei cõſentiũt. Si aũt ꝑ regna intelligãtur regiones, vrbes, opes, ſimilesq́ poſſeſſiones habitantiũ ſup terrã, talia ſicut & ipſi homines generaliter tradita ſunt diabolo nõ ad ius dominãdi ac poſſidẽdi, ſed ad vſum tentãdi, ſi- 2. Timo. 2
“ cut & ſanctus Iob dæmoni tradit⁹ fuit, dicẽte dño ad Satan: Ecce in manibus tuis eſt ⌊& cui Iob. 1
“ volo do illa⌋ Hoc rurſus mendaciter protulit, nec mirꝫ, cũ de ipſo dicat ſaluator: In veritate non ſtetit, quia veritas nõ eſt in eo. Cum loquitur mẽdacium ex proprio loquitur, quia mẽdax eſt & pater eius. Verũtamen promiſſiõe diuina diabolus frequẽter cooperatur hominibus ad obtinẽda terrena ac mũdi dominia. Propter q̄d dicit Ambroſius: Ambitio diabolicæ Iob. 2 Iohan. 8.
“ ſubiacet poteſtati. ⌊Tu ergo ſi adoraueris coram me⌋ .i. ſi me ipſum ſuppliciter adoraueris Ambroſius.
“ me ꝑſente ⌊erũt tua om̄ia⌋ regna mũdi. Ecce quãta & q̄ inueterata ac indurata diaboli pompa. Olim propter ſupbiam ſuã pulſus eſt cœlo, quoniã dixit: Similis ero altiſſimo, & nũc rurſus vult ei aſſimilari, requirẽdo ſibi impendi cultũ ſoli altiſſimo cõgruentẽ ac debitũ, imo hoc quærit ab eo qui vere altiſſimus eſt, q̄d ꝗuis diabolus certitudinaliter non ſciret, ꝙ ſcilicet ille cui hæc dixit eſſet altiſſimus, tñ ſuſpicabatur hoc ipſum ſaltem in prima tentatiõe, ſicq́ poſuit ſe in periculo poſtulandi adorationẽ ab altiſſimo & præferendi ſe illi. Tanta eſt impudẽ Indurata diaboli pompa.
B tia diaboli, auiditasq́ ipſius ad diuinos honores ex intolerabili eius ſuperbia naſcẽs, cuius impietatem ac cæcitatem multi ſuperbi & ambitioſi ſequũtur, prout ſapiẽs aſſerit: Imitãtur il- Sapiæ. 2
“ lum qui ſunt ex parte illius. ⌊Et reſpõdẽs Ieſus dixit illi. Scriptũ eſt (in Deuteronomio) Do- Deute. 6
“ minum deũ tuum adorabis⌋ cui tanq̄ altiſſimo, principi ac maximo benefactori, propriaq́ virtute ſaluare potenti, debetur ſummus, ſingularisq́ honor, videlicet latriæ, cultus interior atq́ exterior. Cũ ergo diabole ſis creatura nõ deus, cur adorari exquiris? Interdũ tñ adoratio ſumit pro honore ſeu reuerẽtia duliæ, ſicq́ creaturis impendit. Vnde frequẽter in ſcripturis legunt quidam homines vel angelos adoraſſe, vt Ioſue angelũ, & Nathan propheta Da- Ioſue. 5 2 Reg. 12
“ uid regẽ ⌊& illi ſoli ſeruies⌋ Si hoc de ſeruitute latriæ accipiat, ſicut expoſitores cõmuniter ſumunt, palam eſt ꝙ ſoli deo ſeruiendũ ſit ſeruitute latriæ. Porrò, latria virtus eſt, q̄ deo cultum cærimoniaſq́ impendit. Dulia vero eſt virtus quæ perſonis creatis debitum ſeu decentẽ impendit honorẽ. Si aũt verbũ præfatum de quacũq́ ſeruitute intelligatur. Senſus eſt: ꝙ ſoli deo ſeruiendũ ſit propter ſe atq́ finaliter, ita vt quicq̄d ſeruitutis exhibeatur creaturis, totũ ad dei referatur honorẽ, & propter eius ordinationẽ ac volũtatẽ agatur, vt cum homini miniſtramus, non tam homini q̄ deo in homine obſequamur. Hinc Samuel ait: Præparate corda veſtra dño & ſeruite illi ſoli. ¶ Subinde ſecũdum ordinẽ huius narrationis ponitur tenta- Soli deo ſeruitute latriæ ſeruiendum. 1. Reg. 7
“ tio tertia quæ fuit de ſuperbia, iactantia ſeu gloria vana. ⌊Et duxit illũ in Hieruſalem⌋ Quia etenim voluit Chriſtum tentare de arrogantiæ vanitate, duxit eũ ad ciuitatem totius Iudeæ metropolim ſeu principalẽ vbi maior fuit occaſio ſeu fortius incitamẽtũ appetendi laudem
“ humanã ⌊& ſtatuit eum ſupra pinnaculũ templi⌋ .i. ſupra planũ quoddã deambulatoriũ, q̄d fuit ſupra templũ vel portã ipſius, in quo ſacerdotes ſedebãt cũ populo prædicarẽt. Ibi enim
C ſolitus fuit magiſtros Iudæoꝝ ad multiplicẽ inducere vanitatem. Porrò de modo quo duxit Chriſtũ, an ſcilicet volauit ſecũ per aerem an duxit eũ manu ad manũ, an tulit eũ in brachijs vel ſuper humeros ſcripſi ſuper Matthæũ. Origenes vero hic ait: Sequebatur plane Chriſtus quaſi athleta ad tentationẽ ſponte proficiſcens & quodammodo loquens: Duc me quo vis, Origenes
“ inuenies me in om̄ibus fortiorẽ. ⌊Et dixit illi: Si filius dei es⌋ .ſ. ſcd̄m ſenſum expoſitũ ⌊mit-
“ te te hinc deorſum⌋ .i. de loco hoc alto teipſm ꝑcipita in cõſpectu aſtãtiũ, vt vidẽtes te ſine læſione cadere, aut ſine caſu volare, admirẽtur teq́ collaudẽt, & magnus de cætero habearis ab om̄ibus, q tã diu q̄dãmodo latuiſti, nec timẽdũ eſt tibi ⌊Scriptũ eſt eñ: Quia angelis ſuis mã- Pſal. 90.
“ dauit de te⌋ .i. angelis ſanctis de⁹ pr̄ cõmiſit & iuſſit, vt tibi impẽdãt q̄d ſubdit ⌊vt cõſeruẽt
“ te⌋ .ſ. ab om̄i læſione ſeu nocumẽto ꝑſeruẽt, hoc q̄d fuit cõtra diabolũ ipſe doloſe ſubticuit. Sic eñ ait pſalmiſta: vt cuſtodiãt te in om̄ibus vijs tuis. Ideo diabolus vanũ præcipitium ſug-
“ gerẽs de vijs obmutuit, ne ſua fraudulẽtia pãderetur ⌊& ꝗa in manibus tollẽt te⌋ hoc eſt ſuis
“ poteſtatibus & actibus ſe fulcient & defendẽt, ſeu corꝑaliter ferẽt, ſi fuerit oportunũ ⌊ne for-
“ te offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ⌋ .i. ne aliquod tibi impedimentum aut nocumentũ obuiet aut reſiſtat. ¶ Hanc ſcripturam apparenter tñ impertinenter atq́ ad falſum intellectũ allegat diabolus. Primo, quoniã pſalmus ille & ſcriptura hæc allegata nõ loquitur ad literam de Chriſto, ſed de membris eius electis fidelibus ſecũdũ Hieronymum. Chriſtus autem angeloꝝ cuſtodia ſeu auxilio non egebat, præſertim quia & comprehẽſor fuit ſecũdũ ſuperiores animæ vires & cũctis angelis altior atq́ potẽtior, nõ ſolũ vt deus, imo etiã ſecũdũ naturã humanam propter ſuppoſitalẽ vnionẽ eius cũ verbo. Inſup ſcriptura iſta intelligẽda nõ eſt quaſi electi in vita hac per angelicã cuſtodiam à malis pœnæ ſeu aduerſitatibus & tormẽtis præſeruẽtur Hieronymus.

vel eri-

Pſalm.33 vel eripiantur, quàmuis quandoq; hoc accidat: Multæ enim tribulationes iuſtorum, ſed à ma D
lis culpæ præſertim & etiam ab aliquibus corporalibus nocumentis per angelos cuſtodiunt.
Origenes ¶ Circa hūc locum loquit Origenes: Vnde tibi diabole ſcire, ꝙ iſta ſcripta ſunt? Nunquid le
giſti prophetas, aut diuina eloquia? Legiſti quidē, non vt ipſe ex lectiōe eoꝝ melior fieres, ſed
vt de ſimplici litera eos qui amici ſunt literę interficias. Scis quia ſi de alijs voluminibus loqui
eis volueris, non decipies. Vide autem quomodo diabolus & in ipſis teſtimonijs verſipellis
eſt. Vult enim minuere gloriam Saluatoris, quaſi indigeat auxilio angeloꝝ, offenſurus pe-
dem, niſi illoꝝ manibus ſubleuet. Hoc eñ teſtmoniū non de Chriſto, ſed de ſanctis genera-
liter ſcriptū eſt: Non eñ indiget angeloꝝ auxilio, qui maior eſt angelis, quin potius diſce dia
bole, ꝙ niſi Ieſus adiuuaret angelos, offenderūt pedem ſuū. Quare aūt zeles quod ſequit: Sup
aſpidem & baſiliſcum ambulabis, niſi quia tu es baſiliſcus, tu leo, tu draco? Hæc Origenes.
Deute.6 Et reſpondēs Ieſus, ait illi: Dictū eſt: (deo loquēte p Moſen in Deuteronomio) Non tenta »
bis dñm deum tuum. Hoc protulit Chriſtus non appellando ſe deū diaboli, q̄uis eſſet eius »
creator deus ac dñs, nec increpando directe diabolum, de hoc ꝙ Chr̄m creatorē ſuū tentare
aggreſſus ſit. Non eñ voluit inſinuare diabolo deū ſe eſſe, ſed iſte eſt ſenſus: Non tentabis
dñm deū tuū. i. O homo quicūq;, non pſumas deum tentare. ¶ Porro deū tentare eſt abſq; ne
ceſſitate de eius ſapiētia prouidentia vel poteſtate experimentū accipere, vtpote omittendo
q̄d aliunde habet vel poteſt. Multipliciter quoq; homo ſic tentat deū. Primo, inquirēdo ſeu
experimentū ſumendo de ſapia eius, an. ſ. oñia ſciat, vel de prouidētia eius an humana gu-
Exod.17 bernet, vel ſeruientibus ſibi aſſit, quemadmodū in Exodo de ſilijs Iſrael ſcriptum eſt: Tenta-
uerunt deum, dicentes: Eſt ne deus minus in nobis an non? Vel de omnipotentia dei ſecundū E
Pſalm.77 illud Pſalmiſtæ: Tentauerūt deū in cordibus ſuis, & male locuti ſunt de deo, dixerūt: Nunq̄d
poterit deus parare menſam in deſerto? Inſup iſtud fit indebite experiendo voluntatem dei,
vt illi qui volunt experiri, an deus infra determinatū tp̄s eos velit liberare, ita ꝙ poſtea eius au
Iudith.8 xilium nō expectent, niſi interim eis ſubuenerit, iuxta illud Iudith: Qui eſtis vos, qui tentatis
dñm? Poſuiſtis vos tempus miſerationis dñi, & in arbitrio veſtro diem cōſtituiſtis ei. Rurſus
hoc agit indebite, experiēdo q̄d homo poſſit apud deū, & hoc diabolus Chriſto ſuaſit. Hæc
ergo vitāda ſunt, quàmdiu habet quis ad quod faciat & quo ſibi prouideat ſeu veritatem co-
gnoſcat. Quòd ſi non habuerit, ſeu aliunde adipiſci nequiuerit, tunc fiducialiter ſe conuertat
2.Para.9 ad deum, quēadmodū ſcriptū eſt: Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolū habemus
reſidui, vt oculos noſtros dirigam᷒ ad te. Qm̄ itaq; à pinnaculo tēpli vſq; ad terrā ſui deſcē
ſus per gradus, pcipitare ſe de pinnaculo pertinuiſſet ad dei tentationem. Et conſummata »
oñi tentatione iam dicta. Nam & cæteræ tentatiōes reducunt ad iſtas, eſtq; in tribus his tē- »
Ambroſius. tamētis omniū materia delictoꝝ ſcd̄m Ambroſiū atq; origo vitioꝝ cunctoꝝ ſcd̄m gloſam.
1.Iohan.2 Iuxta illud Iohānis: Oñe quod eſt in mūdo cōcupiſcentia carnis eſt & cōcupiſcētia oculoꝝ,
& ſupbia vitæ. Diabolus receſſit ab illo tanq̄ victus & ſine optato fruſtratus, q̄a incertus p-
manſit de Chriſti diuinitate, & an eſſet Meſſias in lege promiſſus. Receſſit aūt vſq; ad tp̄s. »
quia & poſtea rurſus eum tētauit, dum Iudæos ad eius pſecutiones induxit: maximè aūt tpe
paſſionis per vaſa ſua. ſ. p homines prauos eū impugnauit, imò & tūc Chr̄m accedere auſus ē F
Iohan.14 quēadmodū in Iohāne proteſtat: Venit ad me princeps mūdi huius, & in me nō habet quicq̄.
¶ Deniq; hoſtis antiquus etiā nos ſæpe ad tp̄s intētatos relinquit, vt interim vana ſecuritate »
torpore ſeu otio reſoluamur. i. tepeſcamus, ſicq; improuiſe ac ſubito rediens facilius nos p-
ſternat. Itaq; indefinēter cuſtoditi ſimus, ac ſemp ſtemus parati virtutibuſq; armati, quēad-
Auguſtinus modū Auguſtinus hortat: Perſeuera vſq; ad finē, quia tentatio pſeuerat vſq; in finē. Inſuper
aliqui dicūt, ꝙ dæmon ab homine ſemel victus nunq̄ amplius tentat eundem, vel ſaltē nunq̄
de cętero tētat eū de eodē pctō. Quibus obuiare videt, ꝙ Euāgeliſta hic ait, videlicet, ꝙ dia-
bolus receſſit à Chr̄o vſq; ad tp̄s, quo innuit ꝙ poſtmodū rurſus tētauerit eū per ſe aut p ſuos
miniſtros. ¶ Poſtremo de hac triplici Chr̄i tētatiōe & ordine eorundē plura dici hic poſſent
quæ quia ſuper Matthæum conſcripſi, nunc pretereo.

¶ Proſecutio expoſitionis huius capituli à loco quo dicitur: Et regreſſus eſt
Ieſus &c. Articulus XI.

CHriſti actio noſtra phibet inſtructio. Igit qualis debeat eſſe doctor & pdicator ver
bi cœleſtis ex hoc proceſſu vitæ Chr̄i oſtendit. Non eñ orſus eſt pdicare, niſi cir-
ca triceſimū ætatis ſuæ annū & poſt baptiſmū, item poſt heremiticā cōuerſationē
& abſtinentiā dæmoniſq; ſuperationē, ad innuendū ꝙ predicator & doctor debet
Pſalm.49 eſſe maturæ ætatis & à vitijs emundatus. Peccatori eñ dixit deus: Quare tu enarras iuſtitias
meas? Erit quoq; virtutibus exercitatus, vt primo faciat quod alios doceat, ſicut de Chriſto
Acto.1 dicit in Actis: Cœpit Ieſus facere & docere: Tentamēta etiam diaboli & carnis petulantiam
1.Cor.9 debet viciſſe, ſicut Apoſtolus loquit: Caſtigo corpus meū, & in ſeruitutē redigo, ne alijs pre-
dicans ipſe reprobus efficiat. Vnde de Chriſto iam dicitur: Et regreſſus eſt Ieſus. Hoc eſt, »
poſt te-

A poſt tentamenta atq; ieiunia eius in deſerto, rediꝭt ad hoīes, vt q̄d ipſe fecit, eos doceret, ⌊in
virtute ſpūs,⌋ id eſt in magna poteſtate ſpūs ſancti, per quā cœpit operari miracula. In vir-
tute quoq; ſpūs, id eſt plenius omni virtute & dono ſpūs ſancti. Et quāuis hac poteſtate atq;
virtutibus plenus extiterit in anima ab incarnationis exordio, tamē nūc ſcribit in virtute ſpi
ritus eſſe regreſſus, quia poſt reditū à deſerto cœpit ſanctitatem atq; potentiam ſuam abun-
dantiſſime manifeſtare. Itaq; virtus ſpūs nominatur ſpūalis virtus operatiua ſignoꝝ quæ da- Virtus ſpiritus quid
tur à ſpū ſancto. Vnde in libris Regū legit, ſpūs Heliæ requieuiſſe ſup Heliſæū. ¶ Porrò Chri-
ſti ſecundū quod deus eſt & ſpūs ſancti vna eſt virtus, vna omnipotentia, & quoad hoc Chri
ſtus increata ac propria virtute fecit miracula, quæ virtus toti ſupbenedictæ trinitati cōmu-
nis eſt, cui cōpetit opari miracula, authoritatiue, iperialr ac principalr, iuxta illud: Bn̄dictus Pſal. 71
dominus deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus. Præter hanc increatā virtutē fuit in Chriſto ſe
cundum naturam aſſumptam virtus ſeu poteſtas ſup omnem creaturam, de qua alibi ait: Da- Mat. 28
ta eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, q̄ fuit poteſtas creata & data à ſpū ſancto, imò
à tota ſupglorioſiſſima trinitate, de qua videt nunc potiſſimum loqui Euāgeliſta ¶ Præterea Auguſtinus
Auguſtinus in libro de ciuitate dei mouet quæſtionē, an ſancti fecerunt miracula p aliquā vir
tutē exiſtentē in eis, cōceſſamq; eis diuinitus, ita q effectiue cooperati ſint in miraculoſis effe
ctibus: ſicq; poſſet de Chriſto inquiri, an pter poteſtatē increatā diuinam fuit in eo virtus cre
ata miraculorum productiua, poteſtq; dici, q ad agenda miracula ſufficiat in eo ponere du-
plicem virtutem ſeu poteſtatē pſatam. De potentia vero aīæ Chriſti, an habuit omnipoten
tiā, & qualem potentiā habuit reſpectu immutationis creaturaꝝ, & quantū ad propriū cor-
B pus, itēq; quo ad exequutionē propriæ volūtatis, loquit ſanctus Thomas in tertia parte q̄ſt.
12. & infra forte tanget. Itaq; regreſſus eſt ⌊in Galilæā,⌋ ex q̄ fuerat oriundus, & de qua ierat
ad Iohānis baptiſmū, ⌊& fama exiꝭt p vniuerſam regionē (Galilææ) de illo,⌋ propter ſapien
tiam, eloquētiā, ſanctitatē, & miracula eius, quæ cœpit tūc agere. Arbitror quoq;, q teſtimo
nium pcurſoris tam pclarum atq; credibile fecit eū non parū famoſum, quod multi Galilæo-
rum audierāt. Vnde quia poſt illud teſtimoniū Chrus mox deſertū ingreſſus eſt, cū redeuntē
viderūt, memorati ſunt verboꝝ Iohannis, ⌊& docebat in ſynagogis eoꝝ.⌋ Synagoga em̄
vocabat, vel ipſa Iudæoꝝ collectio, vel domus in qua ad orandū vel audiendū lectionē legis
& prophetaꝝ cōueniebāt. Vbi ergo pdicauit tanq̄ magiſter magnę authoritatis, & qm̄ ibi ma
ior audientia fuit, ⌊& magnificabat⌋ .i. magnæ ſapiētiæ ac virtutis reputabat, ⌊ab om̄ibus⌋
audientibus eū. ⌊Et venit Nazareth vbi erat nutritus.⌋ Ibi em̄ conceptus fuit, & in pueritia
habitauit vſq; ad tēpus quo ad baptiſmū Iohānis acceſſit, prout ſupra dictū eſt, ⌊& intrauit
ſecundū conſuetudinē ſuā die ſabbati in ſynagogā,⌋ qm̄ illo die celebri magis cōuenerūt Iu
dæi ad audiendū verbū dei & ad depcandū faciem dn̄i, ſicut nūc faciunt Chriſtiani in die do-
minico. Etem̄ feſtiuis tēporibus idcirco ab exteriori occupatione ceſſat, vt homines diuinis
exercitiꝭs quietius, deuotiuſq; intendāt, & quod ferialibus diebus per omiſſionem vel cōmiſ-
ſionem peccauerūt, corrigant & emendent ac pditum tēpus recuperent. Ideo Chriſti cōſue
tudo fuit tunc ingredi ſynagogam, quia tunc plures auditores inuenit, & qm̄ bonas aliorum
conſuetudines voluit approbare, ſeq; cōformare eiſdem, pſertim qm̄ laudabilis conſuetudo
vim legis ſortit ſecundū Auguſtinū, ⌊& ſurrexit legere⌋ .i. ſurgendo diſpoſuit ſe ad legendū
C & monſtrauit velle ſe legere, vt ex ipſa ſcriptura quaſi thema acciperet ſui ſermonis, itē vt in Auguſtinus
ſinuaret, q pdicator & doctor ſermocinationē ſuā in ſacra debet fundare ſcriptura, & iterū,
vt teſtimonio ſcripturaꝝ, ſe audiēdū probaret & Chriſtū eſſe aſtrueret. Poſtremo, vt vnum
de minorib⁹ ordinibus. ſ. ordinē, officiūq; lectoris impleret & approbaret, quēadmodū etiā
officiū exorciſtæ expleuit dæmones expellēdo, accoliti ſeu cæroferariꝭ, proteſtādo: Ego ſum
lux mūdi, Oſtiariꝭ q̄q;, emētes & vendētes de tēplo eꝭciēdo: ſicq; patet Chriſtū p quatuor ſu
os actus approbaſſe q̄tuor ordinū inferioꝝ officia, ideo nullus quantūlibet vita aut ſcīa mag- Iohā. 8
nus cōtemnere debet accipere ordines iſtos, eorūve officia exequi, qm̄ non eſt ſeruus maior
dn̄o ſuo. ⌊Et traditus eſt illi liber Eſaiæ,⌋ à miniſtris ſynagogæ, q̄ꝝ officiū fuerat legere, & Iohan. 13
forte mirabātur q legere vellet, ſcientes quod nō didicerat literas. ⌊Et vt reuoluit librū, in-
uenit locū vbi ſcriptū erat.⌋ Chrus nō ſolū p diuinā & increatā ſcientiā, ſed etiā p ſcientiā
ſuę aīæ à principio creationis eius ei inditā, diſtinctiſſime nouit cūcta creata quantūlibet par-
ua & magna, ideo cōſtat, q ſciuit q̄t folia, quot rigæ, quot verba cōtinebātur in libro, & vbi
quilibet paſſus ſtaret. Vnde primo ictu repperit paſſum quē voluit, nō vtiq; fortuite, ſed deli
berate. ⌊Spūs dn̄i,⌋ .i. ſpūs ſanctus qui eſt ſpūs pr̄is, imò patris & filiꝭ tanq̄ vnius principiꝭ Eſa. 61
vniuſq; fontis ac ſpirationis ſpūs ſancti, de q̄ ſcriptū eſt: Spūs dn̄i repleuit orbē terraꝝ, & de q̄ Sap. 1
ait Apoſtolus: Vbi ſpūs dn̄i, ibi libertas, ⌊ſup me⌋ .i. deſup venit in me, & eſt habitās in me 2. Cor. 3
ſecundū quod homo ſum. Anima em̄ Chr̄i plena fuit ſpū ſancto ab incarnationis exordio,
vnde ſpūs ſanctus p inexiſtentiā donoꝝ ſuoꝝ dicit ſup Chriſtū hominē requieuiſſe, ſecundū Eſa. 11
illud Eſaiæ: Requieſcet ſup eum ſpūs dn̄i, ſpūs ſapientiæ & intellectus. Inſup fuit & requieuit

ſuper Chriſtum tanquã motor, ductor & pręceptor ſeu inclinator Chriſti in oĩbus ſecũdum D
Iohã.8 naturã aſſumptã quæ fuit ſpũs ſancti, imò totius trinitatis, electiſſimũ ac obedientiſſimũ inſtrumentũ ſeu organũ diuinũ in omnibus, ſequẽs inſtinctũ, ſicut in Iohãne teſtaꝛ: Quia q̃ placita ſunt patri, facio ſemp. ⌊propter q̃d vnxit me⌋. i. q̃a ſic placuit ſpũi ſancto venire & quieſcere ſup me, ideo plenitudine grãæ & virtutũ me hominẽ ſpũaliter irrigauit, perfudit, impleuit: quẽadmodũ ſcriptũ eſt: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Et in actis: Vnxit eũ deus ſpũ ſancto & virtute: ſicq; q̃d ait, ⌊propter q̃d,⌋ dicit cauſam à priori, Poteſt q̃q; notare cauſam à poſteriori, vt ſit ſenſus, Propter q̃d vnxit me. i. ex hoc ꝙ ſpũs dñi ſic fuit & eſt ſup me, patet atq; ꝓbaꝛ ac ſequiꝛ, ꝙ vnxit me, quẽadmodũ cauſa oſtendiꝛ p effectũ. Deniq; Chrs nõ ſolũ plenus fuit donis grãæ gratũ faciẽtis, ſed & donis grãæ gratis datæ, vnde & vnctus dicitur fuiſſe in regem, in pontificẽ ſeu ſacerdotẽ atq; prophetã, & totũ hoc factũ eſt in incarnationis exordio, eidẽ ſi poſtea factũ legaꝛ, intelligendũ eſt q̃tũ ad manifeſtationẽ, imò ſicut in die paraſceues obtulit ſe tanq̃ ſacerdos oblationẽ & hoſtiã deo in odorẽ ſuauitatis p effectũ, ita affectualr̃ cœpit hoc facere à principio creationis aĩæ ſuę, atq; extũc cœpit eſſe mediator ac recõciliator, orator & pontifex inter deũ & hoĩes. Inſup vnctus eſt in tẽplũ ſeu tabernaculũ diuinitatis, quia (vt ait Apl̃us) in ipſo habitat oĩs plenitudo diuinitatis corporal̃r. Chriſtus quoq; in Iohãne ait Iudæis: Soluite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud, hoc sũt dixit de tẽplo corporis ſui, vt Euãgeliſta exponit. In figura huius de vnctione tabernaculi ſcriptũ eſt in Leuit. De vnctione vero pontificali in eodem libro habeꝛ, de alijs in libris Regum.

Esa.44
Act.10
Col.2
Iohã.2
Leui.8

⌊euãgelizare pauperibus miſit me⌋. i. regnũ cœleſte ꝓdicare humilibus, q̃d egit, dicẽdo: Beati pauperes ſpũ, qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ cœloꝝ. Secũdũ Origenẽ: Per pauperes intelliguꝛ gentiles ſeu natiões, nihil oĩno ſpũaliter poſſidẽtes, nõ deũ, nõ legẽ, nõ prophetas, nõ iuſtitiã, reliquaſq; virtutes. Iſtis euãgelizauit Chrs p apl̃os, aliquibus, & q̃uis paucis, p ſeipm̃, vt Euãgeliſtæ teſtanꝛ, vnde & Paulus de Chr̃o loquẽs: Veniens euangelizauit his qui longe & his qui prope. Interea aduertendũ ꝙ Lucas allegat hũc locũ ſecundũ tranſlationẽ ſeptuaginta interpretũ. Hieronymus aũt partim aliter tranſtulit, & pro inducto verbo ſic dixit: Ad annunciandũ mãſuetis miſit me, ⌊ſanare contritos corde.⌋ Per cõtritos corde Cyrillus intelligit debiles fragilẽ mentẽ habẽtes & inſultibus paſſionũ reſiſtere nõ valentes. Baſilius vero p contritos corde intelligit eos q peccãdo à ſatana preſſi ſunt, ſpũaliterq; deſtructi. His ergo venit ſaluator impendere ſalutare remediũ quo curenꝛ peccata & fœlicitas obtineaꝛ, ſecundũ quod ait: Venit filius hominis quærere & ſaluũ facere quod perierat. Sacramentum nanq; baptiſmi tanq̃ primam poſt naufragium tabulã, ſacramentũ vero pœnitentię tanquã tabulam poſt naufragiũ ſecundã inſtituit. Rurſus, contriti corde intelligi poſſunt veraciter pœnitentes, iuxta illud: Cor contritũ & humiliatũ deus non deſpicies, quos venit Chrũs ſanare p gratiam. Quãuis em̃ in quantũ cõtriti iã ab ipſa læſione peccati ſeu culpa ſanati ſint, nihilominus ab effectu reliquijſq; peccati, q̃ ſunt pronitas ad malũ, debilitatio ad reſiduũ egent curari, q̃d potiſſimũ fit p ſeptẽ dona ſpũs ſancti, q̃ à capite Chr̃o in eius mẽbra deſcẽdũt, nẽpe vt deus dat ea efficienter, creatiue, & authoritatiue, ſed vt homo mediator dat ea vt cauſa inſtrumentalis ſuperabundanter meritoria, ⌊& ꝓdicare captiuis⌋. i. vinculis vitiorum implicatis, ⌊remiſſionem⌋. i. indulgentiam dũmodo vere pœniteant. Hoc fecit Chrũs dicendo: Pœnitẽtiam agite, appropinquabit em̃ regnum cœloꝝ. De hac captiuitate in ꝓuerbijs Salomon ait: Iniquitates ſuæ capiẽt impiũ, & funibus peccatoꝝ ſuoꝝ cõſtringeꝛ. Fungiꝛ em̃ pctm̃ tyrannide peſſima ad mala inducẽs & acquieſcẽtes cõfundẽs. Eſt aũt & bona captiuatio, de qua ait apl̃s: In captiuitatẽ redigẽtes omnẽ intellectũ in obſequiũ Chr̃i. Theophilus p captiuos intelligit in lymbo detẽtos, qui Chriſto reſurgente educti ſunt ꝑtio ſanguinis eius, remiſſionẽ à reatu originalis peccati adepti, quẽadmodũ in Zacharia diciꝛ Chr̃o: Tu q̃q; in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti victos tuos de lacu in quo nõ eſt aqua. Prædicate etiã, ⌊viſum cæcis,⌋ i. ſpũalem interioris viſus illuminationẽ gẽtilibus, ſeu quibuſcũq; errore, ignorãtia, aut vitijs excæcatis. Vnde Chrs in Euãgelio proteſtaꝛ: Ego ſum lux mũdi, q ſequiꝛ me non ambulat in tenebris, cui p Eſaiã pater loquutus eſt: Dedi te in fœdus populi in lucẽ gentiũ, vt aperires oculos cæcoꝝ, & educeres de cõcluſione vinctũ de domo carceris ſedẽtes in tenebris, ⌊dimittere confractos⌋. i. aduerſitatibus fatigatos, ſeu legaliũ obſeruantiaꝝ oneribus preſſos deducere, ⌊in remiſſionẽ⌋. i. ad ſpũalẽ conſolationẽ ac releuamen. Chrũs nãq; nos ab obſeruantia cærimonialium ꝓceptoꝝ legis p euangelicæ legis grãm alleuiauit, iuxta illud: Quid tentatis imponere iugum ſup ceruices diſcipuloꝝ, quod neq; nos, neq; patres noſtri portare potuimus? Sed p grãm dñi noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari. Hinc in Matthęo ait ſaluator: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos, ⌊ꝓdicare annum dñi acceptũ⌋. i. tempus gratiæ ſeu euãgelicæ legis, in quo deus benigniſſime ſe habuit ad genus humanũ, de quo ait Apl̃us: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nũc dies ſalutis. Et Eſaias: Tempore accepto exaudiui te. Quomodo aũt Chrs hoc egit, oſtendiꝛ in Marco in quo legiꝛ: Poſtq̃ traditus eſt Iohãnes

Matt.5 (E)
Origenes
Ephe.2
Cyrillus
Baſilius
Luc.19
Pſal.50
Reliquiæ peccati quæ.
Mat.3 (F)
Prou.5
2.Cor.10
Zach.9
Iohã.4
Eſa.42
Act.15
Mat.11
2.Cor.6
Eſa.49

A Iohannes,venit Ieſus in Galilæam prædicãs euangeliũ regni dei & dicens,quoniã impletum
eſt tempus,& appropinquabit regnum dei,de quo gratiſſimo tẽpore ſcribit Apoſtolus:Ec-
ce iam venit plenitudo temporis,in quo deus miſit filium ſuũ.Et in actis Petrus:Omnes pro Gala.4
phetæ à Samuel annunciauerunt dies iſtos.Quidã per annum acceptum intelligunt annum Act.3
quo Chriſtus prædicauit,pcipue in Iudæa,vel annum dominicæ paſſionis,in quo generi hu
mano placatus eſt deus.Tempus quippe vocatur acceptũ propter gratioſa,piaq́ꝫ opera quæ
« fiunt in ipſo,ſicut & dies mali dicuntur propter mala quæ fiunt in eo,⌊& diem retributio-
« nis,⌋ id eſt extremi iudicij,in quo vnuſquiſqꝫ quod meruit,creditur recepturus,quẽadmodũ
in Apocalypſi Iudex aſſeruit:Ecce venio cito,& merces mea mecũ eſt reddere vnicuiqꝫ iu- Apoc.22
xta opera ſua.Hunc diem Chrũs frequenter denũciauit,ſicut in Iohãne:Veniet hora in qua Iohan.5
omnes qui in monumẽtis ſunt,audient vocẽ eius.Quidã per diem retributionis intelligunt
diem æternæ felicitatis electoꝝ in patria.Prætacta tamẽ expoſitio literalior æſtimatur,quia
Hieronymus tranſtulit diẽ vltionis,quod tamen de tẽpore deuaſtationis Iudæoꝝ(propter Hieronymus.
peccata in Chriſtũ cõmiſſa)accipi poſſet,de quo p Eſaiã Chrũs fatetur:Dies vltionis in corde
meo,annus retributionis meæ venit.Idẽ eñi fuit tẽpus clemẽtiſſimæ vocationis gentiliũ atqꝫ Eſa.63
iuſtiſſimæ derelictionis,vaſtitatiſq́ꝫ Iudæoꝝ.¶Præterea aduertendũ,ꝙ peccatũ mala pluri
ma infert hoĩbus,nã animã vulnerat,captiuat,excæcat,à deoq́ꝫ ſeparat,& gr̃a & gloria pri- Peccatum que
uat,ideo Chrũs cõtra pdicta mala veniſſe ſe perhibet.Vnde Iohãnes inquit:In hoc apparuit hoibus inferat.
filius dei,vt diſſoluat opa diaboli.⌊Et cũ plicuiſſet librũ,⌋ quo patet,ꝙ librũ ſacræ ſcripturę Iohan.3
reuerẽter tractauit,atqꝫ exemplũ ſic agendi nobis reliquit.Circa qđ dicit Lyra,Iudæi hãc re
B uerentiã faciũt libris veteris teſtamẽti,ꝙ nullo modo ſederẽt iuxta illos ſedẽdo tã alte vt illi
ſunt poſiti,quo cõſtat ꝙ illi Chriſtiani ſunt valde reprehẽdendi q nõ ſolũ libros veteris teſta
menti,ſed etiã nouos & ſacra euãgelia tã irreuerẽter tractãt & irreuerẽtius q̃ libros gentiliũ
dãnatoꝝ,aliqui etiã theologi dicta taliũ cũ maiori pondere & certiori quotatione allegant in
« ſcholis q̃ dicta Chriſti & aploꝝ,⌊reddidit miniſtro,⌋ forte illi à q librũ accepit,⌊& ſedit,⌋
« tanq̃ magiſter & doctor,vt quod legit,exponeret.⌊Et oculi omniũ in ſynagoga erãt intẽ-
« dentes in eũ,⌋ quia delectabilis fuit ad intuendũ,tanq̃ ſpecioſus forma præ filijs hominũ,in
cuius vultu fulgor quidã interioris pfectionis ac gratiæ reſplendebat,ſed & ſuauitate eloquẽ-
tiæ ſuæ corda eorũ attraxit.Mirabanť quoqꝫ rem nouã & quomodo legere ſciuit,qui ab ho-
mine illud non didicit.Talia autẽ noua magna,mira,& inopinata homines diligẽter,cõcor
diterq́ꝫ inſpiciunt.Circa quod loquiť Origenes:Nunc etiã ſi volumus,oculi noſtri poſſunt
intẽdere ſaluatorẽ.Cũ eñi principale cordis tui direxeris ad ſapiẽtiæ veritatẽ,deiq́ꝫ vnigeni Origenes
« tũ cõtemplandũ oculi tui intuenť Ieſum.⌊Cœpit autẽ dicere ad illos,quia hodie impleta eſt
« ſcriptura hæc in auribus veſtris.⌋.i.per hoc ꝙ audiſtis me Chriſtũ vobis euangelizantẽ,ve-
ſtraq́ꝫ corda illuminantẽ,& gratiã benignitatis diuinæ annunciantẽ,impletũ eſt aliqualiter
qđ in pfata prophetia fuit pdictũ.Quo verbo docuit Chrũs dicta atqꝫ promiſſa prophetarũ
in Chri aduentu ſpũaliter debere intelligi,de ſpũali videlicet liberatione à poteſtate diaboli,
& iugo peccati nõ de corporali liberatione,à captiuitate exteriori & temporali,qua nunc te
nenť Iudæi,à qua ſe pſtolanť in Chriſti aduẽtu educẽdos,cũctiſq́ꝫ gẽtibus dominaturos.Ha-
« bent eñi denſiſſima erroꝝ caligine intellectũ cæcatũ.⌊Et oẽs teſtimoniũ illi dabãt.⌋.i.plures
de oĩbus ibi pſentibus proteſtabanť vera eſſe q̃ protulit Ieſus,ſed ꝙ.ſ.ſcriptura Eſaiæ indu-
C cta eſſet in ipſo cõpleta,& ꝙ eſſet Chrũs in lege & prophetis promiſſus,q̃uis in illa notitia Eſa.2
nondũ eſſent firmati,& teſtimoniũ illi dabãt,id eſt bonũ de ipſo teſtimoniũ proferebant,ꝙ
.ſ.vere ſapiẽs,gratioſus,virtuoſus,magnuſq́ꝫ eſſet,& ꝙ Iohãnes Baptiſta de ipſo affirmaſſet
« magnifica,iãq́ꝫ ipſe Ieſus mirabilia cœpiſſet peragere,⌊& mirabanť in verbis gr̃æ⌋.i.grati-
« oſis,facundis,efficaciſſimis,ſapiẽtiſſimiſq́ꝫ ſermonibus,⌊q̃ procedebãt de ore eius,⌋ ordina
te & eloquẽter,ſicut pdixit Pſalmiſta:Diffuſa eſt gr̃a in labijs tuis.Vnde in Iohãne aduerſa-
rij eius ipſa veritate cõpulſi ſunt dicere:Nunquã ſic loquutus eſt homo ſicut hic loquiť.De- Pſal.44
niqꝫ bonus homo de bono cordis ſui theſauro profert bona.Idcirco quo aĩa Chriſti gr̃a ple- Ioh.8
nior fuit,eo gratioſiora verba deprompſit,ſicq́ꝫ verba Chri erant verba gr̃æ originalr̃,quia Mat.12
manabãt ex gr̃a materialr̃,quia tractabant de gr̃a,formalr̃,quoniã gratioſa ſeu gr̃a eloquen-
tiæ decorata,finalr̃,quia tendebant ad grãm,item cauſalr̃,quia audientibus grãm confere-
bant eos ædificando,ad quod imitandum hortať nos Paulus:Omnis ſermo malus ex ore ve-
« ſtro non procedat,ſed qui bonus eſt ad ædificationem fidei,vt det grãm audienti,⌊& dice-
« bant:Nonne hic eſt filius Ioſeph?⌋ Hoc aſpernanter loquuti ſunt,tanquã dicerent:Cum ſit Ephe.4
filius ſimpliciani & pauperis fabri,non eſt veri ſimile,ꝙ tanta excellentia vere ei conueniat,
aut Chrũs exiſtat,aut prodigia opereť.Vnde apud Matthæũ & Marcũ dixiſſe ſcribunť:Nõ
ne hic eſt fabri filius?Et hęc eſt mira excæcatio atqꝫ peruerſitas dicere aliquem propter parẽ
tum inopiam,quaſi gr̃a dei diuitibus potius q̃ pauperibus conferať,& non potius vice verſa. Mat.13
¶Quæriť cum ſtatim pdictũ ſit:Omnes teſtimoniũ illi dabant,quomodo de eiſdẽ mox ſub- Marc.6

 ditur.

ditur, Nōne hic eſt filius Ioſeph? Qui eñ teſtimoniū ei dabāt, eū reuerebanf, hi vero cū ſper- D
nebant. Ad hoc dupliciter reſpondet. Primo, ꝙ ſcriptura loquif de eiſdē, videlicet habitato-
ribus Nazareth, & ꝙ primo honorauerūt eū propter cauſas ꝓtactas, ſed poſt paululū ex alijs
conſiderationibus. ſ. ex attentione paupertatis matris eius, patriſq; putatiui ad contemptum
eius, inuidiāq; cōmoti ſunt. Alij dicūt, ꝙ ſcriptura loquif hic de diuerſis, quaſi de eiſdē, iuxta
vnā ſeptē regularū Tyconij valentiū ad intelligendū ſcripturas, quemadmodū & in pſalmos
Pſal. 77 Cum occideret eos, quærebant eum & reuertebanf, &c. Qui eñ occidebanf, non reuertebā
Zach. 14 tur diluculo. Zacharias quoq;: Fugietis ſicut fugiſtis in diebus Oſiæ regis Iuda. Certum eſt
equidē, ꝙ illi qui tēpore Zachariæ prophetæ vnius duodecim prophetarū fuerūt, nō fuerunt
tēpore Oſiæ regis, qui tot annis ante Babylonicā captiuitatē defunctus eſt. Itaq; dicunt hæc
verba à ſcribis & phariſæis inuidia tactis prolata. ⌞Et ait illis,⌟ ex charitate volens illorum »
emendare errorem. ⌞Vtiq; dicetis mihi hāc ſimilitudinem⌟. i. vulgare prouerbium ſeu me »
taphoricū & parabolicum verbum mihi obijcietis, vtpote iſtud, ⌞Medice cura teipſum,⌟ »
hoc eſt obiectionem à ſimilitudine medici acceptam corporalis, niſi opponetis ad me, dicen
do: O medice qui extraneos curas, puta infirmos vrbis Capharnaū, cura teipſum, id eſt tuos
conciues ad te ſpecialr̃ pertinētes in Nazaret habitātes, quaſi dicāt. Cū ita non agas, conclu-
dif, ꝙ vel inſipienter vel inordinate te habes, vel ꝙ tua miracula non ſint vera miracula.

¶Deinceps Chriſtus explanādo parabolam introductā ponit illorū tacitā obiectionem, ſci-
uit enī quid cogitarēt, ⌞quāta⌟. i. multa & magna miracula, ⌞audiuimus facta à te in Caphar »
naum, fac & hic in patria tua⌟. i. in Nazareth ſita in pratria vbi cōceptus atq; nutritus es, fac » E
tanta ac talia. Sed cum Lucas nulla Chriſti miracula vſq; ad hūc locū recitauerit in Caphar-
naum facta, cur ait Nazarenos verba hæc protuliſſe aut concepiſſe? Et reſpondendū, ꝙ Lu-
Auguſtinus cas hęc refert ꝑ anticipationē. Propter quod aſſerit Auguſtinus, Cū Lucas iā magna à Chri
ſto facta fuiſſe cōmemorat quæ ſe nondū narraſſe cognoſcit, quid euidentius ǭ eū hoc ſciēter
præoccupaſſe narrandū? Itaq; quod hic ſcribif ab illo loco incluſiue, & venit Nazareth, vſq;
ad id quod infra in iſto cap. legif. Et deſcendit Capharnaum, eſt interpoſitio quæ vocaf pa-
renthesis, à para quod eſt iuxta, & theſis poſitio, quaſi poſitio iuxta principale, nec continuaf
immediate cū præcedentibus atq; ſequētibus ſecundū ordinē facti. Vnde quod hic dictum à
Chriſto & Nazarenis interponif, non fuit ſtatim dictū poſt ꝓcedentia. ſ. poſt lectionē Chri
Chryſoſtom⁹. ſti in Eſaia, ſed poſtea diu, cū à Capharnaū in Nazareth aduenisſet. Ideo dicit Chryſoſtom⁹
Poſt multū tēpus & ſignorū oſtenſionē profectus eſt ad Nazaræos. Aliqui quoq; affirmant,
ꝙ Chriſtus frequēter venit à Capharnaū in Nazareth. Deinde ſaluator ad tactā reſpōdet in-
ſtantiā. Ait eñ. ⌞Amen (.i. vere) dico vobis, quia propheta nemo acceptus eſt in patria ſua⌟ »

¶Contra hoc obijci poſſet, ꝙ Ezechias rex & populus eius Eſaiā prophetā in magno habe-
Eccl. 48 bat honore, vt patet in libris Regū, obediuitq; ei, iuxta illud Eccleſiaſtici: Fortiter iuit Eze-
chias in via Dauid pr̃is ſui quam mandauit illi Eſaias propheta magnus? Deniq; Dauid nōne
2. Reg. 12 ſanctos prophetas Nathan & Gad, cæterosq; ſui regni ac tēporis veneratus eſt vates? Sed &
2. Reg. 14 2. para. 20 Ioſaphat rex deuotus ſuis loquens: Credite prophetis dñi, & oīa proſpere euenient. Poſtre-
mo paulo añ iam dictū eſt, ꝙ omnes in Nazareth teſtimoniū Chriſto dabāt. Infra quoq; ha-
bef, qūo omnis populus gaudebat in his quæ glorioſe fiebāt ab eo. Et reſpondendū, ꝙ Chri-
ſtus magiſter veritatis ac pietatis, cōmunitatis quoq; amator & ſingularitatis inordinatę vita
tor libenter verbis & factis ſe cōmunitati cōformauit in licitis & honeſtis. Vnde prouerbiū F
Prou. 1. iſtud inducit eo modo ac ſenſu, quo Salomon in libro prouerbiorū multa affirmat, non quia
vniuerſalr̃ vbiq; & ſemper quātū ad ſingulos ſe habeat, ſed qa frequēter ſic accidit. Itaq; Chri
ſtus verba hæc ꝓtulit, qa cōmuniter prophetæ ſancti apud cōpatriotas ſuos aut cōtemnunf,
aut minus accepti ſunt. Nā & ciues ciuibus cōiter inuidēt, Hoīes etiā vt frequēter egre ferunt
dū cōpares ſui ipſis ꝓferunf, & proni ſunt cōſiderare eū qui excellit, ſecūdū id quod fuit dum
eis ſimilis videbaf. Rurſus excellentiā extraneorū nō ita apprehēdūt minoratiuā aut cōfuſiuā
ipſorū vt excellentiā intraneorū, imò erubeſcibile ſibi arbitranf, ꝙ familiaris collega, cōciuis,
in tantū eis ꝓfulgeat, & hoc verū eſt de hoībus nōdū purgatis, in qbus ſuperbia, inuidia, paſſi-
oneſq; cæteræ regnāt. Porrò qui paſſionibus reformatis, charitate dei ac proximi flagrat de
ſuorū profectu & eminētia ſpūali lætaf, ſed qm̄ pauci ſunt tales, ideo raro cōtingit hoc. Pro-
Gene. 41. pter qd multi in terra aliena facilius promouenf, magiſq; honoranf ac reputanf ǭ in propria
Danie. 1. vt patet de Ioſeph, Daniele, & Mardochæo. Ezechieli quoq; dñs ait: Si mittereris ad popu-
Heſter. 8 lū alienæ linguæ, ipſi audirēt te. Filij aūt Iſrael nolūt audire te. Hinc ait Cyrillus. Quædā cō
Ezech. 2 Ezech. 3 munis quaſi cūctis accidit paſſio. Cōtemnunf eñ quodāmodo ſemꝑ etiā optima quæq; quā-
Cyrillus do nō raro cōtingūt alicui, ſed ad velle ſuppetūt ſeu frequēter. Familiaris nāq; quoniā ſemper
præſtò eſt, debita reuerētia priuaf à notis. Veruntamē dilīgēter penſandū quod ait Ambro-
Ambroſius ſius. Fruſtra opē miſericordiæ cœleſtis expectas, ſi alienæ fructibus virtutis inuideas. Aſper
nator eſt eñ dñs inuidorū, & ab his qui diuina beneficia in alijs ꝑſequunf, miracula ſuæ pote-

teſtatis

A ſtatis auertit. Itaq; verbo inducto Chrūs ſe iuſte excuſat, cur in Nazareth talia ſigna nō ege-
rit, vtpote quia hoc accidit non ex ſua auerſione à ſuis cōciuibus, ſed propter eorum incredu Matt. 13
litatem atq; malitiā, quoniā Chriſtum paruipendebāt, nec ei credebāt. Vnde in Matthæo & Mar. 6
Marco habet, ꝙ non fecit ibi multa miracula, propter eoꝝ incredulitatem. Et hoc Chriſtus
deinceps per duo oſtēdit exempla, qūo. ſ. cōpatriotæ priuant beneficijs dei propter malitiā
“ ſuam, quæ tamen extraneis cōmunicant. ⌊In veritate dico vobis, multæ viduæ fuerūt in Iſra
“ el, ⌋ id eſt in regno & populo Iſraelitico, ⌊in diebus Heliæ, ⌋ .i. tēpore quo Helias in populo
illo cōuerſabat ac operabat. Tempus autē dicit ipſius dei, tanq̄ dñi ac creatoris ac moderato
res tempoꝝ vniuerſoꝝ, dicente Boetio: Tēpus ab æuo ire iubes, ſtabiliſq; manens das cūcta Boetius
moueri. Hominū vero dicit eſſe dies vel tempus, tanq̄ eoꝝ qui ſubiacent tempori, & tēpore
menſurant in durādo & operādo. Specialr̄ tamen dicit tempus aliquod eſſe illius, qui in illo
præclarioris fuit poteſtatis, operationis ſeu perfectiōis. Vnde prælatoꝝ & principū tempo-
“ ra deſcribunt, imò iuxta illoꝝ ſucceſſionē tēpoꝝ ſucceſſio determinat, ⌊quādo clauſum ⌋ .i.
“ à ſolito ſuo effectu ſiue influxu prohibitū ſeu ſuſpenſum ⌊eſt cœlū, ⌋ tā aereum q̄ ſtellatū ſeu
orbis planetaris. Tunc eñ ad p̄ces Heliæ intra tres annos atq; ſex mēſes pluuia de cœlo aereo 3. Reg. 7
non deſcēdit in terrā Iſrael, nec in quædā loca vicina, cœlū quoq; ſtellatū modo ſolito ad plu
uiaꝝ generationē influentiā nō impendit, nec ſol curſu conſueto eleuauit vapores, deo om-
“ nipotente iubēte, ⌊cū facta eſſet fames in terra. ⌋ Ex defectu ſiquidē pluuiæ orta eſt ſterili- 3. Reg. 17
tas terræ, ad quā eſuries eſt ſequuta. Vnde in libris Regū legit: Dixit Helias ad Achab: Viuit
dñs deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta oris mei verbū.
“ Quāta autē fuerit fames illa, in libris Regū deſcribit, ⌊& ad nullā earum miſſus eſt Helias, ⌋ à 3. Reg. 18
B deo, quod fuit propter indignitatē & culpā earum, vel quia minus dignę fuerunt q̄ vidua, de
“ qua ſubdit, ⌊niſi in Sareptam Sydoniæ. ⌋ Porrò Sarepta vrbs parua fuit inter Tyrum & Sy
“ donem. Sydon vero vrbs fuit, à qua regio illa vocata fuit Sydonia, ⌊ad mulierē viduā, ⌋ quæ 3. Reg. 17
fuit paupercula vnicum habens filium, quem mortuum ſuſcitauit Helias, aſſeruntq; Hebræi,
ꝙ fuit Ionas propheta. Exceptio autē illa quæ deſignat hoc loco per, niſi, non eſt referenda
ad viduas Iſrael, quaſi vidua iſta Sydonia fuerit de Iſraeliticaꝝ numero viduarum, ſed ad id,
“ quod dicit, ⌊miſſus eſt, ⌋ vt ſit ſenſus, ꝙ non fuit miſſus niſi ad viduā Sareptanam, iuxta illud:
Factum eſt verbum dñi ad Heliam, Vade in Sareptam Sydoniorum, & manebis ibi, præcepi Ibidem
eñ ibi mulieri viduæ vt paſcat te. Deniq; ſecundū Chryſoſtomū, deus pia diſpenſatione fe-
cit Heliā per tam longum pergere iter vſq; Sareptā, vt videns mundi peſtem, peteret à dño Chryſoſtom.
pluuias. Huius quoq; ſancti meminit Iacobus circa finē ſuæ canonicæ, dicēs: Multū valet de- Iacobi. 5
precatio iuſti aſſidua. Helias homo ſimilis erat nobis paſſibilis, & oratione orauit, vt nō plue-
ret ſup terrā, & nō pluit annos tres & mēſes ſex, & rurſum orauit, & cœlū dedit pluuiā. Hinc
de Helia ſcribit Chryſoſtomus. Ipſe quidē terreſtris angelus & homo cœleſtis, qui nec tectū
nec menſam, nec amictum habebat, veruntamen clauem cœloꝝ geſſit in lingua. Subinde po
“ nit ſecundū exemplū. ⌊Et multi leproſi erāt in Iſrael ſub Heliſæo propheta ⌋ .i. tempore He
liſæi, imò tempore quo tanq̄ ſpūalis pater fuit, præcipuus director Iſraeliticę plebis. Propter
quod morienti dixit rex Iſrael: Pater mi, pr̄ mi, currus Iſrael & auriga eius. Quòd autē tēpo- 4. Reg. 2
re Heliſæi fuerūt quatuor viri leproſi qui etiā tēpore noctis ingreſſi ſunt caſtra Syroꝝ, legit
“ in lib. Regū, ⌊& nemo eoꝝ mundatus eſt (à lepra ab Heliſæo) niſi Naamā Syrus, ⌋ nō ꝙ Naa 4. Reg. 7
mā fuerit vnus leproſoꝝ de Iſrael, ſed quoniā ipſe ſolus inter leproſos fuit ab Heliſæo ſana-
tus, vt ſcribit in libris Regū. Fuitq; Naamā princeps militiæ regis Syriæ, vir magnus ac ho- 4. Reg. 5
C noratus apud dñm ſuum diues & fortis, cuius bonitas claret ex hoc, ꝙ inductis verbis adiun-
gitur. Per illum eñ dedit dominus ſalutem Syriæ. ¶ Præterea cū referente paruula puella, au
diſſet eſſe prophetā in Iſrael, mox credidit ſe per preces prophetæ à deo Iſrael poſſe curari,
imò & ſe curandum ſperauit. Vnde cū Heliſæus non egrederet ad eū, indignatus eſt, dicens:
Putabam ꝙ egrederet & tangeret locum lepræ, & inuocaret nomē dei ſui: ſicq; videtur vni-
us veri, ſummiq; dei tunc habuiſſe notitiā & deuote venit ad Heliſæū ſecundum gloſam. Cu
ratus vero valde gratus fuit deo & Heliſæo, promittens ſe vltra ſoli deo Iſrael ſacrificaturum
¶ Gorrha hic quærit, cur Chriſtus de Helia & Heliſæo potius q̄ de alijs ponat exemplū? Ad
quod reſpondet, quia hi ſoli inter prophetas claruerūt miraculis. Cui reſponſioni obijci poſ-
ſet. Primo de Moſe, de cuius excellentia in gratia prophetiæ atq; miraculis ſcriptum eſt in
Deuteronomio: Non ſurrexit propheta vltra in Iſrael ſicut Moſes, qui noſſet dominū quem Deut. vlt.
noſſet dominus facie ad faciem in omnibus ſignis & portentis quæ per illum fecit dominus.
Deniq; in libris Regum legitur quomodo orāte Samuele propheta deus fecit rem grandem 1. Reg. 12
dando voces, hoc eſt tonitrua & pluuias tempore meſſis triticeæ, quod (vt ibi innuitur) val-
de magnum fuit miraculū. Inſuper in libris Regū habetur, quemadmodum precāte prophe 3. Reg. 13
ta diuinitus miſſo, deus areſactam Hieroboā regis iniqui ſanauit manum. Similiter in lib. Re-
gum deſcribitur, quomodo inuocante dominū Eſaia, ſol miraculoſiſſime redijt retro, ipſeq; 4. Reg. 20

Ezechias à lætali ſanatus eſt morbo per Eſaiam. Vnde in Eccleſiaſtico de Eſaia aſſerit, ꝙ ad- D
Eccl. 48 didit regi vitam. Ezechiel quoq; quãuis non in ſcriptura canonica, tamen in ſcholaſtica hi-
ſtoria legit præclara feciſſe miracula in Chaldæa, ſicut & Hieremias in Aegypto mirabilia le
gitur perpetraſſe. Hęc dixerim non quaſi Nicolao de Gorrha derogare intendẽs, qui fuit ma
gnus ſcripturarum expoſitor, valdeq; eruditus in eis, ſed quia de ſolutione præfata admiror,
& vt ſolutio illa caute legatur. Itaq; puto aliam eſſe rationem quæſiti, videlicet, ꝙ de Helia &
Heliſæo ideo Chriſtus mentionem induxit, quoniam facta illorum præmemorata ſuo ma-
gis congruebant propoſito, & quia valde excellentes fuerunt, imò in geſtis præfatis Chriſti
Act. 13 habuerunt figuram, Vidua vero & Naaman typum gerebant eccleſiæ ex gentibus congre-
gatæ, quam Chriſtus per ſpiritum ſanctum atq; apoſtolos (relictis ob ſuam peruerſitatem Iu
Ira quid ſit dæis) viſitare dignatus eſt. ⌊Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira,⌋ per vitiũ, quæ eſt inor- »
dinatus appetitus vindictæ propter paruipenſionem, ⌊hæc⌋ præinducta Chriſti eloquia, »
⌊audientes,⌋ quia, vt eis apparuit, Chriſtus eos ſuperflue vilipẽdit, præferendo eis gentiles, »
quos Iudæi contẽnebãt vt canes, & quia ipſos de ingratitudine, aliisq; peccatis notauit. Ve-
Gregorius runtamen Gregorius dicit eos cõmotos, quia Chriſtus aſſeruit: Hodie ſcriptura hæc impleta
eſt, &c. quaſi ſe præſumptuoſe compararet prophetis. In his Iudæis ſacrilegis, quorũ inſaniã
Prou. 15 ingratitudinemq; multi ſectãtur, illud prouerbiorũ eſt impletum: Non amat peſtilens eũ qui
Amos. 5 ſe corripit, illudq; Amos: Odio habuerunt corripientẽ, & loquentem perfecte abominati
ſunt. Vnde in Eccleſiaſtico ſcribit: Stuppa collecta ſynagoga peccantium, quæ ſtatim igne E
Eccl. 21. iræ accẽditur. Hinc & Terẽtius ait: Obſequium parit amicitiã, veritas odiũ, ⌊& ſurrexerũt⌋ »
Terentius. ira eos beſtiali impellente, ⌊& eiecerunt⌋ .i. tanquã reum mortis irreuerenter expulerũt ⌊il »
lum extra ciuitatẽ ſuã (Nazareth) & duxerunt illum vſq; ad ſupercilium montis, ſup quẽ ciui- »
tas illorũ erat ædificata, vt pcipitarent eũ,⌋ & pcipitãdo occiderent illũ, imitãtes patrem ſuũ »
Mat. 4 diabolum, qui dixit ad Chriſtũ: Mitte te deorſum, imò quantũ ad hoc illo peiores, quia quod
ille ſuggeſſit, iſti facere ſunt moliti. ⌊Ipſe autem trãſiens per medium illorũ ibat,⌋ .i. manus »
impiorũ elapſus eſt & euaſit, nõ volãdo aut currẽdo effugiẽs, ſed p mediũ illorũ pedeſter, po-
tenter ac mire ptranſiit, quod tã increata poteſtate q̃ virtute creata ſeu ptãte hũanitati colla-
ta facere quiuit. Per vtranq; etẽm potuit mẽtem illorũ ſubito immutare ac ſtupefactã ſeu ſtu-
Iohan. 18 pidam reddere, ſicut & tempore paſſionis proſtrauit ſceleratos, dicendo: Ego ſum, quando
Iohan. 17 & dixit ad patrẽ: Dediſti ei, videlicet mihi filio tuo poteſtatẽ omnis carnis. In templo quoq;
Iohan. 2 tot milliũ cõpeſcebat ingenia, quãdo negociãtes inde eiecit, quod ſecũdũ Origenẽ fuit maius
Mat. 21 miraculũ, q̃ ſuſcitatio mortuorũ, vel ſaturatio qnq; milliũ ex qnq; panibus. ¶ Inſup diuina &
Mar. 11 increata virtute potuit ſe illis inuiſibilem reddere, quod etiã p creatã ſibi datã potentiam po-
Luc. 9 Mat. 9 tuit, quia ſecundũ ſuperiorem animæ ſuæ portionẽ extitit cõprehenſor, idcirco dũ voluit do
Marc. 5 tes corporis glorificati etiã ante paſſionẽ ſæpe aſſumpſit ſecundũ Hugonẽ, corpusq; ſuũ ani
Luc. 8. Luc. 7 mæ ſuæ pfecte obediẽs & ſubiectũ in tantũ, vt (iuxta Damaſcenũ) omnia naturalia fuerint in
Iohan. 11. Chriſto volũtaria, ſicut & Thomas in tertia parte teſtat. Ideo corpus Chriſti immutauit vi-
Mat. 14 Mar. 6 ſum pſentiũ, ſecundũ quod placuit animæ eius, cuius poteſtate atq; imperio ſuſpẽdi poterat
Lu. 9. Iohã. 6 immutatio talis. Hinc aliq aſſerũt, ꝙ Chrũs reddidit ſe ĩuiſibilẽ illis, queadmodũ in Iohãne in F
Iohan. 8 ducit: Ieſus aũt abſcondit ſe & exiuit de tẽplo, itẽq;: Quærebãt Ieſum apprehẽdere, & exiuit
Iohan 10 de manibus eorũ. Refert hic Beda, ꝙ dũ dñs Chriſtus de manibus illorũ elapſus, de medio illo
Beda rũ de vertice rupis deſcenderet, ac ſub rupe latere vellet, ſubito ad tactũ veſtis Chriſti ſaxum
illud ſubterfugit ſeu ceſſit, & inſtar ceræ ſolutũ, quendã ſinũ, hoc eſt cõcauitatẽ fecit, in qua
corpus dominicũ ſuſciperet, in quo loco oĩa liniamenta & rugæ veſtis ac veſtigia pedũ in ru
pe apparent adhuc, ſicut teſtant qui viderunt. Sed & Iohãnes de Mãdeuille in itinerario ſuo
ſcribit de hoc, adiiciens ꝙ Chriſtus tũc vehemẽter expauit. Hoc tamẽ credendum nõ reor,
imò nequaq̃ tenendũ, niſi dicat, ꝙ ſponte timorem illum aſſumpſerit, quemadmodum tem-
pore paſſionis. Alias, cur trepidaſſet, qui vniuerſa futura tam perfecte præſciuit, & tantæ po-
tentiæ fuit, qui nec inuitus ducebat ab illis, ſed ſponte ſe duci permiſit? Quod ſi voluiſſet in
quocunq; viæ illius ſpacio omnes feciſſet immobiles. Noluit autem pcipitari, quoniam tem-
pus paſſioni ſuæ diuinitus pfixum nondũ fuit impletũ, & qm̃ aliud genus mortis elegit, videli
Pſal. 21. cet crucifixionẽ, vt impleret quod ſcriptũ eſt: Foderũt manus meas & pedes meos. Et iterũ:
Pſal. 68 Dederunt in eſcã meã fel. Itẽ quia nondũ impleuit opa propter quæ miſſus fuit à pre, videli-
cet pdicationẽ euãgelicæ legis, inſtitutionẽ ſacramentorũ, miraculoſos effectus, de qbus om-
Iohan. 17 nibus paſſioni iã proximus dixit in Iohãne: Pater opus cõſummaui q̊d dediſti mihi vt facerẽ
nũc aũt ad te venio. ⌊Et deſcẽdit in Capharnaũ,⌋ q a relictis cõciuibus ſuis pfidis & ingratis »
venit ad vrbẽ Capharnaũ. Verũtamẽ (vt ex phabitis innoteſcit) iſtud: Et deſcẽdit ĩ Caphar
naũ vſq; ad finẽ capituli, non continuat cum litera immediate pcedenti, ſed cum eo quod ſu-
perius ſcriptũ eſt: Regreſſus eſt Ieſus in virtute ſpũs ſancti de Iudæa in Galilæam. Venit ergo
Capharnaum, ⌊ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat illos⌋ .i. habitantes & præſentes ibidem, »

⌊ſabba-

miſit eidẽ. Inſuper q̃a hic æger longa inualitudine pro ſuis peccatis fuit afflictus (nam & para
lyſim propter peccata ſua incurrit ſecundum Bedam), ideo, Chriſtus pronus fuit ad ſanan- Beda.
dum eũ mente & corpore, pſertim q̃a æger iſte aliqualẽ habuit fidẽ potẽtiæ Chr̃i, recipien-
dæq; ſanitatis, vt Gorrha fatet. Dicit aũt Ambroſius: Magnus dñs q aliorũ merito ignoſcit Ambroſius
alijs, & dũ alios approbat, alijs relaxat errata. Si grauium peccatorum diffidis veniam, adhi-
be peccatores, adhibe eccleſiam, quæ pro te precetur, cuius contemplatione quod tibi ne-

 gare

CAP .V. gare dominus poſſit, ignoſcat. Poſtremo, ſi paralyticus iſte pro tunc ſorte ſine mortali fuit
peccato, tūc q̃d dictū eſt ei, remittunt tibi peccata tua, intelligēdū eſt de venialibus, vel etiam D
de mortalibus quo ad remiſſionē pœnarū. ¶ Et cœperūt cogitare ſcribæ ac phariſæi, dicētes
Chryſoſtomus. intra ſe ⌋ qa timore turbæ nō audebāt hæc publice loqui ſcdm Chryſoſtomū. ⌊ Quis eſt hic »
qui loquit blaſphemiā? ⌋ id ē q ſibi vitioſe vſurpat q̃d dei eſt. Blaſphemat enim qui creaturæ »
aſcribit, quod dei ſolius eſt, vel irreuerenter & falſę profat de deo. Quia ergo putabāt Ieſum
nō eſſe deum, & ſolum deū poſſe peccata dimittere, ideo Ieſum in prolatione dicti ſermonis
blaſphemaſſe, imò & mortē meruiſſe ſenſerūt, qa ſecundū legē blaſphemi occidebant, & cō-
Leuit.24. muniter lapidabantur. ⌊ Quis poteſt peccata dimittere niſi ſolus deus? ⌋ Quēadmodū em̄ in »
omni peccato deus offendit, & lex eius infringit, ſic eius dūtaxat eſt peccata dimittere, ita ꝙ
macula culpæ tollatur. Nam ſi homo homini iniuriā illatam dimittat, propter hoc macula
Eſaiæ.43. culpæ ſeu iniquitas non aufertur ab anima, niſi & deus indulgeat, qui per Eſaiam loquitur:
Iob.14 Ego ſum qui deleo iniquitates tuas. Cui in Iob dicitur: Quis poteſt facere mūdum de immū-
do cōceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es? ¶ Præterea aduertendum, ꝙ diuerſis diuerſimo
de competit dimittere ſeu relaxare peccata. Deo em̄ hoc cōpetit pricipali ac propria autho-
ritate. Chriſto aūt ſecundū naturā aſſumptā cōpetit hoc merito ſingulari, & etiā vt cauſæ in-
ſtrumētali generali & excellenti, itēq; authoritate cōceſſa, ſacerdotibus vero cōpetit vt cau-
ſæ miniſteriali, ſed & ſacramētis baptiſmi ac pœnitētiæ cōuenit auferre peccata q̃dā inſtru-
mētali concauſabilitate, grāæ autem formaliter. Poſtremo aūt ſcribę & phariſæi, hi iuxta apo
Roma.10 ſtolū habuerunt quendam zelum dei, ſed nō ſecūdum ſcientiā, qa indiſcretus fuit zelus eorū,
imò ex lege & prophetis ac ipſis Chri opibus, ex verbis q̃q; & actibus p̄curſoris, iā aduertiſſe
debuerāt Ieſum eē Meſſiā, & etiā verū deū, ſicut ex ſcripturis veteris teſtamēti oſtendit. ⌊ Vt »
aūt cognouit Ieſus cogitationes eorū, ⌋ quas vt deus ab æterno cognouit, ſecūdū humanitatē »
quoq; aſſumptam eas cognouit ab exordio creationis animæ ſuæ, ſicut & cætera vniuerſa p̄-
ſentia, præterita & futura. Om̄ia em̄ quę deus ſcit ſcientia viſionis ſciuit anima Chri à prin- E
cipio incarnationis, ſed iam voluit manifeſtare ſe eas cognoſcere, ⌊ reſpondens dixit ad il- »
los: Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? ⌋ æſtimantes me blaſphemaſſe, & me deum nō »
eſſe ſed hominem purum. Itaq; Chrūs ſecreta cordiū intuendo ac propalando diuinitatem
ſuam demonſtrat. Quamuis em̄ homines per reuelationē diuinam poſſint hæc agere, tamen
1.Reg.16. per propriam ſapientiam iſta peragere deo eſt proprium, de quo ſcriptum eſt: Dn̄s intuetur
Iob.42. cor. Et Iob: Nulla te (inquit) latet cogitatio. Atq; in pſalmo: Scrutans corda & renes deus.
Pſal.7 ⌊ Quid eſt facilius dicere (.i. dicendo efficere) dimittūtur tibi peccata, an dicere, ſurge & am- »
bula? ⌋ quaſi dicat: vtrūq; iſtorū eſt ſolius diuinæ & infinitæ potentiæ, quia ſicut peccata di- »
mittere deo eſt proprium, ſic paralyticū hunc curare propria poteſtate authoritatiuo impe
rio ſubito ac perfecte nō niſi icreatę dei cōgruit poteſtati. Attamen pctā dimittere bn̄ maius
in ſe eſt q̃ ſanare paralyſim, ſed p̄tacto mō eā curare æqualis potētiæ eſt, ſicut culpam laxare.
⌊ Vt aūt ſciatis p ſenſibile opus ⌊ qa filius hoīs poteſtatē habet in terra dimittēdi pctā, ⌋ ha- »
bitātibus ſup terrā. Sciebāt aūt hi, ꝙ Ieſus p filiū hominis intelligeret ſemetipſum ⌊ ait para- »
lytico ⌋ Hic interponit Euāgeliſta propter intelligentiam clariorē. Chrs etenim dixit. ⌊ Ti »
bi dico ⌋ .i. efficaciter iubeo ⌊ ſurge ⌋ ſine aliorū auxilio, vtpote me agente iam ſanatus, ⌊ tol- »
le grabatum tuū, & vade in domū tuā ⌋ .i. teſtimonium tuæ integerrimæ ac ſubitaneæ cura- »
tionis tolle lectū tuū vſq; ad propriā domū, qui paulo ante teipſum ferre nequibas. ⌊ Et cō- »
feſtim ſurgens coram illis ⌋ Mox em̄ vt Chrūs præcepit om̄ino curatus eſt, qa diuinæ & in- »
finitæ potētiæ cōpetit agere in inſtāti, ⌊ tulit lectū in q̃ iacebat, & abijt in domū ſuā ⌋ quæ in »
Capharnaū fuiſſe putat, ⌊ magnificās deū ⌋ .i. dei maieſtatē proteſtās, & ſua curatiōe oſtēdēs »
atq; magnifice laudās, ac grās Chriſto agens, q̃uis forte nondum cognouerat, ꝙ Ieſus exiſtat F
deus. ⌊ Et ſtupor apprehendit oēs ⌋ hoc ē vehemēs admiratio p̄ſentes inuaſit ⌊ & magnifica »
bant deū ⌋ .i. magnum ac om̄ipotentem cōfitebant & collaudabant, ⌊ & repleti ſunt timore »
Admiratio vñ oriatur. dicentes, quia vidimus mirabilia hodie ⌋ ¶ Porrò admiratio oritur dū magnum, rarū, inſo- »
litum aut inopinatum quid accidit, cuius cauſa neſcit. Hi ergo qa Chriſti om̄ipotentiā igno
rabant, de magnificis eius operibus vehemēter mirati ſunt. Et q̃uis tantū miraculū libēter ac
delectabiliter viderint, ſaltem vulgares, nihilominus timore partim ſeruili, partimq; reuerē-
tiali impleti ſunt, qa ex tāto prodigio magnitudinē diuinæ potentiæ, ſanctitatemq; domini
Ieſu penſantes, ſuam mox fragilitatem & culpam clarius aduerterunt, imò quaſi coacti ſunt
intueri, qa oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcūt. Ex tali conſideratione orta eſt formido
vltionis diuinæ iuſtitiæ, & reuerentialis pauor ad authorem miraculi. De hoc ſupra dictum
eſt. Quamuis autem Chriſtus vnum ſolum miraculum fecerit iſtū curādo, vidētes tn̄ profeſ-
ſi ſunt mirabilia ſe vidiſſe, qa in vno hoc facto multa mirabilia concurrebāt, & ip̄e modus agē
di p̄clariſſimus ac mirabiliſſimus fuit, ꝙ .ſ. tā imperialiter, authoritatiue, ac ſubito infirmiſſi-
mū virū curauit, & cōfortauit, ꝙ ſcribas ac phariſæos tā velociter ac publice cōfutauit, ꝙ ſe-
creta

A creta cordis eorum redarguit. At vero ſecundum quoſdam pluraliter dixerũt mirabilia, pro
pter duplicem infirmi illius curationem .ſ. corporalem ac ſpiritualem. Verũtamen ſpũalem
illius curam corporalibus oculis non viderunt. An vero eam fide intuiti ſint, certum appa-
ret, ꝙ illi qui verbis Chriſti crediderũt factã talem curationem cõſiderauerũt. ¶Spũaliter, ꝑ Spũal' ſenſus
paralyticũ intelligiť quilibet accidioſus & luxurioſus, ꝗa ſicut paralyſis membra immobilia
reddit, ſic accidia vires animæ & corpus à dei obſequio & motu virtutum retardat, & ad ea,
quæ veræ ſalutis ſunt quaſi inſenſibilem efficit hominem, quod & luxuriã facere certum eſt,
Quẽadmodũ autẽ ſpũalis lectus hominis virtuoſi ac feruidi eſt pax interna, caſtigatio carnis
conſtantia mentis: ſic lectus talis hominis pigri & lubrici eſt carnalis voluptas, ſeu repauſa-
tio corporalis. Talem itaq; paralyticũ, quia per ſeipſum proficiſci ad Chriſtũ nõ valet, quia
charitate & virtutibus nõ viuificať, neceſſe eſt à paſtoribus, ꝓdicatoribus, doctoribus, ſeu ve
ris amicis ad Chriſtũ deferri, vt orent pro lãguido ſqualente ac ſpũaliter mortuo, diuinæ pie
tati illum offerentes curãdum. Cunq; turba carnalium hominũ impedimẽtum accedendi ꝓ-
ſtiterit, tectum aſcendãt, idẽ alta cõtemplationis cõſiderãdo, quemadmodũ ſapiẽtia dei om-
nia cernat, nec perſeuerãter pulſantes repellat, ſicq; ꝑ tegulas .i. per talium cõſiderationũ vi-
as infirmum diuinæ clemẽtiæ repreſentent cõſpectui, quorũ fidem deus conſpiciens miſere
biť miſero, iubebitq; ei vt lectum quo iacuit, tollat .i. carnalem quietem ac voluptatem cordi
B ſuo ſuperimponat per tanti peccati pœnitentialem memoriam, deplorationem, & caſtiga-
tionem, & vadat in domum ſuam, id eſt ad requiem ſpũalem & pacem mentalem, ſeu para-
diſum cœleſtẽ, quemadmodũ ſcriptũ eſt: Conuertere anima mea in requiẽ tuã. Anima vero Pſal. 114
peccatrix non pœnitens in pctõ per cõſenſum ſedet, ꝑ continuationẽ ſeu actũ iacet, per con
ſuetudinẽ dormit, ita vt Paulus eã excitare cupiens, clamet: Surge qui dormis, & exurge à Ephe. 5.
mortuis. Porrò cũ alij talem pctõris conuerſionem cõſpexerint, mirabunť, dicẽtes: Hęc mu-
tatio dexteræ excelſi .i. poteſtatis & gr̃æ ſublimis dei, implebunť quoq; timore, eo ꝙ ipſi ſi- Pſal. 76
milem pœnitentiã non egerint neq; aſſumãt, cum tñ eiſdem vel alijs ſimilibus ſint implicati
exceſſibus. ¶Poſt hæc Lucas deſcribit Matthæi apoſtoli vocationẽ, cõuerſionẽ, ac deuoti-
“ nem. ⌊Et poſt hæc,⌋ videlicet curato paralytico in Capharnaũ & verbis Chr̃i ibi habitis,
“ iãq; ꝓſcriptis cõpletis, ⌊exijt⌋ Ieſus de loco quo acta ſunt illa, ⌊& vidit,⌋ viſu corpali, imò
“ & amplius viſu interiori ꝑ pietatis cõpaſſionẽ & charitatis affectũ, ⌊publicanũ,⌋ virũ publi-
“ cis negotijs deditũ, vtpote vectigalia ſeu tributa leuantẽ, ⌊noĩe Leui,⌋ ꝗ alio noĩe vocabať
Matthæus, eratq; Matthæus nomẽ eius vulgatũ pro tp̃e quo telonearius fuit. Vnde ipſemet
Euãgeliſta Matthæus iſta deſcribens, Matthæũ ex humilitate ſe nominat, Lucas autem &
Marcus tm̃ honorãtes Euãgeliſtã atq; apoſtolũ, tacito noĩe eius priori, Leui eum appellãt,
“ quia hoc nomen non fuit ei ita aſſuetum in priſtino ſuo officio, ⌊ſedentẽ ad telonium⌋ .i. ad
menſam ſeu locum, vel in domo vbi vectigalia cõputabanť vel ſoluebanť. Porrò quod ait, ſe
dentem, intelligi poteſt dupliciter. Primo, ꝙ tũc ſitu corporali ſedit ad huiuſmodi menſam,
locum ſeu actũ. Secundo iuxta cõmunem modũ loquendi quo ſedere accipiť pro manere, vel
eſſe alicubi, quẽadmodũ in Chronicis ſcribunť pontifices tot vel tot annis in epiſcopatu ſe-
diſſe. Et Moſes in Deuteronomio: Sediſtis (inquit) in Cades Barne multo tp̃e, Sic igiť ſenſus Deut. 1.
eſt, Vidit eũ ſedentẽ ad teloneũ .i. tali officio intẽdentẽ ſeu inſiſtentẽ, ⌊& ait illi: Seq̃re me,⌋
Chriſtus nõ ſolũ ſecundũ quod deus, ſed etiã ſecundũ quod homo omni creaturæ ꝓlatus ver-
bũ hoc dicere potuit, nõ ſolũ hortãdo vel cõſulendo, ſed & ꝓcipiẽdo, magiſq; inuitauit Mat
C thæũ ad ſpũalẽ ſeu imitationẽ ſeu mẽtis conuerſionẽ & ſanctã cõuerſationẽ, ꝗ̃ ad corporalẽ
“ ſequelã, tñ ad vtrãq; imitationẽ eũ vocauit, ſed ad corporalẽ ꝓpter ſpũalẽ. ⌊Et relictis om-
“ nibus⌋ .i. vniuerſis rebus ſuis & opibus, ⌊ſurgẽs⌋ à loco quo ſorte corporal'r ſedit dũ voca-
“ bať à Chriſto, vel à priſtina cõuerſatione iniqua & à terrenis affectibus, ⌊ſequutus eſt eum,⌋
videlicet Chriſtũ ꝑ mẽtis cõuerſionẽ & corpis greſſum. Statim etenĩ vt Chriſtũ audiuit ſe in
uitantem cõpunctus eſt corde & vitã emẽdare ꝓpoſuit, iuxta Chr̃i doctrinã, ſicq; cœpit ire
poſt eum. Chr̃us nãq; ꝗ foris vocauit verbo ſonãte, intus traxit gr̃a aſpirante. Volũtatẽ enĩ
Matthæi mox immutauit, inclinauit, & inflãmauit ꝑ inſpirationẽ occultã, grãmq; infuſam.
Ideo Matthæus nõ egit incaute Chriſtũ ſtatim ſequẽdo, vt ſceleratus mẽtiť Porphyrius, nec
ſimile fuit de cõſentiendo ipſi Chr̃o & hoĩbus alijs. Matthæus ꝗ̃q; de Chr̃i ſanctitate, ptãte,
fama, miraculiſq; audiuit, ꝙ ei ſecuriſſime conſentire mox rõnabil'r potuit, ſicut & Heliſæus
“ ſtatim ſequebať Heliã, vt in libris Regũ habeť, ⌊& fecit ei (vz Chr̃o) & diſcipulis eius cõui-
“ uiũ magnũ Leui (.i. Matthæus) in domo ſua,⌋ in quo patet liberalitas Matthæi & reuerẽtia 3. Rēg. 19
eius ad Chriſtũ, ꝗ in corde Matthæi omni honore fuit ꝓdignus, ideo exhibuit ei ſolẽne cõui-
uiũ. ¶Sed ſi Matthæus Chriſtũ ſtatim ſurgẽs ſequutus eſt, cũctis ꝗ̃ habuit derelictis, quõ fecit Matthæi erga Chriſtũ reuerentia.
ei in domo ſua grãde cõuiuiũ? Et r̃ndendũ ſecũdũ expoſitores, ꝙ nec in Matthæo, nec ꝓſen
ti cap. obſeruať ordo tp̃is in recitatione huius hiſtoriæ, Nã Matthæi vocatio diu ꝓceſſit cu-
rationẽ paralytici, de ꝗ ſtatim ꝓhabitũ eſt, imò ꝓceſſit ſermonẽ Chr̃i in mõte de beatitudini-

CAP. V. bus & reliqs documẽtis. Sequẽti nãq; capitulo legit, φ Ieſus aſcẽdẽs in mõtẽ ad ſermonẽ pfa
Lucæ. 6. tũ vocauit ad ſe diſcipulos ſuos, & ex eis elegit duodecim apl'os, quorum Matth. extitit vnus. Qd D
ergo hic ſcribit de vocatiõe Matthęi p recapitulationẽ inſerit. Quòd aũt de cõuiuio eius ad-
iungit, ſecũdũ rectũ hiſtoriæ ordinẽ cõnectit ei qd de paralytici curatiõe inductũ eſt. Inſup
ſcdm multos expoſitores Matthęus ad primũ Chri verbũ ſtatim ſecutus ẽ eũ. Poſtmodũ aũt
de licẽtia Chri ſimul cũ Chro & eius diſcipulis ad domũ ſuã reuerſus ẽ, diſpoſiturus vt credit
de ſuis negotijs, & de officio ſuo dñis ſuis rõnẽ forſan daturus. ⌊Et erat turba multa publica »
norum & aliorum qui cum illis⌋. i. cum Ieſu & eius diſcipulis ⌊erãt diſcumbẽtes⌋ Iſti publicani »
& alij q in Matthæo pctõres vocant, fuerũt Matthæo familiares & noti tanq̃ eiuſdẽ ſecũ of-
ficij, q eius cõuerſionẽ vidẽtes, venerũt ad eũ quaſi valedicturi eidẽ, vel eius exẽplo Chrm au-
dire & aſſequi cupiẽtes, quos etiã multos inuitauit Matthæus de Chri pſentia & ſua cõuerſio-
ne exultans, aliosq; pfatos cõſolari & exhilarare deſiderãs, vel potius occaſione conuiuij ad
Chriſtũ, viãq; ſalutis adducere gliſcens ſicut & fecit. ⌊Et murmurabãt phariſæi & ſcribæ di »
centes ad diſcipulos eius (ſcilicet Chri) Quare cum publicanis & peccatoribus mãducatis & »
Matt. 9. bibitis⌋ In Matthæo legunt dixiſſe. Quare cũ publicanis & peccatoribus mãducat & bibit »
Marci. 2. magiſter veſter, ſimiliter in Marco, ſed ſenſus redit in idẽ, qa cũ diſcipulis mãducantiũ vnus
& principalis extitit Chrũs. Deniq; in talibus quæ Euangeliſtæ à multis prolata deſcribũt, &
in deſcribendo differre vident, probabile eſt φ aliqui proferentiũ vſi ſunt hac forma verbo-
rum, alij alia, & ſecundum hoc Euãgeliſtæ diuerſimode referũt, q̃uis in reipſa ſummæ cõcor-
dent. Itaq; ſcribæ & phariſæi in proprijs oculis magni, & ſua æſtimatione cæteris meliores.
Scribę de ſcia Scribæ etẽm ſpecialiter de ſcientia, Phariſæi vero de religione tumebant, publicanos & pec
Phariſæi vero catores in tantũ ſpernebant, φ dedignabant manducare cũ eis, vnde & Chriſtũ eiuſq; diſci- E
de religione tu- pulos de tali cõmanducatione redarguebant. Habuerũt quippe inordinatũ & rigidum dei, le
mebant.
Gregorius. giſq; zelum, & falſæ non vere iuſti fuerunt, quia (vt ait Gregorius) vera iuſtitia compaſſionẽ,
falſa iuſtitia dedignationem habet. ¶ Pręterea argui poſſet, φ phariſæi & ſcribę iuſte ſint mo
1. Cor. 5. ti, cũ de peccatoribus Paulus ſcribat Corinthijs: Cũ huiuſmodi nec cibum ſumere. Et Salo-
Prouer. 23 mon in prouerbijs: Ne comedas (inquit) cũ homine inuido. Et pſalmiſta: Superbo (ait) & in-
Pſal. 100 ſatialiabili corde cũ hoc non edebã. Sed ad has atq; cõſimiles authoritates dicendũ, φ pctõ-
res indurati & pertinaces, de quorum correctione ſpes non apparet, vitandi ſunt, pręcipue im-
perfectis, qui ab illis facile inſici poſſent. Si aũt peccatores indurati non ſint, ſed de eorum emẽ-
datione ſpes videat, vitãdi non ſunt, præſertim ab his q poſſunt ſeu quorum eſt eos corrigere.
Ideo Chriſtus qui peccare nõ potuit, eos vitare nõ debuit, imò ex magnitudine charitatis &
pietatis ſe eis ſic applicabat, etiã in veſcẽdo, vt ſua collatione, apparatu & exemplaritate eos
traheret ad ſalutẽ. ¶ Sed cur ſcribæ & phariſęi iſta nõ potius locuti ſunt Chro q̃ diſcipulis ei?
Ad quod reor dicendũ, quia verebant confutari ab eo, ſicut paulo ante confutauerat eos, aut
Ambroſius. ſimiles eis in paralytici cura. Dicit autem Ambroſius, φ Chrũs cũ publicanis & peccatoribus
manducando non prohibet nos etiam cum gentibus inire conuiuium. ⌊Et reſpõdẽs Ieſus⌋ »
qui (vt in Matthæo aſſeritur) audiuit verba ſcribarum & phariſæorum ⌊dixit ad illos (ſcribas) & »
phariſæos⌋ qui magiſtrũ magis q̃ diſcipulos arguere intendebant. ⌊Nonne egẽt q ſani ſunt »
medico.⌋ ¶ Hoc modo vno exponitur tanq̃ ironice dictũ cõtra ſcribas ac phariſæos, q ſe »
iuſtos iactabãt, tanq̃ dicat: Ideo vobiſcũ non edo neq; vos viſito, qa veſtra æſtimatione ſani
Genes. 3. mente, iuſtiq; eſtis. Sic in Geneſi ait: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ⌊ſed qui ma- »
le habent⌋ hoc eſt publicani iſti ac peccatores, qui ſe peccatis vulneratos mẽte fatentur, indi »
gent & indigere ſe recognoſcunt pręſentia mea, qui animarum ſum medicus. Secũdo gene- F
raliter accipi poteſt, φ ſani ſecundũ quod tales non indigent medico formaliter dicto, ſcili-
cet ſecundum quod medicus, ſiue de ſano & medico loquamur corporaliter ſiue ſpũaliter, q̃-
niam medicus ſecundum quod talis ordinat ad infirmitatum & vulnerum curationẽ. Denique
Chrũs ſtatus medicus. Chrũs ſecundũ vtrãq; ſuã naturã eſt ſpũalis medicus animarum, qa ſecundũ diuinitatẽ dimittit
& aufert peccata, quæ animarum ſunt vulnera per principalẽ authoritatem, grãmq; & virtutes
infundit, per increatã poteſtatem & creationẽ, ſed ſecundũ aſſumptam humanitatem curat
peccata, præſtatq; gratiarum chariſmata, tanq̃ cauſa inſtrumẽtalis ac meritoria, ita φ tota ſua
in mũdo hoc cõuerſatio, perſecutio & paſſio fuit hominibus meritoria & vulnerum animæ cu-
ratura. Omnia enim fecit & pertulit propter nos, nec de eſſentiali pmio aliqd ſibi promeruit.
Chrũs de eẽn- Hoc ergo pverbio pulchre edocuit Chrs ſe ad pctõres cõuertẽdos veniſſe, idcirco ſe eos nõ
tiali pmio nil ſi debere vitare. Poſtremo q̃uis oẽs idigeãt Chro, in q̃tũ eſt creator ad ſubſiſtẽdũ, & in q̃tũ ẽ
bi promeruit. cõſeruator ad permanendũ, & q̃tũ ẽ grĩæ dator ad bñ viuẽdũ, nullus tñ indiget eo, in quantũ
eſt medicus, niſi q male habet. ¶ Deinde Chrs prouerbiũ iſtud applicat ad ſeipm. ⌊Nõ enim »
veni vocare iuſtos, ſed peccatores in pœniam⌋ quod dupliciter explanat. Primo, quaſi iro- »
nice dictũ aduerſus phariſæos & ſcribas, φ ſcilicet Chrũs ideo eos & eis ſimiles non vocet,
quia iuſtos ſe vane præſumant. Attamen Chriſtus tales aliquo modo vocauit ad viam ſalutis

eos

A eos increpãdo, docendo, hortando, ſed non vocauit eos per ſalutarem ſalutis conſecutionẽ,
ſeu conſummatę & efficienter, quẽadmodũ etiã non redemit præſcitos ſeu reprobos, quãuis 2. Cor. 5
pro om̃ibus mortuus ſit, om̃esq; redemerit ſufficiẽter. ſ. quãtum in ipſo eſt. Per pc̃tõres vero 1. Petri. 2
intelligunt qui vere ſe pc̃tõres fatẽtur & corrigũt, de qbus Chrũs teſtat: Venit filius hominis Lucæ. 19
quærere & ſaluũ facere q̃d perierat. Secũdo exponit ſpecialiter de vocatiõe ad pœniã, qui
nõ niſi pc̃tõribus cõpetit & proptie pc̃tã mortalia reſpicit, idcirco Chriſtus nõ venit voca-
re iuſtos ſcd̃m q̃d tales ſunt, ſed pc̃tõres qbus ſacramẽtũ pœnĩæ eſt ſecũda poſt naufragium
tabula ſecũdũ Hieronymũ: Hinc notãter adiũxit Euãgeliſta in pœnĩam. Poſtremo de myſti Hieronymus.
ca ſignificatiõe cõuiuij Chr̃o p Matthæũ exhibiti nũc trãſeo, qa ſup Matthæũ duplicẽ inde Matt. 9.
expoſitionẽ induxi. Deniq; ſcribæ & phariſæi de p̃habita interrogatione ac murmuratione
ſua inſtructi, conuicti, cõfuſi, aliã introducũt inſtãtiã. ⌊At illi dixerũt ad eũ⌋ puta ad Ieſum.
⌊Quare diſcipuli Iohãnis (Baptiſtæ) ieiunãt frequẽter⌋ obſeruãdo ieiunia legalia & aliq̃ ſu-
peraddẽdo ſecundũ ordinationem Iohãnis, quemadmodũ ex ſpeciali deuotione fiunt opera
bona, ad ſupererogationẽ ſpectãtia, ⌊& obſecratiões faciunt⌋ diuturnis ac frequẽtibus ora-
tionibus inſiſtendo. Eſt autem proprie obſecratio, quãdo cum alicuius ſacri commemora- Obſecratio q̃d
tione, ſeu per, vel propter quod ſacramẽtum formætur petitio, vt Daniel inquit: Propter te- Daniel. 9
metipſum deus meus inclina aurem tuam & audi, item cum dicimus: Per paſſionem tuã ſal-
ua nos Chriſte, & hoc dicit efficaciſſimũ genus or̃onis. Similiter & phariſæi ieiunãt frequen-
ter & obſecrãt, quemadmodum autem in Matthæo habetur, diſcipuli Iohãnis quæſtionem Matt. 9
hãc propoſuerunt. Vnde ſecundum Auguſtinum libro de conſenſu euãgeliſtaꝝ. Om̃es iſti Auguſtinus.
concordes fuerunt ſic inquirendo & certatim ſe coniunxerunt in interrogãdo, ⌊tui autem
edunt & bibunt?⌋ .i. diſcipuli tui bñ ſe reficiunt. Verũtamen non eſt putãdum, quòd iuſſa le- Matt. 6
gis ieiunia, aut debitas orationes omiſerint, ſed patrem in abſcondito exorabãt, ideo eorum
B orationes alijs non tam copioſe innotuerunt, nã vt Chriſtus vt infra habetur, locutus eſt eis.
Oportet ſemper orare & non deficere. Itaq; iuxta Chriſti doctrinam breuibus & frequen- Lucæ. 18
tibus quaſi ioculatorijs precibus intendebant. Hinc Chriſtus in verbis ſequentibus non fa-
tetur eos non obſecraſſe, ſed non ieiunaſſe frequẽter. Quibus ipſe ait: ⌊Nunquid poteſtis fi-
lios ſponſi⌋ hoc eſt diſcipulos meos qui ſunt ſpirituales filij mei, nam & ipſi apoſtoli, de qui-
bus nunc ſermo à Chriſto baptizati creduntur, ſecũdum Auguſtinum à Chriſto quoq; per Auguſtinus.
euangelicæ legis ſapientiam fuerunt ſpititualiter regenerati ſeu innouati & educati, atq; per
gratiam eius renati ⌊quam diu cum illis eſt ſponſus⌋ per corporalem præſentiam tanquàm
magiſter & pater ac dominus, ⌊facere ieiunare?⌋ Frequenter & afflictiue, tanquam dicat:
Non poteſtis eos ad hoc rationabiliter coartare nec decet. Quàmdiu enim taliter ſponſum
ſcilicet Chriſtum habent præſentem, tempus eſt lætitiæ ſpiritualis, gaudij nuptialis & alacri
tatis. ¶ Porrò tempus huius alacritatis & gaudij, ſcilicet tempus gratiæ cœpit in Chriſti in- Grãe temp9 in
carnatione, in qua ſibi in vtero virginis tam humanam naturam quàm ipſam eccleſiam iun- Chri incarna
xit ac deſponſauit. A tempore autem tranſgreſſionis priorum parentũ vſq; ad tẽpus incar- tiõe incepit.
nationis fuit tẽpus triſtitiæ & mœroris, tẽpusq; lugẽdi ac ieiunandi. Itaq; Chrũs ſeipſum no
minat ſponſum, de quo dixit Pſalmographus: Ipſe tanquàm ſponſus procedens de thalamo Pſal. 18.
ſuo, de quo ſponſo in Cãticis cãticorum Salomon vaticinatur, alluditq; Chriſtus his verbis
ei quod apud Iohãnem ait Baptiſta de Chriſto: Qui habet ſponſam ſponſus eſt, amicus autẽ Iohan. 3.
C ſponſi qui ſtat & audit vocem eius gaudio gaudet propter vocem ſpõſi. Vnde & Chrũs cõ-
uenienter ita loquutus eſt coram diſcipulis præcurſoris, quaſi in memoriam eis reducens ver
ba à magiſtro eorum prolata ante hãc quæſtionẽ. Dicit autem Cyrillus: Saluatoris noſtri in Cyrillus.
hoc ſeculo demonſtratio nihil aliud fuit q̃ quædam feſtiuitas intelligibilis quaſi quãdã ſpon
ſam copulãs illi naturã, vt quõdã ſterilis efficeret fœcũda, cuius ſpõſi ſunt filij q ab eo p euan-
gelicã diſciplinã vocati ſunt. ⌊Veniẽt aũt dies cũ ablatus fuerit ab eis ſpõſus⌋ Iſti fuerũt dies
quando occiſus & ſepultus eſt Chrũs & dies quidã ſequẽtes. Die em̃ paſſionis Iudæi abſtule-
runt apoſtolis ſponſum, die aũt aſcenſionis Chrũs ſeipſum abſtulit eis quãtũ ad corporalem
præſentiam, quẽadmodũ in Iohanne: Exiui (inquit) à patre & veni in mundũ, iterũ relinquo Iohan. 16
mundũ, & vado ad patrẽ. Quantũ vero ad ſpũalem & inuiſibilem diuinitatis præſentiam &
gratiæ inhabitationem, Chrũs cum fidelibus iugiter manet, imò & quo ad præſentiã ſacra-
mentalem, prout in Matthæo pollicetur: Ecce ego vobiſcum ſum cũctis diebus vſq; ad cõ- Matt. 28.
ſummationem ſeculi, ⌊tunc ieiunabunt in illis diebus⌋ nã & in triduo ſepulturæ fuerũt mœ-
ſtiſſimi, nec cibus eos delectabat corporeus. Poſtea quoq; primitiua eccleſia in Hieruſalem
in ſumma vixit ſobrietate, imò poſt paucos annos à Chriſti paſſione fuit ibidẽ in grandi in-
opia, vt in epiſtolis ſuis Paulus teſtatur, qui etiam ad Corinthios de ſe ſuisq́ue ait: In omni- 2. Cor. 6
bus commendamus nos, ſicut dei miniſtros, in fame & ſiti, in ieiunijs multis.

¶ Præterea AVGVSTINO teſtante, duplex eſt ieiunium, vnum in tribulatione Auguſtinus.
ad propitiandum deum pro peccatis, aliud in gaudio cum tanto minus delectant car-

nal'a, quãto ſpũalium maior ſagina eſt. De primo aũt ieiunio dixit Chriſtus filios ſponſi non D
debere ieiunare ſponſo eis præſente. Secundum quoq; ieiunium in Apoſtolis extitiſſe, præ-
Acto.2. ſertim recepto ſpũ ſancto certiſſimũ eſt, quãdo vt in Actis aſſerit: Omnes qui credebãt, erant
pariter, & ſumebãt cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis. ⌊Dixit autẽ & ſimilitudi- »
nem ad illos.⌋ Per quã oſtendit quod diſcipulis ſuis non fuit ſubito, ſeu ante ſponſi ablationẽ »
magnũ ieiunium imponẽdum. Similitudo aũt & exemplificatio ad clariorẽ intellectũ præci
Hieronymus. puè cõfert. Et quoniã Iudæa in medio Syriæ eſt, & pars Palæſtinæ ſecundum Hieronymum
Chryſoſtom⁹ atq; Chryſoſtomũ, Syris aũt & maximè Palæſtinis cõſuetudinariũ ſeu familiare eſt ad omne
Hieronymus. verbum parabolã applicare ſcd̃m Hieronymum, Chriſtus quoq; bonæ illorũ conſuetudini ſe
conformãs, per totũ euãgelium frequenter ſimilitudines ſeu parabolas iungit. ⌊Quia nemo⌋ »
Hoc eſt, nullus rõnabiliter agẽs ⌊commiſſuram⌋ .i. particulam pãni, ⌊à veſtimẽto nouo im »
mittit in veſtimẽtum vetus.⌋ hoc eſt quod vult veſtẽ veterẽ reſarcire ſeu reformare, nõ ſumit »
à noua veſte fruſtum pãni quo vetus veſtimẽtum reformet, ⌊alioquin⌋ .i. niſi ita ſe habeat & »
iſtud obſeruet, ⌊& nouũ veſtimẽtum rumpit⌋ illud frangẽdo p̱ ſubtractionẽ neceſſariæ ſibi »
partis, ⌊& veteri veſti nõ cõuenit commiſſura à nouo⌋ .i. portio pãni à noua veſte ſubtra- »
cta, quoniã iam diſſimiles partes pãni in vno nõ bene ſtãt indumẽto. ¶Per hoc Chriſtus inſi
nuat, ꝙ ſimili modo his qui aſſueti ſunt quotidie vſq; ad plenũ comedere, non cõgruat ſtatim
in ipſo cõuerſionis eorũ principio abſtinentiã magnã iniungere. Tales aũt fuiſſe ſuos diſcipu-
los innuit Chriſtus, ſed paulatim ad p̱fectiora ducẽdi ſunt, vt guſtata ſpũali dulcedine, fortio
res ſint ad corporis afflictiones, nec ſtatim in conuerſionis ſuæ initio per exceſſiuum rigorẽ
terreant aut deijciant. Quo etiã confeſſores docent, ne nouiter pœnitentibus & confitẽtibus E
pœnias nimis graues iniungãt, ne illi reſiliãt. Ita & myſtice in homine commiſceri nõ debẽt
actus veteris nouiq; hominis, quia iuxta Ambroſium. Diſcolor veſtis ſponſo Chriſto nõ pla
Hiere.12 cet, qui p̱ Hieremiã ait: Nunquid auis diſcolor hæreditas mea mihi. Venite cõgregamini ad
deuorãdum eã, ſed exuenda eſt omnino vetuſtas vitiorũ, ac nouitas induenda virtutũ, dicẽte
Ephe 4 Apoſtolo ad Epheſios: Deponite ſcd̃m priſtinã conuerſationẽ veterẽ hoĩem, qui corrumpi
tur ſcd̃m deſideria erroris, renouamini autẽ ſpũ mentis veſtræ, & induite nouum hominem,
qui ſcd̃m deũ creatus eſt. ¶Inſup ſcd̃am Chriſtus ſimilitudinẽ ad idem inducit. ⌊Et nemo⌋ »
prudenter agens ⌊mittit vinum nouũ in vtres veteres⌋ .i. in vaſa antiqua propter eorũ debi- »
litatẽ, ⌊alioqn⌋ .i. ſi oppoſitũ egerit fundẽdo muſtũ in vetera vaſa ⌊rũpit nouũ vinũ vtres⌋ »
hoc eſt, vaſa talia per ſuã ſortem ac violentã ebullitionẽ cõfringit ⌊& ipſm vinũ⌋ vtribus an- »
tiquis infuſum ⌊effundet (vaſis cõfractis) ac vtres (vetuſti ac debiles) pereunt⌋ quia rumpunt »
⌊ſed vinum nouum in vtres nouos (& fortes) mittẽdum eſt, & vtraq; cõſeruant⌋ Videlicet, »
continẽs & contẽtum ſeu vinum & vaſa. Similiter vult ſaluator quod diſcipuli ſui adhuc car-
nales, rudes, ac fragiles ardua virtutum exercitia in principio ſuæ conuerſionis ferre non po-
terant, ſed innouandi ac confortandi erant ſtatim poſt Chriſti reſurrectionem ac aſcenſionẽ
per ſpũs ſancti infuſionem, quo facto idonei fuerunt ad omnia. Itaq; ſpũalis feruor atq; perfe-
ctio & abſtinentia, nouo vino comparant, quia mentem optime alunt, roborant, exhilarant,
& bonæ famæ reſpergunt odore. Imperfecti aũt & fragiles vtribus comparant veteribus, q̃a
Matth.26. ſi ab eis magna exigat perfectio prorſus deficiunt. Tales autẽ adhuc fuiſſe Apoſtolos proba-
Marc.14 uit eorum fuga à Chriſto dum caperet, & trina negatio Petri. Hinc in religione habent no- F
Lucæ 22 uicij annum probationis, quo vires ſuas experiant, & ſucceſſiue ad perfectiora ducant. Hinc
Iohan.18
Hiere.48 de indiſcreto laboratore per Hieremiã ſcriptum eſt, quia plus fecit quàm potuit idcirco pe-
Roma.12 rijt. Et Paulus ait: Rationabile obſequium veſtrum. Hoc eſt, quod in Eccleſiaſtico Salomon
Eccle.7. loquit: Noli eſſe iuſtus multum, neq; plus ſapias quàm oportet, ne obſtupeſcas. Quod totum
ideo dicit, vt indiſcretio euitetur, & paulatim ac inordinate ſtudeamus proficere. Veruntamen omnipotentia dei & gr̃a eius communibus legibus non artant. Vnde nonnulli ſicut &
Acto.9 ipſe Paulus apoſtolus ſubito gr̃a dei tam mirabiliter præueniunt atq; implentur, vt ſtatim in
conuerſionis ſuæ exordio inter perfectos habeant computari, quemadmodum & Iohannes
Baptiſta in pueritia ſua. ¶Poſtremo, ſimilitudo tertia addit: ⌊Et nemo bibens vetus vinum, »
ſtatim vult nouum,⌋ Hoc eſt, non ſubito conuertit ſe ad bibendum tantummodo muſtum. »
⌊dicit enim, vetus (vinum) melius eſt⌋ nouo, quia communiter ita eſt, & quàmuis ita nõ eſſet »
tamen frequenter apparet, ſic ei qui aſſuetus eſt bibere vinum vetus. Difficile quippe eſt aſſue
ta relinquere, cum ſimilitudo ſicut & habitus ſit, quaſi altera natura, propter quod conſueta
plus placent. Ita vult Chriſtus, quòd diſcipuli ſui à priſtina conſuetudine, non erant repen-
te ad oppoſitum transferendi, ſed paulatim perficiendi. Hinc & ipſi Scribæ & Phariſæi lite-
rali ſcripturarum intelligentia aſſueti, ſpirituales Chriſti doctrinas capere non valebant.
Carnalibus quoque non ſtatim ſpiritualia dulciter ſapiunt, quàmuis in ſe dulciſſima compro
bentur. Vnde ea quæ dei ſunt in principio difficulter adimplent, quæ habituati in bonis dele-
ctabiliter proſequuntur.

¶Expo

¶EXPOSITIO CAPITVLI SEXTI. FA-
ctum eſt. Articulus XIIII.

A PER totũ Euangeliũ edocet, quomodo ſcribæ & maxime phariſæi,
qui volebant cæteris religioſiores cẽſeri, cũ tñ hypocritæ eſſent, in-
ſidiati ſint Chriſto & eius diſcipulis, qa videbãt populũ ad Chriſtũ
“ eis relictis cõfluere, propter q̃d inuidia torquebantur. Vñ in princi-
“ pio huius capituli ponit alia cauillatio callidorũ illorũ. ⌊Factum eſt
autem in ſabbato ſecũdo, primo⌋ circa q̃d ſcribit Theophilus: Iu- Theophilus.
dæi omnẽ feſtiuitatẽ ſabbatũ nũcupabãt, qa ſabbatũ requies inter-
pretaſ. Multoriens aũt cõtingebat in paraſceue .i. ſexta feria feſtiui-
tas & vocabãt paraſceuen ſabbatũ propter feſtũ, deinde principale
ſabbatũ immediate ſequẽs dicebãt ſecundũ primũ, quaſi ſecũdum à
præcedentis diei feſtiuitate, primũ aũt quaſi principale reſpectu illius. Vel ſecundũ Iſidorum Iſidorus.
Abbatem, ideo dicit ſecũdo primo, qa ſecundũ erat paſcha, primũ aũt azimorũ. Cũ nãq; Iu-
dæi immolarent paſcha de ſero, ſequẽti die feſtũ azimorũ celebrabãt, & ſic debere intelligi,
probat Iſidorus, qa apoſtoli (vt ſtatim dicetur) vellebãt ſpicas & manducabãt, qa tunc ſpicæ Iſidorus.
“ flectũtur à fructu, videlicet illis in locis, ⌊cũ trãſiret Ieſus per ſata⌋ videlicet per itinera trita,
“ ſita inter ſegetes agri ⌊vellebãt diſcipuli eius ſpicas (remouẽdo illas à granis) & mãducabãt
“ grana, cõfricãtes eas manibus⌋ .i. ſpicas manibus ſuis cõfricãtes, vt ſic grana extraherent ex
ſpicis & palea. Habebãt em̃ grandẽ eſuriem, & alimenta ſecum nõ detulerũt, allegatq; Beda Beda.
B verba Marci Euãgeliſtæ, q̃ tantus fuit turbarũ ad Chriſtũ cõcurſus, q̃ diſcipuli ſpaciũ mãdu
“ cãdi non habuerũt. ⌊Quidã aũt phariſæorũ dicebãt illis⌋ liuore non zelo æquitatis accenſi.
“ ⌊Quid facitis, quod non licet in ſabbatis?⌋ Phariſæi iſti inſtar inuidorũ paſſiones ſuas colo-
re iuſtitiæ palliabãt, proni ad increpandũ, & ſua increpatione propriã imperitiã oſtenderũt
quia præceptum dei obſeruatione ſabbati non recte intellexerunt, vt conſequenter oſtendit
“ ſaluator. ⌊Et reſpondens Ieſus⌋ Eius em̃ fuit diſcipulos ſuos ſimplices ac humiles à peruerſis
illis defendere. Veruntamen apud Matthæũ & Marcũ leguntur phariſæi Chriſto obiectio- Matt.12
nem iſtam feciſſe, ſed quia multi fuerunt, probabile eſt quod quidam eorum Chriſto, quidã Marci.2
vero diſcipulis eius iſta locuti ſint. Chrũs autem pijs & mitibus ſuis diſcipulis impleuit, quod
per Eſaiam de Chriſto prædictũ eſt: Iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro Eſaiæ.11
“ manſuetis terræ, ⌊dixit: Nec hoc legiſtis, quid fecit Dauid, & qui cum eo erãt, quomodo in-
“ trauit in domum domini⌋ hoc eſt in tabernaculum domini in Nobe vrbe ſacerdotum. Iſta Hiere.21
hiſtoria primo libro Regum habetur, quemadmodum Dauid Saulem fugiens, venit ad Abi-
melech pontificem in Nobe, & fame laborans petijt à pontifice cibũ pro ſe & socijs ſuis, cũq;
põtifex nõ haberet niſi panes, quibus ſolis ſacerdotibus veſci licebat ſecundũ legem, dedit e-
os Dauid & eius miniſtris, nec tamen tranſgreſſus eſt legem, quia neceſſitas fuit ibi ſufficiens
“ cauſa diſpenſationis. Hoc eſt quod ſubditur, ⌊& panes propoſitionis ſumpſit⌋ Dauid à pon
“ tifice & manducauit, ⌊& dedit his qui cũ ipſo erant⌋ .i. socijs ſuis ad manducandũ. ¶Porrò Panes propoſitionis.
panes propoſitionis dicebantur duodecim panes qui quolibet ſabbato calidi ponebantur ſu
“ per menſam in tabernaculo domini, ⌊quos non licebat mãducare niſi tantũ ſacerdotibus?⌋
vt in Leuitico habetur, quod intelligendũ eſt, excepto articulo neceſſitatis & euidẽtis vtilita Leuit.8
C tis. Sic em̃ & cæteræ leges intelliguntur. Vbi aũt vera neceſſitas aut euidẽs vtilitas adeſt lauda-
biliter diſpenſatur, quæ ſi defuerint, nõ erit diſpẽſatio, ſed diſſipatio iuris, ita q̃ nec diſpẽſa-
tor nec diſpenſatione vtẽs coram deo iudice excuſaſ, quẽadmodũ ſummi pontifices Leo & Leo.
“ Gelaſius ſcribunt. ⌊Et dicebat illis⌋ Chrs. ſ. phariſæis: ⌊quia (.i. quod) dñs eſt filius hoĩs etiã Gelaſius.
“ ſabbati⌋ quaſi dicat: Ego filius hoĩs cũ ſim dñs, ſabbati omniũq; dierũ ac temporũ, ptãtem &
authoritatẽ plenariã habeo diſpenſandi circa ſabbati obſeruationem, ideo authoritate mea
mei excuſantur diſcipuli. Quibus verbis Chrũs ſuã diuinitatẽ ac maieſtatẽ fateſ, quia domi-
nari temporibus proprie ſoli competit deo, quanq̃ & Chrũs ſecundum aſſumptam naturam
omni prælatus ſit ac dominans creaturæ per authoritatem conceſſam, participatamq; pote
ſtatem. Chriſti quoq; authoritate celebritas ceſſauit iam ſabbati, & prima feria facta eſt cele-
“ bris. ⌊Factum eſt autem & in alio ſabbato, vt intraret ſynagogã & doceret⌋ Cur Chriſtus
“ præſertim in ſabbatis ac ſynagogis docuerit, & multa ſigna effecerit, ſæpius dictũ eſt. ⌊Et e-
“ rat ibi⌋ puta in ſynagoga ⌊homo & manus eius dextera (fuit) arida⌋ .i. cõtracta. ⌊Obſerua
“ bãt aũt ſcribæ & phariſæi, ſi ſabbato curaret⌋ .i. infirmũ quẽpiã ſupnaturaliter ſanaret. ⌊Vt
“ inuenirẽt vñ accuſarẽt eũ⌋ Ecce puerſitas infinita, & q̃uo aĩam ĩfelicẽ excęcat deteſtãda ĩui- Animã excæcat inuidia.
dia, ita vt hõ inde deterioreſ, vñ merito ædificareſ. Inuidia q̃ppe oĩa etiã bene geſta eius quẽ
odit, facit ſiniſtræ interpretari, imo inuidus proponit oĩa facta eius quẽ odit obfuſcare, infi-
ciare, deprimere, quæritq; vias q̃bus hoc ĩpleat. Sic phariſęi & ſcribę hũani honoris p̃cupidi,
infatigabiliter ſcrutabãtur, q̃liter verba & facta Chri, quẽ oderãt, apparẽter corã hoibus re-
proba-

Sapie.6 probarent. Illorum ergo viliſſimum vitemus rancorem, illud ſapientię implentes. Nec cum D
tabeſcente inuidia cõmunicabo, & fortia bona facta alioꝝ quæ imitari non poſſumus aut nõ
ſatagimus, diligamus, atq; laudemus, noſipſos cõparatõe illoꝝ humiliantes. Porro ſup illud
vt accuſarent eũ cõiter dicunt expoſitores vt acccuſarẽt eũ de trãſgreſſione ſabbati, ſi curaret
vel de crudelitate & impotẽtia ſi nõ curaret. Verũtñ ex Chr̃i verbis elicit̃, ꝙ nõ intendebãt
eum accuſare niſi de trãſgreſſione ſabbati ſi curaret, nam hãc eoꝝ intentionẽ conſequẽter re-
darguit. ⌊Ipſe vero ſciebat cogitatõẽs eoꝝ⅃ inſidioſas ac fraudulẽtas aduerſus ſe, ⌊& ait ho »
mini q̃ habebat manũ aridã: Surge & ſta in medio.⅃ vt miraculũ cũctis clarius pateat, & inui- »
doꝝ ĩſania aptius cõfiteat̃, itẽ vt intuẽtes cõtractũ magis ei cõdoleãt ⌊Et ſurgẽs ſtetit: Ait ãt »
ad illos Ieſus: Interrogo vos.Ⅎ nõ ex ignorãtia, ſed ex prudẽtia, vt veſtrã inſipiẽtiã malitiãq́ »
oſtendã & corrigã. ⌊Si (.i. an) licet ſabbato benefacere.Ⅎ vc; opus pietatis & charitatis egenti »
bus impartire ⌊an male.Ⅎ. Et certũ eſt, ꝙ nõ liceat nec vnq̃ agere male, & an licet ⌊animã ſal »
uã facere, an pdere? Ⅎcertũq́ eſt ꝙ liceat ſaluare nõ pdere. Chr̃us ãt corpus miraculoſe cura- »
Matth.12 turus ſciſcitat̃, & de animę ſaluificatõe, q a q̃s ſanauit, in corpe ſanauit & mẽte, pctã tollẽdo, &
Marci.3 grãm infundendo. Inſup corpoꝝ curã ad animaꝝ ordinauit ſalutẽ. ¶ Porro ſcd̃m Matthæũ
& Marcũ phariſæi ĩterrogauerũt Chr̃m, an curare liceret in ſabbato. Lucas vero ĩducit Chri
ſtũ illos hoc interrogaſſe. Ad q̃d libro de cõſenſu Euãgeliſtaꝝ Auguſtinus rñdet, ꝙ phariſæi
primo propoſuerũt hãc quæſtionẽ. Chr̃us aũt illoꝝ inſidias intuẽs iuſſit hoĩem cõtractũ ſta-
re in medio, & intuẽs illoꝝ quæſtionẽ repetijt, vt ad eam cõuenientius rñderet. Itaq; ſua quæ- E
ſtione ac prouidẽtia illoꝝ præuenit calumniã, confudit verſutiã, imperitiamq́ monſtrauit.
Marci.3 ⌊Et circũſpectis oĩbus⅃ cũ ira contriſtatus ſup cæcitate cordis illoꝝ vt dicit̃ in Marco: Fuit »
eñ in Chr̃o ita p zelũ, rõnis iudiciũ nõ pueniẽs, ſed ex eius aſſumpta imperio ⌊dixit homini⅃ »
quia phariſæi & ſcribæ non reſponderunt. ⌊Extende manum tuã.Ⅎ aridam dexteram. ⌊Et »
extendit, & reſtituta eſt manus eius.Ⅎ.i. ſanitati & vſui naturali eſt reddita. Chr̃i aũt facta ope »
roſiſſima erãt, ideo eodẽ momẽto q̃ iuſſit: Extende manũ tuã, ſanata ẽ. Neq; eñ valebat extẽ
di, niſi contractione ſeu ariditate ſua ablata, In quo patet eminẽtia potẽtiæ Chr̃i tam impe-
rialiter ac inſtãtaneæ ſupernaturalr̃ operantis, quod non niſi diuina fieri poteſt virtute, quia
& ſi interdum per naturam & artem curet̃ contractus, non tamen vtiq; in inſtanti aut ſolo im
perio, quia naturam & artem in talibus cõſtat ſucceſſiue non inſtãtaneè operari. ⌊Ipſe aũt⅃ »
ſcribæ & phariſæi ⌊repleti ſunt inſipientia⅃ hoc ẽ, ſtultiſſimis cogitationibus, errore, inuidia »
prauis conſilijs, q a inde facti ſunt priores, vnde debuerãt fieri meliores, nec tam imperioſum
miraculum poteſtati aſſcripſerunt diuinæ, ſed rationabili informationi Chriſti acquieſcere
Matth.12 noluerũt, quia vt in Matthæo legit̃, multum gratioſe ac euidenter illoꝝ ignorãtiam declara-
uit, dicendo: Quis erit ex vobis homo qui habeat vnam ouem, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in
foueam, nonnè leuabit eam? Quanto magis eſt homo melior oue? Quibus verbis oſtendit ſal
uator quod illi non intellexerunt veraciter præceptum de ſabbati obſeruatione. Non enim
Exo.20 quemlibet actum exteriorem in eo prohibuit per Moyſen deus ſed dixit. Omne opus ſerui-
le non facietis in eo, & ſi ſæpe indeterminate omne opus prohibere videat̃, intelligendum
eſt, de omni opere ſeruili vt cum in Exodo ſcribitur: Septimo die non facies omne opus.
¶ Quocirca ſciendum, quod ab operibus ſeruilibus ſabbato fuit vacandum, vt ſp̃us hominis F
libere deo vacaret. Opus autem tripliciter fert̃ ſeruile. Primo, ſeruitute culpæ, vt actus pec-
cati, & à tali opere feriandum ſeu abſtinendum fuit, & eſt cunctis diebus. Secundo, ſeruitute
fortunæ, vt opus mechanicum, à quo ſabbatis diebusq́ feſtiuis fuit vacandum, quod ſcriptu
ra magis propriè vocat opus ſeruile. Tertio ſeruitute naturæ, vt opus corporis ſuſtentationi
deſeruiens, & à tali erat aliquando abſtinendũ, interdũ non, quia aut fuit opus non impediens
liberã dei vacationem ſed adiuuans, vt itineratio parua, & à tali nõ fuit ſabbato aut feſtis ceſ
ſandũ, aut impediẽs, & tũc vel fuit opus tale neceſſariũ, aut nõ, ſi nõ, tũc fuit, hinc abſtinendũ
ſi fuit neceſſariũ, aut potuit pueniri, ſeu differri, aut nõ, ſi potuit, fuit abſtinẽdum, ſi nõ potuit
tũc fuerat faciendũ, idcirco à pparatõe ciboꝝ abſtinendũ fuit in ſabbato, nõ aũt ab impugnã-
I. Macha.2 tiũ hoſtiũ expugnatõe, ſeu repulſiõe, vel defenſiõe. Propter q̃d in libris Machabæoꝝ legunt̃
ſtatuiſſe Iudęi, vt cõtra hoſtes ſibi ſabbato occurrẽtes pugnarẽt. ⌊Et colloquebant̃ ad inuicẽ »
quidnã facerẽt de Ieſu.Ⅎ.i. q̃d mali ei irrogarẽt. Ecce quãta malitia, q a p maximis bñficijs in- »
tenderũt mala, imò pœnã mortis rẽpẽdere, iuxta illud Matthæi: Exeũtes phariſæi cõciliũ fe
Matth.12 cerũt, q̃uo eum pderẽt.i. occiderẽt, & in Marco fert̃, ꝙ cũ Herodianis inierũt cõſilium. ¶ Sed
Marci.3 mirũ videt̃, ꝙ Ieſus hoĩm amator tãta illoꝝ ſcãdala quę pſcierat nõ vitabat. Ad q̃d rñdetur, ꝙ
ſcandalũ puſilloꝝ vitandũ eſt, ſalua triplici veritate, videlicet, vitæ, doctrinæ, iuſtitiæ, vt qñ
opus bonũ non eſt de neceſſitate præcepti, ſed de abundantia ſupererogationis. Scandalũ ve
ro phariſæoꝝ vitandũ nõ eſt, vt ideo bonũ ſuperogatõis omittat̃ vel differat̃, qm̃ taliũ ſcãda
lũ nõ ex infirmitate vel excuſabili ignorãtia, ſed ex malitia orit̃, ita vt ex dilatõe correctio nõ
ſperet̃. ¶ Poſtremo, de hac phariſæoꝝ atq; ſcribaꝝ ĩpietate, Pſalmiſta in Chr̃i pſona pdixit.

Locuti

A Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circũdederũt me pro eo vt me Pſal. 108.
diligerẽt, detrahebãt mihi. Et: Poſuerunt aduerſum me mala pro bonis. Hoc & in Iohanne Iohan. 15
Chrũs teſtat: Vt impleat (inquiẽs) ſermo q in lege eoꝝ ſcriptus ẽ, qa odio habuerũt me & pa
trẽ meũ gratis. ¶ Spiritualiter ꝑ hominẽ cuius dextera aruit, intelligunt hi q ad male agendũ Spũalis ſenſ.
ſunt expediti, ad bona opa impotẽtes, vel potius accidioſi atq; nolentes. Per manũ nẽpe vis
operatiua exprimit, ſic'q; ſiniſtra vocat vis iſta vt male actiua. Dextera vero in quãtũ bonoꝝ
eſt opeꝝ productiua. De talibus in Hieremia habet: Sapiẽtes ſunt vt faciant mala, bene autẽ Hiere. 4
facere neſcierũt. Et Eſaias: Væ (inquit) q potẽtes eſtis ad bibẽdũ vinũ, viri fortes ad miſcen- Eſaiæ. 5
dã ebrietatẽ, & opus dñi nõ reſpicitis. Tales etiã inter religioſos & clericos multi inueniunt,
qui in diuini cultus obſequio mox laſſant, oſſitant & feſtinãt ſeu exeunt, in cõfabulationibus
vero & commodis corpis fortes & alacres cõſpiciunt, in quibus grã nõ dominat naturæ, nec
virtus peccato, vt exigitur aut expedit ad ſalutẽ. Iuxta hãc tropologiam ꝑ Zachariã de ne- Zacha. 11
gligente paſtore tẽporalia ſpũalibus præferẽte aſſerit. O paſtor & idolũ derelinquẽs gregẽ,
brachiũ eius ariditate ſiccabit, & oculus eius dexter tenebreſcẽs obſcurabit. Tali itaq; pctõ-
ri à bonis cõtracto, atq; ab aqua ſalutaris ſapiẽtiæ arido, præcepit Chriſtus, ſurge. i. per pœ-
nitentiã à peccati ruina reſurgr, iuxta illud apoſtoli: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, Ephe. 5
ſta in medio, hoc eſt publice pœnite, & bene age, atq; in grã pſeuera, & alijs exẽplarẽ te ex-
hibe, qui publice es tranſgreſſus, & alios ſcãdalizaſti, ſecũdum illud apoſtoli: Sitis ſine quære Philip. 2
" la in medio nationis peruerſæ, verbum vitæ continentrs, ⌊ extende manum tuã ⌋ ad opera
bona potentiam tibi conceſſam efficaciter applica, iuxta illud prouerbiorum: Manum ſuam Prouer. 31
extendit ad pauperem. Frequenter autem contingit, vt Chriſto ita iubente & grãm implẽdi
B peccatori præſtãte peruerſi peccatoris cõuerſionem videntes, homini deuoto per cuius in-
ſtructionem Chrũs peccatorẽ ita cõuertit, indignrnt & inſidient. ¶ Conſequenter deſcribi- Apłoꝝ deſcri
" tur apoſtoloꝝ electio. ⌊ Factum eſt aũt in illis diebus ⌋ quibus Chrũs in mũdo prædicauit & bitur electio
miracula egit. Veruntamen quod ſubdit & narrat hic, nõ ſtatim cõtigit poſt præfata imme-
diate dicta ac geſta ſed añ, videlicet priuſq̃ Chrũs fecit ſermonẽ in mõte, vnde q̊d de apoſto-
" loꝝ electiõe hic ſcribit recapitulatio dicit, ⌊ exijt in montẽ orare, ⌋ videlicet in mõte vbi fe-
" cit ſermonẽ de beatitudinibus ac cæteris euãgelicæ lrgis pceptis atq; cõſilijs, ⌊ & erat perno-
" ctans in orõne dñi. ⌋ Chrũs nõ verbis dũtaxat, ſed rebus ſignis & actibus nos inſtruxit. Cur
itaq; oraturus receſſit ab alijs? Imò & à deuotis diſcipulis & aſcẽdit in mõtẽ, atq; tã diu ora-
uit, totũ vtiq; propter noſtrã inſtructionẽ, ſubuẽtionẽ & ſalutẽ pegit. Nã Chrũs q etiã ſecũ- Philip. 2.
dũ formã ſeruilẽ aſſumptã peccare nõ potuit nec impediri à bono, imò nec ꝑ aliquod aduen-
titium ad deuotionis augmẽtũ iuuari, quippe qui confirmatus in bono & cõprehenſor fuit
ſecundũ animæ portionẽ ſupremã, tãtaq; virtutũ pfectione ab incarnatiõis exordio adorna
tus, ꝙ in eis nunq̃ in ſeipſo profecit, ſed ſolũ quãtũ ad manifeſtationem. Rrceſſit ergo ab alijs
oraturus, vt doceret nos ſuo exẽplo, quatenus & nos deuotius oraturi, pcibus in priuatis diſ- Chriſtus oratu
cedamus ab alijs, vt deo liberius, ſtabilius, quietius'q; vacemus. Hinc & mõtẽ conſcẽdit, quia rus, cur montẽ
& talis loci ſitus prouocatiuus eſt eleuatiõis interne ad deũ, dũ inde creaturæ dei ex omi par- conſcenderit
te abundãtius cõſpiciunt, ex quaꝝ intuitu, creatoris cõſiderat, amat, honorat, atq; in admira
tione habetur maieſtas. Rurſus oraturus montem cõſcendit, ad inuuendũ ꝙ omis orãs infi-
ma, & terrena debeat obliuiſci, cœleſtia cõtemplari, apicẽ mẽtis aſcẽdere, & in ſupremo cor
dis conſiſtens deo intendere, in fixa ac libera puritate, quemadmodũ in Iohanne Chrũs te-
C ſtatur: Veri adoratorrs patrẽ adorabũt in ſpũ & vrritate. Inſuper in oratione peruigil pno- Iohan. 4
ctauit, vt doceat nos nõ ſolum in die, ſed horis quoq; nocturnis orationibus ſanctis inſiſtere,
atq; in eis diu ac feruide permanere. Inſuper electurus apoſtolos orationẽ tã diuturnã præ-
miſit, ad inſtruẽdũ ꝙ canonicis prælatoꝝ electionibus orõnes deuotiſſimæ ſint pmittẽdæ.
Vt aũt Chryſoſtomus ait: Tempus nocturnum deuotioni & oratiõi eſt aptius, qa tũc tene-
bræ, quies, ſilentiũ, aſpectus ſtellaꝝ, cõpunctionẽ inducũt. Hinc Hieremias monet: Conſur- Hiere. 5
ge, lauda in nocte in principio vigiliaꝝ, & effunde ſicut aquã cor tuũ añ cõſpectũ dñi dei tui,
leua ad eũ manus tuas. Ideo ait Pſalmiſta: Præuenerũt vigilias oculi mei. Et rurſus: In die tri Pſal. 76
bulationis meæ deum exquiſiui manibus meis nocte contra eum, & non ſum deceptus. Et Eſaiæ. 26.
" Eſaias loquitur dro: Anima mea deſiderauit te in nocte. ⌊ Et cum dies factus eſſet, vocauit
" diſcipulos ſuos ⌋ qui prope montem manſerunt ſeu conuenerunt, ibi'q; Chriſti præſtolabã-
" tur præceptum, ⌊ & elegit duodecim ex ipſis ⌋ vt eſſent principales præ cæteris, & ad præ-
dicationem euangelicæ legis præcipue ordinati ac dirigendi, ⌊ quos & apoſtolos vocauit ⌋
Apoſtolus nãq; ẽ nomen officij ſicut propheta & angelus ſecundum Gregorium. Apoſto- Gregorius.
lus autem dicitur quaſi miſſus vel poſt miſſus, quia à Chriſto miſſi ſunt pdicare, & poſt ſuã
reſurrectionem miſit eos ad prædicandum per totum orbem. Deniq; ſecũdum Ambroſium Ambroſius.
adurrtendum eſt cœleſte conſilium, quia non ſapiẽtes, nõ diuitrs, nõ nobiles, ſed publicanõs
& piſcatores quos dirigeret, elegit, ne diuitijs aut potẽtiæ, nobilitatisve authoritate traxiſſe
mundum

mundum ad fidem videret, vt veritatis ratio non diſputationis gr̃a præualeret. Deinde Apo D
ſtolorũ nomina exprimit, ne quis alium audeat inſcribere Apoſtolorũ à Chriſto tunc inſti-
Acto.1 tutorum catalogo, quàmuis & poſtea aliqui diuinitus ſint conſtituti Apoſtoli. Vt Matthi-
Acto.9 as, Paulus, Barnabas, & Syleas. ⌊Symonem quem cognominauit Petrum⌋ Sc̃dm Bedã non »
Beda in hac electione vocauit eum Petrum, ſed longe ante quãdo Andreas duxit Symonem frẽm
ſuum ad Ieſum, cui Ieſus tunc dixit: Tu vocaberis Cœphas quod interpretatur Petrus, vt
Johan.1 Iohães deſcribit. ¶Sed huic obuiare videt illud Marci: Impoſuit Symoni nomen Petrus,
Marci.3 & loquit ibi Marcus de electione Apoſtolorũ. Ideo alij dicunt, quod illud Iohãnis: Tu voca-
beris Cœphas, non fuit præſentis nominis impoſitio, ſed futuræ impoſitionis nominis huius
prænuntiatio. Videt autem & aliter poſſe dici. Petrus nãq; interpretat firmus, vel obediens
ſeu principalis. Cæphas quoq; interpretatur principalis. Cum itaq; in Iohanne ſcribitur
Cæphas quod interpretat Petrus ſumit Petrus vt interpretatur principalis, ſicq; tunc impo-
ſitum eſt ei nomen Petrus, hoc eſt, nomen quod tñ valet vt Petrus ſecundũ hanc Petri in-
terpretationem, quia tunc dictus eſt Cæphas. Poſtea autem vocatus eſt Petrus, prout Pe-
Matth.16 trus interpretat firmus ſiue obediens, iuxta quem modum Chriſtus alibi ait ad eum: Tu es
Petrus. i. firmus, & ſuper hãc petrã, hoc eſt, firmã demũ fidei confeſſionem ædificabo eccle-
ſiam meã. Ex hac imitatione nominis Petri qua qui ante Apoſtolatum vocatus eſt Symon,
in electione ad apoſtolatum dictus eſt Petrus, inducta eſt conſuetudo, quod dum quis efficit
papa, aliud ſibi nomen imponit, ad deſignãdum ſpũalem immutationem, qua qui alijs rector
& paſtor præficit in alterũ melioremq; virum debet mutari. Sed vtinam in peiorem & arro- E
1.Reg.10 gantiorem non mutet ſicut & Saul, cui tamen prædictum fuit: Mutaberis in alterum virum,
⌊& Andream frẽm eius. Iacobum & Iohãnem⌋ Quos tunc vocauit Boanerges. i. filios toni- »
trui, propter altiſonã prædicationem eorũ. Iſti fuerunt conſanguinei Chriſti, vz filij Ma-
riæ vxoris Zebedæi, quæ fuit ſoror Chriſtiferæ Mariæ, Philippum & Bartholomæum, Mat
thæum & Thomã, Iacobum Alphei filium, qui dictus eſt Iacobus minor, quia vocatione po-
ſterior Iacobo fratre Iohãnis. Vocatus eſt etiã frater domini ſeu Chriſti, quia corporis diſpo
ſitione & forma ei ſimillimus fuit, quem propter eximiã ſuã ſanctitatẽ Apoſtoli ſuſcepto ſpũ
ſancto ordinauerunt Hieroſolymitanum primũ Chriſtianorũ ibi epiſcopum ⌊& Symonẽ q »
Matt.10 vocat zelotes⌋. i. Cananæus. Cana eñ dicit zelus ⌊Iudam Iacobi⌋ minoris frẽm, q in Mat- »
Hieronymus. thæo vocat Thaddæus, & ſc̃dm Hieronymũ vocabat etiã Lebbeus, quod dicit corculus. i.
diligẽs ſui cordis cuſtos. Iſti duo vz Symon & Iudas fuerũt frẽs Iacobi minoris & filij Mariæ
vxoris Alphæi, ſororis virginis glorioſæ, vt in paſſionali ſanctorũ habet. ⌊& Iudã Iſcarioth »
qui fuit proditor⌋ hoc eſt, traditor Chriſti, quem licet ſaluator prænoſceret traditorem fu- »
turum, elegit tñ eum in Apoſtolum propter futuram illius malitiam & ingratitudinem, non
deſinens agere quod ſuæ extitit bonitatis: præſertim quia ex proditoris huius malitia ſciuit,
potuit, & voluit magnum bonum elicere (vtpote ſcripturarũ) de ſua traditione impletionẽ,
& ſuæ ineffabilis pietatis oſtenſionem, qꝫ ſcilicet illum fecit ſibi tam familiarem atq; Apoſto-
Johan.6 lum, à quo ſe præuidit tradendum, de quo in Iohãne diſſeruit: Nonné duodecim vos elegi,
& vnus ex vobis diabolus eſt? ⌊Et deſcendens cum illis⌋ Duodecim Apoſtolis de ſuperio- »
ribus locis montis ⌊ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulorum eius⌋ quo verbo oſtendit »
Matth.10 quòd multos habebat diſcipulos, nam & præter Apoſtolos, deſignauit ſeptuaginta duos di- F
ſcipulos, miſitq; eos binos ad vrbes ad quas fuit ip̃e venturus, vt ĩfra habet, ſed & alios multos
habebat diſcipulos, quorũ aliq ſæpe receſſerunt ab eo, nec eũ amplius ſequebãt, ſicut in Iohãne
Johan.6. habet. Iohãnes quoq; ſcribit, quod Ioſeph ab Arimathia fuit diſcipulus Chriſti, quàmuis oc-
riſæi loquuntur: Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum? Sed turba hæc quæ non no
uit legem, maledicti ſunt. ⌊Erant enim omnes expectantes eum⌋ Deſiderantes eum à prę- »
fata terra reuerti, vt eloquentiſſimis eius ſermonibus & præclariſſimis ſignis inſtruerentur.
Oēs ergo qui erant in turba illa ipſum præſtolabantur. ⌊Et ecce venit vir cui nomen Iairus, »
Marc. 5. & ipſe princeps ſynagogæ erat.⌋ Eodem ordine quo Lucas etiam Marcus recitat iſtud mi- »
Matth. 9 raculum. Sed difficultatem ad literam facit quod Matthæus ait in libro ſuo, in quo legitur q̄d
Chriſtus à terra prædicta rediens, ingreſſus eſt ciuitatem ſuam, & ibi curauit paralyticum à
quatuor viris allatum. Deinde vocauit Matthæum à Thelonio ad ſuum diſcipulatum. In- F
greſſus'q; eſt domū ipſius & manducauit cum ipſo, & loquente ibidem Chriſto: Iairus iſte ac
ceſſit eum. Hinc in libro de conſenſu Euangeliſtarum aſſerit Auguſtinus. Quod adiungit:
Et ecce vir cui nomen Iairus, non continuo factum, accipiendum eſt. Sed poſt illud de con-
uiuio publicanorum, ſicut narrat Matthæus, cui rei ſic coniungit hoc, vt non poſſit aliud fa-
ctum conſequenter intelligi. Itaque innoteſcit, q; Euangeliſtæ non vbique eodem ordine
geſta, & verba Chr̄i deſcribunt. Sicut in cæteris veteris teſtamenti codicibus, ac libris pro-
pheticis frequenter non obſeruatur ordo temporis in deſcriptione factorum. ¶Ponit quoq;
Lucas nomen viri iſtius propter maiorem certitudinem facti, quod nomen à Matthęo ex-
preſſum non fuit. Ideo Titus ait: Eſt autem nomen poſitum cauſa Iudæoꝝ, qui tunc nouerūt
quod accidit, vt ipſum nomen quædā demonſtratio miraculi fieret. ¶Quocirca notandum
q; Lyra hic ait: Vir iſte in hebræo idiomate vocabaſ Iair, ſed nomina propria hebraica quā-
do transferunſ ad latinum, communiter accipiunt hāc ſyllabā us in fine, quemadmodū Ia-
cob in Hebræo Iacobus in latino, & Saul Saulus, eodem'q; modo Iair Iairus. ¶Deniq; prin-
ceps fuit ſynagogæ. Quàmuis nanq; Iudæi non niſi vnum templum habuerant ad ſacrificia
offerenda, in ſingulis tamen vrbibus ſuis quaſdam domus habebant, ad quas cauſa orōnis &
lectionis dininæ'q; laudis certis horis confluebant, quæ domus vocatæ ſunt ſynagogæ, ſicut
iam vocantur eccleſiæ, & qui domibus illis & ad eas confluentibus præerant, archiſynagogi
ſeu principes ſynagogæ ſunt appellati, quorū vnus fuit hic Iairus, ⌊& cecidit ad pedes eius⌋ »
ſcz Chriſti, in quo patet ipſius humilitas, qua impleuit illud in Eccleſiaſtico ſcriptum. Quāto
maior

maior es,humilia te in omnibus,⌊rogãs eum,vt intraret in domum eius, q̃a filia vnica erat
A illi fere annoꝝ duodecim,& hæc moriebat.⌋ Apud Matthæum ſic legit: Ecce princeps vnus Matt.9.
acceſſit & adorauit eũ dicẽs: Dñe filia mea modo defuncta eſt,ſed veni impone manũ tuã ſu- Marc.5
per eã & viuet. Porrò in Marco ſic ſcribit: Procidit ad pedes eius.ſ. Chri & deprecabat eum
multũ dicẽs,q̃m filia mea in extremis eſt,ſed veni,impone,&c. ¶Itaq; Lucas formã orõnis
archiſynagogi huius nõ ponit ſed cauſam, cur tã affectuoſe atq; humiliter Chr̃m p̃catus ſit,
pandit & innuit triplicẽ cauſam. Prima eſt,q̃m filia ſua moriebat. Secunda, quia etiã vnica fi
lia fuit,ideo magis dilecta & de eius morte grauior dolor. Tertia,q̃a annoꝝ fere duodecim,
ſicq; quaſi ad nubiles annos deuenit,& magna ſpes poſteritatis ſuoꝝ fuit parentum,idcirco
de eius morte vehemẽtiſſime triſtabant,ſicut & parẽtes Thobiæ iunioris,dum reuerti tarda- Thobiæ.5.
bat,ſed circa hæc oritur quæſtio. ¶Qũo Matthæus dicat patrẽ puellæ dixiſſe ad Chriſtum. Matt.9
Filia mea modo defuncta eſt,cũ Marcus aſſerat eũ loquutũ: Filia mea in extremis eſt. Ad q̃d Marci.5.
patet ſolutio ex eo q̃d Lucas hic loq̃tur,dicens,ꝙ moriebatur, q̃ cõſtat ꝙ Iairo à ſua filia re-
cedẽte,vt veniret ad Ieſum filia illa agonizabat,& ad mortẽ ſe cœpit diſponere, ideo Iairus
cum ad Chriſtum deuenit probabiliter æſtimauit,ꝙ mortua eſſet,mortuamq; aſſeruit,iuxta
modum loquendi,quo aliquid dicitur factũ ſit,cum pene iam factum,vel certum eſt,ꝙ proti
nus ſiet,quemadmodum illum mortuũ affirmamus,quem ſcimus mox morituꝝ. Aliam de-
" mum ſolutionem poſui ſuper Matthæum. ⌊Et contigit dum iret⌋ Chriſtus cum Iairo, cu-
ius precibus acquieuit,quia dolori & neceſſitati eius cõdoluit. Iairus quoq; fideliter atq; hu-
B militer Chriſtũ fuerat deprecatus, q̃quam fides eius nõ fuerit ita perfecta vt Cẽturionis,nec Matt.8
Chriſti diuinitatem cognouit,quoniã corporalem eius præſentiã ad ſuſcitationẽ filiæ puta- Lucæ.7
uit neceſſariam,vt ex verbis Matthæi & Marci probatur: Nec tamen ob hoc iudicandus eſt Matt.9
infideliter acceſſiſſe. Nondum em̃ ad tam explicitã fidem de Ieſu obligabat. ¶Præterea con- Marc.5.
tuendũ,quomodo ea quæ apud mundum ſunt eminentiora,apud Chriſtum frequenter ſunt
viliora ſeu minus curantur. Nam rogatus à Regulo vt deſcenderet ad domum eius pro ſanã- Iohan.4.
do filio eius nõ acquieuit deſcendere q̃uis rogatus,ad Iairi autẽ filiam rogatus acceſſit,ad ſer- Matt.9
" uum vero Cẽturionis etiam non rogatus venire voluit. Et contigit dum iret,⌊à turba com- Marc.5
" primebatur⌋ quia non ſolum diſcipuli, ſed & turba copioſa ſecundum Marcum ibat cum Matt.8
" Chriſto: Sperabant nempe glorioſum videre miraculum. ⌊Et mulier quædam erat in fluxu Lucæ.7
ſanguinis ab annis duodecim⌋ Per duodecim annos certis horis ſanguinis fluxum ſuſtinuit, Marc.5.
" ⌊quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuã⌋ id eſt om̃es diuitias ⌊nec ab illis po-
" tuit curari⌋ vel quia naturaliter incurabilis fuit,aut valde difficulter curabilis. Frequenter e-
tiam pluralitas medicorum periculoſa eſt,quia ſæpe ſibi inuicem in pluribus contradicũt, &
ſe mutuo in ſanatione ægroti impediunt,atq; circa particularia faciliter errant. Hypocrate
dicẽte: Vita breuis, ars longa ,experimentum fallax,iudiciumq; difficile. Ex quo videtur, ꝙ
mulier iſta nõ fuit Martha ſoror Mariæ Magdalene,quàmuis quidam hoc dixerint. Martha
enim vſq; ad Chriſti paſſionem extitit opulenta,aliter eum & eius diſcipulos tam liberaliter
C non hoſpitaſſet ac aluiſſet,& ipſa poſt ſpiritus ſancti miſſionem legitur ſuas vendidiſſe diui-
tias,atque ad pedes apoſtolorum pretium poſuiſſe. Verius ergo putatur,quod in Eccleſiaſti
ca hiſtoria ſcribit Euſebius Cæſarienſis,quòd mulier hæc fuit ciuis Cæſareæ Philippi. Ait er Euſebius Cæſarienſis.
go ſeptimo libro præfatæ hiſtoriæ. Mulierem quam ſanguinis profluuio laborantem à ſal-
uatore curatam tradiderunt Euangeliſtæ,Cæſareæ Philippi conſtat ciuem fuiſſe,& præ fo-
ribus domus illius baſis quædam in loco euidentiore collocata monſtratur,in qua ærea ima-
go videtur mulieris illius,quaſi genibus prouolutæ , & pro ſanitate palmas ſuppliciter pro-
tẽdentis. Aſtat vero & alia ſtatua ære fuſa,videlicet Chriſti imago ſtola circundata & dexte
ram porrigens mulieri, atque ad pedem ſtatuæ huius quædam noua ſpecie naſcitur herba,
quæ cum exorta fuerit excreſcere vſque ad ſtolæ illius fimbriam ſolet,quam cum herba ver-
tice ſuo creſcens contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos,languoresqúe con-
quirit,ita vt quæcunque fuerit illa infirmitas corporalis,hauſtu exiguo madefacti germinis
depellatur, quæ herba nil virium habet , ſi antequàm æreæ fimbriæ ſummitatem tetigerit
diſrumpatur. Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem vultus Ieſu formatam tradebant,quæ permã-
ſit vſque ad tempora iſta,ſicut noſipſi oculis noſtris inſpeximus. Præfatos quoque inſignes
triumphos beneficij ſibi à Chriſto collati ſtatuit ipſa hæc mulier in memoriam rei geſtæ.
Præterea diuturnitatem, incurabilitatem & ſumptuoſitatem præfatæ infirmitatis Euange-
liſta tam vigilanter expreſſit,vt mox deſcribendum miraculum demonſtretur magis præ-
" clarum, ⌊acceſſit retro⌋ ex pudore & humilitate,& quia occulte voluit tãgere. Secũdũ legẽ Leuit.15
" quoq; fuit immunda, ⌊& tetigit fimbriam veſtimẽti eius⌋ Circa hoc aliqui dicũt, ꝙ Chr̃s
portauit veſtimẽtũ ſecũdũ cõſuetudinẽ Iudæoꝝ, quẽadmodũ in Num. deus legit filijs Iſrael Nume.15.
p̃cepiſſe,vt facerent ſibi quatuor fimbrias,p̃ q̃tuor angulos pallioꝝ, in q̃bus ponerent vittas
hiacinthynas,quas intuendo recordarent omnium præceptoꝝ dei. Hoc ad cæremonialia
pertine-

pertinebat præcepta, & obſeruabatur à Chriſto, ſicut & alia quædam cæremonialia iuſſa, D
⌊& confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius.⌋ Cum magna em̃ deuotione & fide tetigit veſtem „
Matth.9 Chriſti, quia (vt ait Matthæus) dicebat intra ſe: Si tetigero tãtũ veſtimentum eius, ſalua ero.
Tantã etem̃ credidit ſanctitatem ac poteſtatem ineſſe Chriſto, vt redundaret & diffunderet
vſq; ad veſtimenta ipſius, ſicq́; illa eſſent inſtrumentũ curãdi inquantum fuerint indumenta
Chriſti. ⌊Et ait Ieſus: Quis eſt q̃ me tetigit?⌋ Hoc eſt: Quę ꝑſona taliter me tetigit? Non ex „
ignorãtia quærit, nec de qualicũq; tactu quæſiuit, cũ à pluribus non ſolum tangeret, ſed etiã
comprimeret, ſed quærit, vt ex mulieris humili confeſſione turba ædificet, & Iairus in fide &
ſpe roboret, ipſaq́; mulier meritum ſortiat, & deus ab omnibus glorificet. ⌊Negantibus aũt „
om̃ibus,⌋ ꝙ eum tetigiſſent. Sed quomodo oẽs negare hoc poterãt, cũ plures tetigerint eũ? „
Et reſpondendũ, ꝙ om̃es, hoc eſt, quidã de om̃ibus id negabãt, vt ſit diſtributio pro generi-
bus ſingulorꝫ, non pro ſingulis generum, ⌊dixit Petrus & qui cum illo erãt⌋ Puta Apoſtoli „
inter quos Petrus eminebat, idcirco pro om̃ibus loquebať: ⌊Præceptor⌋ Ideo Chriſtum ꝓ- „
ceptorem vocauit, q̃a videbat, ꝙ tam imperialiter mirabilia ꝑpetrabat, & quia dignum puta
uit, vt Chriſto omnes parerent, item quia præſertim diſcipulorꝫ ſuorꝫ magiſter fuit ac do-
minus. Magiſtri autem præceptores dici conſueuerũt. Vnde & Alexãder Ariſtotilem ſæpe
præceptorẽ appellat in epiſtolis quas ei direxit, ⌊turbæ te comprimũt & affligunt⌋ hoc eſt, „
comprimẽdo corpalem quandã tibi inferũt pœnã, q̃a à turba ſic ꝓmi pœnale eſt, ⌊& dicis, q̃s „
me tetigit?⌋ quaſi dicat: Mirum ꝙ hoc quęris. Petrus em̃ putauit de ſolito ſimpliciq́; conta
ctu quęrere Chriſtũ? Sed Chriſtus de ſingulari quodã tactu ex fidei magnitudine prodeunte E
ſe ſciſcitari inſinuans repetit quæſtionem, eiusq́; cauſam annectit. Nam ſubdiť: ⌊Et dixit Ie- „
ſus: Tetigit me aliquis?⌋ hoc eſt, aliqua ꝑſona. Non enim à viro ſe tactũ declarare intendit. „
⌊Nam & ego noui virtutẽ de me exiiſſe⌋ Hoc dupliciter explanať, quia ꝑ virtutẽ intelligi ꝑt „
miraculoſus iſte effectus curationis. Itemq́; virtus actiua huius effectus quæ exiuit. i. in opus
proceſſit, ſeq́; diffudit. Nec mirum ſi à Chriſto virtus illa à Chr̃i diuinitate tanq̃ à cauſa pri-
ma ac principali egreſſa eſt, & ab eius humanitate tanq̃ à cauſa ſecundaria inſtrumentali, q̃a
humanitas Chriſti fuit ſuæ diuinitatis inſtrumentum animatum, cõiunctum, immediatum,
Marci.5 ac proprium, ſicut & corpus noſtrum eſt animæ noſtræ inſtrumentũ, ſupraq́; iam habitũ eſt,
Lucæ.6. ꝙ oïs turba quęrebat eũ tangere, q̃a virtus exibat de eo, & ſanabat om̃es. ⌊Vidẽs aũt mulier⌋ „
hoc eſt, ex Chr̃i repetita inquiſitione & aſſertõe, qua dixit: Noui virtutẽ de me exiiſſe, atq; ex
vultus ſui diſpoſitione ⌊quia non latuit eum⌋. ſ. Chr̃m ſua curatio, quo patet, ꝙ mulier hæc „
imꝑfectã cognitionẽ habebat de Chriſto, putãs eũ occulta neſcire, ⌊tremẽs venit⌋ q̃a tãtus „
fuit timor interior, ꝙ redundauit in corpus, & tremorẽ cauſauit in eo. Forſitã aũt timuit in-
Leuiti.15 crepari à Chriſto, quòd contra communem legem ip̃a immunda auſa fuiſſet cõtingere ip̃m
⌊& procidit añ pedes eius⌋ ex humilitate & quaſi gr̃as agẽs ac veniã poſtulãs, ſi eũ in aliquo „
offendiſſet ⌊& ob quã cauſam tetigerit eũ, indicauit corã om̃i populo⌋ q̃ aſtabat, & quẽad- „
modum confeſtim ſanata ſit. Hoc etenim totũ ad Chriſti curatoris ſui gloriam pertinebat.
⌊At ip̃e (tanq̃ indulgẽtiſſimus & verè dulciſſimus) dixit: Filia⌋ q̃a vt crediť de genere Abra- „
hæ fuit, & filia propter charitatẽ Chr̃i paternalem ad eam, & q̃a electa à deo. Fidei quoq; ac
gr̃æ particeps. ⌊Fides tua te ſaluã fecit⌋ Hoc eſt, vt ꝑ fidẽ tuã charitate formatã meruiſti cu- „
rari, imò & mente ſi quas culpas habebas ſanari. Chriſtus em̃ quos corporalr̃ curauit, ſpiritalr̃ F
quoq; ferť ſanaſſe ⌊vade in pace.⌋ hoc eſt, eſto ſecura, & in mentis trãquillitate deo gr̃as age „
Myſticus ſenſus ac permane. ¶Iuxta myſticum ſenſum, ꝑ fœminã ſanguine duodecim annis fluentem intelli
gi poteſt quælibet anima vitiorꝫ inſtabilitate diſperiens, & præſertim quæ carnalium concu
piſcentiarꝫ operibus fœtet, ſqualet & tabeſcit. Talis anima ſæpe ſe emendare concupit ac mo
liť. Sed deſideriorꝫ, voluptatumq́; vehementia retardať ac vinciť, ideo medicos conſulit. i. ho
mines ſp̃ũales & prædicatores pro ſe orare precať, atq; vt faciat hoc exteriora ſua eis largiť à
quibus cum ſe curari non poſſe aduertit, eo quod in peccandi perſiſtat affectu, ſicq́; obicẽ po-
nat exauditioni precis illorum. Tunc retro accedit ad fimbriã veſtis Chriſti, hoc eſt perſo-
nalr̃ manum ponit ad aratrum, & Chriſti moliť ſequi veſtigia, humiliando ſeipſam, & opera
pietatis ac pœnĩæ aggrediendo. Sicq́; tangendo fimbriam veſtis Chriſti ſanať, hoc eſt, ſacra
menta Saluatoris, ſub quibus Chriſtus ſeu gr̃a eius tegiť, & conſiſtit ſumendo à culpis cu-
rať. ⌊Adhuc eo loquente,⌋ Hoc eſt, Chriſto hæc verba ad mulierem præfatam loquente, „
⌊venit quidã ad principem ſynagogæ, dicens ei: quia (id eſt ꝙ) mortua eſt filia tua, noli vltra „
Marc.5. vexare illum.⌋ Marcus autem ſic ait: Adhuc eo loquente venerunt nuntij ad archiſynagogũ „
dicentes: quia filia tua mortua eſt, quid vltra vexas magiſtrum? Sed non eſt inter beatiſſimos
Euãgeliſtas diſſonãtia vlla, cũ non ſolum in ſacra ſcriptura, ſed & in cõmuni vſu loquẽdi fre-
quenter numerus ſingularis pro plurali ponatur & econtra, ſed & numerus minor non exclu
dit maiorem, imò & maior includit minorem. ¶Inſuꝑ patet ex verbis his filiam nondum fu-
iſſe defunctam quando pater eius receſſit ab ea ad Chriſtum. Nuntius quoque de quo recitat

Lucas

A Lucas aliquid boni videbatur prætendere, qa nolebat Chriſtum fruſtra vexari, id eſt eundo
ad domum Iairi fatigari, ſed errauit dupliciter. Primo, qa putabat Ieſum ſuſcitare non poſſe
defunctã. Secũdo, qa putabat Chriſtũ more alioꝝ de neceſſitate fatigari in tranſeundo, cum
tamen volũtate eius hoc fieret, piaq́ꝫ diſpenſatione ac dignatione, vt veritatẽ in ſe humanita
tis mõſtraret, & ſuis fatigatiõibus atqꝫ laboribus gratiã nobis multiplicẽ mereretur.
¶ Præterea Chr̃o moleſtũ nõ fuit miſericordiã impartiri, cũ propriũ ſit ei miſereri & parce-
re, imò iuſtitiæ rigorẽ, vltionẽq́ꝫ exercere ſibi quaſi moleſtũ eſſe inſinuat, dicendo ꝑ Eſaiam:
Heu ego cõſolabor ſuꝑ hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Alienũ qppe & pere- Eſaiæ.1
grinũ eſt opus iſtud ab eo q naturaliter bonus & pius eſt, & ex noſtra ꝑuerſitate hoc efficit,
vt apud Eſaiam habetur: Ieſus autem audito hoc verbo nuncij præinducti, dixit patri puellæ
“ eum pijſſime cõſolando, atqꝫ in fide & ſpe roborando. ⌊Noli timere⌋ ꝙ defunctã ſuſcitare
“ non queam ⌊crede tantum⌋ non reſpiciendo ad naturalium curſum, ordinẽq́ꝫ cauſaꝝ, ſecũ-
“ dum quas impoſſibile eſt mortuum ſuſcitare, ⌊& ſalua erit⌋ hoc eſt à morte redibit ad vitã,
“ & ſanitatẽ. Quo patet, quam ſecurus fuerat Chriſtus de miraculo à ſe perpetrando. ⌊Et cũ
“ veniſſet (ad Iairi domum) non permiſit intrare, ⌋ locum vbi puella iacebat defuncta ⌊ſecum
“ quenquam niſi Petrum & Iohãnem & Iacobum fratrem eius. ⌋ Hos eñ Chriſtus fecit ſibi fa Matt.17
miliariores & cæteris eminentes, vnde transfigurationi eius interfuerũt, & paſſione inſtante Marc.9.
aſſumpſit eos, cœpitq́ꝫ coram eis pauere ac cõtriſtari. Tres quoqꝫ ſuffecerãt ad teſtimonium Lucæ 9
de miraculo perhibendum, quẽadmodum ait ſcriptura: In ore duorum vel trium teſtiũ ſta- Mat.26
B bit omne verbum. Inſuper turbam & cæteros diſcipulos à ſuſcitatione puellæ intuenda re- Marci.14.
mouendo, docuit nos vanam gloriam fugere, & propter oſtẽtationem nil agere, præſertim Deute.17
in ſupernaturalibus factis, permiſit etiam ſecum intrare patrem & matrẽ puellæ, quia ad pa- Matt.18
“ tris eius inſtantiam fecit hoc ſignum, & puella ad ſuos parentes præcipue pertinebat. ⌊Fle- 2.Cor.13
“ bant autem omnes⌋ qui erant in Iairi domo, ⌊& plangebant illam⌋ id eſt mortem defunctæ Iohan.8.
corde & oculis deplorabant. Erãt etiam ibi ſecundum Matthæum tybicines, hoc eſt quædã Heb 10
perſonæ lugubre carmen canentes, vt alios prouocarent ad compaſſionem & fletũ, ſicut tũc Matt.9
“ moris fuit in funeribus Iudæorum. ⌊At ille dixit: Nolite flere⌋ id eſt, immoderate propter
mortem puellæ plorare, quaſi mox reſuſcitanda non ſit. Sic & apoſtolus Theſſalonicenſibus 1.Theſſ.4.
ſcribit: Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini ſicut cęteri qui ſpem
non habẽt. Nõ aũt prohibet Chr̃s piam ac moderatã mortuoꝝ charorum deplorationem
cum in Eccleſiaſtico legatur: Luctus mortui ſeptẽ dies, ſed talis ploratio non debet exceſſiua Eccle.22.
conſiſtere. Præſertim quia mortuus naturaliter reuocari non poteſt ad vitam, idcirco homo
conſolari debet ſeipſum, & conſiderare ꝙ plorando nil proficit. In inæuitabilibus quoqꝫ dã-
nis periculis atqꝫ defectibus præcipuum remedium, mœſtitiæq́ꝫ ſolamen extat obliuio. Hinc
Dauid ait: Propter infantem dum adhuc viueret, ieiunaui & fleui. Nunc autẽ quia mortuus 2.Reg.12.
eſt, quare ieiuno? nunquid potero eum reuocare? Ego vado magis ad eũ, ille vero nõ reuer-
tetur ad me. Veruntamen variæ ſunt cauſæ, cur mortui magis aut minus ſint deplorandi, aut
“ quia imparatæ ſublati ſunt, aut quia ex eoꝝ morte alijs periculũ imminet, ⌊nõ eſt eñ mor-
“ tua puella, ſed dormit.⌋ Per hoc negare non voluit puellã illam vere eſſe defunctam morte
naturæ, ſed dicere intendebat, ꝙ per reſpectum ad ſe non eſſet penitus mortua, ſed potius ſi-
milis dormienti, quia facilius potuit eam reuocare ad vitam, q̃ aliquis noſtrũ valeat dormiẽ-
“ tem ſuſcitare à ſomno. ⌊Et deridebant eum⌋ nõ parẽtes puellæ, ſed tumultuans turba exi-
“ ſtẽs in domo, ⌊ſciẽtes qa mortua eẽt⌋ ſed nõ intelligebãt altitudinẽ ſenſus verboꝝ Chriſti
& eũ q eſſentialiter veritas eſt mẽtiri putabãt, & forſitan irridebãt ꝙ ſe ad ſuſcitationẽ defun Iohan.14.
C ctæ præberet, qui tãto falleref errore. ¶ Deniqꝫ frequẽter legiƒ Chr̃s à reprobis, improbiſq́ꝫ
irriſus, nec tamen ob hoc à ſuæ efficientia pietatis ceſſauit. Nõ igiƒ egre feramus, ſi à qbuſcũqꝫ
irrideamur, nec ob illoꝝ irriſiones à bono inchoato ceſſemus? Sed nec ipſos irriſores noſtros
temerarie iudicemus, nec nobiſmetipſis inaniter placeamus, ſi eſſe cupimus diſcipuli ſaluato-
ris. Etenĩ qui ſe dicit in Chr̃o manere, debet ſicut ambulauit, & ipſe ambulare. Et Paulus ait: 1.Iohan.2.
Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmoꝝ ſuſtinere, & nõ nobis placere. Hinc loqui Roma.15
tur Auguſtinus: Omnes qui volunt in Chriſto pie viuere, neceſſe eſt vt ab impijs & diſſimili-
bus patiantur tanquàm inſani & ſtulti, quoniam ipſi iuſti præſentia bona amittũt, & inuiſi-
bilia ac futura perquirunt. Poſtremo irriſores illud Salomonis perpendant. Parata ſunt de- Proue.19
“ riſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultoꝝ corporibus ⌊Ipſe aũt tenẽs manũ eius cla-
“ mabat dicẽs: Puella ſurge.⌋ Poterat vtiqꝫ eã reſuſcitare ſine cõtactu atqꝫ clamore, ſed ma-
nu ſua manum illius apprehendit, ad oſtendẽdũ ꝙ interior ſua poteſtas interiora puellæ vi-
uificaret, & ꝙ corpus ſuũ diuinitatis exiſteret inſtrumẽtũ, imò ſicut iuxta philoſophũ, manus Philoſophus
eſt organũ organoꝝ, ita ſecũdũ Auguſtinũ, verbũ eſt ſignũ ſignoꝝ, propter quod Chriſtus Auguſtinus
clamorem adhibuit, quod & ideo egit, vt magnitudinẽ demonſtraret miraculi, atqꝫ ad exclu
dendum omnem maleficij ſuſpitionem occulti, itemq́ꝫ ad oſtendendũ longã illã diſtantiam

qua

D

qua anima puellæ diſtabat à corpore eius. Anima eñ illius vel in purgatorio fuit, ſi pro ve-
nialibus non ſatisfecit, vel in lymbo patrum, ſi ſatisfecit. Vel in inferno ſi in mortali peccato
defuncta eſt, quod tamen non reor. Sed quia cum hæc Chriſtus clamauit, non erat puella, ſed
corpus exanime, cur dixit Saluator: Puella ſurge? Ad quod faciliter reſpondet, quod hic po-
natur pars pro toto, ſicut Iohannis decimonono, ibi videlicet: In ſepulchro poſuerũt Ieſum.
⌊Et reuerſus eſt ſpiritus (hoc eſt anima) eius⌋ quæ eſt ſpiritualis natura. Reuerſus eſt (inquã)
ab occulto receptaculo ſuo ad corpus exanime, Chriſto iubente, & angelo ſancto (vt cre-
ditur) reducente. ⌊& ſurrexit continuo⌋ in quo patet, quàm potenter, imperioſe, & glorio-
ſiſſime operatus ſit tantum miraculum. Neq; enim orationem fudiſſe deſcribit, & adhuc ſo-
nus verborum eius reſultabat in aere quando effectus tam miraculoſus ſoli diuinæ poteſtati
3.Reg.17. poſſibilis eſt ſecutus. Recolamus qũo in veteri teſtamẽto Helias & Heliſæus mortuos ſuſcita-
4.Reg.4 uerunt orãdo, & ſup defunctos incumbendo freq̃nter, tũcq; certius cognoſcemus excellen-
tiam pſonæ & opeꝝ Chriſti ſup illos, & ſup ſigna eoꝝ. ⌊Et iuſſit illi dare manducare,⌋ Ad
comprobandũ quòd verè ſuſcitata fuiſſet, ſicut & Chriſtus poſt reſurrectionem ſuã apparẽs
Lucæ.14 diſcipulis & de reſurrectionis ſuæ veritate ambiguis. Habetis (inqt) hic aliqd quod mãducetẽ
Marci.5 Marcus quoq; teſtat, ꝙ puella protinus ambulauit. ⌊Et ſtupuerũt parẽtes eius⌋ ſtupore ma
ximo ſecũdũ Marcũ præ admiratione tanti miraculi tam repente imperialiterq; exhibiti,
⌊quibus præcepit ne alicui dicerent, quod factũ erat⌋ Hoc Chriſtus præcepit, non quia puta
uit tñ miraculum debere cælari, ſed vt nos humilitatẽ amare, vanitatẽ & oſtentationẽ vita-
Gregorius. re, doceret. Itaq; Chriſti exemplo laudẽ humanã iactantiamq; ſpernamus. Vnde Gregorius
ait: Præcepit ne alicui dicerẽt, oñdẽs ꝙ ipſe largitor bonoꝝ ſit nõ glĩæ cupid⁹, datq; totũ nihil
recipiens, q vero venat opeꝝ gloriam aliqd exhibet, & aliqd recipit. ¶ Poſtremo, licet Chri

E

ſtus pceperit miraculum iſtud celari, protinus tñ à turba quę Chr̃m deriſit, & puellam fuiſſe
Matth.9 defunctã cognouit, fuit vndiq; diuulgatũ, iuxta illud Matthæi: Exĳt fama hæc in vniuerſam
Myſticus ſenſus terrã illam. ¶ Myſticè per archiſynagogũ prælatus eccleſiæ deſignat, qui ſi filiã.i. congrega-
tionẽ ſuã ſibi cõmiſſam viderit vel ſpũaliter mortuã per pctã mortalia aut morti tali iam pro
Hebræ.4 ximam p diſpoſitionẽ ad vitia, ſtatim cũ ſolicitudine & feruore accedat ad thronũ grẽ Chri-
ſti, & in terram proſtratus inuocet Chriſti auxilium. Si interea ſibi denuntietur, quia mortua
eſt filia tua.i. indurata, incorrigibiliſq; effecta, nõ mox deſperet, nec deum ceſſet feruidiſſime
deprecari pro reformatione illius, tuncq; Chriſtus cernens, charitatẽ, humilitatẽ, & diligen-
tiã tam boni plati ac prĩs, intus conſolabit eũ, & à deĳciente ac opprimente timore eum pĳſſi
me releuabit, atq; interius ſeu p ſcripturas vel angelũ dicet. Tantũmodo crede, & ſalua erit.i.
de mea grã non diffidas, ſed crede me in infinitũ in omni pietate, bonitate, indulgentiaq; ma
iorem ac potentiorem, q̃ alicuius ſit aut eſſe poſſit impietas, ideo congregationẽ aut pſonam
Lucæ.11 tibi commiſſam gratioſe ſaluabo, dummodo pſeuerauerís fideliter pulſans, ſicq; Chr̃us per
Apoca.3 ſpũalem viſitationem aduenięs, tibicines.i. eos q congregationẽ ſeu pſonã hmõi quaſi deſpe
rabiliter lapſam deplorãt, redarguet, dicẽs: Nolite ſic flere, qa congregatio ſeu pſona non eſt
irreparabiliter mortua, vt dãnati morte peccati, ſed dormit ſomno negligentiæ & culpaꝝ
itaꝙ grã mei qui oĩpotens medicus ſum valet curari. Si vero plati planctores Chriſtũ hoc
aſſerentẽ.i. aliquem eius vicariũ ſeu miniſtrũ ex parte Chriſti ſic conſolantẽ irrideãt, Chr̃us

F

tñ ex ſua benignitate immẽſa porrigit virtutis ſuæ auxiliũ, ſpũaliter mortuis, atq; ſublimi cla
more.i. feruida exhortatione p ſuĳpſius inſpirationẽ internã, p angelicã directionem, p præ
latoꝝ pdicationem, p informationẽ ſcripturaꝝ ſanctaꝝ, p aduerſitatũ & tribulationũ inffi-
ctiones multiplices, mortuis talibus grẽ vitã reſtituit, & ſpũalibus eoꝝ parentibus pcepit, vt
eis dent manducare panẽ refectionis mentalis, videlicet ſacrm Euchariſtiæ, panẽ pœniten-
tialium lachrymaꝝ, panem obedientiæ ſalutaris.

ELVCIDATIO CAPITVLI NONI. CONVO uocatis aũt &c. Arti XXIII.

POSTQVAM Saluator Apoſtolos multipliciter erudiuit, atq;
in fide miraculis roborauit, conſequenter ad alioꝝ informationem
dirigit eos, & vt diligentius audiant, datur eis ſupnaturalis poteſtas
ad miracula ppetranda, p quæ etiam ſe diuinitus eſſe miſſos confir-
ment. ⌊Conuocatis aũt duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem,
& (pro id eſt) poteſtatem ſup omnia dæmonia, & vt languores cu-
rarent⌋ Hoc eſt, vim ſanandi morbos contulit illis. Vnde quod ait
virtutem, referri poteſt ad dæmonũ expulſionem, quod vero ſubiũ
git, & poteſtatem, ad languoꝝ miraculoſam curationem, vel virtus
refert ad vim interiorem, poteſtas aũt ad potentem executionem.
Porro in Matthæo plenius ſcriptum eſt: Dedit eis poteſtatem ſpirituũ immundoꝝ, & vt
Mat.10. curarent omnem languorem & omnem infirmitatem, vbi p languorem intelligi poteſt mor

bus inue

A bus inueteratus & grauis, difficulter curabilis. Sed hæc om̃ia exteriora prodigia ſicut & ipſa
apl'oꝝ pdicatio ad ſpũalem animaꝝ curationẽ ordinabant, vt ad eã auditores per pdicta in-
ducerent. ¶ Circa hæc quærit, qual'r Chriſtus dedit apoſtolis præfatã virtutẽ & poteſtatem
agendi miracula, an. ſ. ſic, ꝙ ĩ ipſis apoſtolis de cætero fuit aliqua vis realis eis inhærens ad mi
raculoſos effectus cauſal'r cooperans & cõcurrens, an potius ſit, ꝙ ipſe de cætero voluit per
apl'os facere ſigna, nõ exiſtẽte in eis aliqua vi pfata, ſed huius ſolutio ſupra inducta eſt. ¶ De-
niq; in hac collatione hmõi poteſtatis, oſtendit Chrũs veritatẽ & omnipotentiã ſuæ diuini-
tatis. Facere quippe miracula proprie dicta naturalẽ creaturę facultatẽ tranſcendit, ſecũdum
illud Pſalmiſtæ: Benedictus dominus deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus, alijs vero hãc con Pſalm. 71
ferre virtutẽ prorſus diuinũ eſt, diuinitatiq; propriũ. Propter qd ait Cyrillus: Attende hic di
uinã filij poteſtatẽ, naturæ corruptibili non cõuenientẽ. Agere nãq; miracula aderat ſanctis, Cyrillus
nõ natura, ſed ſpũs ſancti participatione, ſed hanc etiã alijs cõcedere poteſtatẽ, omnino alie-
num erat ab eorum virtute. Qualiter em̃ poſſit natura creata ſupra ſpũs ſancti dona habere
dominium? At dominus noſter Ieſus tanquã natural'r deus exiſtens, impartit gratiam quibus
vult, nõ inuocans in eos alienã virtutem, ſed infundens ex promptuarijs proprijs. Hoc itaq;
conſtat ex dictis, ꝙ Chriſto ex parte ſuæ deitatis competebat hãc poteſtatem conferre, non
ex ſua humanitate niſi inſtrumental'r. ¶ Sed his obijci poſſet, ꝙ Helias aſcenſurus in paradi-
ſum dixit ad Heliſæum: Poſtula quod vis vt faciam tibi antequã tollar à te. Heliſæo autẽ pe- 4. Reg. 2
B tente, vt duplex ſpũs Heliæ in ſe fieret, obtinuit quod petiuit, Helia (vt apparet) faciente ſeu Ibidem.
dante, & ibidem per ſpiritum duplicem intelligi ſolet gratia ſpiritus ſancti ad prophetandũ,
& ad miracula peragenda. Et reſpondendum, ꝙ Helias non fecit nec dedit Heliſæo ſuũ du-
plicem ſpiritum, niſi per modum cauſæ inſtrumentalis ac meritorię, vtpote impetrando ip-
ſi à deo. Poſtremo in hac donatione apoſtolis facta, vehementer humiliata eſt altitudo dia-
bolicæ pompæ, dum humilibus idiotis atq; ſimplicibus illis apoſtolis, piſcatoribusq; ægenis
ſuper omnia dæmonia poteſtas eſt diſtributa. Sic plane decuit impios ſpiritus mortalibus ac Mat. 10
" corporalibus ſubijci creaturis, qui domino maieſtatis immẽſe aſſimilari volebant. ⌊Et miſit Luc. 10
" illos prædicare regnum dei,⌋ hoc eſt, cœleſtia bona, beatitudinemq; æternã hominibus an-
nunciare, & deo obedientibus polliceri. Circa quod dicit Chryſoſtomus: Conſidera ꝙ non
cõmittitur eis aliquid ſenſibile prædicare, ſicut Moſes & prophetæ bona promittebant ter- Chryſoſtom⁹.
rena, ſed regnũ cœlorum & quæcunq; continẽtur in eo. Miſit autem illos ad prædicandum
cõbinatos vt dicit Marcus & ſanare infirmos ab infirmitatibus corporis & animæ. Ideo au-
tem prædicationis officio Chriſtus gratiam miraculorũ adiecit, vt oſtenſio miraculorũ at- Marc. 6
teſtaretur magnitudini præmiſſorũ, quia (vt ait Hieronymus) hominibus illis ruſticanis &
abſq; eloquij venuſtate pollicentibus regnum dei nemo crederet, niſi ſigna efficerent, vt fi-
" dem daret verbis virtus oſtenſa, nouaq; facerent qui noua docebant. ⌊Et ait ad illos: Nihil tu Hieronymus.
" leritis in via,⌋ id eſt nullũ eorum quæ mox ſpecialiter nominabũtur. Cum em̃ arta ſit via, ex-
onerare ſe debet viator, præſertim ſi ſequi hunc cupit qui exultauit vt gigas ad currendã viã, Mat. 7
" ⌊neq; virgam.⌋ Idem habetur apud Matthæũ, vbi & calciamenta apoſtolis prohibentur. Pſal. 18
¶ Sed contrariari videtur quod in Marco ait ſaluator: Nihil tuleritis in via, niſi virgã tãtum,
& vt calciati eſſent ſandalijs. Et reſpondendũ, ꝙ ſecundum Auguſtinum libro de conſenſu
Euangeliſtarũ, Chriſtus ad literam permiſit apoſtolos virgã portare, ad oſtendendũ, ꝙ vi- Aug. de cõſenſu euãgeliſtaꝝ.
ctui neceſſaria eis ab auditoribus deberentur. Cõſuetudo etem̃ erat apud Iudæos, ꝙ docto-
C res & prædicatores eorum virgã ferebant in manu, in ſignũ doctrinæ, & item in ſignũ, ꝙ hi,
quibus prædicabãt, tenerentur eis victualia miniſtrare. Porrò hoc loco & in Matthæo virga
metaphorice & ſpũaliter ſumitur pro innitentia cordis ſuper quãcunq; rem temporalẽ, vt ſit
ſenſus, neq; virgã, non innitamini alicui temporali, ſed deo, iuxta illud Eſaiæ: Quis ambulat
in tenebris. & non eſt lumen ei? Speret in nomine domini, & innitatur ſuper deũ ſuũ. De ſan Eſa. 50
" dalijs vero dicendũ, ꝙ ſunt incõpleta calciamenta, nec reputãtur pro calcijs, ⌊neq; peram⌋
" id eſt repoſitoriũ victualium, ⌊neq; panem,⌋ quãto minus cibaria delicata, ⌊neq; pecuniã,
" neq; duas tunicas habeatis⌋ .i. veſtem ſuperfluã non poſſideatis. Hinc gloſa Bedã ſequẽs, te-
ſtatur: Simplex veſtimentum eſt, quicquid alicui neceſſariũ eſt, ſecundũ qualitatẽ loci aut tẽ Beda.
poris. Duplex autem eſt quod vltra neceſſitatẽ eſt. Hieronymus quoq; ait: Nõ dicit vt aliquis
inſtãte frigore vnica tunica contentus eſſe debeat, ſed vt in tunica veſtimentũ intelligamus, Hieronymus.
ne alio veſtiti, aliud nobis futuroꝝ timore ſeruemus, in quo reprehendũtur, qui particas ve-
ſtiunt, & qui equos onerãt mutatorijs veſtimentoꝝ. Itaq; ſecundũ Gregoriũ Nazãzenum:
Mittens Chriſtus ad prædicãdum diſcipulos, ſic vult eos virtuoſos eſſe, ſic conſtãtes atque Gregorius Nazãzenus
modeſtos, & vt breuiter loquar, cœleſtes, vt non minus propter eoꝝ modũ viuendi, ꝙ̃ pro-
pter verbũ euangelica propagaret doctrina. Vnde ſecundũ Chryſoſtomũ, quaſi ex homini- Chryſoſt.
bus angelos fecit eos, iubẽs eos omni terrenaꝝ reꝝ ſolicitudine ac cupiditate carere, vt ſola
cura teneant doctrinæ, & totã ſpem ſuã in deo conſtituãt, menteq; libera pdicationi & cæte

Act.1. tis actibus vacent diuinis.¶Sed circa hæc quærit,Chriſtus nanq; cœpit facere & docere,cur D
ergo apoſtolis prohibuit iſta,cũ ipſe in ꝓdicando tulerit ſacculũ,perã,pecuniã,quoꝝ cuſto-
dẽ poſuit Iudã? Qui cũ in cœna dixiſſet:Quod facis fac citius,putabant apoſtoli,ꝙ dixiſſet ei
Iohan.13 Ieſus:Eme nobis q̃ ad diẽ feſtũ neceſſaria ſunt,aut vt ægenis aliquid daret,nã & loculos ha-
buit,& q̃ mittebant,portauit.Deniq; in Iohãne habet,quẽadmodũ diſcipuli introierũt ciui-
Iohan.4 tatem Samaritanoꝝ vt emerent cibos.Et reſpondendũ,ꝙ Chriſtus hæc ex eleemoſynis ha-
bens tulit & habuit ea pro cõmuni gregis ſui ac ægenoꝝ neceſſitate,non quaſi propria,priua
taq; bona,dans poſteris formã,ꝙ ob totius ſuſtentationẽ congregationis hæc licite habean
tur.Hoc quoq; ſciendũ,ꝙ iuxta tempoꝝ & locoꝝ ac negotioꝝ diuerſitatẽ & congruentiã,
Chriſtus diuerſa dedit præcepta diſcipulis.Bis autẽ miſit ad prædicandum diſcipulos,ſemel
ante paſſionẽ,& pro tunc dedit eis præinducta mãdata,quia tũc eis ſatis ab auditoribus præ
ſtabat,quoniã libenter audiebãtur ab eis,eo ꝙ nõ prædicarẽt tã incõprehenſibilia & ſupnatu
ralia de Chriſto ſicut poſt eius paſſionẽ,qñ ſecundo miſſi ſunt à Chriſto ad ꝓdicandũ,& ꝓdi-
cauerunt ſupermirabilia de domino ſaluatore,cœperũtq; Iudæoꝝ ac gentiũ vitia publice in
Luc.21 crepare,propter quod à pluribus inuite audiebant,ſicut ſaluator prædixit: Eritis odio om-
nibus hominibus propter nomen meũ,ideo tunc permiſſi ſunt ſecũ ferre prædicta. Vnde in
Luc 22 cœna Chriſtus ait apoſtolis:Quando miſi vos ſine ſacculo & pera & calciamentis, nunquid
aliquid defuit vobis? Quibus reſpondentibus,nihil,adiecit.Sed nunc qui habet ſacculũ,tollat
,i.ſecũ portet,ſimiliter & peram.Deinceps Chriſtus docet diſcipulos vnde neceſſaria habe
ant.⌊Et in quamcũq; domũ intraueritis,⌋gratia hoſpitandi,reficiendi,quieſcẽdi ac inſtru- »
endi,⌊ibi manete,& inde ne exeatis,⌋hoc eſt,eã non totaliter relinquatis,quaſi non reditu »
ri ad eã,q̃diu vultis in vrbe ſeu villa eadẽ ꝓdicare,& hoc intelligendũ eſt,niſi rõnabilis cã mu
tãdi,hoſpitãdi eueniret,& q̃d ait,In quãcũq; domũ,nõ de q̃licũq;,ſed de honeſta domo debet E
Matt.10 intelligi,propter q̃d in Matthæo dicit:In quãcunq; ciuitatẽ vel caſtellũ intraueritis,interro
gate quis in ea dignus ſit,ſcilicet veſtro ingreſſu,vt ſit bonæ famæ atq; laudabilis vitæ,ne ex
diffamia & vitijs hoſpitis veſtri incurratis infamiã,& alij in vobis ſcandalizent,veſtrãq; con
temnãt doctrinã.Prohibet igitur Chriſtus frequentẽ & inordinatã hoſpitij muta tione,leui
tatis diſcurſum ſeu gyrouagationem.Hinc ait Ambroſius:Alioꝝ à prædicatione regni cœ-
Ambroſius leſtis curſitare per domos & inuiolabilis hoſpitij iura mutare.Et Cyrillus: Iuſſit eos in vna
Cyrillus domo manere,vt nec hoſpitẽ grauent,eũ videlicet dimittendo,nec ipſi guloſitatis & leuita-
tis ſuſpitionẽ incurrãt.Hinc in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt:Neq; vita hoſpitãdi de domo in do-
Eccl.29 mũ.Vnde vt mentẽ noſtrã valeamus ſtabilire in deo,corpus noſtrũ à diſcurſibus vanis diſca
mus frenare,& qui ꝓdicator eſt verbi dei ſeu paſtor ouiũ Chriſti,ꝓdicatione & exteriori ne-
ceſſaria ſeu vtili occupatione ceſſante ad quietũ ſe tribuat locũ,& deo intẽtus ſit,orando,le-
gendo,prouidẽdo & cõtemplando,imò & ſeipſum ſagaciter diſcutiendo,purgãdo ac perfi
ciendo,vt illic gr̃aꝝ chariſmata ſortiat à deo,quæ poſtmodũ deuotiſſime proponat atq; cõ
municet populo.⌊Et quicũq; non receperint vos⌋,i.hoſpitiũ vobis negauerint,& ſermo- »
nes veſtros cõtempſerint,⌊exeũtes de ciuitate illa(.i.dũ inde exitis)etiã puluerẽ pedum ve- »
ſtroꝝ excutite in teſtimoniũ ſupra illos,⌋.i.in teſtimoniũ ſeu ſignũ magnitudinis culpæ ac »
dãnationis illoꝝ abijcite verſus illos puluerẽ q̃ pedibus veſtris adhæſit,nõ ex impatiẽtia,ſed
Puluis pedum excutiendus zelo iuſtitię.Excutiendus eſt itaq; puluis pedũ in illos.Primo,in teſtimonium,ꝙ vſq; ad illos
deuenerit,ita ꝙ illi excuſationẽ nõ habẽt ignorantię ſuę.Secũdo,in teſtimoniũ peruerſitatis F
Iohan.15 illoꝝ.Tertio,in teſtimoniũ ꝙ terrena eoꝝ nõ quęrat.Quarto,in teſtimoniũ ꝙ eis cõmuni-
care nõ velint.Quinto,in teſtimoniũ futurę dãnationis illoꝝ qua in infernũ excutient.¶Prę
terea(vt elicit ex ꝓdictis)Chr̃s hoc loco ſeptem prohibet ꝓdicatoribus,paſtoribus & ꝓlatis.
Primũ eſt pluralitas ſarcinaꝝ ſeu multiplicitas tẽporaliũ oneꝝ,cũ dicit:Nihil tuleritis in via
1.Cor.9 propter quod ſcribit Apoſtolus:Omnis qui in agone cõtendit,ab omnibus ſe abſtinet. Prę-
dicator aũt & ꝓlatus ſi vere hmõi ſit contra peccatores agonizat.Secundũ eſt,rigor immode
ratus,cũ ait,nec virgã.Tertiũ eſt,curioſitas victus,dũ dicit,neq; perã.Quartũ eſt auaritia,cũ
ſcribit,neq; pecuniã.Quintũ eſt,veſtiũ ſuperfluitas. Vnde ait Apoſtolus:Habentes victum
1.Tim.6 & quibus tegamur,his cõtenti ſumus.Sextum eſt inſtabilitas,dũ ait,ibi manete.Septimum
eſt,nõ cõmunicare iniquis & induratis,cũ ſubdit,quicũq; nõ receperit vos.Deinceps ſubdit
apoſtoloꝝ obediẽtia.⌊Egreſſi aũt⌋.i.corporaľe à Chriſto euntes ad loca ꝓfixa,⌊circuibãt »
per caſtella,⌋per ciuitates quoq;,vt patet ex verbis Matthęi.Vnde patet ꝙ loca minora ne »
Matt.10 gligẽda nõ ſunt propter habitãtiũ paucitatem,pręſertim cũ magnum atq; prę cunctis mun-
di opibus deſiderabile ſit ſaltem vnũ cõuertere,⌊euãgelizantes⌋.i.alijs ſalutaria documenta »
tradẽtes,nõ de bonis illorum ſeipſos delicate paſcẽtes,ſicut iam multi qui de lacte,lanaq; oui
um paſcũt & veſtiunt ſemetipſos,quibus tñ nõ prędicãt.Propter quod ꝑ Ezechielẽ ęterna
Ezech.24 eis dãnatio prędicitur,⌊& curãtes⌋ corpora lãguida materialiter & animas peccatrices ſpi- »
Act.10 Iaco.4 ritualiter,⌊vbiq;,⌋ ſine ꝑſonaꝝ acceptione,puta in omni loco ad quẽ directi fuerint,& vbi »

ęgros

A ęgros curam optātes repererint. Sed nunc prohdolor multi ſunt qui ſe animaꝝ medicos pro
fitenſ, & tamen malis exemplis occidunt, quos ſpūaliter ſanare tenenſ. Porrò Marcus hæc Marc.6
apoſtoloꝝ geſta plenius exprimens: Exeuntes (inquit) prædicabant vt pœnitentiā agerēt,
& dæmonia multa eijciebāt, & vngebāt oleo ægros multos, & ſanabanſ. Iohānes quoq; Euā
geliſta teſtaſ, ꝙ baptizabāt. Et ecce hoꝝ tā magnifica operantiū vnus extitit proditor Iudas
Nullus ergo p̄ſumat nec periculoſam ſibi ſecuritatē promittat, ſed & dona gratiæ gratū faci- Iohan.13
entis, humilitatē, māſuetudinē, patiētiā, magis q̄ dona grāæ gratis datæ, expulſionē dęmonū,
“ efficientiā ſanitatū optemus. ⌊Audiuit aūt Herodes Tetrarcha.⌋ Iſte eſt Herodes Antipas,
filius Herodis, cuius tp̄e natus eſt Chr̄s. Hic vero Herodes fuit Galilææ Tetrarcha, vt dictū Luc.2
“ eſt ſupra plenius, ⌊omnia quæ fiebāt ab eo⌋.i. præfata miracula Chriſti, & qualiter diſcipu- Luc.3.
los mitteret ad prædicādum atq; curādum, & baptizaret per eos. Omnia autē opera Chriſti
audiuit in generali magis q̄ in ſpeciali, quanq̄ multa etiā in ſpeciali perciperet. Fama etenim
Chriſti vndiq; fundebaſ, quoniā nunq̄ in veteri teſtamēto legiſ quiſq̄ tot p̄petraſſe miracula
“ nec diſcipulis ſuis tātam poteſtatem dediſſe ⌊& hęſitabat⌋ anxie ambigendo de Ieſu quis
eſſet. Circa q̄d ait Chryſoſtomus: Peccatores ſciētes & neſciētes quē ꝙ ſtrepitū p̄timeſcunt, Chryſoſtom⁹.
peccatū em̄ nemine arguente hominē prodit, nemine accuſante cōdemnat, & pigrū ac timi-
“ dū reddit delinquentē. Cauſa quoq; timoris ſubiungiſ, ⌊eò ꝙ diceref à quibuſdā, quia Iohan
“ nes (Baptiſta) ſurrexit à mortuis,⌋ quo audito, expauit Herodes, ne forte plagaret ab eo, q
tātæ videbaſ & erat potētiæ, ſicut quinquagenarij fuerūt ab Helia plagati. Itaq; iſti credebāt 4.Reg.6
Ieſum eſſe Iohānē. Sed cōſtat, ꝙ iſti nō diu aut nunq̄ nouerūt, facialr̄q; viderūt Ieſum. Si em̄
B ante decollationē Iohānis ipſum nouiſſent, nō taliter æſtimaſſent. ¶ Circa hæc quæriſ, quo-
modo Lucas aſſerat hæſitaſſe Herodē, cū in Matthæo & Marco ſcriptū ſit, ꝙ Herodes affir- Mat.14
mauerit Ieſum eſſe Iohannē. Matthæus nempe ait dixiſſe Herodē: Hic eſt Iohānes Baptiſta, Mar.6
ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes operanſ in eo. Ad q̄d Auguſtinus reſpōdet i li. de cō
ſenſu Euāgeliſtaꝝ, ꝙ Herodes primo hæſitauit propter rumorū varietates, ſed poſtea credit
Ieſum eſſe Iohannē, ſicut & alij quidā propter vitæ ſanctitatē, famæ eminentiā, & quia con-
gregauit multos diſcipulos, & p apoſtolos baptizauit, hi quoq; putabāt Iohannē poſt ſuam
reſurrectionē ad poteſtatē maiorem promotū, & ideo iā miracula agere, quāuis ante ſuā de
“ collationē nullū fecerit ſignū, ⌊à quibuſdā vero dicebaſ, quia Helias apparuit.⌋ Non dixerūt
ſurrexit, ſed apparuit, quaſi de paradiſo reuerſus, ſcientes eū non fuiſſe mortuum, ſed transla-
tum, hi ergo putabāt Ieſum eſſe Heliam, propter miraculoꝝ potentiam atq; iuſtitiæ zelum,
“ ⌊ab alijs autē (dicebaſ) quia propheta vnus de antiquis⌋.i. de numero antiquoꝝ vatū ⌊ſur-
“ rexit,⌋ putātes Ieſum eſſe aliquem illoꝝ. Multiplex aūt error extitit in Iudæis, & quidā eoꝝ
putabant animas tranſcorporari. Dicit etiā hoc loco Theophilus, Iudæi reſurrectionē mor Theophilus.
“ tuoꝝ expectabant in vita carnali & in comeſſationibus ac potibus. ⌊Et ait Herodes.⌋ Secū
“ dū Matthæū loquebaſ pueris ſuis, ⌊Iohānē ego decollaui.⌋ Hoc ait ſecūdū Chryſoſtomū, Mat.14
nō ſuū piaculū oſtentādo, ſed ſuā formidinē cōſolādo. Attamē ei p̄t dici illud Dauidis Os tuū 2.Reg.1.
“ loquutū eſt aduerſum te dicens, ego interfeci Chr̄m dn̄i. ⌊Quis aūt eſt iſte, de quo ego audio
“ talia?⌋ quaſi dicat, Aliquid magni eſſe videſ, ⌊Et quęrebat videre eū,⌋ an eſſet Iohānes, cui⁹
faciē nouerat, & ex curioſitate optans, videns miracula. Sed deſideriū Herodis fuit accidię, ſu
perbiæ & indeuotioni admixtū, aliàs facile perueniſſet ad Ieſum in Galilæa tūc p̄dicantē. Di
cit aūt Chryſoſtomus, q̄ magna res eſt virtus, nā Iohānē defunctum Herodes formidabat, & Chryſoſt.
“ prę timore etiā de reſurrectione philoſophaſ, ⌊& reuerſi apoſtoli⌋ à locis in q̄bus p̄dicaue-
“ runt, ⌊ad Ieſum, narrauerūt illi quæcūq; fecerūt,⌋ dęmones expellēdo, infirmos curādo, ho-
mines īſtruendo. Hæc ſuo nunciauerūt magiſtro, quaſi illi totū aſcribentes, nō ſeipſos iactan-
“ tes. ⌊Et aſſumptis illis, ſeceſſit ſeorſum in locū deſertū qui eſt Bethſaida⌋.i. propinquus ciui-
C tati ſic dictę, de qua Petrus & Andreas fuerunt. Deniq; (prout Matthęus & Marcus deſcri- Iohan.1.
bunt) decollato ab Herode iniquo ſancto Iohāne, venerunt diſcipuli eius, & nunciauerūt hoc Mat.14
Chr̄o. Quo audito, abijt (ſicut iā dictū eſt) nō timore Herodis quē potuit vnico annihilare im Marc.6
perio, ſed ob alias cauſas, quaꝝ vnā Marcus tāgit, dicēdo: Erāt em̄ qui veniebāt & redibant
multi, & nec ſpaciū māducādi habebāt, alia ratio fuit, vt doceret p̄dicatores atq; p̄latos poſt Ibidem.
occupationes externas vitę actiuę recurrere ad locū abſtractū, ad vacādū cōtemplatiuę acti-
“ bus vitę. ⌊Quod cū cognouiſſent turbę, ſequutę ſunt illū.⌋ Diuerſi em̄ diuerſas ab cauſas (vt
“ dictū eſt) ſępe ſaluatorē ſequi ſolebāt. ⌊Et excepit illos⌋ charitatiue ac pie delectatus deuo-
tione ſimpliciū. Minores quippe & ſimplices ſequebanſ, maiores & ſcioli p̄ſequebanſ, quē-
“ admodū vſq; in pręſens cōtingit, ⌊& loquebaſ eis de regno dei,⌋ videlicet de magnitudine
“ gaudioꝝ cœleſtiū, & beatitudine vitę futurę, ⌊& eos q cura indigebāt (puta infirmos) ſana-
“ bat,⌋ tanq̄ pijſſimus medicus, exiſtētes etiam in peccatis & curari ſpūaliter cupientes, ſibiq;
acquieſcētes ſanauit ab animaꝝ lāguoribuus ſeu peccatis. ¶ Subinde deſcribiſ pręclaꝝ Chri
“ ſti miraculū. ⌊Dies aūt cœperat declinare,⌋ vnde Matthęus ait: Veſpere aūt facto. ⌊Et ac- Mat.14

cedentes duodecim⌋ principales diſcipuli Chriſto familiariores,atq; ad alloquendũ eũ auda D
ciores,⌊dimitte turbas,⌋quas docẽdo & curãdo detines tecũ,⌊vt eũtes in caſtella,villasq́; q́ »
circa ſunt(.i.huic loco ꝑpinqua)diuertãt & inueniãt eſcas,q̃a hic in loco deſerto ſumus,⌋in »
q̃ nihil venale apparet,q̃uis apl̃i hoc ex quadã cõpaſſiõe & ꝓuidẽtia videanſ dixiſſe,ſuam ta-
mẽ imperfectionẽ in verbis his multipliciter oſtẽderũt,nõ credẽtes,vel potius nõ penſantes,
ꝙ Chrũs turbã poſſet miraculoſe reficere,opinãtes quoq; ꝙ turbæ cũ Chriſto manẽtes poſ-
ſent fame periclitari.⌊Ait aũt ad illos:Vos date illis mãducare.⌋Hoc ait oĩm ſapientiſſimus »
magiſtroꝝ,imperfectionem fidei diſcipulorum pie redarguens,quaſi dicat,Non ſolũ ego,
ſed & vos poteſtis illos reficere,ſi tamen tantã fidem habetis vt decet.⌊At illi dixerunt:Nõ »
Johan.6 ſunt nobis plus q̃ quinq; panes,& duo piſces,⌋qui panes ſcd̃m Iohãnem,ordeacei erãt,⌊ni »
ſi forte nos eamus & emamus in omnẽ turbã hanc eſcas.⌋Ita diſcipuli ſunt loquuti,nõ quaſi »
ſuo indignãtes magiſtro,aut irrationabilit̃r eum eſſe effatũ inſinuare volentes,ſed ad deſignã
dum q̃ impoſſibile eis eſſet propria poteſtate implere quod dixerat Chriſtus,ideo ſubditur.
Matt.14 ⌊Erant autẽ viri fere quinq; millia,⌋vtpote præter mulieres & pueros,vt alij Euãgeliſtæ te »
Mar.6 Johan.6 ſtanſ.Viri quoq; dicunſ in ſcripturis,qui viginti annos ad minus ſortiti ſunt,alij etiã Euan-
Num.1. geliſtæ abſolute affirmãt,ꝙ fuerũt quinq; millia viroꝝ.Scriptura em̃ diuina de minutijs nũe
roꝝ vim non facit,videlicet an fuerunt modice plures aut pauciores.¶Deniq; apud Iohan-
Johan.6 nem,vbi miraculũ iſtud deſcribiſ,leguntſ Chriſtus & diſcipuli aliqua inter ſe de materia iſta E
loquuti,quæ Euangeliſtæ alij non ſcripſerũt.Illic quippe habeſ,ꝙ interrogauit Ieſus Phi-
lippum,dicẽs:Vnde ememus panes vt manducent hi? Deinde dixit Andreas:Eſt puer hic
vnus qui habet quinq; panes ordeaceos & duos piſces,ſed hæc quid ſunt inter tantos? Sed
Aug de cõſen. Euang. hoc cũ iſtis facile concordaſ,& vt libro de cõſenſu Euangeliſtaꝝ aſſerit Auguſtinus:Ex hac
varietate loquendi ſalubriter edocemur,nihil eſſe quærendũ in verbis,niſi loquẽtium volun
tatem,cui demonſtrandæ inuigilare debẽt om̃es veridici narratores,cũ de homine vel de an
gelo,vel de deo aliquid narrãt.⌊Ait aũt ad diſcipulos ſuos⌋.i.ad duodecim apl̃os:⌊Facite »
illos diſcũbere per cõuiuia quinquagenos,⌋ita vt quinquaginta ſedeãt in ordine vno.Sapiẽ »
tis eſt oĩa agere ordinate,& taliter ordinatis poterat facilius cibus inferri.¶Sed obuiare vi-
Mar.6 Auguſtinus detur illud Marci:Diſcubuerunt per cẽtenos & quinquagenos.Ad q̃d libro de cõſenſu Euã
geliſtaꝝ Auguſtinus reſpondet,ꝙ iſtud nullũ mouere debet,quia Lucas partẽ dixit,& Mar
cus totũ.⌊Et ita fecerũt⌋apoſtoli ſicut Chriſtus eis iniunxit,⌊& diſcumbere cœperũt om̃es. »
Acceptis autem quinq; panibus & duobus piſcibus,reſpexit in cœlũ,⌋ſignificãs ſe miſſum à »
Jaco.1. patre æterno,& quod in virtute cœleſti,diuina & ſupernaturali facturus eſſet iſtud miraculũ,
itẽq; ꝙ omne bonũ de ſurſum eſt,deſcendẽs à luminũ patre,⌊& benedixit illis,⌋.ſ.panibus »
& piſcibus,dando eis vt mox multiplicarenſ,ſicut in Geneſi legitur irrationabilibus bñdix-
iſſe,quo facto nos informauit,vt cibum non accipiamus,niſi benedictione præmiſſa,⌊& fre- »
git⌋panes in aliquas magnas partes,nõ in minucias ſcidit,ſed frangẽdo multiplicabanſ,⌊& »
diſtribuit diſcipulis ſuis vt ponerẽt⌋panes & piſces multiplicatos⌊ante turbas.Et mãduca »
uerunt om̃es,& ſaturati ſunt,⌋nõ de quinq; panibus,duobusq́; piſcibus tantũ,ſed de eo,in »
q̃d oĩpotẽtia Chr̃i multiplicauit q̃nq; panes,duosq́; piſces.⌊Et ſublatũ eſt q̃d ſuperfuit illis, »
fragmentoꝝ duodecim cophini,⌋ex quo conſtat ꝙ panes & piſces tam pauci multiplicati »
fuerunt in maximam multitudinem panum & piſcium,quia de reliquijs tot ſportæ impletæ
ſunt.¶Porrò de ſpũali huius miraculi intellectu tot à doctoribus dicta ſunt,vt pene ſupfluũ F
videatur quid addere,vnde nec moralitati nunc immorari intẽdo,ꝓſertim quoniã ſup Iohã-
Johan.6 nem multa hinc ſcripſi,nũc vero modice tangam.Itaq; ꝑ turbam præfatam quæ Chriſtum
corporaliter ſequebaſ intelligi poſſunt vniuerſi fideles,qui vſq; in ꝓſens eius veſtigia imitan-
tur,ſicut ait Iohãnes:Qui ſe dicit in Chriſto manere,debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambu
1.Johã.2 lare,per apoſtolos vero ſignãtur prælati;quibus præcipit Chriſtus,vt docẽdo,exemplari-
terq́; viuẽdo alãt ſibi comiſſos.Sed quia prælati ſine Chriſti ope & gratia nihil valẽt,profitẽ
tur ſe ad ſpũalem hãc nutritionem ſuis viribus impotẽtes,idcirco neceſſe eſt vt dona gratiæ
eis cõceſſa quæ ꝑ panes quinq;,duosq́; piſces figurãtur,ꝓficiãtur,ac multiplicẽtur à Chriſto
cũq; à Chriſto hãc ſubuẽtionẽ rite petierint,ipſe libenter eis auxiliaſ,ꝑcipiens vt greges ſibi
commiſſos diſcumbere faciant,eisq́; dona ſibi cõceſſa communicẽt.¶Præterea ꝑ primũ pa-
nem intelligẽdus eſt panis pœnitẽtiæ.i.cordialis cõtritio pro peccatis,cõfeſſio oris & ſatiſfa
ctio operis,ad quem panem debẽt prælati ſubditos ſuos hortari,& corda eorum ad compun
Pſal 79 ctionem mouere,de quo pane accipi poteſt illud in Pſalmo:Cibabis nos pane lachrymarũ.
Pſal.101. Et rurſus:Percuſſus ſum vt fœnum & aruit cor meũ,quia oblitus ſum comedere panẽ meũ.
Eccl.15 ¶Secũdus eſt panis doctrinæ,de quo in Eccleſiaſtico legiſ:Cibabit illum pane vitæ & intel-
Hiere 3 lectus.Vnde ꝑ Hieremiam dominus loquitur:Dabo vobis paſtores iuxta cor meum & paſ-
1 Tim.4 cent vos ſciẽtia & doctrina.Tertius eſt panis exemplaris vitæ,qui ſubditis ꝑcipue neceſſari-
Tit.2 us extat,ꝓſertim cum abſq; eo panis doctrinæ modicum proſit.Cuius em̃ vita deſpicitur,ꝑ-
dicatio

A dicatio parum curatur. Ideo ait Apoſtolus: Eſto exemplū fideliū in verbo & conuerſatione 1.Tim.4
in charitate. Quartus eſt panis Euchariſtiæ, qui bene confeſſis, ſalubriter'ꝗ instructis eſt por
rigendus, de quo dicit Apoſtolus: Quicūq; manducauerit panem hunc & biberit calicem do 1.Cor.11.
mini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini. Quintus eſt panis orationis ſeu medi-
tationis deuotæ, qui mētem valde confortat. Vnde pro ſubditis prælati inceſſanter interce- 1.Theſſ.5
dere debent, & ipſos ad orādū inducere, cum dicat Apoſtolus: Sine intermiſſione orate. In-
ſuper per duos piſces panibus bonū ſaporem præſtantes, intelligūtur conſolatio gratiæ in p̄
ſenti, & ſpes felicitatis futuræ, quæ duo reddūt animæ vniuerſa etiam aduerſa, ſuauia, in tantū Roma 8
vt cum Apoſtolo dicat: Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, 2.Cor.1.
q̄ reuelabiť in nobis. Et itē: Bn̄dictus deus q̄ cōſolať nos in omni tribulatōe nr̄a. Hanc cōſola
tionē copioſiſſime ſenſit, q̄ tā affectuoſiſſime dixit. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Pſal.30
dn̄e. Poſtremo ſubditoꝝ gregibus ita refectis manāt copioſæ reliquiæ, quia quo ſp̄ualia bo-
na liberalius cōmunicantur, eo amplius abundāt atq; augentur in tantū, ꝙ & ipſi p̄lati meri-
tis eoꝝ quos præfatis nutriuit panibus adiuuantur. Poſtremo quæri poſſet ad literam an ſeu
quid potauit hæc turba in refectione præſcripta, de quo quid arbitrer ſcripſi ſup Iohannem. Iohan. 6
⌊Et factum eſt cū ſolus eſſet orans, erāt cū illo & diſcipuli eius.⌋ ¶ Videtur in verbis his eſſe
oppoſitum in adiecto: Si eñ ſolus extitit orans, q̄uo ſecū erant diſcipuli eius: Vel ſi erāt cū
illo, nō ſolus fuerat orans? Sed ad hoc facile reſpōdetur. Primo, quia ſi oratio iſta in ſenſu for-
B mali ſumatur, ita ꝙ dictio, ſolus, excludat non cōmunionē perſonæ, ſed actus orandi, potuit
eſſe ſolus orans, etiā ſi in medio multoꝝ millium non orantiū ſtetiſſet. Secūdo, quod dicitur,
erant cū illo diſcipuli eius, non oportet intelligi, ꝙ prope corpus ipſius ſteterūt, ſed quod tur
ba quæ paſta fuit recedente, apoſtoli non abierunt, ſed ſecū .i. non longe ab ipſo fuerūt. Ter-
tio, ſolus poteſt hoc loco facere excluſionem extraneoꝝ & non domeſticorum, ſicut epiſco-
pus dicitur eſſe ſolus in domo, quāuis cū eo ſit familia. Itaq; Chriſtus vt homo orationē factu
rus, receſſit ſeorſum, non ꝙ alioꝝ tumultu aut ſtrepitu mens eius poſſit in deuotione, atten-
tione vel cōtemplatione vllatenus impediri, ſed ad noſtrā informationē hoc egit, vt præſer
tim tēpore orationis, impedimēta deuotionis & occaſiones diſtractionū vitemus. Propter
q̄d apud Matthæū ait ſaluator: Cū oraueris, intra cubiculū tuū, & clauſo oſtio ora patrem in Mat.6.
abſcondito. ¶ Præterea (ſicut Iohānes refert) Ieſus facto prædictæ refectionis miraculo, fu-
git in montē, ſciens ꝙ venturi eſſent quos pauit, vt raperent eū & facerent eū regē, ideo forte
nunc dicitur, ꝙ erat ſolus orans. ⌊Et interrogauit illos, dicēs: Quē me dicūt eſſe turbæ?⌋ nō
ex ignorātia quærit, ſed vt occaſione reſponſionis diſcipuloꝝ inſtruat eos. ⌊At illi dixerūt:
Iohannē Baptiſtam, alij aūt Heliam, alij (dicunt) quia (.i. ꝙ) propheta vnus de prioribus ſurre Mat.16
xit.⌋ Matthæus aūt adiungit, ꝙ etiā quidā dixerunt eū eſſe Hieremiā. Cur quidā dixerīt Ie
ſum eſſe Iohannē Baptiſtā, alij Heliam, alij quendā veteꝝ vatū, paulo ante iam dictū eſt. Om
nes itaq; iſti reſurrectionē credētes, putabant viros ſanctos poſt reſurrectionem ſuā maioris
eſſe potentiæ, & q̄m Chriſtus præ cæteris vatibus fuit miraculis glorioſus, dicebāt eū eſſe ali-
quē p̄cedentiū, pphetaꝝ. Veruntñ quidā ex turba credebāt atq; dicebāt Ieſum eſſe Chriſtū, ſi
cut in euangelio Iohannis facile demonſtratur, qui etiam multos ex principibus aſſerit credi
diſſe in eū, & apud Iohannem habetur: Illi ergo homines cū vidiſſent ꝙ fecerat ſignū, videli- Iohan.6
C cet in præfata turbæ refectione, dicebāt, quia hic eſt vere propheta, qui vēturus eſt in mūdū,
videlicet Chrūs, vt Chryſoſtomus tangit, qui circa verba Iohānis ſic ait: Ex hoc quod dicūt, Chryſoſtom⁹.
qui venturus eſt in mundū, manifeſtū eſt, ꝙ prophetā quendā principalem expectabant, &
ideo quod diciť, Hic eſt vere propheta, in græco cū adiectione articuli poniť, ad oſtendendū
eū ab alijs eſſe prophetis diſcretū. Inſup (vt Matthæus refert) iſta interrogatio facta eſt in par Mat.16
tibus Cæſareæ Philippi, ſed Marcus factam enarrat eā in via in prędicta terra, quod ab inui- Marc.8
cem non diſcordat, quia exiſtendo in illa prouincia ambulauit in ea, & ambulando in ea, iā ve
nit & fuit in ea. Lucas aūt non exprimit vbi ſit facta quæſtio iſta, nec tamen immediate facta
eſt poſt turbæ refectionē, vt ex Matthæo & Marco pateſcit, niſi ſæpius facta dicať. Vnus au Mat.16
tem Euangeliſta quędā omittit quę alij ponūt, nec ipſi beatiſſimi Euangeliſtæ ſemp ordinē Mar.8
reꝝ obſeruant geſtaꝝ in deſcribendo. ⌊Dixit aūt illis: Vos aūt,⌋ qui mihi familiariores eſtis
& facta mea ac ſapientiā meam præ cęteris ſcitis, imò experimentaľr noſcitis, ⌊quē me eſſe
dicitis? Reſpondēs Symon Petrus,⌋ prę oībus & pro omnibus alijs apoſtolis, qui ab infantia
ſua vocatus eſt Symon & poſtea à Chriſto vocatus eſt Petrus, ⌊dixit Chriſtū dei⌋ eſſe te di- Ioh. 1.
cimus .i. regē Meſſiā dei electū à deo, in lege ac prophetis promiſſum, & noſtro hoc tēpore
diuinitus miſſum, Matthæus vero Petri reſponſionē plenius exprimit, ſcribēs: Tu es Chriſ Mat.16
filius dei viui. ⌊At ille increpās eos, pręcepit ne cui dicerēt.⌋ Hoc ſolus Petrus reſpondit, ſed
quia pro oībus dedit reſponſum, exigētibus forte ab eo idipſum apoſtolis, ideo Chrūs incre
pat oēs. ¶ Sed cur increpat eos cū veritatē locutus ſit Petrus, imò (vt in Matthęo legiť) Chri Ibidem.
ſtus pro hac reſponſione Petrū vehemēter laudauit, dicēdo: Beatus es Symon Bar Iona? &c.

 Et reſ-

Et reſpondendũ, ꝙ increpatio hic extenſe accipitur pro ſerioſa cõmiſſione tacendi, per mo D
Mar. 8 dum increpatiõis prolata, vnde Marcus: Cõminatus eſt (inquit) eis, vel ſorte pro aliqua alia
culpa increpauit eos, vt iſtã commiſſionẽ diligẽtius obſeruarent, vt moris eſt facere. ¶ Præ-
terea quærit, Cur ꝓcepit apoſtolis iſtud tacere, cũ ipſemet ſæpius aperte ſe dixerit Chriſtũ,
Iohã. 10 imò & deũ verũ dicendo Iudæis: Ego & pater vnum ſumus, & pater quod dedit mihi, maius
omnibus eſt, puta diuina eſſentia, quã filius per generationẽ æternã habet à patre. Et rurſus:
Quæcũq; fecit pr̃, hęc & filius ſilr̃ facit, & ſicut habet pater vitã in ſemetipſo, ſic dedit & ſilio
Mar. 3 vitã habere in ſemetipſo, multaq́; talia, quæ ſacratiſſimus ſcribit Iohãnes? Deniq; Iohannes
Marc. 1. Baptiſta publice ꝓdicauit Chriſtũ veniſſe, Ieſumq́; eſſe Chriſtũ etiã digito demõſtrauit. Sed
Luc. 3 & vtiliſſimũ fuit Iudæis ſcire, ꝙ Ieſus eſſet Chriſtus, cur ergo prohibuit hoc ipſum apoſtolis?
Iohan. 1. Et reſpondendũ, ꝙ Chriſtus, vtpote increata ac infinita ſapientia patris omnia ordinate, ſa-
1. Cor. 1. Sap 8 pienterq́; egit, congruo loco, aptoq́; tempore, ideo aliqua bona quibuſdã ad tempus prohi-
buit, vt poſtea congruentius fierent. In tantũ quoq; verbis & ſignis declarauit ſe eſſe Chri-
ſtum, ꝙ Iudæi ſe per ignorantiã omnino excuſare nõ queunt, non tamẽ tam euidẽter hoc ma
Iohan. 18 niſeſtauit ante ſuã paſſionem vt poſtea, ne ſua paſſio impediret, qui ad hoc venit vt pateret,
1. Cor. 2 quem ſi dominũ gloriæ cognouiſſent, crucifigere nõ auſi fuiſſent. Hinc ergo ante ſuam paſſio
nem noluit ab apoſtolis prædicari eſſe ſe Chriſtũ, vt poſt ſuam reſurrectionẽ & aſcenſionem
hoc opportunius ſacerẽt, ipſi quoq; apoſtoli nõ fuerunt ante paſſionẽ Chriſti tantæ ſapien-
tiæ, fortitudinisq́; in deo, ꝙ idonei erãt ꝓdicare Chriſti diuinitatẽ, aut pro hoc ferre perſe-
Ambroſius quutionem & mortẽ, vt tangit Ambroſius, qui etiã dicit, dominus Ieſus Chriſtus prædicari
ſe primo noluit, ne vllus ſtrepitus naſceret, & vt ſallat principẽ mundi, vt declinet iactãtiam, E
doceat humilitatem, & ne rudes ac imperfecti adhuc diſcipuli maxime prædicationis moli-
bus opprimant. ¶ Poſtremo & ipſe Chriſtus rationẽ prohibitionis ſuæ adiecit, vt ſubditur,
dicens. ⌊Quia oportet filiũ hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus⌋ Iudæorũ, qui erãt »
quaſi iudices ordinarij eorundẽ, ⌊& principibus ſacerdotũ⌋ .ſ. pontificibus, ⌊& ſcribis⌋ .i. »
legis doctoribus, quomodo factũ ſit hoc, infra duobus capitulis, in quibus paſſio contiñet, de
Luc. 22. 23 ſcribit, ⌊& tertia die reſurgere.⌋ Quomodo autẽ iſtud oportuit ſeu neceſſariũ fuit, infra dif »
Luc. 22 fuſe habet, & nunc breuiter tangi poteſt, ꝙ neceſſariũ fuit, non quia aliter genus humanũ libe
rari ab omnipotẽte deo nequiuerit abſolute loquẽdo, ſed q̃a nullus fuit alius modus tã aptus.
Chriſtum pati quo neceſſariũ. Rurſus neceſſarium fuit, nõ neceſſitate abſoluta, ſed potius ex ſuppoſitiõe, quia deus ita præ
dixit, & neceſſitate cõditionata, videlicet ſi ſcripturæ verificari deberẽt. ¶ Poſtquã ſaluator
paſſionẽ ſuam prædixit, conſequẽter declarat eos qui ꝑ ipſum ſalutem cupiũt adipiſci opor
tere ſequi eius veſtigia. Nam ſequif. ⌊Dicebat autẽ ad omnes,⌋ videlicet ad turbã in genera- »
li. Secretiora nãq; ſua myſteria ſolis reuelauit diſcipulis, ſed quæ ad ſalutẽ omniũ exiguntur,
omnibus pateſecit. ⌊Si quis vult poſt me venire⌋ .i. me ſpũaliter ſequi, meæ conuerſationi »
conformari, ad patriam felicitatis pertingere, vt vbi ego ſum & ipſe ſit mecũ, ⌊abneget ſe- »
Iohan. 17 metipſum,⌋ hoc eſt propriã voluntatẽ relinquat, priſtina vitia deſerat, vitã ſuam pro deo & »
veritate morti exponat. Propria autẽ voluntas hominis appellaf, quę deo & ſacræ ſcripturæ
pręceptis ac documẽtis contrariaf, per quam quis propria cõmoda quærit, & ad ſeipſum in-
ordinate reflectif, atq; quæ deo diſplicent obtinere molif. Hinc ait Baſilius: Abnegatio ſui-
Baſilius ipſius eſt totalis ꝓteritorum obliuio, & receſſus à proprijs voluntatibus, ⌊& tollat crucem ſu »
am,⌋ id eſt cruciformem ſeu pœnitẽtialem cõuerſationem æquanimiter portet, ducat, ſuſti » F
neat, & omnẽ tribulationem, tentationẽ ſeu perſequutionẽ & aduerſitatem ſibi occurrẽtem
viriliter ferat, corpus ſuum caſtiget, domet, & rationi, ſeruitutiq́; dei ſubijciat, ſicut ait Apo-
Gala. 5 ſtolus: Qui ſunt Chriſti, carnẽ ſuam crucifixerunt cũ vitijs & cõcupiſcentijs. Ad quod etiam
ad Romanos nos exhortãs: Obſecro (inquit) vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem
Roma. 12 ſanctam, deo placentem, rationabile obſequium veſtrũ. ¶ Porrò ſecundum Gregorium duo
bus modis crux tollif. Primo, corpus (vt dictum eſt) ꝑ abſtinentiam affligẽdo. Secundo, ani
2. Cor. 11. mum ꝑ compaſſionem circa alias afficiendo, ſicut ait Apoſtolus: Quis infirmaf, & ego nõ in
firmor? Quis ſcandalizaf, & ego non vror? Et iterũ: Flete cum flentibus. Hæc autem agenda
Roma. 12 Matt. 14 ſunt nõ vno die dũtaxat, ſed ꝑſeueranter vſq; in finẽ. Propter quod ſubdit, ⌊quotidie,⌋ vn- »
de & Zacharias loquutus eſt: Seruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia corã ipſo, omnibus dieb⁹
Luc. 1. noſtris, ⌊& ſequaf me⌋ .i. ꝑ pędicta mihi adhęreat, obſequaf, & ꝑ ſemitas vitæ ꝑ virtutum »
itinera mea ſectef veſtigia. Deniq; iuxta præinductã expoſitionem, neceſſariũ eſt ad ſalutem
cũctis fidelibus abnegare ſeipſum & tollere crucem ſuã quotidie, vt ſcilicet quantũ ad ea quę
Matt. 7 diuinis repugnãt pręceptis & cęteris quæ ad ſalutem exiguntur abnegemus noſipſos, noſtrãq́;
crucem tollamus quotidie, eundo ꝑ artam viam, quę ducit ad vitã. Alio modo hęc exponun
tur, prout ad conſilia, ſuperogationisq́; opera ꝑtinent, ac religioſos cõcernunt, vt ſit ſenſus.
Qui vult poſt me venire .i. ad ꝑfectionem tẽdere atq; ꝑtingere, ſicut ego in oĩbus totius ꝑ
fectionis formã me prębui, abneget ſemetipſum .i. propriam volũtatem omnino relinquat,
allam

A illam deo ꝑ votū obedientiæ offerēdo vicario dei, tanq̄ deo in oībus quæ profeſſionē reſpiciunt obediendo, vt faciūt religioſi, clauſtrales, quibus diligētiſſime eſt penſandū, quid de huiuſmodi voti fida ac celeri ꝑſolutione dicat ſcriptura. Scriptū eſt equidē in Deute. Quod ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti dn̄o deo tuo. In Eccleſiaſte etiā ꝑcipiť: Si quid vouiſti deo, ne moreris reddere. Diſplicet em̄ deo ſtulta & infidelis ꝓmiſſio, imo ſecundū doctores, promiſſio illa obligat magis q̄ iuramentū, vt iā inueniať periuro deterior clauſtralis, q profeſſionē ſuā implere nō ſatagit. Veruntā ad primā hoꝝ expoſitionē verboꝝ ſpectat quod dicit Gregorius circa hæc verba, quia niſi quis à ſeipſo deficiat, ad eū qui ſup ipſm eſt nō appropinquat, nec valet apprehēdere quod ſup ſe eſt, ſi neſcierit mactare quod eſt. ¶ Cōſulit aūt Chrūs triplicē abnegationē, in qua fundať profeſſio ſeu ꝓfeſſio triū virtutū, q̄ de cuiuslibet religionis eſſentia eſſe dicunť. Prima eſt abnegatio reꝝ exteriorū, de qua infra habeť: Qui nō renunciauerit oībus quæ poſſidet, nō poteſt meus eſſe diſcipulus. In hac fundať paupertas. Secūda eſt abnegatio eoꝝ quæ ſunt partim intra nos, & partim extra nos, vt ſunt vxor, ſoboles, & cognati, de qua abnegatione infra dicit ſaluator: Si qs venit ad me, & nō odit patrem ſuū & matrem & vxorem, nō poteſt meus eſſe diſcipulus, in qua fundať continentia. Tertia eſt abnegatio ſuipſius, de qua hic, in qua fundať obediētia, & tollat crucē ſuam quotidie. i. obſeruantias regulares, artas, & arduas, ſeu ſtatuta monaſtica rite

Deut. 23 · *Eccle. 5* · *Gregorius.* · *Abnegatio triplex* · *Luc. 14* · *Ibidem.*

B obſeruet, quod eſt vere Chriſto cōfigi, eiuſq; paſſionibus cōmunicare & cōpati, quod & ꝑcipue meritoriū eſt, cōſolationis gratiæ in ꝑſenti, glorificationiſq; patriæ in futuro, ſecundū illud Apoſtoli: Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita ꝑ Chriſtū abundat cōſolatio noſtra. Et iteꝝ: Fidelis ſermo, ſi cōmortui ſumus, ſi ſuſtinemus & cōregnabim⁹. Itaq; qui internam cōſolationē iam cupit guſtare, & demū æternā beatitudinē poſſidere, qui Chriſto vult cōformari in gloria, modo nō aſperneť pati cōuitia, aſpera & aduerſa, imò glorieť in talibus. Sic nos hortať beatiſſimus Petrus: Cōmunicantes Chriſti paſſionibus gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. Et Paulus: Semꝑ mortificationē Ieſu in corpore noſtro circūferentes, vt & vita Ieſu manifeſteť in carne noſtra mortali, ⌊& ſequať me,⌋ qui deſcēdi de cœlo, nō vt facerē volūtatē meā, ſed eius qui miſit me. Hæc itaq; obſeruare eſt religioſoꝝ, qui ſe ipſos deo totaliter velut in holocauſtū in ſua profeſſione obtulerūt, nil ſibi de ſeipſis propriū reſeruātes, qui ſi quod vouerūt, digne impleuerint, optimi ſunt: ſi aūt implere neglexerint, peſſimi cōprobanť. Q̄d aūt abnegatio iſta & ꝓpriæ crucis portatio q̄tidiana, ſint aſſumēdæ cōſequēter Chrūs oſtendit. ⌊Qui em̄ voluerit animā ſuā ſaluā facere. ꝑdet illā⌋ Verbū hoc ꝑ ſe ſumptū, dupliciter ꝑt intelligi, ſed quia mox ſubdiť. ⌊Nā qui ꝑdiderit animā ſuā propter me, ſaluā faciet illā.⌋ Senſus literalis eſt iſte: Qui voluerit animā ſuā ſaluā facere. i. in ꝑſenti voluerit eā in proprijs volūtatibus, deſiderijſq; nutrire & cōſeruare, ſeu carnalē ſalutem ſortiri, vel à mortis tēporalis eripere pœnis, fugiendo martyriū, perdet eā. i. dānationi æternę obnoxiā faciet, ꝑditamq; in futuro cōperiet, ita ꝙ mortē temporalē pro iuſtitia fugiens, mortē incurret æternā, & carnalē proſperitatē amplectens, verā amittet ſalutē. Hinc cōmuniter dicitur, ꝙ impoſſibile ſit nūc cū mūdo gaudere, & poſtea cū Chriſto regnare. Econtrario autē ſubiungiť. ⌊Nā qui ꝑdiderit animā ſuā⌋. i. in ꝑſenti voluntates & cōcupiſcētias eius mortificauerit inſtar Pauli, qui dixit: Viuo aūt iam nō ego, viuit vero in me Chrūs, ſeu pœnis mortis expoſuerit eā, ita vt vita ꝑſenti ac ſenſitiua priueť, ⌊propter me⌋. i. amore mei, & finaliter propter me, vt me ſummæ felicitatis obiectū in æternū poſſideat, ⌊ſaluā faciet illā,⌋ i. ad verā ꝑducet ſalutē, & ꝑ mortē ſeu mortificationē temporalē ꝑtinget ad vitā gloriæ æternalem.

Galat. 2 · *2. Cor. 1* · *2. Tim. 2* · *1. Pet. 4* · *2. Cor. 4* · *Joban. 6* · *Galat. 2*

C Huic ſimile eſt quod in Iohanne loquiť Chrūs: Qui amat animā ſuā, ꝑdet eā: & qui odit animā ſuā in hoc mūdo, in vitā ęternā cuſtodit illā. Porrò q̄d dictū eſt: Qui eī voluerit animā ſuā ſaluā facere, ꝑdet illā, per ſe acceptū poteſt & ita exponi: Qui voluerit eā in futuro vere facere ſaluā ſiue beatā, ꝑdet eā. i. in ſeculo iſto afflictionibus ſeu pœnis mortis exponet. Per tribulationes em̄ ꝑueniť ad requiē, iuxta illud Pſalmiſtæ: Tranſiuimus ꝑ ignē & aquā, & eduxiſti nos in refrigeriū. Itemq;: Quātas oſtēdiſti mihi tribulationes multas & malas, & cōuerſus viuificaſti me. Vnde Iudith ait: Oēs qui placuerūt deo, ꝑ multas tribulationes tranſierūt fideles. Illi aūt qui tētatiōes nō ſuſceperūt, in timore dn̄i & in patiētia ſua exterminati ſunt. ¶ Inſuper ꝙ ſic tēporalr̄ ꝑdenda eſt anima vt in æternū ſalueť, Chrūs ſubiungit. ⌊Quid em̄ proficit homo, ſi lucreť vniuerſum mūdū⌋. i. totius mūdi huius delicias, diuitias, & honores acquirat, & tēporalia cūcta poſſideat, ⌊ſeipſum aūt ꝑdat⌋. i. dānationē æternā mereať atq; incurrat, ⌊& detrimētū ſui faciať⌋. i. bonis gratię priuetur in ſeculo iſto, & donis glorię in futuro ſicq; ſeipſum ſpiritalr̄ quaſi nihilū faciat & inane, ſpūalium detrimētum ſeu carētiam incidendo, quaſi dicat, Talis nō proficit, ſed ineffabilr̄ deficit, & quāto videtur felicior pręſentia obtinēdo, tāto extat miſerior, vilior, & pauperior ſpūalibus bonis carēdo, æterna quoq; ſupplicia promerēdo. Vnde quāto aīa corpore cōſiſtit præſtātior, tāto plus eligēda ac obtinenda ſunt bona ipſius, videlicet virtutes ac dona ſpūs ſancti, felicitaſq; æterna, ſed & omnis dele-

Joban. 12 · *Pſal. 65* · *Pſal. 70* · *Judith. 8*

ctatio vana vitæ præſentis cũ indicibili aſpernatione vitãda eſt amore cœleſtiũ gaudiorum D
Roma.10 Deniq; iſta authoritas applicari ſolet contra quoſdã qui zelũ animarũ habere videntur, ſed non
ſecũdum veram diſcretionẽ, qui circa aliorũ cõuerſationẽ ſeu profectũ in tantũ ſe occupant,
vt negligãt ſemetipſos, qui cõtra charitatis ordinẽ agũt, quia tenetur homo poſt deũ præcipue
amare ſeipſum & propriæ prouidere ſaluti, atq; in primis implere quod ab ipſo exigit deus.
Charitas a ſe ipſo incipit. vnde & charitas dicitur incipere à ſeipſa. ¶ Deinceps Chriſtus p cõminationẽ pœnæ inducit
ad obſeruantiã prædictorũ. Nam qui me erubuerit & meos ſermones .i. ex pudore mun- »
dano & vitioſo omiſerit cõfiteri me, & dogmata mea verecundãs publice cõfiteri corã ad-
uerſarijs fidei atq; iuſtitiæ, ſe in hominẽ crucifixũ credere, in illo ſperare, eũq; adorare vere-
cundãs, etiã cõfiteri ea quæ Chriſtianæ ſunt fidei, vt q deus eſt vnus & trinus, q vnigenitus
dei eſt incarnatus ac crucifixus, q Chrũs in vnitate perſonæ eſt deus & homo, q futura ſit re
ſurrectio mortuorũ, quæ interdũ cõfiteri fuit ſe irriſioni innumerabiliũ incredulorũ atq; cru-
deliũ tyrannorũ exponere, hũc filius hominis erubeſcet .i. per modũ erubeſcẽtis ſe circa il »
lum habebit, eũ abijciendo quaſi verecundaretur de ipſo, ſicut paterfamilias ſeruũ impiũ nomi
nare dedignatur, & ad ſe pertinere verecundatur aſſerere, cũ venerit in maieſtate ſua .i. in ma »
gna & ſumma ſua poteſtate, virtute & gloria, & patris .i. in præfata maieſtate diuina quæ »
ſibi & patri, hauddubiũ quin & adorãdo ſpiritui ſancto vna eſt & cõmunis, & angelorũ, »
.i. cõ potenti & maximo angelorũ exercitu, quod erit in die iudicij, quãdo Chrũs in maieſta-
Eſa.3 te & gloria omniũ beatorũ vallatus agminibus deſcẽdet ad iudicandũ viuos & mortuos, vt
Matt.25 Luc.21 infra clarius deſcribetur. Tunc nempe reprobos dijudicabit, repellet, dãnabit. Vel quod ait, in E
maieſtate ſua, poteſt ad glorificatã ſuam humanitatem, eiuſq; creatam referri potẽtiam, om-
ni alij creatæ poteſtati p̃latam. Non enĩ in ſecũdo aduẽtu venturus eſt in humilitate, paſſibi-
litate & infirmitate ſicut in primo aduentu, dum venit vt iudicaretur, ſed in humanitate glo-
rificata, impaſſibili, præpotẽti, vt iudicet. Sic itaq; veniet in maieſtate ſua creata, humana, &
patris .i. etiam in maieſtate diuina ſibi ac patri cõmuni, & tũc deus & homo ab oibus eſſe ſci-
etur, nõ tamẽ eius diuinitas à reprobis per ſpeciẽ cognoſcetur, & angelorũ, quia hæc maieſtas il
lorũ aſſeritur, inquantũ ei deſeruiunt. Poteſt quoq; ita intelligi, cũ venerit in maieſtate ſua .i. cũ
poſt ſuam paſſionẽ, reſurrectionẽ & aſcẽſionem apparuerit atq; reſederit in regno ſuo cœle
ſti ac glorioſo, quod etiã eſt regnũ patris vt principis, & angelorũ vt ciuiũ ac ſeruorũ. Ex tũc
enĩ Chriſtus in natura humana perfecte glorificata cœpit particulare exercere iudicium. In-
ſuper exponi poteſt hoc modo, cũ venerit .i. eſſe innotuerit, in maieſtate ſua .i. in vera deita-
te ac maieſtate diuina, tanquã deus verus, æternus, immẽſus. Chriſtus quippe vſq; ad ſpũs ſan
cti miſſionem & publicam apoſtolorũ prædicationem non cognoſcebatur eſſe verus deus à
viatoribus niſi pauciſſimis, ſed miſſo ſpũ ſancto per apoſtolorũ prædicationẽ cœpit hoc in-
noteſcere multis. Eſt autẽ conſuetudo ſcripturæ, vt aliquid tunc fieri eſſe ſeu venire dicatur
dum manifeſtatur. ¶ Circa hæc quæritur, virũ & quãdo ac qualiter confeſſio fidei neceſſaria
ſit ad ſalutem? Ad hoc Thomas in ſecũda ſecũdæ reſpondet cum fidem cõfiteri ſit quid affir-
matiuum, nõ cadit niſi ſub præcepto affirmatiuo, præcepta autẽ affirmatiua obligãt ſemper,
ſed nõ ad ſemper, imò obligant ſolũ pro loco & tempore atq; ſecũdum alias circũſtantias ad
Fidei confeſſio quã de neceſſitate ſalutis. virtutũ opera requiſitas. Hinc fidem cõfiteri tũc ſolum eſt de neceſſitate ſalutis, quãdo p hu-
ius actus omiſſionem honor deo debitus ei ſubtraheretur, aut proximorũ vtilitas. Si autem fi-
des videretur periclitari, tũc quilibet tenetur fidem publice cõfiteri, ſi vero ex cõfeſſione fi-
dei oriatur maior ſeditio, aut infidelium irriſio, & nulla proximorũ vtilitas, tũc nõ eſſet lau- F
Matt.7 dabile fidem cõfiteri, ne canibus ſanctũ detur. Sed quoniam ardua ſunt quæ Chriſtus de ſui
imitatione cruciformi & toleratione martyrij, abnegationeq; ſui pmonuit ſeu præcepit, cõ-
ſequenter promiſſione quadam ſolatij & remuneratione in vita præſenti ad illa inducit. Di »
co autem vobis vere: Sunt aliqui hic ſtãtes, & meum ſermonem hũc audientes, qui nõ gu »
ſtabunt hoc eſt, nõ experiẽtur aut ſentiẽt, mortem naturalem & corporalem, quæ à ſan »
ctis fertur guſtari, quia tam cito eis pertrãſit, & quaſi vitæ æternæ ingreſſum eã ſuſcipiũt, do »
nec videant regnũ dei .i. militãtẽ eccleſiã in ſeculo iſto inclyte exaltatã ĩnumerabiliter gẽtũ ad »
ſuppoſita credẽtia multiplicatã, & p quatuor plagas terræ diffuſam, qd nõ ſolũ ante beati Io-
hãnis Euãgeliſtæ mortẽ cõſtat impletũ, ſed & añ Petri & Pauli occiſionẽ, qd alibi ſatis mon-
ſtraui, & ipſemet Paulus ad Coloſſ. teſtatur: Euãgeliũ puenit ad vos, ſicut & in vniuerſo mũdo
Col.1. Gala.2 eſt. Et rurſus: Euãgeliũ p̃dicatũ eſt in vniuerſa creatura quæ ſub cœlo eſt. Sic exponit Grego
rius, Ambroſius vero & Theophilus ſic exponũt, donec videãt regnũ dei .i. gloriã in qua iu-
ſti erunt. Hoc aũt dixit de ſua transfiguratiõe q forma erat gloriæ futuræ in regno cœleſti.
Sũt aliqui hic ſtãtes, videlicet Petrus, Iacobus & Iohãnes, qui nõ attingẽt mortẽ donec tem-
pore transfigurationis meæ videãt in qua gloria erũt qui me cõfitentur. Glorificatio etenim illa
corporis Chriſti ſimilitudo & ſignũ fuit gloriæ quã in regno cœleſti habitura ſunt corpora
electorũ. Itaq; ex perceptione p̃ſentiũ munerũ certa effecta eſt expectatio futurorum.

¶ Proſe-

A ¶Proſecutio explanatiõis huius capituli à loco quo dicitur: Factum eſt aũt &c.

Articulus viceſimuſquartus.

COnſequenter deſcribitur qualiter Chriſtus impleuit quod in fine præcedentis di-
“ xit capituli: Sunt quidam hic ſtantes &c. ⌊Factum eſt autem poſt hæc verba⌋ In
“ præcedenti ſcripta articulo ⌊ferè dies octo,⌋ hoc eſt, quaſi octo dierũ tempus de-
“ fluxit, & contigit quod ſubditur: ⌊& aſſumpſit Petrũ & Iacobum & Iohannem, &
“ aſcendit in montem vt oraret: Et facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius altera, & veſtitus
“ eius albus refulgens.⌋ Matthæus iſtud clarius pleniuſq; deſcribit in tantũ, vt quod ibi habet Matth.17
fit quaſi expoſitio horum verborum. Sic equidem dicitur ibi: Aſſumpſit Petrum & Iacobum
& Iohannem fratrem eius, & duxit illos in montẽ excelſum ſeorſum, & trãsfiguratus eſt corã
eis, & reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. ¶Circa
hæc primo inquiritur, cur Lucas dicit: Factũ eſt poſt hæc verba ferè dies octo &c. cum Mat- Matth.17
thæus & Marcus affirment, quòd poſt dies ſex fecerit quæ hic ſcribunt. Ad quod reſpondet, Mar.9
quòd quàmuis abſolute Lucas dixiſſet: Poſt dies octo, adhuc tamen repugnantia nulla eſſet
quia intelligẽdum eſſet per incluſionem diei in quo Chriſtus iſta prædixit, itemq́; diei in quo
ea impleuit. Si vero dicendo: Ferè octo, intellexit ſeptem dies, intelligendum eſt per incluſio
nem vnius dierum illorum. Matthæus vero & Marcus dies integros intermedios computa-
runt. ¶Inſuper quęritur, cur duntaxat tres ſecũ aſſumpſit Apoſtolos, & cur iſtos magis quàm
alios. Et reſpondendum, vt in ore trium ſtaret ſuæ teſtimonium trãsfigurationis, & ob ſum- Deute.17
mæ Trinitatis deſignandum myſterium. Numerus quoque ternarius diuerſis de cauſis fertur Matt.18
B perfectus. Nam & philoſophus loquitur: Oĩa ſuper tria ponimus. Aſſumpſit autem Saluator Iohan.8
hos tres Apoſtolos tanquàm præcipue ſibi familiares & eminentes, & vt aſſerit Damaſcenus 2.Cor.13
Petrum aſſumpſit tanquàm futurum totius eccleſiæ præſidem & paſtorem. Iacobum autem Ariſtoteles
tanquàm moriturum pro Chriſto ante alios. Iohannem vero tanquàm theologię puriſſimũ Damaſcenus
organum vt viſa gloria filij quæ non ſubiacet tempori reſonet illud: In principio erat verbũ. Iohan.1
¶Porro Ambroſius ait: Petrus aſſumitur qui claues regni cœlorum accepit. Iohannes quoq; Ambroſius
cui committitur mater, & Iacobus quo prius ſolium ſacerdotale conſcendit. Ex quo verbo Matth.16
Ambroſii ſequi videtur, quòd Iacobus iſte extitit Iacobus minor, qui Chriſtianorum primus Iohan.19
fuit in Hieruſalem pontifex, quod etiam Auguſtinus ſuper epiſtolam ad Galatas ſentire vide Auguſtinus
tur. Sed quia in præallegato verbo Matthæi euangeliſtæ manifeſte habetur, q; aſſumpſit Ia- Gala.1
cobum & Iohannem fratrem eius, certiſſimè eſt tenendum, quòd fuit Iacobus maior. Aliqui Matth.17.
vero pie excuſant, quod ait Ambroſius, & habetur in gloſa, dicentes: ꝙ per ſolium ſacerdota
le intelligunt cœlum, quod eſt ſolium Chriſti primi pontificis, vel martyrium, quia in primi
tiua eccleſia ſacerdotes & epiſcopi primi ad martyriũ trahebant. Certumq́; eſt, ꝙ inter Apo
ſtolos Iacobus maior prius per palmam martyrij alta conſcendit cœli empyrei. Aſcendit
itaq; Chriſtus in montem Thabor in Galilæa, in quo poſtea vndecim Apoſtolis ſe oſtendit
vt in Matthæo legit, de quo monte Petrus in ſecunda ſua ait canonica, vt dicet, vt oraret, inſi Matth.28
nuans, quod præſertim tempore orationis eleuãda ſit mens ad deum, & à terrenorum affecti 2.Petri.1
“ bus ſeparãda. ⌊Et facta eſt, dum oraret, ſpecies (.i. diſpoſitio ſeu figura) vultus eius altera⌋ .i.
mirabiliter alterata, quia radioſa atq; ſplendiflua inſtar ſolis, non aũt ſubſtãtialiter mutata eſt
C ſubſtãtia carnis Chr̃i, aut quantitas eius, ſed qualitas clarificata, nec ſola facies Chriſti, ſed to
ta eius caro huiuſmodi fuit ſplendore ꝑfuſa. Quod ſi tantam claritatẽ aſſumpſit quãtam poſt
reſurrectionem & nunc habet in corpore ſuo, conſtat ꝙ vultus eius quaſi ineffabiliter ſit cla-
rior ſole. ¶Deniq; recte eſt iſtud Chriſto orante, ad deſignandum, ꝙ tempore orõnis vultus
interior mentis diuinitus illuſtrat quod item ꝑ orõnem mereamur glorificationem futuram,
quodq́; feruor atq; deuotio orationis diſpoſitio eſt ad transfigurationem ac extaſim mentis.
Vnde in Actibus fertur, ꝙ Petro orante, cecidit ſuper eum mentis exceſſus. ¶Pręterea in re- Acto.10
ſurrectione futura, quatuor erunt dotes corporum glorificatorum, claritas, agilitas, impaſſi-
bilitas atq; ſubtilitas, quæ (vt dicit) erunt in corporibus ex redundantia beatitudinis animarũ
beatarũ in corpora ſua. Cum ergo anima Chriſti à primo ſuæ creationis inſtanti fuerit diuini
tatem per ſpeciem beatifice videns tam clare, vt modo, præfatę dotes extunc fuiſſent in cor-
pore eius ex redundantia præinducta, niſi diuina diſpenſatione fuiſſet redundantia illa dila-
ta, quæ tamen in transfiguratione hac fuit permiſſa, quantum ad claritatem, quàmuis aliqui
dicant, quod claritas illa non fuit dos, nec dotis habuit rationem, licet fuerit ſecundum eſſen
tiam eiuſdem rationis cum claritate quæ ponitur dos. De ratione nanque eſt dotis, vt fixe Thomas
permanenterq́; inſit, ſed claritas illa inerat tranſeunter. ¶Inſuper de hac materia ſcribit 3.p.q.45
Thomas in tertia parte: Voluit Chriſtus coram diſcipulis trãsfigurari, vt oſtenderet eis mer
cedem expectandam in patria, dandam pro tribulationibus vitæ præſentis, vt ꝑ hoc in labo
ribus & paſſionibus vitæ huius, animarent & certificarent de pręmio. Dotes autem corporis
glorioſi ex beatitudine animæ deriuantur, ideo claritas illa Chriſti in transfiguratione ex

Damaſcenus. eius diuinitate felicitateq́ animæ ſuæ fuit originata. Hinc aſſerit Damaſcenus: Clarificata ſu D
Exo.34 it & Moſi facies, ſed claritate extrinſecus adueniente, Chriſtus autem ex innato diuinitatis
Marc.9 fulgore eſt clarificatus. ⌊Et veſtitus eius albus refulgens effectus eſt.⌋ Hoc Marcus clarius »
deſcribit, dicens: Veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia & candida nimis quaſi nix, qualia ful
lo non poteſt ſuper terram candida facere. Sed qualiter factum ſit iſtud diuerſimode aſſigna-
Auguſtinus tur, quoniã Auguſtinus ſentire videtur, quòd claritas ſeu albedo in Chriſti veſtimentis appa
rens non fuit ſubiectiue in eis, ſed ex aeris illuſtratione albę apparuerunt ac ſplendidę, ſicut
pars cœli vicinior ſoli. Alijs tamen apparet, quòd ad futuram corporum electorum glori-
ficationem declarandam, veſtis Chriſti ſunt veraciter in ſe dealbatæ & glorificatæ. Clari-
tas etenim veſtimentorum Chriſti præfigurauit futuram claritatem ſanctorum, gloriamq́
reſurrectionis venturę, propter quod angelus reſurrectiõis dñicæ teſtis ac nuntius, in veſte cã
Mar.16 dida in Marco legitur apparuiſſe: ⌊Et ecce⌋ Recte præmittit demonſtratiuum hoc, ecce, »
quia res valde magna atque notabilis ſubditur: ⌊duo viri loquebantur cum illo: Erant autem »
Moſes & Helias viſi in maieſtate⌋ Hoc eſt, in magna claritate, dignitate, ſeu reuerentia ap- »
parentes. Hi duo præ cæteris apparuerunt, quia præ cæteris patribus veteris teſtamenti in
multis excellenter laudantur ac cæteris præferuntur: præſertim in gloria miraculorum, in vi
Nume.12 Eccl.48 tæ ſanctitate, & ſicut Moſes fuit mitiſſimus, ſic Helias erat iuſtiſſimus. Tam præclara igit̃ mẽ-
Matth.11 bra tanquàm præcipuas ſynagogæ perſonas decentiſſimum fuit cum Chriſto domino ſyna
Pſalm.10 gogæ apparere ac loqui, quia & Chriſtus ſimul mitiſſimus fuit atque iuſtiſſimus. Specialem
Exo.20 quoq; hi duo viri conformitatem habẽt cũ Chriſto. Nam Moſes legiſlator ac mediator fuit
Gala.3 populi veteris teſtamenti, & facie ad faciem loquebat̃ cum deo, quem etiam in hac vita p ſpe E
Exo.33 Exo.34 ciem creditur conſpexiſſe, ſed & tantæ claritatis habuit vultum, quòd filij Iſrael eum nequi-
Pſalm.83 bant aſpicere. Sic Chriſtus populi noui teſtamenti, legiſlator eſt & mediator, cuius anima à
1.Timo.2 ſuo exordio inceſſanter vidit deum, per ſpeciem & tanti ſplendoris in hac transfiguratione
Malachi.4 habuit faciem q̃ Apoſtolorũ reuerberauit intuitum. Helias vero ſecũdum Chriſti præcurret
3.Reg.7 Iaco.5 aduentum, ſuiſq; precibus cœlum clauſit ac reſerauit, & in virginea puritate permanſit. Sic
Deute.3 Chriſtus claudit & aperit regnum cœleſte, cuius ingreſſum prohibet impijs & pręſtat electis
4.Reg.2 Rurſus per Moſen vere defunctum, & Heliam nondum mortuum monſtratum eſt Chriſtũ
eſſe viuorũ mortuorumq́ iudicem, per quàm etiam apparitionem apertiſſimè condemnatę
ſunt hæreſes, aſſerentium alium eſſe deum legis ac prophetarum, & deum euangelicæ legis, &
quod prophetæ de Chriſto prælocuti non ſint. ¶ Deniq; Chriſtus teſtes ſuæ transfiguratio
nis adeſſe voluit tam ſanctos veteris teſtamenti, q̃ ſanctos nouæ & euangelicæ legis, ad inſi-
nuandum ꝙ homines vtriuſq; teſtamenti ſaluent̃ per ipſum. Tenendum eſt quoq; ꝙ Moſes
& Helias perſonaliter & verè affuerint, non in ſimilitudine quadam, aut angeli in eorũ perſo
na, vt quidam dixerunt, Moſen autem quidam dicunt ad horam ſuſcitatum à morte, atq; in
Hieronymus. proprio corp̃e apparuiſſe. Vnde Hieronymus ait, ꝙ reſurrexit ab inferis. Auguſtinus quoq;
Auguſtinus ſup̃ Iohãnem de beatiſſimi Iohãnis Euãgeliſtæ diſputans ſepultura, idem ſentire videt̃, inter
cætera dicẽs: Quaſi diuina virtus non potuerit ad horam corpus Moſi ſuſcitaſſe, videlicet in
Chriſti transfiguratione. Alij opinant̃, quòd apparuit in corpore aſſumpto vt angeli, quod F
etiam Thomas in tertia parte affirmat. ¶ Poſtremo, de Helia tenendũ eſt, ꝙ in proprio cor-
pore de paradiſo terreſtri adductus ſit virtute diuina, angelico forſan obſequio ⌊& dicebãt ex »
ceſſum⌋ hoc eſt, paſſionem eius ⌊quem completurus erat in Hieruſalem⌋ .i. complete paſſu »
Iohan.10 rus ſeu completurus, quia ſeipſum tradidit in mortem, ſicut in Iohãne loquitur: Nemo tollit
Eſa.53 animam meam à me, ſed ego pono eam. Et ab Eſaia dictum eſt: Tradidit in mortem animã
Gala.2 ſuam. Apoſtolus quoq;: In fide (inquit) viuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum
pro me. Dicit̃ autem paſſio ſeu mors Chriſti exceſſus, quia in ea oſtenſus eſt exceſſus ſummæ
dilectionis & pietatis eius ad nos, & propter exceſſiuum eius dolorem pro nobis, atq; ob ex-
ceſſiuam crudelitatem Iudæorum in eum. Deniq; in libro Machabæorum habet̃, quòd An-
2.Mach.10 tiochi vitæ exceſſus ita ſe habuit, quo patet quòd p̃ vitæ exceſſum mors deſignet̃, in qua prę-
ſens vita exceditur, quoniam extra intrinſecum terminum eius tranſitur. Itaque de Chriſti
paſſione tanquàm de profundiſſimo maximoq́ myſterio pręclariſſimi viri hi loquebant̃ cum
Chriſto, ei gratias referendo, pro mundi ſalute precando, Iudæorum impietatem mirando,
atq; dolendo. ⌊Petrus vero & qui cũ eo erant (.ſ. Iacobus & Iohannes) grauati erãt ſomno⌋ »
Si ante hunc ſomnum cœperunt Chriſti claritatem præfatam conſpicere, ac etiã Moſen &
Heliam, mirum quod tam cito obdormierunt, cum tam inſolita viſione timorem, ſtuporem
totiusq́ naturæ ingentem alterationem & concuſſionem, per quæ ſomnus ſatis diu aufertur
Chryſoſtom⁹. ac impeditur, incutere ſoleat. Hinc Chryſoſtomus aſſerens eos ante hunc ſomnum Chr̃i cla
ritatem vidiſſe, p̃ ſomnum intelligit incuſſum eis vehementem ſtuporem ex viſione p̃dicta:
Neq; enĩ nocturnum tempus erat, ſed lucis excellentia grauabat oculorũ eorũ debilitatem.
Ambroſius. Ambroſius quoq; concordare videtur, dicendo: Premit incomprehenſibilis ſplendor diui-
nitatis

A nitatis noſtri corporis ſenſus, nec Dei gloriam humanorum ferre poteſt corruptela membrorum. Veruntamen textui magis conſonare videt, vt de ſomno naturæ ſeu corporali dormitione hæc exponantur, nam protinus ſubditur: Et euigilantes &c. Itaque reor quòd antequàm Chriſti transfigurationem, ſeu claritatem videre cœperunt, ſomno oppreſſi ſint, Chriſto videlicet ante ſuam transfigurationem ſatis diu orante, quo interea transfigurato experrecti ſunt Apoſtoli, & tunc Chriſti fulgorem conſpicere orſi ſunt, quod & textus inſi“nuare videtur. Nam ſubditur: ⌊Et euigilantes, viderunt maieſtatem eius⌋ Hoc eſt, clarita“tem magnificā & eminentiā eius ſupra Moſen & Heliam, de quibus ſubiungit: ⌊& duos vi“ros qui ſtabant cum illo⌋ in vertice montis. Hinc dicit Theophilus: Chriſto orationi vacāte, Petrus ſomno deprimit, quia infirmus erat, & quod humanum erat, impleuit. Excitatus vero, eius gloriam cernit. ¶ Quęritur quomodo Petrus & alij duo Apoſtoli Moſen & Heliā, quos ante non viderant tunc nouerunt? Ad quod aliqui dicunt, quòd illuſtratione claritatis prædictæ. Arbitror autē quòd Moſes & Helias ſe ad Apoſtolos benigniſſime conuerterunt & eos amoroſe aſpexerunt, ac aliquo ſigno ſe innotuerunt eiſdem, vel forte Chriſtus audien“ribus Apoſtolis alloquebat nominatim Moſen & Heliam, ſicut amici conuenientes ſolent ſe inuicem ex nomine ſalutare. ⌊Et factum eſt cum diſcederent ab illo,⌋ videlicet Moſes & “Helias à Chriſto, quia repente dum Chriſto cōplacuit, diſparuerunt, atq; ad ſua reuerſi ſunt loca. ⌊Ait Petrus ad Ieſum: Præceptor, bonum eſt nos hic eſſe⌋ hoc eſt, valde delectabile, & ſecurum eſt nos tecum in monte hoc commorari, vt te in tanta claritate & gloria hilariter contemplemur. Forte hoc dixit Petrus etiam ideo, quia videbat quomodo ſcribæ & phari-

B ſæi Chriſto inſidiarent, ideo optauit in loco hoc tuto manere. Chryſoſtomus vero ait eum ideo hoc dixiſſe, quia à Moſe & Helia audiuit Chriſtum in Hieruſalem paſſurum eſſe. Sed nō apparet certum, quod Petrus verba illa Moſi atque Heliæ audierit. Lucas nanque iam ſcri“pſit verba illorum prolata antequàm Petri & aliorum Apoſtolorū ſomnum & excitationem deſcribat: ⌊& faciamus tria tabernacula, vnum tibi, vnum Moſi & vnum Heliæ.⌋ Non ſex, ſed tria tabernacula fieri flagitabat, reputans ſe & condiſcipulos ſuos in tabernaculis illorū trium magnorum poſſe manere, quemadmodum ſerui in domibus dominorum ſuorum morant, ſe tamen in tabernaculo magiſtri ſui manere optauit. Arbitrabat quoq; Heliæ deſidera“bilius eſſe in hoc monte manere cum Chriſto, quàm terreſtri in paradiſo. Hæc autem locutus eſt Petrus velut in vehementi ſtupore & extaſi mentis, ideo ſubdit: ⌊neſciens quid diceret.⌋ hoc eſt, præ affectionis, admirationis, delectationis, deuotionisq; magnitudine, ſenſum propriorum verborum, non multum aut non ſatis aduertens, nec conſideranda conſiderans. Non enim conſiderauit, quòd ſi Chriſtus ibi maneret, non prædicaret neque miracula faceret, nec pro ſalute ſeculi moreretur, ſicq; hominum ſalus impediret. ¶ Inſuper non in terra, ſed in cœlo locus manſionis finalis quærendus eſt, nec in contemplatione claritatis humanæ, naturæ Chriſti, ſed diuinitatis eſt conſtituenda felicitas. Porro Marcus aliam huius inaduer- Marci.9
tentiæ Petri cauſam aſſignat, dicendo: quòd ipſe alijq; diſcipuli erant perterriti, quia & hoc naturale eſt homini viſo aliquo inſolito, ſupernaturali, atque magnifico formidare, vt ple- Lucæ.1

C nius dictum eſt de formidine Zachariæ. Exceſſiuus quoque timor, ſicut & cæteræ paſſiones immoderatæ ſeu prædominantes vſum rationis valde impediunt. Nam & anima vehemen“ter in actu vnius potentiæ occupata, in aliarum vſu actuq; virium minoratur & debilitari aſſeritur. ⌊Hæc autem illo loquente, facta eſt nubes⌋ lucida ſecundum Matthæum, quæ ſuper- Matth.17.
“naturaliter facta videt angelico famulatu, quia & decliuius deſcendit, quàm ſolent deſcendere nubes, vt ſtatim patebit. ⌊& obumbrauit eos⌋ hoc eſt, temperatè operuit eos, videlicet, Chriſtum, Moſen & Heliam ſecundum quoſdam. Ait nanque Theophilus, Petro dicente: Theophylus
Faciamus tria tabernacula, dominus tabernaculum non manufactum fabricat, & in illud in- Hebræ.9
greditur cum prophetis, vt oſtenderetur quòd non minor eſt patre, ſicut enim in veteri teſta- Exod.16
mento habitare in nube dominus dicebat, ſic & nunc nubes ſuſcepit dominum, non caligino Exod.19
ſa ſed lucida. Nam obſcuritas legis tranſierat. Sed quia nunc dictum eſt: Factum eſt cū diſce- Exod.34
derent ab illo, vz Moſes & Helias, ait Petrus, bonū eſt nos hic eſſe. Alij aliter hęc exponūt di- Exod 40
centes, ꝙ nubes obumbrauit, non Moſen & Heliā qui iam abierunt, ſed Apoſtolos, temperās Leui.16
eis ſplendorē Chri transfigurati ad intuendū. Auguſtinus quoq; libro de conſenſu Euāgeli- Auguſtinus Deute.31
“ſtarū teſtat poſt receſſum Moſi & Heliæ hæc contigiſſe ⌊& timuerunt Apoſtoli⌋ ex tam admirabili viſione. Nec obſtat ꝙ etiā lætabant, & dulci deuotiōis pfundebant affectu, qa de eadem re ſecundum diuerſas conſiderationes variè concipiunt affectiones. Apoſtoli itaq; gloriæ Chriſti congratulabantur, & in aſpectu tantæ pulchritudinis oblectati fuerunt, propter quod ibi manere optabant. Huiuſmodi autem timor humanæ fragilitatis eſt ſignū atq; effectus quæ magnarum rerum aſpectum ferre non valet ſine pauore. Idcirco ait Gregorius: In Gregorius
quantam miſeriam cecidimus, qui ipſum bonum ferre non poſſumus, ad quod creati ſumus.
“ ⌊Intrātibus illis⌋ videlicet Moſe & Helia (vt aliqui dicūt) in nubem, ſed qa iā dictum eſt, ꝙ

Moſes

Luc. 3 Moſes & Helias nunc abierunt, potius ad Apoſtolos refertur, qui dicuntur nubem intraſſe, D
Joha. 1 quia operiebat protegebat'q; eos, quanquàm ex tam inſolito terrerent operimento. ⌊Et vox
facta eſt de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus.⌋ Hoc ipſum ſupra diligenter expoſitum
eſt. Chriſtus quippe eſt filius dei patris, patri coæternus, conſubſtantialis & coæqualis, à pa-
tre infinite dilectus, inquantum eſt Deus, inquantum vero eſt homo plus eſt dilectus à patre
ſeu tota ſuperbeatiſſima Trinitate quàm vniuerſitas creaturarum ſimul accepta, ⌊Ipſum au-
dite.⌋ auribus cordis & corporis ei in omnibus obediendo, cum ipſe ſit via, veritas & vita, ne-
Johan. 14 mo'q; veniat ad patrem niſi per ipſum. Ipſe enim eſt ſummus magiſter atq; ſaluificus media-
tor. Et ſi grauiter peccauerunt, qui Moſen Dei ſeruum non audierunt, nec eius iuſſionibus
paruerunt, quàm enormiter peccant, qui vnigenitum Dei filium non aduertunt, nec per obe
dientiam venerant. ¶Denique ſimilis facta eſt apparitio & conteſtatio in Chriſti baptiſmo,
& transfiguratione, ſed ibi oſtenſus eſt ſpiritus ſanctus in forma columbę, ad oſtendendam
Chriſti innocentiam. Hic autem in nube lucente, per quam ſpiritus ſancti illuminatio atq;
Beda à calore vitiorum gratioſa refrigeratio deſignat. Hinc aſſerit Beda: Sicut domino in Iorda-
ne baptizato, ſic etiam in monte clarificato totius Trinitatis myſterium declarat, quia glo-
riam illius quam in baptiſmo confitemur, in reſurrectione videbimus. Nec fruſtra ſpiritus
ſanctus hic in lucida nube, illic apparuit in columba quia qui nunc ſimplici corde fidem quam
percepit, ſeruat, tunc luce aperte viſionis, quod credidit, cernet. Rurſus quoniam Chriſti ba
ptiſmus fuit figura & cauſa noſtræ regenerationis in gratia, & eius transfiguratio figura &
cauſa fuit noſtræ clarificationis in gloria. decuit vtrobique Chriſto teſtimoniū perhiberi à
patre pro noſtræ fidei confirmatione. Columba demum quæ de terra eſt gratiam vitæ præ- E
ſentis, nubes vero de cœlo apparēs, gloriā vitæ cęleſtis congruentius pꝛ̄figurat, ideo in baptiſ
2. Petri 1 mo columba, in trnasfiguratione nubes fuit oſtenſa. ¶Præterea de hac te princeps Apoſto-
lorum in ſua Canonica inclyte loquitur: Non indoctas fabulas ſecuti, notam vobis fecimus
domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & præſcientiam. Accepit enim à Deo patre honorem
1. Johan. 5 & gloriā, voce delapſa ad eum huiuſmodi à magnifica gloria. Hic eſt filius meus dilectus, in
quo mihi bene complacui, ipſum audite. Hinc Iohannes ſcribit: Qui non credit in filium,
mendacem facit patrem, quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt Deus de filio
Thomas ſuo. ¶Poſtremo, Thomas in tertia parte: In transfiguratione (inquit) atq; baptiſmo Chri-
3. p. q. 45. ſti vox patris audita eſt: Hic eſt filius meus dilectus, ad oſtendendum quod Chriſtus ſit dei fi
lius naturalis, cuius filiationis ſimilitudinem quandam ſortiunt fideles per gratiam, quę in ba
Matth. 3 ptiſmate datur, & per lumen gloriæ quæ in eius transfiguratione ſignificabat, vnde ſpūs ſan-
ctus in nube lucida in transfiguratione apparuit. In gloria nanq; futura, omnes ſancti fulge-
bunt vt ſol. ⌊Et dum fieret vox⌋ pr̄is pręfata quæ angelico miniſterio ferī formata, ⌊inuen
tus eſt Ieſus ſolus.⌋ hoc eſt, à Moſe & Helia corporaliter ſeparatus. Non aūt eſt hoc intelligē-
dum, ꝙ vſq; ad vocis huius prolationem Moſes & Helias cum Ieſu permanſerunt, quia vt di-
Matth. 17 ctum eſt ante iam abierunt, ne ad eorum aliquem crederet vox facta, ſed vt ait Matthæus, cū
fieret vox illa magnifica & tubalis audientes eam diſcipuli ceciderunt in facies ſuas, timue-
runt'q; valde, & acceſſit Ieſus & tetigit eos, dixit'q; eis: Surgite, nolite timere, & tunc inuētus
eſt Ieſus ab eis ſolus, ceſſauitq; claritas ſui vultus, ita ꝙ poterant eū irreuerberatis aſpicere ocu
lis. ⌊Et ipſi tacuerūt & nemini dixerunt in diebus illis quicquā ex his quæ viderant.⌋ ¶In hac
Matth. 17 transfiguratione quia vt Matthæus & Marcus deſcribunt, deſcēdētibus eis de monte Chr̄s
Marc. 9 præcepit: Nemini dixeritis viſionem donec filius hominis à morte reſurgat, cuius iuſſionis F
multæ ſunt cauſæ. Prima, vt doceret nos Chriſtus propriam perfectionem ſeu excellentiā,
quàmdiu hic viuimus occultare, niſi forte cauſa valde idonea requirat oppoſitum. Secunda,
vt pſonis deuotis daret exemplum, non faciliter nec ſine rationali cauſa reuelationes ſuas ma
2. Cor. 12 nifeſtandi. Vnde & Paulus non niſi poſt quatuordecim annos raptum ſuum deſcripſit. Ter-
tia, ne viſio iſta ob ſuam magnitudinem incredibilis putaret, & ſic alijs non credendo pec-
carēt. Quarta, ne tempore paſſionis grauius ſcandalizarent, qui ante poterant ædificari ex
viſionis huius relatione. Apoſtoli quoque fideliter ac obedienter tacendo, reliquerunt no-
bis exemplum tenēdi in ſecreto, quod nobis ſecretè inſinuat aut occultādum committit, imò
Eccl. 27 oppoſitum facere eſt contra fidelitatem, & ex ſuo genere peccatum mortale ſecundum Tho
mam, propter quod in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Qui denudat arcana amici fidem perdit &
denudare amici myſteria deſperatio eſt animæ infelicis. In Prouerbijs quoque Salomon lo-
Prouer. 11 quitur: Qui ambulat fraudulenter reuelabit archana, qui autem fidelis eſt, cælat amici com-
Damaſcenus. miſſum. Damaſcenus inſuper ait, quòd ideo Chriſtus iuſſit viſionem taceri, quia ſciebat ali-
os diſcipulos adhuc imperfectos, tāquàm nondum plenā ſpūs ſancti infuſionē ſortitos, idcir
co fuiſſent forte immoderate triſtati, ſi à tam præclariſſima viſione ſe agnouiſſent ſecluſos,
& ne proditor ad inuidiam concitaretur. ¶Conſequenter deſcribitur mira obſeſſi curatio.
Matt. 12 ⌊Factum eſt autem in ſequenti die, deſcendētibus illis⌋ videlicet Ieſum cum Petro, Johanne
& Iaco-

A “ & Iacobo. ⌊de monte⌋ in quo tranſfiguratio facta eſt Chriſti. Verba autē hæc ſonant, quaſi
Ieſus & tres iſti Apoſtoli pernoctaſſent in monte, quemadmodum ſupra ſcriptum eſt: Exiȷt
“ Ieſus in montem orare, & erat pernoctans in orōne dei ⌊occurrit illi turba multa.⌋ quæ fuit
circa alios nouem apoſtolos congregata, & vt in Marco habet: Viſo Ieſu accurrens ſalutauit Marc. 9
eum. Quemadmodum autem Chriſtus cum diſcipulis in montem aſcendit vt oraret & diui
na perageret, deinde ad turbas cum diſcipulis rediȷt, vt fraternę charitatis opera adimpleret,
ſic prælati cum officialis, & bonis filiȷs ſuis debent ſæpe ad loca ſecreta confugere, vt contē-
platiuę actibus vitæ inſiſtant, & rurſus ad actiue opera vitæ reuerti, vt proximis ſuffragent.
Si autem aliqui ſubditorum guſtata dulcedine vitę contemplatiuę ex inſpectione pulchritu-
dinis increatę voluerint prælatum ſuum ab operibus ſanctis vitę actiuę retrahere, & cum illo
in contemplationum exercitiȷs permanere, non acquieſcendū eſt eis, ſed ad deſcenſum ſunt
“ inducendi, dū charitas hoc requirit. ⌊Et ecce vir de turba exclamauit dicens: Magiſter obſe
“ cro⌋ hoc eſt, per ſacra te rogo, eſtq́ꝫ obſecratio digniſſima ſpecies orōnis & ad impetrādum
“ efficaciſſima ⌊reſpice in filium meū⌋.i. oculo pietatis & ſubuentionis eum intueri digneris.
Hęc orō probitatis ſagacitatisq́ꝫ fuit, q̄a in generali locutus eſt & Chriſti aſpectum confeſſus
“ eſt eſſe ſaluificum, ⌊quia vnicus eſt mihi⌋ ideo magis condolendū eſt mihi, eo ꝙ alterius pro
“ lis ſolatio careā, & iſte mihi tam charus neceſſarius ꝙ conſiſtat ⌊& ecce ſpūs⌋ vtiq́ꝫ malus pu
“ ta diabolus, q̄ ob naturæ ſubtilitatem dicit̄ ſpūs, & rōne peccati diabolꝰ, ⌊apꝑhendit eum⌋.i.
“ inuadit & obſidet ⌊& ſubito clamat⌋ hic filius meus ex repentino ac vehementi dolore, vel
“ ſpūs clamat ꝑ ipm̄ ſeu ipm̄ facit clamare ⌊& elidit⌋.i. ꝓſternit, iuxta illud Matthæi: Sępe ca Matth. 17
“ dit in ignem & crebro in aquā, ⌊& diſſipat eum cum ſpuma⌋.i. membra eius quaſi confringit Mar. 9
B vndiq́ꝫ eum vexando, fatigādo ac debilitādo, ita ꝙ facit eum ſpumare ſecundum illud Marci
“ vbicūq́ꝫ ſpūs apꝑhendit eū illidit ipm̄ & ſpumat, & ſtridet dētibus & areſcit ⌊& vix diſcedit⌋
hoc eſt, ſępe non niſi cum magna difficultate recedit à filio meo, & ab eius vexatione ceſſat.
“ ⌊dilanians⌋.i. grauiſſime eum affligens in tali viciſſitudinato receſſu. Quibus verbis innuit,
ꝙ iuuenis iſte non fuit continue obſeſſus, ſed certis horis tanq̄ arrepticius, ideo ſcriptum eſt
in Matthæo, q̄a lunaticus ē & male torquet̄. Dicunt̄ nempè lunatici, q̄a ſcd̄m lunatōes ſeu tē Matth. 17
“ pore nouiluniorꝫ furorem incurrunt, ⌊& rogaui diſcipulos tuos⌋.i. nouem Apoſtolos, q̄ te
“ exiſtente in monte māſerunt cū turba, ⌊vt eiȷcerent illum, & non potuerunt⌋ Aliq̄ dicunt, ꝙ
vir iſte falſe accuſat Aplo͞s, ita ꝙ defectus eiectōis diaboli nō fuit ex parte Aplorꝫ, ſed viri iſti-
us. ſ. ꝓpter incredulitatē ipſius & hoc ſatis videret̄ poſſe defendi, ſi non aſpicerent̄, niſi verba
Lucæ & Marci, ſed ea quæ in Matthæo ſcripta ſunt intuendo inuenit̄ oppoſitum, idcirco di Marc. 17
cēdū, ꝙ defectus iſte fuit ꝑtim ex ip̄ſectōe fidei diſcipulorꝫ, ꝑtim ex ip̄ſectōe fidei p̄ris huius Matth. 9
obſeſſi. Ait q̄ppe Matthæus: Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum ſecreto, & dixerunt: Quare nos
non potuimus eiȷcere eum? Dicit illis Ieſus: Propter incredulitatē veſtrā. In Marco aūt Ieſus Marc 6
loq̄t̄ p̄ri huic. Si potes credere, oīa ſunt poſſibilia credenti, & exclamās p̄r pueri cū lachrymis
ait: Credo dn̄e adiuua incredulitatē meā. Patet ergo ꝙ habuit fidē aliter nō rogaſſet pro hac
“ re, primo Apoſtolos, poſtea Chrm̄, ſed imꝑfectā. ⌊Reſpondens aūt Ieſus, dixit: O generatio
“ infidelis & ꝑuerſa, vſquequo ero apud vos & patiar vos⌋ hoc loquit̄ Chr̄s p̄ri pueri, vt aliqui
dicūt cæteriſq́ꝫ Iudęis incredulis. Aliȷ dicūt, ꝙ nō p̄ri pueri huius obſeſſi, ſed ſolis induratis Iu
C dęis iſta locutus ſit. Loquit̄ aūt ſcriptura de duplici generatōe, vcꝫ bona & mala, ita ꝙ vniuer
ſitas hoīm electorꝫ, virtuoſe viuentiū, nominat̄ generatio bona, de qua fert̄ in Pſalmo: Hæc ē Pſal 23
generatio quærentiū faciem dei Iacob. Reprobi vero vitioſiq́ꝫ hoīes dicunt̄ generatio mala, Deute. 32
de qua in Deuteronomio: Generatio praua atq́ꝫ ꝑuerſa. Et infra: Venient hęc oīa ſuꝑ genera Lucæ 11
tionē iſtā. Itaq́ꝫ generatio dr̄ infidelis quātū ad intellectū, ꝑuerſa q̄ntū ad affectū, quaſi à deo,
& à via veritatis ac æquitatis auerſa. ¶ Pręterea Chr̄s locutus eſt verba hęc nō ex indignatiōe
culpabili, ſed ex affectu & zelo iuſtitię, q̄ aliq̄n appellat̄ indignatio bona, vcꝫ cōtra pc̄tā. Itaq́ꝫ
ait: Vſq́ꝫ quo ero apud vos, ꝑ corpalē p̄ſentiā, & patiar vos.i. veſtrā infidelitatē & prauitatē,
quas deteſtor, & ꝓpter quas triſtor. Hoc ait inſinuādo ꝙ cito eēt receſſurus ꝑ paſſionē de ſe-
culo iſto, & ꝙ ad p̄rem optaret reuerti, itē ꝙ vitia hoīm penitus abominaret̄, nō aūt quaſi im-
“ patiēs aut tędio victus hęc ꝓtulit, ſed grauitatē ī̄fidelitatis illorꝫ dclarās, ꝙ poſt tāta ſua docu
“ mēta, exēpla atq́ꝫ miracula nō fuerūt cōuerſi. ⌊Adduc huc filiū tuū⌋ hoc Chr̄s ꝑcepit p̄ri ob-
“ ſeſſi, nō ꝙ abſentē curare nō poſſet, ſꝫ vt ad aliorꝫ ędificationē miraculū publice fieret ⌊Et cū
accederet (obſeſſus ad Ieſum) illiſit⌋.i. ī terrā proiecit ⌊illud dæmoniū & diſſipauit⌋ ſicut ex
poſitū eſt, ideo aūt Chr̄s ꝑmiſit dæmonē hāc ſuā crudelitatē exercere in puerꝫ iſtū, vt dęmo
nis malignitas turbę magis clareſceret, ſicq́ꝫ ſaltem timore pęnarꝫ vitā corrigerēt, itē vt mira
culi magnitudo, ad dei honorē clarius monſtraret̄, atq́ꝫ ad innuendū, ꝙ diabolus homīes tūc
“ fortius tētat, cū cernit eos velle vitā corrigere, ſeq́ꝫ ab eis debere repelli. ⌊Et increpauit Ieſus
“ ſpiritum immundum.⌋ puta diabolum ob tantam ſuam ferociam, quia & ſi non abſq́ꝫ per-
miſſione diuina ingreſſus eſt iuuenem, crudeliter tamen & praua intentione eum vexauit.
Apud

Marci 9 Apud Marcum apertius ſcriptum eſt: Cōminatus eſt Ieſus ſpiritui immundo, dicens illi: Sur D
de & mute ſpūs, ego tibi ꝑcipio, exi ab eo, & amplius ne introeas in eū, q̃ patet ꝙ diabolus fuit
ſurdus & mutus. Dicit aūt diabolus ſurdus & mutus ab effectu, q a poſſeſſum à ſe ſurdū facit ac
mutū. ¶ Sed circa hoc quæſtio orit, quia iam dictū eſt, ꝙ puer iſte apꝓhēſus à dæmone, mox
clamauit. Et rn̄dendū, ꝙ fecit eū mutū .i. impotentē ad loquendū, nō ad cōfuſe vociferandū.
⌊& ſanauit puerꝝ⌋ dæmonē expellēdo, & puerꝝ à ſua corꝑali infirmitate ſanādo, auditū q̃q; »
& loquelā ei reſtituēdo. Sicq; quatuor ſigna in eodē ſimul peracta ſunt, cū dæmoniacus libe-
rat, eger ſanat, mutus loq̃t, auditq; ſurdus. Sed tria hæc ſigna poſteriora ad primū ꝑ cōcomi
tantiā quandā ſe habuerūt, qm̄ iuuenis iſte ex naturali cā nō habuit loquēdi aut audiēdi defe-
ctum, ſed dæmon indiſpoſuit organa ſenſuū eius ac virium, ægritudinemq; vexādo induxit,
idcirco expulſo diabolo alia incommoda paulatim ceſſaſſent, ſed Chr̄us ea ſupnaturalr̄ fecit
Marc. 9 ceſſare, puerꝝ citius ab eis eripiēdo q̃ potuiſſet natura, nā Marcus teſtat: Exclamās et multum
diſcerpēs eū diabolus, exijt ab eo, & factus eſt ſicut mortuus, ita vt multi dicerēt: q a mortu-
us eſt. Ieſus aūt tenēs manū eius, eleuauit eū, & ſurrexit, ideo ſubdit: ⌊& reddidit illū prī ei⁹⌋ »
ita ꝙ pr̄ eius poſſedit eū, q paulo ante fuit à dęmone obſeſſus, & prī ſuo ablatus. ⌊Stupebāt »
aūt omēs in magnitudine dei⌋ .i. in tam magnifico ſigno diuinæ potentiæ oſtenſiuo tā impe »
rialiter facto, vehementer mirati ſunt, imò ex cōſideratione effectus ad cōtemplationē admi
rationemq; cauſæ promoti ſunt, ita vt diuinæ potētiæ immēſitatē ſunt admirati. Et hic ē po
tiſſimus fructus huius miraculi, vt. ſ. ex ei⁹ intuitu hoīes ad dei venerationē inducerent. Quā-
uis aūt Chr̄us huius actor miraculi fuerit verus deus, hi tn̄ hoc ignorauerūt, ſed diuina virtute
Matth. 17 eū crediderūt iſtud egiſſe. Dicit quoq; ſaluator in Matthæo: Genus hoc dęmonioꝝ nō eijci, E
niſi in orōne & ieiunio, quod ibi expoſitū eſt. ¶ Iuxta myſticum intellectum, Chr̄us pfectis
aſcēdit, eos cōtemplatōis grā illuſtrādo, impfectis ac turbis deſcēdit, dum eos de facilioribus
inſtruit, & leuiora eis proponit ac iubet, q alta capere nequeūt. ¶ Porro ꝑ obſeſſum lunaticū
ſurdum ac mutū intelligit, quicūq; magnus pctōr, q inſtar lunę mutat, & in vitijs nūc creſcit,
modo decreſcit, q ſurdus eſt corde ad obediēter audiēdū ea q̃ ſuā cōcernūt ſalutē, & mutus ad
laudandū dn̄m deuote, ad cōfitendū ſalubriter, ad orādū inſtāter. Talē apꝓhēdit diabolus in-
ducēdo eū ad pctī dilectionē atq; cōſenſum, clamareq; facit ꝑ intēſum peccādi affectū, ꝑ mur
murationē, pſumptionē, & impioꝝ verboꝝ garrulationē. Elidit eū in diuerſa vitia ꝑcipitā-
do. Diſſipat ꝑ inordinataꝝ affectionū malarumq; cogitationū corruptionē, ſtridere facit ꝑ
irā, īpatiētiā & rancorē, ſpumare facit ꝑ luxuriā, aridū efficit ꝑ indeuotionē bonoꝝq; opeꝝ
omiſſionē vix diſcedit, tenēdo pctōrē in cōſuetudine vitioſa, dilaniat quoq; naturalia vulne-
rando, ſeu vires inficiendo, & ad bona infirmas reddendo.

¶ Elucidatio reſiduæ partis huius capituli: Omnibusq; mirantibus in oībus quæ faciebat &c. Articuluns XXV.

Eccli. 11 QVod in Eccleſiaſtico ſapienter conſulit, Chr̄s ſe impleſſe oſtēdit, q oībus ipſm ma
gnificātibus, futurā ſuā paſſionem & aſpernationē attēdit, ſuiſq; ꝓdicit Apoſtolis:
ſicut Euāgeliſta proſequit: ⌊Omibusq; mirāribus in oībus quæ faciebat⌋ .i. vni- »
uerſis miracula eius vidētibus, admirātibus de cunctis mirabilibus quę agebat,
quia non minus admirabilis fuit modus agendi q̃ facta eius mirifica, eo ꝙ tam poteſtatiue, ac F
imperioſe egit miracula. ⌊Dixit ad diſcipulos ſuos⌋ puta apoſtolos qbus tanq̃ familiaribus »
& amicis ſua reuelauit ſecreta, quibus & dixit: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei.
Matth. 13 ⌊Ponite vos in cordibus veſtris⌋ non libris tm̄ vt multi, nec tm̄ in cordibus alioꝝ, vt illi qui »
Marc. 4 prædicāt, quæ non implent, ⌊ſermones iſtos⌋ & eos tanq̃ depoſitū cuſtodite vtpote myſte »
Lucæ. 8. rium paſſionis. ⌊Filius em̄ hoīs futuꝝ eſt vt tradat in manus hoim⌋ .i. ſenſualitatem ſequētiū »
2. Timo. 1 Vnde quod ait hic hoīm, ſonat in vitiū, ſicut cum ait Apoſtolus: Cum ſit inter eos zelus & cō
1. Cor. 3 tentio, nōne carnales eſtis, & ſcd̄m hoīem ambulatis. Interdum vero in ſcripturis hoc nomē
1. Cor. 15 homo, ſonat in bonū, & virtutem inſinuat, vt cum Paulus teſtat: Si ſecundum hoīem .i. ratio
nabiliter ad beſtias pugnaui Epheſi, hoc eſt, cōtra hoīes beſtiales diſputaui in Epheſo. Ratio
vero huius diuerſitatis eſt, qm̄ licet homo à rationali pfectione ſpēm ſortiat, ita vt propriè di
catur homo, qui rōnem ſequitur, & humanum quod pium & rōnabile eſt, nihilominus maior
pars hoīm non rōnem, ſed ſenſualitatem, ſeu concupiſcentias, cæteraſq; eius paſſiones ſectat
ita vt homo appellet q carnalis eſt, & humanum q̄d er[illegible] tat ac fragile. Quemadmo-
dum dicimus humanum eſt deficere & peccare ⌊At illi ignorabāt (.i. non intelligebāt) verbū »
iſtud, & erat velatū ante eos⌋ .i. intellectibus eoꝝ fuit occultatū atq; ignotū. Hoc eſt velamē »
ignorātiæ de quo dicit Apoſtolus: Velamē ſup cor Iudæoꝝ poſitū eſt, ⌊vt nō ſentirēt illud⌋ »
hoc eſt, ſenſum verboꝝ iſtoꝝ nō guſtarēt, nec penetrarēt, in quo magna eoꝝ ſimplicitas in-
Matth. 17 noteſcit, cū prophetæ tam euidēter Chr̄i ꝓnūtiauerint paſſionē, ipſeq; Chr̄s eā tā ꝑclare ꝓdi-
Marc. 9 ceret. Non em̄ ſolū protulit verba quæ Lucas hic recitat, ſed vt Matthæus & Marcus habēt
Beda verbis his addidit, & occident eū, & tertia die reſurget. ¶ Sed notāda ſunt verba Bedę dicētis.

Hæc

A Hæc ignorãtia diſcipuloꝝ nõ tam de tarditate q̃ de amore naſcit̃, qui carnales adhuc & myſte
rij crucis ignari, eũ quẽ dei filiũ cognouerũt, occidẽdũ credere nõ valebãt. Et qa p figuras atq;
parabolas loq ſolebat, etiã quę de ſua traditõe pdixit figuralr aliud ſignificare putabãt Sed
his videt̃ contrariũ, qd in Matthæo ſcriptũ eſt: Et cõtriſtati ſunt vehemẽter. ſ. auditis his ver Matth.17
bis, qd nõ fuiſſet niſi intellexiſſent eũ de ſua paſſione hæc loqui. Ad qd rñdendũ videt̃, ꝙ qui-
dam eoꝝ aliqualiter intelligebãt hæc verba, q̃uis nõ plenè, nã & pauloante Petrus, Iacobus,
& Iohãnes audierunt in monte Moſen & Heliã de Chri paſſione conferre ⌊& timebãt eum
interrogare de hoc verbo⌋. i. quid ſermo iſte ſignificaret, cuius cauſam expoſitores aſſignãt,
quia iam ante audierũt Petrũ durẽ increpari à Chro ſe occidendũ pnuntiã te, eo ꝙ pſuade-
ret oppoſitũ, dicẽs: Dñe propitius eſto tibi, nã hoc nõ erit, ppter qd audiuit à Chro: Vade Matth.16
retro me ſatana, nõ ſapis ea quę dei ſunt, ſed quę hoĩm. Itaq; ſi iſta de cauſa, timebãt Chrm in
terrogare de intellectu verboꝝ iſtoꝝ, apparet ꝙ vtiq; cõſiderauerũt eũ de paſſione ſua pfari
Ad qd puto dicendũ, ꝙ quidã eoꝝ ſuſpicabant̃ hoc ipm, ſed dubij erãt, nõ intelligẽdo plena-
riè, ideo cupiebãt interrogare, ſed formidabãt redargui. ⌊Intrauit aũt cogitatio in eos quis
eoꝝ eſſet maior⌋. i. de hoc cogitare cœperũt, vel ex diabolica ſuggeſtiõe, vt aliq dicũt, vel ex
vanitate infirmitatis humanę, fuitq; iſtud tẽtatio quædã ambitõis, qa de plationẽ ſolicita ſunt
mente. Et (vt ait Chryſoſtomus) Chrus ſæpe pmiſit diſcipulos ſuos, in cogitãdo, loquendo, Chryſoſtom⁹.
& operãdo errare, vt ex illoꝝ errore occaſionẽ accipiat docendi regulã æquitatis. Ait quoq;
Cyrillus: Multipliciter inſidiat̃ diabolus diligentibus optimã vitã, & quos p carnales illece- Cyrillus.
B bras ſuperare non pt, per deſideriũ vanę gloriæ molit̃ deijcere. ¶ Porro huius tẽtatiõis occa-
ſio fuit ſcd̃m Theophilũ, quia dęmoniacũ pdictũ curare nequibãt, eis de hoc altercãtibus, &
vno dicẽte, nõ propter meã impotentiã ſed alterius curari nõ potuit vt ex hoc accẽſa cõtẽtio
fuerit, qs eoꝝ maior eſſet. Chryſoſtomus aliã cauſam aſſignat dicẽdo, ꝙ audita mortemagi- Chryſoſtom⁹.
ſtri ſui, cœpert̃ cogitare qs illo occiſo eis deberet pesse. Alij alias tradũt cauſas, qa vc; nouem
Apli viderũt tres ſeorſum in montẽ ductos, humanũ quid paſſi ſunt & item qa videbãt Petrũ
præ cæteris in multis honorari à Chro. Vnde & ſępe hãc tentationẽ incurrerunt inã primo
de ea cogitauerunt vt dicit̃ hic. Secundo, de ea diſputauerũt, iuxta illud Marci: Interrogauit Marci.9
eos. Quid in via tractabatis? At illi tacuerũt. Siquidẽ inter ſe diſputauerãt, quis eoꝝ eſſet ma
ior?. Tertio diſputatã Chro determinandã propoſuerũt ſcd̃m illud Matthæi: Acceſſerũt di Matth.18
ſcipuli ad Ieſum dicẽres: Quis putas maior ẽ in regno cœloꝝ? Et nõ obſtãte eoꝝ increpatõe Luc.22
& Chri rñſione ac informatõe, adhuc quarto etiã in cœna nouiſſima cõtenderũt de iſta mate
ria, ſicut infra habet̃: Facta ẽ cõtentio inter eos, qs eoꝝ videret̃ eẽ maior. Tãtã aũt ipfectionẽ
ſapiæ ac virtutũ pmiſit Chrus ſuis chariſſimis ineſſe diſcipulis (puta Aplis) nõ ſine maxima di
ſpenſatõe ac rõnabiliſſima atq; vtiliſſima cã. Ex hoc eñ fides Chriana potiſſimũ confirmat̃,
ꝙ primi illi pdicatores ipſius, vſq; poſt ſui occiſionẽ magiſtri tãtæ impfectõis fuert̃ & ſubito
tantæ pfectionis, in oñi ſapia, virtute, atq; conſtãtia ſunt effecti, vt certiſſimũ ſit nõ niſi diui
nitus fieri potuiſſe. ¶ Poſtremo, etiã inter pauperes Chri inter eos q mũdo p vota ſolẽnia ab-
renũtiauerũt, inter clauſtrales iſta ambitõis ſtultitia inuenit̃, ex qua demũ ſcd̃m Gregorium Gregorius
culpæ innumerabiles oriunt̃, quã niſi religioſus funditus extirpauerit, ſciat ſe paꝝ aut nihil
C profectuꝝ, & nunq̃ ad veram pfectionẽ ventuꝝ. Tantã ergo inſaniã, velut infinitã amentiã
ac totius profectus venenũ prorſus abijciamus ⌊At Ieſus vidẽs (viſu mẽtali) cogitatões cordis
illoꝝ⌋ quas vidit tã p intellectũ diuinũ & increatũ, q̃ per intellectũ humanũ. ⌊Apphẽdit pue
rum, & ſtatuit illũ ſecus ſe⌋ Pueꝝ illũ quidã dicũt fuiſſe, ſcd̃m Martialẽ vnũ de. 72. diſcipulis,
⌊& ait illis⌋ volẽs interiora illoꝝ ſanare, ignorãtiã informare, virtutes inſerere ⌊Ieſus⌋ qui
cogitata illoꝝ cernẽdo, & verbo & facto ſe eas vidiſſe probãdo, deũ ſe eſſe mõſtrauit, qa & Sa 3. Reg.8
lomon ait: Tu dñe ſolus noſti corda oim. ⌊Quicũq; ſuſceperit pueꝝ iſtum⌋. i. hoſpitauerit, Acto.1
ſeu charitatiue tractauerit hũc pueꝝ innocentẽ, ſeu quẽcunq; pauperẽ deſignatum p ipſum,
⌊in noie meo⌋. i. ideo quia fidelis eſt, pertinensq; ad me, atq; ob meũ amorẽ, & ad honorem
nois mei ſicut docet Apoſtolus: Oñia quæcũq; facitis in verbo vel ope oĩa in noie dñi noſtri 1. Cor.10
Ieſu Chriſti facite, gratias agentes deo patri p ipſum, ⌊me recipit⌋ quia tam gratum eſt mi-
hi, ac ſi meæ pſonæ id fieret mihiq; reputo factum, iuxta illud Matthęi: Quàm diu vni ex mi- Matth.25
nimis meis feciſtis mihi feciſtis. ⌊Et quicunq; me recipit⌋ modo iam dicto, vel etiam p ſpi-
ritualem inhabitationem, & obedientialem ſubiectionem ⌊recipit eum qui me miſit⌋ vide-
licet deũ prẽm, & eius gratioſam inhabitationem. Pater quoq; honorẽ filio ſuo exhibitũ ſibi
arbitrat̃ impenſum, filius etiã proteſtat̃: Ego & pr̃ vnũ ſumus. Et apud Iohãnem loquit̃: Si qs Iohan.10
diligit me, ſermonẽ meũ ſeruabit, & pr̃ meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mãſionem Iohan.14
apud eum faciemus. Itaq; deum recipimus, dum famulos & pauperes eius ſuſcipimus propter
ipſum, qa tunc charitatem & gratiam ſeu charitatis & gratiæ incremẽtum meremur, chari-
tatem autem & gratiam, ſeu earum augmentum ſuſcipiendo, Deum ſuſcipere dicimur. De-
us quoque ſibi reputat factum, quod ex charitate ſit ſuis pauperculis atque miniſtris, imò

& iniuri-

Zacha.2 & iniuriam eis illatam ſibi iudicat factam. Quemadmodum per Zachariam fatetur: Qui tetige D
Prouerb.14 rit vos, tãget pupillã oculi mei. Et in Prouerbijs Salomon ait: Qui calũniatur egẽtẽ, exprobrat
factori ſuo. His verbis docet Chriſtus, non ꝑlationẽ ſed humilitatẽ & paupertatẽ eſſe quærẽ
dam. Põt aũt & ita exponi: Quicũq; ſuſceperit puerũ iſtũ in noĩe meo .i. proprietates & for-
Roma.13 mam huius innocentis iuuenis propter me in ſe acceperit, imitatuſq; fuerit, me recipit .i. me
ſpũaliter induit, & mihi verè vnitur, placet, ac incorporatur, ſicut ait Ap̃lus: Induimini dñm Ie-
ſum Chriſtũ. Qui aũt ita me recipit, recipit eũ qui me miſit, qa in eo pr̃ per grãm magnã ma-
net. ¶ Præterea Chr̃o ſcd̃m humanitatẽ competit mitti non ſolum à pr̃e, ſed etiã à ſpũ ſan
cto, imò à tota ſupbenedicta Trinitate, videlicet etiã à ſemetipſo ſcd̃m q; deus eſt, vt dictũ
Eſaiæ.48 eſt ſupra: Vnde apud Eſaiã loquitur Chriſtus: Et nunc dñs miſit me & ſpũs eius. Deinde ꝑindu
ctum verbũ Chr̃us corrob'brat. Nam q minor eſt inter vos om̃es .i. cęteris humilior, et mi
norẽ ſeu viliorẽ ſe reputãs, aut profundius ſeipſm deo ſubijciẽs hic maior eſt .i. pfectior ſeu
Iaco.4 in gr̃æ donis ſublimior. Deus eñ humilibus dat grãm, & tãto maiorẽ quo plus humiliauerint
1.Pet.5 ſemetipſos. Se eñ hũiliãdo & dei om̃ipotentiæ ſubſternẽdo, ad ſuſcipienda grãrũ chariſmata
mentes ſuas dignificãt & coaptant. Ideo Petrus hortatur: Humiliamini ſub potenti manu dei,
vt vos exaltet in tpe viſitationis. His humilitatis auditis pręconijs Iohãnes, quendam repre-
hendiſſe ſe ſciens, & non ſatis humiliter ſe hoc feciſſe metuẽs, dixit quod ſubditur. Reſpondẽs
autẽ (.i. ad verba Chr̃i, conuenienter correſpondenter ve loquens) Iohãnes dixit: Pręceptor
vidimus quendã in nomine tuo .i. p inuocationem, adiurationem, ſeu expreſſionẽ nomi-
Acto.16 nis tui, ſeu tuæ pſonæ, eijcientem dæmonia tales fuerunt, de quibus in Actis legitur: Qui di-
xerunt: Adiuro vos p Ieſum quem Paulus pdicat, & prohibuimus eum hoc amplius facere
tanq̃ indignũ: quia nõ ſequitur nobiſcũ .i. te, cum nobis non ſequitur, vel corporal'r cõicando,
vel ſpũaliter om̃ia relinqnẽdo, vel modo vtroq;. Et ait ad illũ Ieſus: Nolite prohibere illũ
aut ſimiles ipſi à tali officio. Qui eñ non eſt aduerſum nos, pro nobis eſt .i. qui aliqd do-
cet, aut agit quod non eſt doctrinæ meæ contrariũ in quãtum hmõi eſt, pro noſtra eſt parte, E
nec à tali actu eſt prohibendus, qa & vna veritas cõfirmatur per aliã, ſic & iſte, qa in noĩe meo
Marci 9 dæmonia eijcit, nomẽ meũ glorificat, & p conſequẽs de me mala loqui vix pt, vñ in Marco le
gitur Chr̃us dixiſſe: Nemo eſt q faciat virtutẽ in nomine meo, & poſſit cito malũ loqui de me.
¶ Porro dęmones eijcere, ſicut & infirmitates miraculoſe curare, ac prophetare, eſt donũ gr̃æ
gratis datę, ideo bonis maliſq; cõe, nec reqrit dignitatẽ vitę in eo qui agit, ideo ſup illud Mat
Matth.7 thæi: Multi dicẽt mihi in die illo, dñe nõnẽ in noĩe tuo ꝓphetauimus, aſſerit gloſa. Miracula
facere, ꝓphetare, & dæmones eijcere, interdũ nõ ẽ meritũ meritis illius, q hæc operatur, ſed inuo
catio noĩs Chr̃i hoc facit ad cõdemnationẽ inuocãtis vel ad vtilitatẽ eorũ q vidẽt vel audiũt
& licet deſpiciantur qui faciũt, deus tñ cuius inuocatio hoc principal'r facit, honoratur. ¶ Porro ſi
Iohãnes illũ putauit prohibendũ ab eiectiõe dęmonũ, qa corporaliter nõ venit poſt Chr̃m, ſicut
Matth.12 Ap̃li, erroneũ fuit, cũ nec Iohãnes Baptiſta ita ſecutus ſit Chr̃m. Alibi tñ ait ſaluator: Qui nõ
eſt mecũ, cõtra me eſt, ſed hoc de corporali pſentia intelligendũ nõ eſt, ſed de ſpũali cõſenſu.
Beda Hinc itaq; dicit Beda, in hæreticis & malis catholicis, cõia ſacra, in qbus nobiſcũ ſunt, deteſta
ri & prohibere non debemus, q̃uis dñm non nobiſcum ſequantur. ¶ Deniq; philoſophi & Sara
1.Cor.10 ceni multa dicunt conſona fidei noſtræ, & Paulus Apoſtolus, quorundã poetarũ teſtimonia
Titum.1
Acto.17 ad confirmationem ſuorũ aſſumit dictorũ, ſic & ſapientiũ illarũ Sibyllarũ teſtimonia, ad ſup- F
abundantem fidei roborationẽ à ſanctis pr̃ibus allegantur. Factũ eſt aũt cum complerentur,
hoc eſt, appropinquarent, dies aſſumptionis eius tp̃s paſſionis ſeu aſcenſiõis. Tempus aũt
paſſionis, tempus aſſumptionis vocatur, quia p paſſionẽ de mundo fuit ad pr̃is dexterã aſſumẽ-
Iohan.13 dus, iuxta illud Iohãnis: Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit hora eius, vt trãſeat
Lucæ.24 ex hoc mundo ad pr̃em, & infra loquitur: Nonnẽ ſic oportuit pati Chr̃m, & ita intrare in glori
am ſuam, & ipſe faciem ſuã firmauit .i. ſtabiliter, ſitualiterq; direxit, nec huc atq; illuc diuer
tit, ſed mente conſtãti ac imperterrita, Hier'm verſus iter arripuit, ſicut ſubiungitur: vt iret in
Hieruſalem quia ibidem myſterium paſſiõis fuit complendũ, & ibi verus agnus extitit offe
rendus, vbi agnus typicus immolabatur: Et miſit nuntios ante conſpectũ ſuũ videlicet Iaco
bum & Iohannẽ & euntes (nuntij iſti, ſicut eis magiſter pcepit) intrauerũt in ciuitatẽ Sama-
ritanorum cuius nomen non explicatur, ſed fuit ciuitas aliqua ſibi in via occurrens, & dicunt
nonnulli, q; fuit metropolis regionis Samariæ quæ appellatur Samaria, quia Samaria interdum
eſt nomen vrbis, interdum regionis, vt pararent illi videlicet, ſuo magiſtro ingreſſum ſi-
Lucæ 10 ue hoſpitium, & Samaritanos exhortarentur ad ſuſcipiendum Chriſtũ & eius doctrinam, quẽ-
admodum ſequenti cap̃lo legitur, q; 70. diſcipulos miſit binos, & binos, in omnẽ ciuitatẽ, & lo
cum quo erat venturus. Et non receperunt eũ Samaritani, vel ſic q; in vrbem eorum non
introiuit, vt dicit Theophilus, vel q; ei nec reuerenter occurrerunt, nec audientiã, neq; hoſpi-
tium præbuerunt, quia facies eius erat euntis in Hieruſalem .i. vultus ſui diſpoſitiõe prætẽ-
debat ſe Hieruſalem verſus proficiſci, vel Samaritani hoc pceperunt, ideo eum ſuſcipere re-
nuebãt.

A nuebāt. Primo vt aſſerit Beda, qm̄ Samaritani nō coutebant Iudæis, vt patet in Iohāne, ſicut Beda Iohan. 4
nec Aegyptij, iuxta illud: Illicitū eſt Aegyptijs comedere cū Hebræis. Secūdo, qa Samarita- Gene. 43
ni deteſtabant pergētes in Hieruſalē cauſa oratiōis, dicētes debitū oratiōis locū apud eos cō
ſiſtere, propter q̄d mulier Samaritana obiecit Chr̄o, dicēs: Patres noſtri adorauerūt in mon Iohan. 4
te hoc, & vos dicitis, qa Hieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. Porrò ſaluator cūcta p̄-
noſcens, q̄uis p̄ſciret Samaritanos nec ſe nec ſuos nūcios recepturos, miſit tamen ad eos, qm̄
quantū in ſe fuit, voluit plebē illā ad meliora allicere, ſicut & ipſe prædicauit plurimis Iudæo
« rū quos ex ſua prędicatione ſciuit peiores futuros. ⌊Cū aūt vidiſſent Iacobus & Iohānes (Sa-
« maritanoꝝ hāc culpā) dixerunt: Dn̄e, vis dicimus ⌋ .i. placet tibi vt dicēdo agamus, ⌊vt ignis
« deſcendat de cœlo (aereo, virtute diuina) & conſumat illos, ⌋ propter tantū eoꝝ exceſſum in
te. Secundū Ambroſium dixerunt hoc bono zelo & amore iuſtitiæ, ſcientes hoc ipſi Phine- Ambroſius
es ad iuſtitiam reputatum, quod fornicantes transfodit, atq; Heliæ ꝙ ignem de cœlo impe- Num. 25
trauit ad ſuæ vindictam iniuriæ, vel potius ad punitionē peccati deridentium ipſum. Sed Be 4. Reg. 1.
da affirmat apoſtolos adhuc rudes iſta dixiſſe affectu vindictæ, hoc quoq; præſumptionis ſu Beda.
iſſe videtur, ꝙ ipſi adhuc tantæ imperfectionis exiſtentes, poteſtatem & imitationem tam
perfecti viri ac præclariſſimi vatis, puta Heliæ, vſurpant, cui tamen poſtea, in ſapientia, po-
« teſtate, ac perfectione nequaquā minores fuerunt. ⌊Et cōuerſus ⌋ .i. vultū ad eos dirigēs ſeu
« ab alloquutione pia, ad increpationem rigoroſam ſe vertens, ⌊increpauit illos & dixit: Ne-
« ſcitis cuius ſpūs eſtis, ⌋ hoc eſt quo ſpū moueamini non penſatis, videlicet an ſpū ſancto, vel
proprio, ſeu propriæ animæ diſpoſitionē nō aduertitis propria paſſione fuſcati, & arbitran-
B tes vos bono dicere zelo, quod dicitis zelo indiſcreto, ſeu vitioſo, aut paſſionato ac pertur-
bato. Paſſiones quippe rationis obſcurāt iudicium, & irato apparet, ꝙ om̄ia liceant ſibi quæ
paſſio ſuggerit. Ideo Seneca loquit: Iraſcēti tibi .i. dū iraſceris, nihil tibi volo licere, quia dum Seneca
iraſceris, oīa tibi putas licere. Iſti aūt apoſtoli, quia perſonal'r miſſi fuerunt ad Samaritanos,
& quoniā cōſanguinei fuerant Chriſti, ad præcipuā ſuam familiaritatem admiſſi, idcirco prę
« cæteris apoſtolis pro Chriſto zelati ſunt & ita loquuti. ⌊Filius hominis non venit animas p-
« dere, ⌋ corporalem vitā extinguendo, & animas in peccatis mortalibus exiſtētes protinus à
corpore auellendo atq; dānando, dum homines peccāt. Idcirco non vult ſuam iniuriā mox
vlciſci, cuius patientiam, manſuetudinemq; ſectari debent eius diſcipuli, ⌊ſed ſaluare, ⌋ eaꝝ
pœnitentiam longanimiter expectando, imò & ad pœnitentiam eas hortando per ſeipſum,
& ſuos miniſtros. Huic ſimile eſt illud Iohannis: Non miſit deus filium ſuum vt iudicet mun Iohan. 3.
dum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Et Paulus: Chriſtus (inquit) venit in hunc mundum 1. Tim. 1.
peccatores ſaluos facere. Hinc ait Ambroſius: Non ſemper in eos qui peccauerunt eſt vindi
candum, quia nonnunquā amplius prodeſt clementia tibi ad patientiam, & lapſo ad corre- Ambroſius
ptionem, ſicut & ipſi Samaritani poſt Chriſti aſcenſionem celeriter crediderunt, vt in acti-
bus habetur. Inſuper Titus teſtatur, Chriſtus contra Samatitanos non commouetur, vt oſtē Act. 8 Titus
deret quia non habet vltionis ſtudium virtus perfecta, nec vlla eſt iracundia, vbi plenitudo
eſt charitatis, nec excludenda eſt infirmitas, ſed iuuanda, procul ſit à religioſis indignatio,
« procul ſit à magnanimis cupiditas vltionis. ⌊Factum eſt autem ambulantibus illis, ⌋ videli-
C cet Ieſu & eius diſcipulis, ⌊in via, dixit quidam ad illum, ⌋ ſicut ex his quæ per Matthæum Mat. 8
ſcripta ſunt comprobatur, iſtud nō accidit ſtatim poſt immediate præhabita, ideo Lucas nō
« exprimit tempus, nec viam determinat, inſinuans ſe ordinem hiſtoriæ non ſeruare. ⌊Sequar
« te quocunq; ieris, ⌋ hoc eſt tibi in omnibus adhærebo, in proſperis & aduerſis. Sed non ſyn-
« cero ac ſimplici corde hoc dixit, ſed falſo ac ficto, ſicut ex Chriſti reſponſione elicitur. ⌊Et
« ait illi Ieſus, ⌋ cordium ſecreta comtemplans. ⌊Vulpes foueas habēt, & volucres cœli (aerei)
« nidos, ⌋ quod ad literam planum eſt, quoniam vulpes in antris ſuis morantur, & aues in ni-
« dis prolificant, ⌊filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet, ⌋ hoc eſt, pauper-
rimam in hoc mundo vitam elegi, ita quòd nec domicilium habeo proprium, nec aliquid
temporale reclinatorium. Ex qua ratione elicitur, quòd vir iſte peruerſa intentione Chriſtū
acceſſit. Vidit quippe ꝙ Chriſtus diſcipulis ſuis poteſtatem contulit faciendi miracula, ideo
voluit fieri eius diſcipulus ſaltem per corporalem imitationē, vt & ipſe poteſtatē à Chriſto
adipiſceretur præfatam atq; per eius vſum honores ac mundi diuitias obtineret, vel vt Chri
ſtum induceret ad plurimoꝝ curationem, ſicq; ab illis lucra requireret, ſicut Gyeſi à Naaman 4. Reg. 5.
Syro. Simili intentione Symon Magus loquutus eſt Petro atque Iohanni: Date mihi hanc
poteſtatem, vt cuicunq; manum impoſuero, accipiat ſpiritum ſanctum.
Deniq; ſecundum Matthæum ſimulator iſte fuerat ſcriba, vnde per ſuam peritiam confidit Act. 14. Mat. 8
ſe plurima lucraturum, ſed Chriſtus ei verba reſpondit inducta, tanq̄ dicat, Cum tantæ ſim
paupertatis, quid quæris me ſequi, ob congregandas diuitias? Vel dicit hoc iſta intentione.
Si vis me ſequi, oportet te paupertatem meam voluntariam ſponte ſectari, omnemq; cupi-
ditatem vitare. ¶ Quæritur, qnomodo dicat ſaluator, nil ſe in hoc ſeculo poſſidere, cū tamen

CAP.IX. apud Iohannē proteſtetur: Pater diligit filiū, & om̄ia dedit in manu eius. Sed & virgo Ma-
Iohan. 3. ria quæ parentibus ſuis vnica fuit ex parte patris domū & opes ab eis accepit. Et reſponden- D
dū, quod Chriſto ſecundū naturā aſſumptam ab incarnationis exordio data fuit à patre poteſta-
tas atque dominiū ſuper om̄e creatū, ſed ꝓpter hac vſus nō eſt quātū ad actualē tēporaliū poſſeſſio-
nem & vſum, imò vitā elegit pauperrimā. Primo, vt ſuæ inopiæ merito bonis gr̄æ in ꝓſenti
2. Cor. 8 & bonis gloriæ in futuro ditemur. Propter quod ait ap̄ſus: Cum diues eēt, propter nos ege-
Actor. 1 nus factus eſt, vt eius inopia diuites eſſemus. Item vt non ſolum verbis, ſed & factis, futuram
vitā doceret quærendā, quod maxime egit om̄ia tēporalia ꝑfectiſſime cōtēnēdo. Rurſus vt
viā perfectionis, verbo & opere ꝑdicaret, ipſe quoque cœpit facere & docere. Quoniam ergo
Hiere. 14 omniū mūdanorum ac trāſitoriorum venit docere contemptū, decuit eū om̄ia illa pleniſſime ab-
dicare, hinc Chriſti paupertatē Hieremias admirans ait: Quare quaſi colonus venturus es in
terra, & quaſi viator declinans ad manendū? Poſtremo virgo Chriſtifera, Chr̄o ꝑdicatio-
Matt. 19. nem ſuam incipiente, ſi tēporale quid poſſedit, creditur vendidiſſe atque pauperibus cōtuliſſe.
Nō enim minus quàm apoſtoli qui om̄ia reliquerūt impleuit cōſilia. Chriſti autem verba inducta
poſſunt metaphorice ſic exponi, vulpes, id eſt ſimulatores & callidi, foueas habēt, hoc eſt do-
loſitates excogitatas & duplicitates profundas, in quibus latēt, ſuāque abſcondūt nequitiam, &
volucres cœli, id ē ambitioſi & arrogātes in altū ſe erigentes, nidos hn̄t. i. ꝑlationes ſeu digni-
tates terrenas, in quibus finali corde quieſcūt, illis magis quàm bono incōmutabili adhærentes. Fi-
Matt. 8. lius aūt hominis nō habet vbi caput ſuū reclinet, in talibus ſcilicet. ⌊ Ait ad alterum: Sequere me. ⌋ »
Iſte alter iam cœpit eſſe Chriſti diſcipulus ſecundū Matthæū, ideo Chr̄s inuitat eum ad ſui E
perfectam ſequelam, vt cunctis relictis ſibi perfectè adhæreat. ⌊ Ille aūt dixit: Dn̄e permitte »
Exod. 10 mihi primo ire & ſepelire patrē meū. ⌋ Ad hoc enim ſe obligatū putauit ꝑcepto legis quod iuſſit »
Deute. 5 honorare parentes, imò mortuos ſepelire eſt vnū de operibus miſericordiæ, de quo & ſpecialiter
Tobiæ. 12. ore angelico cōmēdatur Tobias. ⌊ Dixitque ei Ieſus: Sine vt mortui ⌋ in anima per mortale pec- »
catum ſeu infidelitatem, ⌊ ſepeliant mortuos ſuos. ⌋ morte naturæ, vel mortuos, ea morte qua »
& illi, vt ſcilicet tales ſe inuicē oportuno ſepeliant tempore, ⌊ tu aūt vade & annuntia regnū »
dei. ⌋ id eſt, cœleſtis regni beatitudinē prædica. Denique Chriſtus his verbis honorationē & »
ſepulturam parētum, opuſque pietatis nō vetat ſimpliciter, ſed in caſu, ad inſinuādum, quod omit-
tēda ſunt opera minus virtuoſa, vt fiant opera virtuoſiora, & quod corporalibus ac terrenis præferēda
ſint ſpūalia ac diuina, quādo neceſſitas aliud nō requirit aut charitas, ideo dum parentes ha-
bere queunt aliunde victum aut ſepulturam, non eſt propter illorum ſuſtentationem aut ſe-
pulturam, omittendum opus diuinum cœleſte ac ſpiritale, præſertim ſi magna ſit operis hu-
ius neceſſitas, ita quod ex eius omiſſione ſeu dilatione animæ periclitentur. ⌊ Et alter ait ad Ieſum. ⌋ »
quem alterum quidam dicunt fuiſſe Chriſti diſcipulum, ſed imperfectum. ⌊ Sequar te dn̄e. ⌋ »
tibi perfectè de cætero adhæſurus, ⌊ ſed permitte mihi ire & renūtiare his quæ domi ſunt. ⌋ »
3. Reg. 19 Sic & Heliſæus ab Helia vocatus: Oſculer (inquit) oro te, patrē meū & matrē meā, & ſic ſequar
te. Præterea aliqui dicūt, quod iſte voluit renūtiare domeſticis ſuis ſeu cognatis, ſiue parentibus
eis dūtaxat valedicēdo, ſeque ab eis licentiando, & ne quæreret eum, alij dicūt, quod volebat eorum
conſenſum exquirere, & eos ſuper re iſta conſulere. ⌊ Ait ad illum Ieſus: Nemo mittēs manū »
ſuam ad aratrum ⌋ hoc eſt vitam pœnitētialem, ſeu meliorem qua ager cordis excolitur per »
vitiorum extirpationem, ſpiritualemque gratiæ inſertionem ac fœcundationem, & operum pro- F
ductionem bonorum aggrediens, ⌊ & reſpiciens retro. ⌋ i. à bono inchoato deficiens, & men- »
Exod. 16 te ad ſecularia rediens, ſicut filij Iſrael corde in Aegyptū reuerſi ſunt, ⌊ aptus eſt regno dei. ⌋ »
hoc eſt dignus felicitate regni cœleſtis, quia qui perſeuerauerit vſque in finem ſaluus erit, & ſo-
2. Petr. 2 la perſeuerantia coronatur. Hinc de talibus loquitur Petrus: Melius erat non cognoſcere viā
Prouer. 26. iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum reuerti. Contigit enim eis illud veri prouerbij: Canis re-
Gorrha uerſus ad vomitum, & ſus lota in volutabro luti. His verbis vt aſſerit Gorrha: Non reprobat
Chr̄s actū renuntiandi domeſticis, ſed periculum eundi ad illos, ideo quoque Chr̄s hæc ait,
vt doceat quàm periculoſa ſit mora ſeruiendi deo, & præſertim periculoſum eſt redire ad ſuos,
cauſa conſulendi eos ſuper religionis ingreſſu, niſi forte ſpūales exiſterēt. Cōtinuandum eſt
ergo opus bonū inceptum, & quæ pro deo reliquimus, rurſus appetere non debemus, vt fa-
ciunt ambitioſi & vani, qui cum diu fuerunt in clauſtro ad officia accenduntur tam ſatuæ, &
carnalia quæ reliquerūt pro Chr̄o, rurſus viſitare, intueri, tractare peroptant. Vnde ait Be-
Beda. da: Si diſcipulus dominū ſequuturus arguitur, quia vel domui renūtiare velit, quid fiet illis, qui nul-
la vtilitatis gr̄a ſæpe viſitant domos illorum quos habēt in mūdo? Vel ſic. Nemo mittēs, &c. ap-
tus eſt regno dei, id eſt dignus illud alijs ꝑdicare. Itaque verbis his Chr̄s illos tanquam vere inſipiē-
tes redarguit, qui propter nō neceſſariā rerum ſuarum ſeu parentū vel aliorum propinquorum diſpoſi-
tionē aut prouiſionē omittūt, ſeu periculoſe, diſpēdioſeque differūt religionis ingreſſum, aut
vitæ ꝑfectionē. Tā ineffabiliter etenim magnū eſt ſalutis noſtræ negotiū, vt om̄ia vana & fri-
uola ſint ſine dilatione ſpernenda, nec aliqua temporis portio eſt infructuoſe, ſeu negligēter ex-
penden-

A pędenda. Idcirco ait ſcriptura: Non tardas conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, Subito eñ veniet ira illius, & in die vindictæ diſperdet te. Eccl. 5.

¶ENARRATIO CAP. X. POST HAEC AVTEM deſignauit. Arti. XXVI.

DEſcripta in præcedenti capitulo inſtructione ac miſſione & corroboratione apoſtolorum ad prædicandum, iam inferiorũ diſcipulorũ informatio, confirmatio, ac deſtinatio ad prædicandũ, deſcribit. Luc. 9 ⌊Poſt hæc autem,⌋ quæ præcedẽti capitulo ſunt recitata, ⌊deſignauit⌋.i. à ſe intus electos foris monſtrauit, ab alijs'q; diſtinxit, & quadam ſpeciali diſcipulatus ſui gratia decorauit, ⌊dñs Ieſus⌋ Chrũs, qui inquantũ deus, eſt omniũ dominus ſummus, ac vniuerſalis, p authoritatem, imò cũ patre & ſpũ ſancto, vnus deus, vnus'q; dñs. Porrò ſecundũ naturã aſſumptã etiam omni platus eſt creaturæ, & dominus eſt quaſi per ſubſeruientiã inſtrumentalẽ, & poteſtatẽ participatam ac dependentem, ⌊& alios ſeptuagintaduos diſcipulos,⌋ qui ſecundũ Bedã pfigurauerunt preſbyteros, ſicut apoſtoli ſancti epiſcopos, & iuxta eundẽ bene. 72. mittunt, quia totidẽ mundi gentibus fuerat euangeliũ pdicandũ, quemadmodũ ordinati ac miſſi ſunt duodecim apoſtoli, quia duodecim tribubus Iſrael, vtpote aliquibus de duodecim tribubus fuerãt Beda

B primo pdicaturi. Quãuis eñ decẽ tribus tunc captæ fuiſſent, multi tamen de qualibet tribuũ illarũ capti non erãt, & in terra duarũ tribuũ, ac alibi hinc inde habitauerũt, ⌊& miſit illos binos.⌋ Cur diſcipulos ad pdicandũ miſerit cõbinatos prætactũ eſt, & iam breuiter tangi poteſt. Primo eñ hoc fecit ad ſocialis vitæ cõmendationẽ, deinde ob mutuã conſolationẽ. Frater nempe qui adiuuat à fratre, quaſi ciuitas munita, atq; ob veritatis prædicandæ certiorem conteſtationem, quia in ore duorũ, triumve teſtiũ ſtat omne verbũ. Alię cauſæ tradunt. Quoniam duo ſunt charitatis pcepta, & bina fuerũt in archam ſancti Noe animalia miſſa, ſed hæ cauſæ ſunt quædã adaptatiões. Itaq; cõbinatos miſit, ⌊ante faciẽ ſuã⌋.i. facialem pſentiã corporalem, cũ tamen ipſe ſecundũ diuinitatis incircũſcriptibilem maieſtatẽ vbiq; ſit præſens, ⌊in omnẽ ciuitatem & locũ quo erat ipſe venturus⌋.i. tã ad loca maiora atq; minora, quę ipſe fuerat acceſſurus, vt diſcipuli iſti ſuis prædicationibus, miraculis & exemplis homines carnales ac rudes ad ſuſcipiendã Chriſti doctrinã diſponerent, ⌊Et dicebat illis: Meſſis quidẽ multa⌋.i. copioſa eſt hominum multitudo, capax gratiæ & doctrinæ, & ſi non actu aut habitu, tamẽ in potentia vtiq; apta congregari in horreum Chriſti, hoc eſt intra eccleſiam dei militantem p fidem & ſpem, cæteras'q; viatorũ virtutes, & intra eccleſiam triumphãtem, per luminis gloriæ ac mercedis æternæ ſuſceptionem. Hinc ait ſaluator: Videte regiones, quia albæ ſunt ad meſſem, ⌊operarij autem pauci,⌋ quia apoſtoli & hi. 72. diſcipuli, cæteri'q; præſides, ſacerdotes, prædicatores, prælati, p apoſtolos, illos'q; diſcipulos præſignati, comparatiue aliorum, ſcilicet communicatis ſunt pauci, præſertim loquendo de operarijs vere ac rite docentibus, & quæ dicũt implentibus virtuoſe viuentibus. Hinc Gregorius: Sine graui mœrore dicere non poſſumus, ꝙ ait, operarij pauci, quia & ſi ſint qui bona audiant, deſunt qui efficaciter dicant, Ecce mundus ſacerdotibus plenus eſt, ſed tamen in meſſe dei rarus valde inuenitur operator, quia officium quidem ſacerdotale ſuſcepimus, ſed opus officij non implemus. Itaq; iuxta Bedam, ſicut meſſis multa eſt omĩs turba credentium, ita operarij pauci ſunt apoſtoli & imitatores eorum. ⌊Rogate ergo dominũ meſſis.⌋ Paulo poſt aſſerit Chriſtus ad operarios: Ecce ego mitto vos &c. Conſtat itaq;, ꝙ ſeipſum dominum meſſis appel- Prou. 18 Deut. 17 2 Cor. 13 Gene. 7 Iohan. 4 Gregorius. Beda.

C let. Ipſe eñ in quantum deus, iure creationis eſt omnium dominus, & ſpecialiter hominum, etiam ratione gubernationis prouidẽtialis, & p multiplicium beneficiorum collationẽ, ⌊vt mittat operarios⌋.i. paſtores, prædicatores, platos, omne quod ad ſuũ ſpectat officium condigne implentes, ⌊in meſſem ſuã⌋.i. ad plebem à ſe creatã, potiſſimũ ad eccleſiã, quæ ſicut vinea domini, ita & meſſis dei vocatur. ¶Porrò veri in eccleſia operarij ſunt dicendi, qui quærunt opus & onus, ſatagunt'q; prodeſſe, nõ qui quærunt otium ac honorẽ, & optant præeſſe. Sed heu multi plus quærũt diuitiarũ copiam, proprium'q; honorẽ, q̃ animarum ſalutem. De quibus Apoſtolus Paulus: Huiuſcemodi ſunt operarij ſubdoli. Itaq; & nos ſemp Chriſtũ precemur cum omni charitatis feruore, præſertim tempore iſto prauiſſimo, vt in meſſem ſuam operarios efficaces deſtinare dignetur. Etenim quo profectus & ſalus ſubditorum magis dependent ex virtuoſa vita ſuperiorum, eo maius dei donum eſt habere virtuoſum principem, ſeu platũ, eo'q; inceſſabilius atq; ardentius pro hac re exorãdus eſt deus. Nil autem in tantum ædificat plebem, ſicut virtuoſa cõuerſatio pſidentis, propter quod in Eccleſiaſtico ſcribitur Qualis eſt rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Quemadmodum autem agri ſpacioſi multos requirunt meſſores, ſic multitudo populi Chriſtiani operarios exigit multos. Admonendi quoq; ſunt ſubditi ſecundum Gregorium, vt pro ſuis rogent paſtoribus, quatenus Eſa. 5 Veri in eccleſia operarij. 2. Cor. 11. Eccl. 10 Gregorius.

CAP. X. verbo & opere digne præſint. Ite ad prædicādū, & vt futura pericula æquanimius toleretis
vobis prædico. ⌊Ecce ego mitto vos⌋ qui potens ſum vos in aduerſis defendere. Hinc apud »
Johan.17. Iohannem ait: In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite ego vici mūdum, ⌊ſicut agnos »
inter lupos.⌋ hoc eſt, vos quos mitto, per pietatem & innocentiam, ac obediētiam veſtram »
ſimiles eſtis agnis. Hi autem ad quos mittimini, ob ſuam crudelitatem, perſecutionem atque
duritiam, lupis aſſimilantur, videlicet ſacerdotes, phariſæi & ſcribæ. Tales quoq; fuerūt gē-
Matt.10 tiles, ad quos poſt Chriſti paſſionem ſunt deſtinati diſcipuli. Hoc ipſum in Matthæo Chri-
ſtus ait ad apoſtolos, niſi quòd ibi habetur, ſicut oues, hic ſicut agnos. Sicut em̄ agni ſunt oui
um filij, ſic ſeptuaginta duo diſcipuli fuerunt apoſtolorum ſpirituales quodammodo filij. In
hoc autem oſtenſa eſt omnipotētia Chriſti, ꝗ per huiuſmodi oues & agnos venatus eſt, cō-
prehendit, vicit, conuertitq; lupos, & eos conuertit in agnos, ita vt pariter, pacifice morarē-
Eſaiæ.11. tur, ſecundum illud Eſaiæ: Habitabit lupus cum agno. Sed proh dolor iam multi alioꝝ præ-
lati, qui deberent agnis & ouibus aſſimilari, in lupos rapaces conuerſi ſunt, nec ſolum de lana
ouium ſe veſtiunt, earumq; lacte ſe nutriūt, ſed & animas earum per negligentiam ſeu impiā
Johan.10. vitam ſtrangulant & occidunt, de quibus apud Iohannem conqueritur Chriſtus: Quotquot
Heb.5. venerūt, fures ſunt & latrones, hi præſertim ſunt, qui ingerunt ſemetipſos ad regimē anima
rum, ad eccleſiaſticas dignitates, non vocati, nec digni effecti à deo vt Aaron. ⌊Nolite por- »
tare ſacculū neq; perā.⌋ Hoc præ cedēti capitulo etiā dixit apoſtolis, vnde ex dictis in expo- »
Gregorius. ſitione exordij illius capituli patet ſenſus verbi iſtius, & ratio huius commiſſionis. Dicit autē E
Gregorius: Tanta debet prædicatori in deo eſſe fiducia, vt q̄uis ſibi præſentis vitæ ſumptus
non prouideat, tamē hos ſibi nō deeſſe certiſſime ſciat, ne dum circa temporalia eius mēs oc
cupatur, alijs minus idonea prædicare æterna monſtretur, ⌊neq; calciamenta⌋ de huius q; »
verbi intelligentia dictum eſt præcedentis tractatu capituli. Non etem̄ prohibet calciamē-
ta, ſi loci aut temporis ſeu perſonæ neceſſitas exigat, ſed ſuperfluitatem in illis ⌊& neminem »
per viam ſalutaueritis.⌋ Simile huic eſt quod in libris Regum Heliſæus iuſſiſſe legitur: Gyeſi »
4.Reg.4. ſuo miniſtro quē miſit ad ſuſcitandum puerum mortuū. Si occurrerit tibi homo, nō ſalutes
eum, & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas ei. ¶Verūtamen circa hoc dubium oritur:
Salutare nāq; eſt alicui ſalutem optare ſeu dicere, quod cū ſit actus charitatis ac pietatis, pro-
Lucæ.1. hibendum non eſt, ſed & virgo Maria ſalutauit Eliſabeth, & Chriſtus fœminas religioſas
Mat.28. poſt reſurrectionem, dicendo: Auete. Et reſpondendum, quòd Chriſtus non prohibet abſo
lute proximum ſalutare, ſed prædicatoribus in via prædicationis conſtitutis committit ne-
minem ſalutare in via, ad inſinuandum quòd cum ſumma diligentia debeant prædicationis
exequi actum, cuncta vitando diuerticula, obſtacula, moraſq; prędicandi, & ea quæ mēti in-
gerunt diſtractionem à deo, ſeu obliuionem prædicandoꝝ. Vnde verbum hoc Chriſti ac-
cipi poteſt per hiperbolicæ modum locutionis, qua aliquid dicitur per exceſſum. Hinc Gor
rha Hilarium allegans diſſeruit. Attendenda eſt cauſa dictorum, & nulla erit cōtrarietas. Sa-
lutare etenim viatorem cum mora vel ex curioſitate non eſt bonum, ne prædicator à ſuo iti-
nere, prædicationiſq; fructu impediatur, ſalutare autem ex amicitia, vel ad conſolandū, eſt
Gregorius. bonum, ita tamen, vt melius non omittatur. Ait quoq; Gregorius: Qui non amore æternæ F
patriæ, ſed præmiorum ambitu, hoc eſt, proprij lucri deſiderio ſalutem audientibus prædi-
cat, quaſi in itinere ſalutat, quia ex occaſione, non ex intentione ſalutem audientibus optat.
⌊In quamcūq; domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui.⌋ hoc eſt habitatoribus »
eius vniuerſis. ¶Triplicem etenim pacem, proximis noſtris optare debemus, videlicent pa-
cem pectoris, quæ eſt tranquillitas mentis bene ordinate in deo, pacem temporis, quæ eſt qes
ab exteriori impugnatione ſeu perſecutione, & pacem æternitatis, quæ eſt pax beatorum in
patria, ad quam vtraq; illa prædicta pars ordinatur, pax autem ſpiritualis interna & vera eſt
charitatis effectus, quemadmodum ſcriptum eſt. Pax multa diligentibus legem tuam, ideo
Pſal.118 pax iſta tam optanda ac neceſſaria eſt omni fideli, omniq; homini, quàm appetenda & ad ſa
lutem neceſſaria eſt charitas, ſine qua impoſſibile eſt ſaluari. Hinc Chriſtus hominum ama-
tor & eorum cum patre reconciliator, primo vult pacem optari, præſertim quia in ea cętera
bona gratiæ virtualiter includuntur. Præterea eſt & pax alia non optanda, quæ eſt pax falſa
ſimulata, inquinata, carnalis, qualem habent filij ſeculi huius, quorum ratio cōcupiſcentijs nō
Lucæ.19 repugnat, vitijsq; conſentit, de qua ait ſaluator Hieruſalem, & quidem in hac die tua quæ ad
Matt.10 pacem tibi. Et denuo: Non veni pacem mittere, ſed gladium. Quæ autem hic Chriſtus ſe-
Ibidem. ptuaginta duobus diſcipulis mandat ſeu loquit̃ vel permittit, in Matthæo apoſtolis prędicat
& quædam iſtorum præcedenti capitulo ſcripta ſunt atq; expoſita ⌊Et ſi ibi⌋ puta in domo »
quam introitis, ⌊fuerit filius pacis⌋ id eſt aliquis virtuoſus, & pace æterna condignus, ſeu ad »
eius ſuſceptionem diſpoſitus, aut æternaliter prædeſtinatus, ſicq; ſecundum prædeſtinatio-
nem, diuinæ & increatæ pacis filius, tanquàm ad eius beatificam fruitionem venturus, ⌊req-
ſceet ſuper illum pax veſtra.⌋ hoc eſt ſalutatio veſtra ſortietur in eo effectum, & pax quam ei »
impreca- »

A impɾecati fueritis infundetur eidem, vel ſi eam iam habet in ipſo augebitur. Quidam autem
& ſi pacem & gratiam nondũ habeant, ſunt tamen in diſpoſitione proxima, ſeu propinqua
ad eam, itaꝙ vel ſua, vel aliorum oratione eam facile adipiſcuntur, ⌊ſin autem⌋ .i. ſi ibi non
fuerit filius pacis, ⌊ad vos reuertetur,⌋ hoc eſt charitatiua ſalutatio veſtra debito præmio
non carebit, ſed merito eius, veſtra pax perficietur in via, cõſummabitur quoq; in patria. Sic
& Pſalmiſta teſtatur: Oratio mea in ſinu meo conuertetur. ⌊In eadẽ autẽ domo manete,⌋ ſi Pſal.34
fuerit congruũ tẽpus manendi, nec alia reſtent agenda extra eã ante refectionẽ, vel poſt illa
expleta redeundũ erit ad eã, ⌊edentes & bibentes, quæ apud illos ſunt,⌋ ſi dare potuerint at-
q; voluerint. Et hoc Chriſtus ait, non præcipiendo, ſed permittendo ſeu concedendo, nec
de quocunq; cibo & potu neceſſe eſt hoc exponi, cũ interdum virtuoſius ſit quibuſdã abſtine
re à vino & carnibus. Vnde quod ait: Edentes & bibentes quæ apud illos ſunt, non eſt iuſſio,
vt omnia talia aſſumantur, ſed eſt exhortatio potius, vt ſufficiant appoſita, nec quærantur ſu-
perflua, vt volucres cœli, piſces maris, & beſtiæ terræ. ⌊Dignus eſt enĩ operarius mercede
ſua,⌋ id eſt prædicator verbi dei, ſeu quilibet in ſpũalibus & alijs deſeruiens ac laborans, di-
gnus eſt capere ſuſtentaculũ vitæ ab eis, quibus ſpũalia bona impendit, propter quod ait apo
ſtolus: Dominus ordinauit his qui euangelio deſeruiunt, de euangelio viuere. Sed hoc per-
miſſio fuit, non iuſſio, propter quod Paulus ſcribit ſe hac poteſtate vſum non eſſe, ſed pro- 1. Cor. 9.
prijs laboribus manualibus neceſſaria procuraſſe, ne quem grauaret aut ſcandalizaret, & aua
B ris occaſionem auaritiæ amputaret, alios tamen apoſtolos ſic feciſſe teſtatur. Nec intelligen
da ſunt hæc quaſi corporeus cibus & potus, ſit principalis merces aut finis vltimatus prædica
tionis aut cuiuſcunq; miniſterij ſpũalis, neq; propter cibum & potum, quaſi ob præmiũ con
dignum ſint ſpũalia exercitia finaliter exequenda. Sic enĩ temporale & corporale prępo-
neretur bono diuino & ſpũali, quod eſſet mortale peccatũ, ſed vitæ ſtipẽdium eſt merces mi
nus principalis & ſecundaria, accidentaliterq; intenta, quia videlicet ſine corporeo alimento
vita iſta ſtare non poteſt, & per conſequens nec prædicatio exhiberi. ⌊Nolite trãſire de do
mo in domum,⌋ hoc eſt ſine rationabili cauſa mutare hoſpitium, ne leuitatis vitium incur-
ratis, aut alios ſcandalizetis, ſeu delicioſiora q̃ratis. Verbum hoc in præcedentis capituli ex- Luc. 9
poſitione plenius eſt tractatum. ⌊Et in quamcunq; ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint vos⌋
ciues illius, ⌊manducate quæ apponuntur vobis,⌋ & idem iudicium eſt de potu, ⌊& curate
infirmos, qui in illa ſunt,⌋ vt per miraculorũ operationem credant vera eſſe quæ prædicatis
atq; ad opa pietatis inducantur, ac plene conuertãtur ad deum. Quis enim aliter credidiſſet
idiotis Chriſti diſcipulis, ſupernaturalia, inuiſibilia, ac incomprehenſibilia prædicantibus, ni
ſi per miracula ſoli deo poſſibilia oſtendiſſent ſua verba eſſe diuina, & deſuper confirmata?
Deus equidem falſitatis confirmator eſſe non valet. Ideo apud Marcum Euangeliſtam ſcri- Marc. 16
ptum eſt: Profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſe-
quentibus ſignis, ⌊& dicite, appropinquauit in vos regnum dei,⌋ hoc eſt, tempus gratiæ
nunc aduenit, & non bona terrena, ſicut in veteri lege, ſed cœleſtia vobis promittuntur,
prædicantur, & offeruntur. Hinc ait Apoſtolus: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Roma. 13
Itemq;: Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nũc dies ſalutis. Tunc quoq; cũ hæc prædicaban 2. Cor. 6
tur, inſtabat tẽpus paſſionis Chriſti, per quam ianua regni cœleſtis aperta eſt. Rurſus regnũ
dei appropinquat in eos ſeu eis, qui ſe ad veræ beatitudinis adeptionem diſponunt, terrena
atq; carnalia contemnendo. Poteſt etiam per regnũ dei Chriſtus ac ſacra ſcriptura intelligi.
⌊In quamcũq; ciuitatem intraueritis, & non receperint vos, exeuntes in plateis eius, dicite:
Etiam puluerem qui adhæſit nobis, de ciuitate veſtra extergimus in vos.⌋ Hoc idem præce-
C denti capitulo Chrũs commiſit apoſtolis, quod ibidẽ expoſitũ eſt, multæq; ſunt cauſæ poſi- Luc. 9
tæ excuſſionis pulueris, in nõ recipientes Chriſti diſcipulos. ⌊Hoc tamen ſcitote, quia appro
pinquauit regnũ dei,⌋ id eſt, quamuis nos recipere cõtemnatis, nihilominus veritatem vo-
bis denũciamus, & ꝙ in nobis eſt ac nobis commiſſum peragimus, quãuis hoc vergat in ma-
iorem veſtrã damnationem, ita ꝙ excuſationẽ de ignorãtia nõ habetis. ⌊Dico aũt vobis, ꝗ Iohan. 15
Sodomis (.i. Sodomitis) in die illa,⌋ notabili, & famoſa, puta in die iudicij, ⌊remiſſius erit,⌋
hoc eſt minor pœna ſeu tolerabilior damnatio, ⌊q̃ illi ciuitati,⌋ id eſt habitatoribus eius vos
abijcientibus. ¶ Circa hoc quæri poteſt, cũ pœna correſpondeat culpæ, ſi minor erit pœna
Sodomitarum, q̃ eorum qui Chriſti diſcipulos nõ receperunt, videtur quòd minora fuerũt
peccata Sodomorum quàm horum, cum tamẽ in Geneſi ſcriptum ſit, ꝙ homines Sodomitæ Gene. 13
peſſimi erãt? Ad hoc aliqui reſponderũt, quòd verbum Chriſti intelligẽdum ſit nõ ſimplici-
ter, ſed quãtum ad aliquid, vtpote quòd inhoſpitalitas & immiſericordia Sodomitarũ in ali-
os nõ fuit tãti peccati, nec erit tanti ſupplicij, ſicut eorum qui Chriſti diſcipulos reſpuerunt.
Propterea ait Beda: Quamuis Sodomitæ inhoſpitales fuerunt, nulli tamen apud eos hoſpi- Beda.
tes tales, quales apoſtoli ſunt reperti. Et licet Loth aſpectu & auditu iuſtus erat, non ta-
men ibi aliquid docuiſſe, aut ſigna feciſſe perhibetur. Deniq; angeli ſancti in Sodomis

CAP. X. Geneſ.19 inuenerunt hoſpitium, imò à Loth cũ adoratione, prece ac reuerentia ſunt ſuſcepti. Si ergo
in vrbe aliqua nec vnus extiterat diſcipulos Chriſti ſuſcipiens, quo ad hoc peior Sodomis D
comprobatur. De hac quæſtione, & an abſolute loquendo, maior erit damnatio non reci-
Matt.11. pientium diſcipulos Chriſti quàm Sodomorum, ꝑtermitto, quia & ſuper Matthæum plura
de ea conſcripſi. ⌊Væ tibi Coroſaim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sydone factæ fu- »
iſſet virtutes, quæ in vobis factæ ſunt, olim in cilicio & cinere ſedentes pœniterent.⌋ Quan- »
Ibidem. do aut quo affectu Chriſtus hæc dixerit apud Matthæum clarius ſcribitur. Tunc, videlicet
quando Iohãnes Baptiſta in vinculis poſitus miſit diſcipulos ſuos ad Chriſtum, quibus cum
Chriſtus reſpondiſſet, & illi abiſſent, inter cætera quæ prædicauit, cœpit exprobrare ciuita-
tibus, in quibus plurimæ eius virtutes factæ ſunt, quia non egiſſent pœnitẽtiam, & dixit: Væ
tibi Coroſaim, væ tibi Bethſaida, &c. ¶ Porrò Coroſaim, Bethſaida, Capharnaum, Tybe-
Iohan.6. rias, ſunt quatuor ciuitates Galilææ, ſitæ in littore laci Genezareth, qui ab Euangeliſtis ma-
Iohan.21 re Galilææ ſeu mare Tyberiadis appellatur, in quibus vrbibus Chriſtus perſonaliter prædi-
cauit, & multa egit miracula, & forte apoſtoli quoque in eiſdem vrbibus, iam prædicauerũt
& ſigna egerunt. Ideo habitatores vrbium harum tanto grauius offenderunt, quanto maio-
ra eis beneficia ſunt impenſa, quæ contempſerunt, & poſt tanti magiſtri atque paſtoris præ-
dicationem in ſuis permanſerunt ſceleribus. Itaque Chriſtus zelo iuſtitiæ ſeu compaſſionis
affectu, & more propheticę prænuntiationis ac comminationis, exprobrauit incolis vrbi-
um harum, conteſtans quòd gentilibus eſſent peiores, quia ſi olim in Tyro & Sydone aliquis
ſanctorum talia feciſſet miracula, exhortando eos ad pœnitentiam, qualia fecit in vrbibus
dictis ſaluator, habitatores Tyri & Sydonis cilicia induiſſent, & cinerem ſuis ſuperieciſſent
capitibus ex magnitudine contritionis, quemadmodum Niniuitæ ad prædicationem Ionę. E
Ionæ.3 Porrò quòd verum ſit hoc, res ipſa probauit, quia poſt Chriſti paſſionem, ſtatim ex prædi-
catione diſcipulorum Chriſti conuerſi ſunt multi in vrbibus iſtis, & poſtea omnes, vnde in
Actorũ.21. actibus apoſtolorum, deſcribitur deuotio Tyriorum, in quibus etiam multi ſpũ ſplenduerũt
prophetico, & Paulo apoſtolo vaticinabãtur futura. ⌊Verũtamen Tyro & Sydoni⌋ id eſt, »
habitatoribus ciuitatum illarum in paganiſmo defunctis ⌊remiſſius erit in iudicio quàm vo »
bis⌋ quia multo minus peccauerunt quàm ingratiſſimi, incorrigibilesq́ꝫ iſti Iudæi, qui & legẽ »
naturalem & ſcriptam tranſgreſſi ſunt, & inſuper euangelicæ legis veritatem à Chriſto ac-
Lucæ.12. cipere noluerunt. Siquidem ſeruus ſciens vel ſaltem dici ſibi audiens volũtatem domini ſui,
& non faciens, plagis vapulabit multis. Vnde de induratis, ingratiſſimisq́ꝫ Iudæis loquitur
Iohan.15 Chriſtus: Si non veniſſem & loquutus eis fuiſſem, peccatum non haberent, videlicet tam ma
gnum, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. ¶ Subinde ſpecialiter repre-
hendit Capharnaum, quia præ cæteris fuit ingrata ac ſcelerata. ⌊Et tu Capharnaum vſque »
in cœlum exaltata⌋ quod dupliciter poteſt intelligi. Primo, vt dicatur, vſque in cœlum ex- »
altata, hoc eſt valde præcipue honorata, eo quòd Chriſtus frequenter fuit, & ad tempus ali-
quantulum habitauit in ea, frequenter quoque prædicauit, & prodigia multa ac præclara e-
Matt.11. git ibidem, ſicut Matthæus & Marcus clariſſime ſcribunt. Secundo, vt dicatur ratione ſuæ
Marc.1. ſuperbiæ vſque in cœlum exaltata, propria æſtimatione ac vanitate, & quoniam Chriſto ſu
Matt.11. perbiſſime fuit rebellis. Hic ſenſus literalior eſt, quia in Matthæo legitur Chriſtum dixiſſe.
Et tu Capharnaum nunquid vſque in cœlum exaltaberis? ⌊vſque ad infernum demerge- »
ris⌋ vt pœna proportionata ſit culpæ, & magnitudini honoris, correſpondeat magnitudo »
deiectionis. Quemadmodum enim homo, tanto plus meretur exaltari in cœlo, quanto plus
humiliauerit ſe in terra, ſic tanto plus meretur deiici in inferno, quanto plus in terra extollit F
Iob.20. ſeipſum, iuxta illud Iob: Si aſcenderit vſque ad cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes te-
tigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur, velut ſomnium auolans non inuenietur, tranſiet
Eccle.7. quaſi viſio nocturna. Ideo in Eccleſiaſtico dicitur: Humilia valde ſpiritum tuum, quia vin-
dicta impij ignis & vermis. Præterea eſt aduertendum, quàm vere mira & incomprehen-
Roma.11. ſibilia ſint ſummæ ac infinitæ ſapientiæ iudicia, quoniam Chriſtus in propria perſona & per
ſuos miniſtros, tam prophetas quàm apoſtolos, prædicauit & miracula egit his quos ſciebat
non credituros, imo ex hoc grauius condemnandos, his autem nec prædicauit, neq́ꝫ mira-
cula demonſtrauit, quos nouerat credituros & conuertendos, ſi eis prædicationem atq́ꝫ mi-
Ezech.3. racula impẽdiſſet, vñ Ezechieli loquutus ẽ: Fili hoĩs non ad populũ profundi ſermonis & ig
notæ linguę tu mitteris, & ſi ad illos mittereris, ipſi audirẽt te, dom⁹ aũt Iſrael, ad quã mitto te,
nolunt audire te. Itaque quod penetrare non poſſumus, ſobrie admiremur, formidoloſeq́ꝫ
honoremus, ſcientes quòd deus ſublimis & benedictus ſit eſſentialiter ipſa ſapientia atq́ꝫ iu-
1.Cor.1. ſtitia, propter quod eius quoq́ꝫ iudicia, nec iniuſta, nec irrationabilia eſſe queunt.
¶ Deinde ſaluator docet præfatam comminationem, ac pœnam non illis duntaxat immine
re qui ipſum in propria eius perſona non receperunt, verbis eius credendo, iuſſionibusq́ꝫ pa-
rendo, ſed & omnibus qui eius diſcipulos, vicarios & prælatos deſpiciunt, doctrinas eorum
non

nō aduertendo, nec ipſis obediendo, in quibus ſubiecti ſunt ipſis. ⌊Qui vos⌋ ꝑdicatores, pa
A ſtores, prælatos, ⌊audit⌋ verba veſtra reuerenter ſuſcipiendo ac obſeruando, ⌊me audit.⌋
quia tam gratum eſt mihi, ac ſi me in propria audiret perſona, & quia ego per meos loquor
vicarios, & illi meam repreſentant perſonam, ⌊& qui vos ſpernit⌋ hoc eſt veſtra documē-
ta & iuſſa audire aut adimplere contemnit, ⌊me ſpernit⌋ quia in tantum diſplicet mihi, ac
ſi me viſibiliter præſentem, loquentemq́ʒ aſpernaretur ob cauſas prætactas. Audiant, pen-
ſent & metuant hic increduli & rebelles peruerſi, duri, pertinaces, indociles, proprium ſen-
ſum ſectantes, quoniam ſuos non curando ſuperiores aut eis obloquendo, reſiſtendo, aut
contumaciter reſpondendo, non mediocriter peccant, nec viles paruipendunt perſonas,
ſed eum cuius dignitatis & excellentiæ non eſt finis, vnigenitum dei, principemq́ue paſto-
rum, imo & deum patrem, prout ſaluator adiecit. ⌊Qui autem me ſpernit,⌋ non credendo, Heb.13.
aut nō obediendo, ⌊ſpernit eum q̄ me miſit.⌋ Mittens quippe honoratur ſeu inhonoratur
in ſuo legato, dominus in miniſtro, pater in filio, paſtor in vicario. Pater quoque & filius,
haud dubium quin & ſpiritus ſanctus, ſubſtantialiter vnum ſunt, & inſeparabiliter ac in-
confuſibiliter ꝑ circumínceſſionem in ſe inuicem æternaliter, incomprehenſibiliterq́ʒ con-
ſiſtunt, ita quòd trium ſuperexcellentium ac ſuperhonorabilium perſonarum, eſt vna vo-
luntas, ideo qui vnam offendit, in ſingulas peccat. Hinc apud Iohannem filius proteſtatur:
Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum. Itaque prælatis & pa- Johan. 5
tribus noſtris reuerentiam debitam ac obedientiam impendamus, conſiderantes eos non vt
homines qualeſcumque, neque vt tales aut tales perſonas, ſed vt dei vicarios, eius circa nos
perſonam repreſentantes. Nā & dominis temporalibus, non ſolum bonis, ſed etiam diſco- 1. Petri. 2
B lis, iubet ſanctus Apoſtolus Petrus, cum omni timore ſubijci ac parere miniſtros, quanto-
magis ſpiritualibus obediendum eſt patribus? Propter quod ad Hebræos Paulus ſcribit a- Heb. 13
poſtolus: Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete illis, ipſi enim peruigilant, quaſi ratio-
nem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc e-
nim expedit vobis. Moſes quoque in Exodo rebellibus ait: Non contra nos eſt murmur Exod. 16
veſtrum, ſed contra deum. Et Paulus apoſtolus ſcribit ad Theſſalonicenſes: Qui hæc ſper- 1. Theſſ. 4.
nit (inquit) non hominem ſpernit ſed deum. Porrò ſi prelatorum, vicariorumq́ʒ Chriſti aſ-
pernatio tam graue extat piaculum, in omni vtique Chriſtiano, quantomagis in religioſis,
qui ad obedientiam voto ſe aſtrinxerunt? Non ergo minus abhorreant ſuo patri non obe-
dire, quàm continentiæ aut proprietatis votum infringere. ⌊Reuerſi ſunt autem ſeptua-
ginta duo diſcipuli ad Ieſum⌋ qui miſerat eos ad prædicandum. Vnde prædicationis pera-
cto obſequio ad eum reuerſi ſunt, ⌊cum gaudio⌋ ſpirituali, aliquid tamen inordinationis
admixtum habente, vt ſtatim dicetur, ⌊dicentes⌋ gratias referendo Chriſti potentiā con-
fitendo. ⌊Domine⌋ qui non ſolum in terra hominibus, ſed & dæmonibus dominaris, ⌊e-
tiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo,⌋ hoc eſt, tua virtute, & per tui nominis,
C ſeu tuiipſius inuocationem, non ſolum infirmos curauimus ſicut nobis commiſeras, ſed dæ-
monia quoque expellimus, quod ad tuum præconium tibi non quaſi ignoranti referimus,
ſed vt te qui nos in tantum honoraſti, honorificemus. ⌊Et ait illis: Videbam ſatanam,⌋ id
eſt, diabolum, humanæ ſalutis aduerſarium, ⌊ſicut fulgur⌋ hoc eſt, valde celeriter, ⌊de cœ-
lo cadentem⌋ quando ob ſuam inde eiectus eſt elationem. Vel, ſicut fulgur, id eſt, terribili-
ter. Quod enim per ſimilitudinem emicationis fulguris celeritas, terribilitasq́ʒ ſignentur,
patet per illud Matthæi: Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vſque ad occidentem, ita Mat. 24
erit aduentus filij hominis. Secundum Gregorium aliquid elationis, vanæq́ue gloriæ ine- Gregorius.
rat diſcipulis iſtis ex tanta poteſtate eis conceſſa, ad cuius culpæ repreſſionem commemo-
rat Chriſtus exemplum horribile ruinæ angelicæ, tanquàm dicat. Si angelo ſuperbienti
deus tantam mox intulit vltionem, penſate quàm vitanda ſit vobis ſuperbia, inaniſq́ʒ glo-
ria. Vnde Petrus inquit: Si deus angelis peccantibus non pepercit, nouit iniquos in die iu- 2. Petr. 2
dicij cruciandos reſeruare. Denique ruinam diaboli, Chriſtus ſecundum quòd deus intelle-
ctualiter vidit, principaliterq́ue effecit. ¶Quæritur, quomodo de cœlo corruiſſe dica-
tur diabolus, cum in Eſaia dixiſſe legatur: In cœlum conſcendam, quo apparet, quòd nondū Eſaiæ. 14
erat in cœlo? Et reſpondendum, ꝙ in cœlo empyreo fuit & conditus erat ſecundum Strabū Strabus.
& Bedam, indeq́ʒ cecidit. Porro quod dixit: In cœlum conſcendam, de ſpirituali ſuperbene- Beda.
ctæ trinitatis cœlo exponitur, quia ad dei excellentiā aſpirabat. Hoc ſupficialiter ac breuiter
dictū ſit. Plena em̄ reſpōſio pluribus indiget verbis. Præterea verbū inductū, à Chr̄o ꝓtola-
tū, pōt exponi tanq̄ approbatiuū ſermonis diſcipuloꝝ, quaſi dicat, nō miꝝ, ſi mea dæmones
cōpeſcātur potētia, qui in exordio vidi & vidēs feci dæmonū expulſionē de cœlo. Vn̄ in li-
bro Iob ſcribit: Prudētia eius pcuſſit ſupbū. Et rurſus: In angelis ſuis reperit prauitatē. Itēq́ʒ: Iob. 26 Iob. 4
Obſtitricāte manu ei⁹, eductus ē coluber tortuoſus. Atq́ʒ in pſalmo: Tu hūiliaſti ſicut vulne Iob. 26
ratū ſupbū. Per Ezechielē q̄q́ʒ Chr̄s teſtat: Tu Cherub extēt⁹ & ꝓtegēs repleta ſunt īteriora Ezech. 28.

tua iniquitate, & eieci te de monte ſancto Dei, ó Cherub de medio lapidum ignitorum. D
⌊Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones.⌋ Hoc dupliciter acci-
pi poteſt. Chriſtus enim dedit diſcipulis ſuis non ſolum poteſtatem calcandi ſpiritualiter ſu
per ſpiritus malignos per ſerpentes & ſcorpiones figuraliter deſignatos, ita φ illos poſſent
eijcere, ſuperare, affligere, ſed etiam præſtitit eis, virtutem calcandi corporaliter, & abſq; læ-
ura ſuper quæcunq; animalia venenata, quod & in veteri teſtamento præfiguratum videt,
Deute.8 ſquemadmodum in Deuteronomio legit. Simile huic eſt illud in Pſalmo: Super aſpidem &
Pſalm.9 baſiliſcum ambulabis. ¶ Præterea per ſerpentes ore venenum fundentes, ſignant tam inuiſibi
les quàm viſibiles hoſtes, qui electos dei palàm tentant ſeu perſequunt. Per ſcorpiones vero
qui punctione caudæ inficiunt, deſignat æmuli occultè inſidiantes ſiue tentantes, ⌊& ſupra
omnem virtutem inimici⌋ hoc eſt, ſuper quodcunq; genus dæmonum, & ſuper vniuerſam
calliditatẽ & poteſtatem eorum. Quàmuis enim naturalis illorum poteſtas maior ſit oẽi po
Job.40 teſtate naturali in terra verſantium, vt patet in Iob, ſuper naturalis tamen poteſtas fidelium
per gratiam præſtita dæmonũ vincunt virtutem quàmuis varijs modis quærant nocere ho-
minibus, & diuerſimode tentent atq; ad varia inclinent peccata, ⌊& nihil vobis nocebit⌋ q̃d
corporaliter in Chriſti diſcipulis conſtat impletum, ita vt nec venena, nec venenata eis quid
Acto.28 nocumenti potuerunt inferre. Vnde & Paulus viperam excuſſit in ignem, & Euangeliſta Io
Marc 16 hannes peſſimũ ſine læſione potauit venenum. Ideo in Marco loquit Chriſtus: Signa eos qui
crediderint hæc ſequent. In noïe meo dæmonia eijciẽt, ſerpẽtes tollẽt, & ſi mortiferũ q̃d bibe
rint non eis nocebit. ¶ Inſuper corporalis ſeu ſpiritualis pſecutio hominum malignorũ ac dæ
monum electis Chriſti diſcipulis quantum ad finalem deiectionem ſeu optati damni illatio E
Roma.8 nem nil nocuit, quia electis dei oĩa cooperant in bonum, & temporalis tribulatio ad perpe-
Pſal.88 tuam eos duxit coronam. ideo ſcriptũ eſt: Filius iniquitatis non apponet nocere ei. ⌊Verũ-
tamen in hoc nolite gaudere⌋ inordinate aut ĩmoderate, videlicet eo modo quo nunc gau-
detis, ⌊quia ſpiritus⌋ puta dæmones qui ob naturæ ſimplicitatem ſpiritus appellant, ⌊ſubij-
ciunt vobis⌋ .i. per poteſtatẽ vobis collatã eijciunt. Hoc eñi ſicut & alia ſigna pagere ptinet
Matth.7 ad dona gratiæ gratis datæ, q̃ ad aliorũ vtilitatẽ ordinantur, & bonis ac malis cõmunia extãt
hominibus. Nam vt aſſerit Chriſtus: Multi reprobi in die iudicij ſunt dicturi: Domine nõne
in nomine tuo dæmonia eiecimus? Idcirco de hoc dono gloriandum non eſt quaſi de princi
pali atq; ſaluifico bono, quãuis debeat homo de oĩ bono ſibi diuinitus dato, gratias agere
deo, & aliquo modo gaudere in ipſo, ſecundum quòd bonum illud collatũ maius aut minus
eſt. ¶ Poſtremo, vnde principalius, atque præcipue ſit gaudendum, ſubiungit: ⌊Gaudete au
tem⌋ in domino ei regratiando, non veſtris meritis aſſcribendo, ⌊quia nomina veſtra ſcri-
pta ſunt in cœlis.⌋ hoc eſt voſipſi inter electos dei iam eſtis per prædeſtinationem cõputati,
& in cœleſtibus manſionibus æternaliter collocandi, atque in libro vitæ ſcripti, quod nullus
de ſe præſcire certitudinaliter p̃t, niſi ex reuelatione diuina, Chriſtus vero diſcipulis ſuis hoc
potuit reuelare, imò ad conſolationem eorum reuelare dignatus eſt, vt tanto fortiores eſſent
in omni ſancto labore, & afflictiõe, q̃to certiores eẽnt de beatifica retributione. ¶ Poſtremo, F
liber vitæ in deo metaphorice ponitur, quemadmodum apud homines ſolent deſcribi, qui
ſpecialiter ſpectant ad eos, ſic electorum in diuina mente conſcriptio, hoc eſt, firma eorum
notitia ſeu tenax memoria, in intellectu diuino, dicit liber vitæ, loquendo de vita gloriæ, ad
quam electio finaliter pertinet. Vnde & liber vitæ non niſi æterna prædeſtinatio nominat,
qua quidam ad vitam gloriæ à deo ſunt æternaliter præordinati.

¶ Proſecutio elucidationis huius capituli ab eo loco quo dicit: In ipſa autem hora.

Articulus viceſimuſſeptimus.

CHriſtus hominum amator veriſſimus de multiplici gratiæ dono per ipſum à patre
hominibus electis collato, vehementer gauiſus eſt, imo quilibet bonus prælatus de
hoc præcipue gloriari, deóq; gratias agere debet, φ ſubditos ſuos conſpicit virtuo
1.Johan.3 ſos, & diuinæ clementiæ gratioſa munera abundare in eis, idcirco Iohannes dicit:
Maiorem horum gratiam non habeo quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. Et
2.Cor.9. Paulus diſcipulorum ſuorum virtutes commemorans: Gratias ago Deo ſuper inenarra-
bili dono eius. Sic egit & Chriſtus, vt ait Euangeliſta: ⌊In ipſa autem hora⌋ Qua Chriſtus
verba immediate præhabita diſcipulis dixit, quemadmodum poteſtatem eis dediſſet ſuper
omnem virtutem inimici, & quod nomina eorum ſcripta eſſent in cœlis, ⌊exultauit ſpiri-
tu ſancto⌋ hoc eſt, ex motione ſpiritus ſancti qui animam CHRISTI in vniuerſis direxit
Eſaiæ.11 ac gubernauit, & mouit, propter quod ab Eſaia de ipſo prædictum eſt: Requieſcet ſuper eum
ſpiritus domini &c. Fuit etenim anima eius pleniſſima ſeptemplici dono ſpiritus ſancti.
¶ Porro dona ſpiritus ſancti faciunt mentem creatam bene atque faciliter dirigibilem ſeu
mobilem à ſpiritu ſancto, ſicut virtutes morales faciunt appetitum ſenſitiuum, prompte
mobilem gubernabileḿq; à ratione. Itaq; Ieſus ſecundum aſſumptã humanitatem & volunta
tem hu-

tem humanã, exultauit ſpiritu ſancto, quia ex affectu ſeu dilectione procedente à ſpũ ſancto
A & item ſpiritualiter ſecundum voluntatem ſpiritus ſancti. At vero ſupergloriosæ & ſuper-
digniſſimæ trinitatis inimicus, quãuis vilis ac debilis ſacrilegus Arrius, dicens vnigenitũ dei Arrij error re-
puram creaturam, nec in Chriſto fuiſſe veraciter animam rationalem, ſed loco animæ fuiſſe felltur.
ipſum verbum corpori Chriſti vnitum, hac euãgelica authoritate apertiſſime reprobatur.
Ipſe etẽm reprobus Arrius finxit ſpiritum ſanctum eſſe puram creaturam, & à verbo ſeu fi-
lio dei creatum, quo dato Chriſtus à ſpiritu ſancto nullam directionem aut gubernationem,
“ vel perfectionẽ ſpũalem accepiſſet, ⌊& dixit Ieſus.⌋ aperiens cauſam ſuæ exultationis. Præ-
terea contemplandum quòd anima Chriſti à ſuæ creationis exordio, deũ vidit per ſpeciem,
atq; in beatificæ fruitionis extitit gaudio indefinenter. Idcirco ꝙ in hac hora dicitur exultaſ-
ſe, nõ eſt intelligendũ, quòd ante in gaudio interiori nõ fuerit, ſed interioris gaudij nũc quæ-
dam ſigna foris ſpecialiter demonſtrauit, ita ꝙ fuit iam quædam ſolito plenior redundantia
internæ lætitiæ in inferioribus ſenſitiuis viribus, & corporali natura ipſius, cuius indicia fo-
rinſecus apparebant, ideo Lucas conuenientiſſime aſſerit, exultauit. Exultatio nãq; dicitur
quaſi extra ſe ſaltatio, quando videlicet ex abundantia gaudij interioris, ſigna lætitiæ foris
“ erumpunt. ⌊Confiteor tibi pater domine cœli & terræ.⌋ ¶Communiter à ſanctis atq; do-
ctoribus aſſignatur duplex confeſſio, de qua fatur ſcriptura: Vna eſt confeſſio gratiarũactio-
nis & laudis, alia autem eſt confeſſio culpæ. Plenius tamen loquendo, hoc adijciendũ, quòd
ſacra ſcriptura loquitur de triplici confeſſione laudabili. Prima eſt proteſtatio credẽdorum,
de qua ait Apoſtolus: Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, Et ait Roma.10
B ſaluator: Qui me cõfeſſus fuerit coram hominibus, &c. Et iſta confeſſio eſt actus fidei. Secũ- Matt.10.
da eſt cõfeſſio gratiarum actionis & laudis diuinæ, videlicet ipſa laudatio dei, aut gratiarum
actio ei exhibita, & iſta eſt actus latriæ, de qua confeſſione nunc ſermo eſt, de qua etiã ſæpiſſi-
me habetur in libro pſalmoꝝ, ſicut cum dicitur: Confitebor tibi domine in toto corde meo. Pſal.9
Tertia eſt confeſſio culpæ, videlicet accuſatio & enuntiatio propriæ culpæ, & iſta eſt actus Pſal.85
pœnitẽtiæ, de qua Iacob⁹ in ſua canonica ſcribit: Cõfitemini alterutꝝ peccata veſtra. Itaq; Pſal 110.137
cõfiteor tibi, laudo te, regratior tibi, pater meus, nõ per adoptionis gratiam, vt hominũ a- Iacobi.5
liorum, ſed per veram, æternam, naturalemq́; generationem, qua me incommutabiliter ge
nuiſti in identitate naturæ ex tua ſubſtãtia, iuxta illud pſalmi: Ex vtero ante luciferum genui
te. Et rurſus: Eructauit cor meum verbum bonum. Itemq́; Dominus dixit ad me, filius me- Pſal.109
us es tu, ego hodie genui te. Hoc teſtimonio rurſus confuſus eſt ſceleratiſſimus Arrius, filium Pſal 44
nec ab æterno fuiſſe nec patri conſubſtantialem eſſe dicere auſus, domine cœli & terrę, id eſt Pſal.2
cœleſtium atq; terreſtrium, ſuperiorum ac inferiorum, ſeu omni quæ in cœlo continentur &
terra, ſicut ait pſalmiſta: Tui ſunt cœli, & tua eſt terra. Omnium horum eſt deus oñipotens, Pſal.88.
dominus iure creationis ac gubernatõis, & conſeruationis, ſolusq́; deus eſt dominus vniuer
ſalis, ſummus ac independens, vtpote propria authoritate dominans, cui ad nutum ſubiecta
ſunt oĩa, ad quem oĩs dominus citra ipſum ſe habet, vt ſeruus ad dominum, vt inſtrumẽ-
tum ad artificem, vt medium ad finem, de quo habetur in Iob: Quem conſtituit alium ſuper
terram, aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt? Præterea hoc teſtimonio cõfuſa Iob.34
C eſt hæreſis Manichæi, hæc inferiora atq; terrena nõ eſſe à deo creata, dicẽtis: Vnde (vt Epi-
phanius ait) euangelium à Marcione æditũ, habet: Regratior tibi domine cœli, tacẽs quod Epiphanius.
dicitur terræ, & quod dicitur pater, ne intelligatur quòd Chriſtus vocat patrem creatorem
cœli & terræ. Hæreſis autẽ Manichæi à Marcione ſumpſit exordiũ, ⌊quia abſcõdiſti hæc⌋
mea documẽta & fidei Chriſtianæ myſteria, legisq́; Euangelicæ ſacramenta quæ prædico,
“ ⌊à ſapientibus & prudentibus⌋ id eſt ſuperbis, qui ſeipſos arbitrãtur magnos & eruditos, in
ſenſu proprio confidentes, & ſuæ prudentiæ innitentes, quales fuerunt multi philoſophi, ac
alij ante tempora Chriſti, ſcribæ & phariſæi tempore Chriſti, de quibus iam ad literam ma-
gis eſt ſermo, multi quoq; literati, & de ſua ſcientia tumidi poſt tempus Chriſti, de quibus
ſcribit apoſtolus: Videte vocationem veſtram, quia non multi ſapientes ſunt inter vos, ſed 1.Cor.1
quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus, vt confundat ſapientes. Et alibi: Dicentes ſe ſapientes eſ- Roma.1
ſe, ſtulti facti ſunt. Hinc Salomon: Non ſis ſapiens apud temetipſum, & ne innitaris prudẽ- Prouer.3
tiæ tuæ. Inſuper deus dicitur iſta reprobis abſcondiſſe, eo modo quo dicitur eos indurare, &
excæcare, non quòd ipſe ſit directe cauſa ignorantiæ & peccati, ſed quoniam iuſto iudicio
mentem humanam obſcurari permittit & indurari, gratiã & virtutẽ nõ influendo, quẽad-
modũ ſol dicitur ſuo receſſu cauſa congelationis, & nauta ꝑ ſuam abſentiã cauſa naufragij.
Sapientes autem & prudentes diſtinguuntur in hoc, quòd ſapiẽtes dicũtur eruditi in rebus
diuinis, prudentes, periti in rebus humanis. Deniq; vſq; in præſens, deus incerta & occulta ſa Pſal.50
pientiæ ſuæ, deguſtationem ſuæ dulcedinis, vitæ internæ ſaporem, myſticã theologiã ſuæ 1.Petri.2
familiaritatis experiẽtiã, ſuaꝝ illuſtrationũ ſplẽdores, clariſſimos ſuaꝝ iſlãmationũ ardores
ꝑferuidos, ſapiẽtibus & prudẽtibus in ſeipſis timẽtibus, mẽteq́; vanis, abſcõdit, ꝗ tñ hũilibus
mũdi

ſtatus ſeu gradus conſiſtãt. His verbis ſecundum primã expoſitionẽ Chrũs oſtendit ſe patri
A æqualem in poteſtate. Deinceps inſinuat æqualem ſe patri in ſapientia. ⌊Et nemo (id ẽ nul-
“ lus) ſcit⌋ ſcientia plene comprehenſionis, ⌊qui ſit filius⌋.i. ipſum vnigenitum ſecundũ ſuam
“ diuinitatem, ⌊niſi pater⌋ qui infinite eſt perſpicacitatis in cognoſcendo ſicut & filius, imò
in patre & filio, haud dubium quin & in ſpiritu ſancto, eſt vnus & idem numero intellectus,
& quicquid de vna trium ſuperhonorabilium perſonarum abſolute dicitur, de ſingulis intel
ligitur. Vnde exceptio hoc nomine (nemo) deſignata, dicitur eſſentialis, non perſonalis, qa
“ excipitur om̃is alterius eſſentiæ, non om̃is alterius perſonæ, ⌊& qui ſit pater⌋ id eſt, patrem
“ nullus plenariæ comprehendit, ⌊niſi filius⌋ quoniam ſicut pater eſt infinitæ actualitatis &
intelligibilitatis, ſic filius ſecũdum ꝙ deus, eſt infinitæ intellectiuitatis ſeu perſpicacitatis &
· claritatis in intelligendo. Hinc Iohannrs: Deum nemo vidit vnquàm, vnigenitus filius qui Joban. 1.
“ eſt in ſinu patris ipſe enarrauit, ⌊& cui volurrit filius reuelare,⌋ ille cognoſcit patrem, non 1. Joban. 4.
tamẽ plena cõprehenſione, & tã perfectę vt filius, ſed filio reuelante fideles in hoc ſeculo co- 1. Cor. 13
gnoſcunt per ſpeculũ in ænigmate, per fidẽ, & ꝑ donũ ſapientiæ, atq; ꝑ informationẽ ſacræ
ſcripturæ, in patria vrro cognoſcũt clare ꝑ ſpecirm, ſeu facie ad faciem, vnde & comprehẽ-
dere deum dicũtur comprehenſione extenſę accepta, quia cõſpiciunt deũ ſicuti eſt in ſeipſo.
Proptiæ aũt deum comprrhendere dicitur qui eũ cognoſcit tam perfectę ſicut cognoſcibi-
lis eſt ex ſua natura, quod nequit competere niſi intellectui perfectionis immenſæ. ¶Deniq; Opera ſanctæ
probatur ex dictis, ꝙ opa patris & filij ad extra ſunt indiuiſa, quoniã paulo ante ꝓhibuit fi- trinitatis ab ex
lius reuelari diuina à patre, & nũc aſſerit ſe patris cognitionẽ conferre hominibus, alibi drmũ tra indiuiſa.
– affirmat cognitionẽ ſuã à patre homini dari, vt cũ loquit Petro: Bratus es Symon Bar Iona, Matt. 16.
quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus. Hoc interea aduertẽdum, ꝙ etiam per
naturalem rationem deum in hac vita aliqualiter cognoſcere poſſumus, & quoniã ratio na-
B turalis à deo collata eſt, ideo illa cognitio quæ de deo prr naturalem rationẽ habetur, inter-
dum reuelatio appellatur, vt cum ad Romanos ait apoſtolus: Inuiſibilia dei per ea quæ facta Roma. 1.
ſunt conſpiciuntur, ſempiterna quoq; virtus eius & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles, qa q̃d
notum eſt dei, manifeſtum eſt in illis, deus em̃ illis reuelauit. Veruntamen, prr naturalem ra-
tionem nullus philoſophorum cognouit aliquam diuinam perſonam ſecundum proprieta
tem perſonalem, nec ſuperbeatiſſimam trinitatẽ. Alia eſt reuelatio altior, qua deo reuelante
cognoſcimus eum per fidem, & alia quædam, in qua reuelatione ſunt varij gradus, ſecũdum
ꝙ variæ aſſignantur ſpecies contemplationis. Vnde ſecũdum ꝙ homo mentẽ ſuã magis pur
gauerit, & in diuina dilectione magis profecerit, ſecundum hoc magis illuminatur diuinitus
& clarius ſibi reuelatur pater æternus, totaq́; trinitas ſuperrſſentialis. Altiſſima tamen con-
templationis dei ſpecies in hac vita dicitur myſtica theologia, quæ eſt ſecretiſſima & arden-
tiſſima mentis cum deo locutio, in qua contemplatione, quanto plus mens deſuper illuſtra-
tur, tanto ſplendidius intuetur deum prorſus incomprehenſibilem eſſe, & tandem vnitur ei,
C tãquàm omnino imperſcrutabili & ignoto, per omniũ entiũ abnegationẽ de eo eum intu-
endo. Idro diuinus & magnus Dionyſius ſcribit: Hoc eſt deũ vrre cognoſcere, & videre ſu-
perſubſtantialrm ſuperſubſtantialiter per omniũ entium ablationẽ laudare. Hinc ait Chry- Dionyſius.
ſoſtomus. Philoſophi de deo quærere contẽdentes, nil aliud ſe inueniſſe confeſſi ſunt, niſi ꝙ Chryſoſtom⁹.
incognoſcibilis eſt deus. Sicut enim qui innauigabilem oceanum vſurpat nauigare, neceſſe
eſt, vt per eandem viam reuertatur, ſic illi ab ignorantia cœperunt, & ad ignorãtiam finie-
“ runt. ⌊Et conuerſus ad diſcipulos ſuos⌋ hoc eſt vultum ſuum dirigens ad eos, vt faceret eos
attentos, vt dilectionem ſuam ad eos oſtenderet, eoſq́; alijs in exemplum imitationis pro-
“ poneret, ⌊dixit: Beati oculi qui vidẽt quæ vos videtis⌋ Hoc ait ſaluator, quia iam paulo an-
te gratias egit patri, ꝙ diuinorum myſteriorum notitiam, ſapientibus atq; prudẽtibus ſecu-
li huius propria ſuperbia excæcatis abſcondit, & humilibus ſuis ea reuelauit diſcipulis, idcir-
co beatos aſſerit eorum oculos, præſertim interiorrs, beatitudine ſpei ac mrritorum, ad ple-
nam beatitudinem perducentium. Itaq; beati oculi veſtri ô diſcipuli mei, qui vident, id eſt,
“ intelligunt quæ vos vidrtis. ⌊Dico enim vobis, ꝙ multi prophetæ & reges voluerunt vide-
“ re quæ vos videtis⌋ videlicet vnigenitum dei incarnatum inter hominrs cõuerſantem, eius Matt. 13
quoq; miracula, & conuerſationem ſanctiſſimam, voluerunt etiam intelligere quæ intelle- Lucæ. 8.
xerũt diſcipuli Chriſti, quibus ipſe loquutus eſt: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei
“ ⌊& non viderũt⌋ hæc oculo corporali, nec intrllexerũt iſta diſtincte, voluerunt quoq;, ſeu
“ optauerũt ſi fuiſſet poſſibile, ⌊& audire⌋ ex ore meo prædicationem euãgelicæ legis, ⌊quæ
“ auditis⌋ qui me ſecundum ꝙ placet interrogatis, & informationem à meipſo accipitis, ⌊&
“ non audierunt⌋ eo modo quo vos, vtpote ex ore meo. ¶Circa hæc quæritur, an intelligen-
da ſint iſta de viſu, audituq́; corporali, vel potius de viſu & auditu mentali, ſeu interioti. Pri-
mum dici non poteſt, quia taliter reprobi Iudæi ac proditor Chriſtum viderunt ac audie-
runt, quibus tandem grauis fuit ad videndũ, nec ſecundum videt poſſe dici, quoniam ea quæ Sapiæ. 2.
diſci

deum ex his viribus ſenſitiuis diligere, nõ ꝙ potẽtiæ iſtæ organicæ deũ ſimpliciſſimũ habeãt
A pro obiecto, vel ad eius dilectionẽ directe ac immediate ptingant, aut diuinæ dilectiõis exi-
ſtant ſubiecta, ſed quia taliter ſunt regẽdæ vt expedit ad charitatis adoptionẽ, cõſeruationẽ,
profectũ, & cõſummationẽ, pro quo adimplendo dicitur in Eccleſiaſtico: Dñe pater & dña- Ecc.23
tor vitæ meæ. Excellentiã oculoꝝ meoꝝ ne dederis mihi, & omne deſideriũ prauũ auerte à
" me. Aufer à me veteres cõcupiſcentias, & cõcubitus cõcupiſcentiæ ne apprehendat me. L &
" ex oĩbus viribus tuis. ⌋ Iam de viribus p cor & animã deſignatis mentio facta eſt. Cur ergo
nũc addit, & ex oĩbus viribus tuis? Ad qd dupliciter reſpondet. Primo, vt iſtud intelligat de
viribus reliquis, de quibus nondũ quid dictũ eſt, quia & vires vegetatiuę in actibus ſuis regen
dæ ſunt ratione ſecundũ deũ quantũ fieri poteſt. Nõ em̃ totaliter rõni ſubduntur, ſed natura
liter operant, attamẽ obiecta eaꝝ applicãda ſunt eis ſecundũ rectæ rõnis cenſurã, & quantũ
ad modũ, locũ, ac tẽpus actionis, rõni quodãmodo ſubijciunt. Secũdo, vt ꝙ ait, ex oĩbus viri-
bus tuis, intelligat quantũ ad executionẽ & vſum viriũ in exterioribus operibus, quatenus
etiã illa viriliter ad dei honorẽ cũ diſcretione agant, vt ait Apſus: Rationabile obſequium ve
" ſtrum, L & ex omni mẽte tua ⌋ .i. toto intellectu & intentione, ne in intellectu ſit error ſeu hę Roma.12
reſis, aut intentio charitati dei repugnãs. Porrò præceptũ hoc ſcriptũ eſt in Deuteronomio, Deut.6
vbi legit: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, & ex tota fortitudine tua
¶ Circa quod quærit, Cũ Moſes nõ exprimat niſi tria, ex quibus totis amandus eſt deus, cur
B hic dicunt quatuor eſſe ſcripta in lege? Ad quod reſpondet, ꝙ tria illa à Moſe dicta includũt
hæc quatuor, ideo quatuor iſta ſcripta ſunt ibi ſaltẽ virtualr̃ atq; implicite, nẽpe ꝙ dr̃ hic, ex
oĩbus viribus tuis. Moſes p fortitudinẽ intellexit, totũ aũt cor frequẽter, intellectũ & volun
tatẽ cõprehẽdit ac denotat, ſicut cũ dicimus: Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo. Deniq; Pſalmo.9.85.
apud Matthæũ ponunt tria, cũ dr̃: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, no.137
& in tota mẽte tua, vnde ibidẽ omittit, ex tota fortitudine tua, ſeu ex oĩbus viribus tuis, qd tñ Mat.22
per totã animã ſatis inſinuat. Anima nãq; dr̃ totum poteſtatiuũ, quia plures cõtinet vires.
¶ Oportet ſcire ꝙ pceptũ iſtud tripliciter poteſt intelligi & exponi. Primo, quantũ ad inde-
ſinẽtem actũ, vt. ſ. cor, mens, aĩa, fortitudo, ſemper actualr̃ atq; totalr̃ ferant in deũ abſq; cõ-
mixtione mali cõtrarij, ſicq; præceptũ iſtud nõ implet à viatoribus nobis in vita pſenti, ſed à
beatis in patria. Vnde iuxta hũc ſenſum diligere deũ toto corde, eſt eũ diligere actuali amore
inceſſanter in deũ erecto ſecũdum totũ poſſe volũtatis, ſine admixtiõe oĩs inordinati affe-
ctus, charitatis minoratiui. Diligere aũt deũ ex tota mẽte, eſt deo per cõtemplationẽ indefi-
nẽter, ſemper, actualr̃ ſecũdum extremũ poſſe intẽdere, abſq; admixtiõe oĩs euagatiõis, er
roris & deceptiõis. Diligere vero deũ ex tota aĩa, eſt ſecũdum cæteras vires animales & ſenſi
tiuas eſſe ordinatũ in deo, inceſſanter, complete, quod in beatis erit potiſſimũ poſt reſurrecti
onem futuram, dũ oẽs ſenſuũ interioꝝ & exterioꝝ, ſenſitiuiq; appetitus operatiões ordi-
natiſſimæ erũt in deo, & ad dei cõferẽt laudem, amorẽ, & cõtemplationẽ. Diligere aũt deum
ex oĩbus viribus, eſt omnẽ exteriorẽ actũ habere promptiſſimũ iugiter ad dei honorẽ & cul-
tum atq; imperiũ, quod totũ nõ niſi in patria valet impleri, & implebit, nõ ſolum abſq; diffi-
cultate, imò & cum indicibili iucũditate. In patria ergo implet præceptum iſtud perfecte, in
via imperfecte. Secũdo exponit hoc præceptum quãtum ad actũ ſupererogationis, vt ſic de
us diligat toto corde, totaq; mẽte, &c. quatenus dei intuitu & amore oĩa deſerant, quæ vo-
lũtatem, intellectũ, animã, & operationem ſeu vires impedire ſolẽt & poſſunt à dei amore &
C cõtẽplatiõe in vita præſenti, vt ſunt diuitiæ, parẽtes, cognati, proles, volũtasq; propria, ſicq;
præceptũ iſtud charitatis implere ad religioſos dinoſcit ptinere. Tertio exponit quantũ ad
actũ neceſſitatis, vt ſic corde, mẽte, anima, fortitudine deũ amemus, quatenus nil charitati di
" uinæ cõtrarium operemur aut appetamus, L & proximũ tuũ ſicut teipſum ⌋ .i. vere, ordina-
te, ac ſpũaliter, optãdo ei bona grĩæ in præſenti, & dona gloriæ in futuro, item ſicut teipſum
.i. propter deum & ob felicitatem æternam, videlicet quia deus præcepit, & quia ad eius ima
ginem factus eſt proximus tuus, & quoniã deus eſt prima cauſa ac ratio totius amabilitatis,
ac puræ dilectiõis, cum ipſe ſit prima, fontalis, infinitaq; bonitas. Rurſus, ſicut teipſum .i. pſe
uerãter vſq; in finem, & nõ condeſcendẽdo ei in vitijs, ſicut nec tibi vis condeſcendi in eis, ſi
tamen te vere ac ſpũaliter diligis, nõ tamen oportet diligere proximum tam intẽſe ſicut ſe-
ipſum, vt ſicut dicat ſimilitudinem, nõ æqualitatem. Hoc autem præceptum ſumptum eſt ex
eo quod in Leuitico ſcriptum eſt: Diliges amicum tuum ſicut teipſum, vbi ſeptuaginta trãſ- Leuit.19
tuliſſe dicunt, proximum tuum. Per proximum autem intelligit omnis homo gratiæ & glo Quis ſit proximus noſter.
riæ capax, damnati vero, ex charitate amandi nõ ſunt, quia nec gratiæ nec gloriæ ſunt capa-
ces. Omnem igit hominem viatorem, quãtumlibet aduerſantem, ex charitate ſicut noſip-
ſos diligere obligamur. Dicit autem Baſilius: Quis nõ nouit, quoniam mãſuetum & commu Baſilius.
nicatiuum animal eſt homo, nõ ſolitarium & ſyluestre? Nihil em̃ tam proprium eſt noſtræ
naturæ, ſicut ad inuicem communicare & mutuo indigere, & cognatum amare. Quorum er-

CAP. X. go præueniens dominus nobis tradidit ſemina, horum conſequenter & fructus requirit, D
⌊dixit'q; illi⌋ ſcilicet legiſperito dominus Ieſus. ⌊Recte reſpondiſti, quia⌋ veraciter ſcriptũ »
eſt, quod ſcriptũ allegas, ⌊hoc fac⌋ .i. hæc duo charitatis pręcepta adimple, ⌊& viues⌋ vita »
gratiæ in exilio, & vita gloriæ in regno, ſic'q; ſoluta eſt quæſtio, qua quærebat q̃d faciẽdo vi-
Origenes. tam æternã poſſidebo, ex qua Chriſti reſpõſione oſtẽdit Origenes hæreticã prauitatẽ Va-
Eccle. 7 Iob. 15. lẽtini & Marcionis atq; Baſilidis. ⌊Ille aũt volẽs iuſtificare⌋ .i. iuſtũ mõſtrare, & ſuã eminẽ- »
tiam oſtẽtare, cũ tñ in Eccleſiaſtico ſcriptũ ſit: Nõ te iuſtifices ante deũ. Iob q̃q; ait: Quid eſt
homo, vt immaculatus ſit, & iuſtus appareat natus de muliere? ⌊Ait: Et quis eſt meus proxi- »
mus⌋ Hoc rurſus quæſiuit, vt caperet Chriſtum in ſua reſpõſione. Aduertit eñ (vt apparet) »
quemadmodũ Chriſtus doceret etiam inimicos eſſe diligendos, quod iſte putauit eſſe cõtra
Moſi legem, quia Iudæi quàmplurimi per proximũ non intelligebant niſi Iudæum, & cęte-
ros reputabãt alienos. Hinc interrogauit, quis eſt meus proximus, vt ſi Chriſtus diceret, q-
libet homo vitæ pręſentis, probaret eũ legis aduerſariũ, ſi vero diceret, quicũq; Iudæus pro-
Prouer. 1 baret ſe iuſtũ, dicendo omnem amo Iudæum. Sed, vt Salomon loquitur: Fruſtra iacitur re-
te ante oculos pennatorum, vnde & Chriſtus ſapiẽtiſſimus ſic reſpõdet, q̃ inſidiatorẽ pro-
pria rurſus reſponſione concludit, proponẽs parabolã. ⌊Suſcipiẽs aũt Ieſus⌋ ſurſum aſpici- »
ens, ſeu late & alte circumducens, ad inſinuandum, q̃ de re magna eſſet locuturus, atq; com-
patiens communi humani generis calamitati, dixit. ⌊Homo quidam deſcendebat ab Hieru- »
ſalem in Hiericho, & incidit in latrones.⌋ Senſus ſuperficialiter literalis difficultatem nõ ha
Baſilius. bet, & quod hic quaſi parabola dicitur, potuit eẽ res geſta, quia vt ait Baſilius: Hieruſalem in E
cacumine ſita eſt, Hiericho autem deorſum, inter quas vrbes fuit deſertũ, in q̃ latrones cõſue
Spũal' ſenſus uerũt quoſdam occidere. ¶ Porrò iuxta intelligentiã ſpũalem, per hominẽ hunc intelligitur
primus noſter parens Adam, ſeu genus humanũ, ſeu quilibet homo poſt innocẽtiam baptiſ-
malem atq; iuſtitiam, ad iniquitates prolapſus. Talis ergo deſcẽdit, id eſt peccãdo ſpirituali-
ter deorſum collapſus eſt, à Hieruſalem, hoc eſt paradiſo terreſtri, in quo Adam realiter fuit,
vel à cœleſti Hieruſalem, ſeu regno cœlorum, in quo per ſpem & meritum eſt omnis iuſtus
Philip. 3. viator, cum & apoſtolus dicat: Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt, vel à tranquillitate interna, &
contẽplatione pacis mẽtalis. Cũ eñ Hieruſalẽ interpretet̃ viſio pacis, p eã hæc tria ſignãtur,
videlicet paradiſus terreſtris, q̃ eſt locus quietis, in q̃ fuit viſio pacis ſupernæ, quãuis nõ tã cla
ra, ſicut in patria, imò viſio ſeu cõtẽplatio, q̃ fuit in Adã añ pctm̃, & mõ in paradiſo eſt in He
lia, habet ſe medio mõ inter cõtemplationẽ patrię, & cõtẽplationẽ cõmunẽ deuotorũ in iſto
exilio. Item per Hieruſalẽ figurat̃ regnũ cœleſte, in quo eſt beatifica viſio pacis æternæ, quæ
omnẽ ſenſum exuperat, ipſa quoq; mentalis trãquillitas animę viatricis, in deo pacate ac dul
citer ſtabilitę per Hieruſalem denotat̃. Inſuper ſicut oẽs in Adam eramus atq; cecidimus,
ſic oẽs in ipſo in paradiſo terreſtri extitimus, & in ipſo inde expulſi, elapſi'q; ſumus. Per Hie-
richo vero hic mũdus inſtabilis, ſeu vitæ præſentis mortalitas, & defectus intelligũtur. Hie-
richo quippe interpretatur luna, per quam in ſcripturis defectus exprimitur, inſtabilitas, in-
ſipiẽtia atq; mortalitas, propter iugem lunæ variationẽ, creſcentiã & decreſcentiã. Vnde in
Eccle. 27 Eccleſiaſtico ſcribit̃. Stultus mutat̃ vt luna, & ſicut luna à ſole deficit in ſplẽdore, ſic ſtat' vi-
tæ huius mortalis à ſtatu paradiſi ac immortalitatis. Itaq; homo iſte peccãdo incidit in latro F
Sapiæ. 2. Iohan. 8. nes, id eſt in dæmonũ acies, qui animarũ iugiter quærũt vitam ſpũalem occidere. Nã & inui-
dia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Et diabolus homicida ab initio fuit, vt Chri-
ſtus apud Iohannem fatet̃. ⌊qui etiã deſpoliauerũt eũ⌋ hoc eſt, donis gratiæ ac virtutũ ſpi- »
ritualiter nudauerunt, quia dum hominem per tentamenta ad peccatum mortale perducũt,
donis ac virtutibus, quæ ſunt animæ veſtes ac ornamenta eũ mox priuãt, ipſum'q; Adã origi
Eſaiæ. 61 nali nudauerunt iuſtitia, atq; multiplici virtutũ ornatu, de quibus in Eſaia ait eccleſia loquens
de ſponſo cœleſti. Induit me veſtimẽto ſalutis, & indumẽto iuſtitiæ circũdedit me. His in-
dumẽtis animæ noſtræ in baptiſmo fuerũt indutę, quæ peccãdo amiſimus, ſed per pœnitẽ-
tiam & cætera ſacramẽta ea recuperare valemus, de quibus etiã veſtimẽtis in Apocalypſi lo-
Apoca. 3. quitur Chrũs: Qui nõ inquinauerũt veſtimẽta ſua, ambulabũt mecũ in albis. ⌊& plagis im- »
poſitis abierũt⌋ id eſt cũ hominẽ multipliciter vulneraſſent in anima, ad horã ceſſauerunt ab »
eius læſione. Vel, abierũt, inſidias abſcondendo. Specialiter aũt incurrit genus humanũ qua-
tuor vulnera animæ ex originali pctõ, videlicet malitiam, id eſt pronitatem ad mala in volũ
tate, ignorãtiam in intellectu, infirmitatẽ in vi iraſcibili, cõcupiſcẽtiam in cõcupiſcibili, ⌊ſe- »
miuiuo relicto⌋ q̃a licet p peccatũ mortale, vita gratię & charitas, totaliter auferant̃, manet »
tñ in homine liberũ arbitriũ, quo põt reſurgere durãte hac vita, ſeu aptitudo ad pœnitẽdum,
ita vt radicaliter ſeu potẽtionaliter maneret vita ſpũalis in anima. Rurſus q̃uis peccata dona
naturæ inficiant, nõ tamen totaliter deſtruunt ea, vnde & vita gratiæ deficiente, manet vita
naturæ. ⌊Accidit aũt vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via, & viſo eo præteriit.⌋ Per »
ſacerdotem iſtum intelligitur Aaron, vel chorus ſacerdotũ legalium, qui eadẽ via deſcẽdit,

quia

A quia per originale peccatũ venit in mũdum & cognita generis humani,ſeu Adæ vulneratio-
ne ſeu deſtitutione,qua gloria beatitudinis fuit priuatus,pertranſiit, quia liberare & ſaluare
nequiuit,quemadmodum in epiſtola ad Hebræos copioſe probat apoſtolus, & ad Galatas Heb.7 8.9.10. Galat.2.
ait:Si ex lege eſſet iuſtitia,ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.⌊Similiter & Leuita cum eẽt ſe-
cus locum & videret eum⌋ ſcilicet hominem ſemimortuũ ⌊pertrãſiit.⌋ Per Leuitam expri
mitur Moſes frater Aaron Leuites,ſeu chorus miniſtrorũ templi aut prophetarum,qui cum
eſſet in mundo hoc viuens,& genus humanum intelligeret ſauciatum,ſaluare illud nõ potu-
it,imò pertranſiit,& moriendo ad lymbũ inferni deuenit.⌊Samaritanus autem quidam iter
faciens.⌋ Per Samaritanũ ob nominis interpretationẽ,Chriſtus deſignat ſeipſum,quoniam
Samaritanus cuſtos interpretatur,quod cõpetit Chriſto,iuxta illud pſalmi:Ecce nõ dormita- Pſal.120.
bit neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael.Et rurſus:Cuſtodiens paruulos dominus. Cui dicit apud Pſal.114.
Iob:Quid faciam tibi ò cuſtos hominũ.Chriſtus itaq; iter fecit in ſeculo iſto, iuxta illud Io- Iob.7 Iohan.1
hannis:Verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis. Baruch quoq; Poſt hæc in terris vi- Baruch.3.
ſus eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt,⌊venit ſecus eum⌋.i.humano generi clementiſſi-
me ſe coniunxit,& illud ſicut medicus languidum viſitauit, quemadmodum loquitur patri
in pſalmo:Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti,tunc dixi ècce venio.Et per Zacha- Pſal.39
riam:Gaude & lætare filia Sion,quia ecce ego venio,& habitabo in medio tui. ⌊Et vidẽs e- Zacha.2.
um⌋ oculo corporali ac intellectuali ⌊miſericordia motus eſt⌋ ſecundũ illud Trenorũ:Miſe Treno.3
ricordiæ domini quia non ſumus conſumpti , imò quod Chriſtus nos magis dilexit, eo no-
B ſtris miſerijs tam pœnalibus quàm culpabilibus magis condoluit.Quod ſemper penſate de- Eſaiæ.63
bemus,ſicut Eſaias ait:Miſerationum domini recordabor , ſuper omnibus quæ largitus eſt
nobis ſecundum indulgentiam ſuam, ⌊& appropians⌋ hoc eſt, generi humano ſe medici-
naliter ac proportionabiliter applicans,dicente apoſtolo:Chriſtus exinaniuit ſe ipſum,for-
mam ſerui accipiens,atque in ſimilitudine carnis peccati apparens. Debuit quippe per om- Heb.2
nia fratribus aſſimilari,qui ſecundum ſuam diuinitatem diſtat ab hominibus infinitæ nõ lo-
co,ſed perfectionis exceſſu ac diſſimilitudine,⌊alligauit vulnera eius⌋id eſt per infuſionem
charitatis & gratiæ,aliorum quoque habituum fortium, ſcilicet virtutum & donorum , vi-
res animæ vulneratas à peccatis retraxit,cohibuit & curauit,potiſſimum in baptiſmo. Pro-
pter quod in Actis loquitur Petrus: Baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chri- Actorũ.2.
ſti in remiſſionem peccatorum,& accipietis donum ſpiritus ſancti. Præterea Chriſtus per
ſuam paſſionem ſaluificam vulnera iſta alligauit atque curauit,inquantum paſſio ſua fuit ſa-
tisfactoria pro totius mundi peccatis,& meritoria gratiæ omnibus nobis.Idcirco apud Eſai-
am ſcriptum eſt:Vere languores noſtros ipſe tulit,& peccata noſtra ipſe portauit. Itemq́ue Eſaiæ.53.
Petrus ait:Peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum . Sed & tota Chriſti prædi- 1.Petri.2
catio,conuerſatio,miraculoſa operatio,medela fuit vitiorum noſtrorum ⌊infundens ole-
um⌋ hoc eſt ſpiritus ſancti vnctionem & conſolationem, piamq́; informationem, ⌊& vi-
num⌋id eſt conſortationem & exhortationem feruentem ad bona , ſeu iuſtam increpatio-
nem propter peccata.Nam & Petro loquutus eſt:Vade retro me ſatana . Hinc per Eſaiam Mar.8.
Chriſtus teſtatur de patre,ad annuntiandum manſuetis miſit me,vt darem lugentibus coro- Eſaiæ.61.
nam pro cinere,oleum pro luctu.Et ſponſa fatetur in Canticis:Introduxit me rex in cellam Cantic.2
C vinariam.Denique ſicut Chriſtus primo dicitur oleum infudiſſe & poſtea vinum , ſic præla-
ti & omnes exhortatores primo debẽt pie & charitatiue corripere,ſiue inſtruere delinquẽ-
tes,deinde ſi opus fuerit,rigorem iuſtitiæ admiſcere.Hinc ad Galatas ſcribit apoſtolus: Fra- Galat.6.
tres,& ſi prǫoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi in-
ſtruite in ſpiritu lenitatis.Ait quoq; Bernardus:Semper punire eſt crudelitatis,ſemper par- Bernardus
cere puſillanimitatis,nec hoc nec illud æquitatis.Opus eſt ergo diſcretione,vt ſciatur quã-
do hoc & quando illud agendum,& qualiter ſit contemperandum vtrumq;.
¶Præterea varij aſſignantur deteſtabiles,miſerrimiq́; effectus peccati , qui in verbis Chriſti
præinductis tanguntur.Primo enim per peccatum exhæreditamur à regno cœleſti , quod
eſt terra viuentium,quod notatur quum dicitur,⌊deſcendebat à Hieruſalem⌋ Secundo per
peccatum captiuamur ſub defectu multiplici ,& mente inſtabiles,exulesq́; efficimur, quod
notatur cum ait,in Hiericho.Tertio per peccatum ſubijcimur ſeruituti peccati atque diabo
li,quia & Petrus apoſtolus conteſtatur:A quo quis victus eſt,huius ſeruus eſt . Vnde Paulus 2 Petr.2
hortatur: Non ergo regnet peccatum in veſtrǫ mortali corpore, hoc notatur quum dici- Roma.6.
tur,incidit in latrones.Quarto per peccatum ſpoliamur donis gratuitis , ideo ait, deſpolia-
uerunt eum.Quinto per peccatum vulneramur in naturalibus,vnde dicitur , plagis impoſi-
tis.Sexto,per peccatum mortificantur præcedentia opera noſtra meritoria, præmioq́; pri
uamur.Hinc dicitur,ſemiuiuo relicto.⌊Et imponens in iumentum ſuum,⌋ hoc eſt corpori
ſuo nos iungens,ſicut capiti membra iunguntur, atque in ſuo corpore noſtra ſcelera luens,
iuxta illud Eſaiæ:Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum. Itaque per iumen- Eſaiæ.53.

 tũ Chri-

CAP. X. tum Chriſti, corpus eius digniſſimum explicat, quod rite iumentũ vocatur, nõ ob beſtialem D
vilitatem, ſed ob obedientialem ſubiectionem, ac ſeruitutem promptiſſimam, qua in omni-
Pſal. 72. bus animæ Chriſti promptiſſime paruit ac ſeruiuit. Hinc & vir obediens loquitur deo: Vt iu
mentum factus ſum apud te, ⌊duxit in ſtabulum⌋ hoc eſt eccleſiæ ſuæ ipſum incorporauit. »
Eccleſia nempe eſt Chriſti ouile, in quo ipſe ſuos fideles multiplici reficit pabulo ſpirituali,
Iohan. 10 de quo ſtabulo ait in Iohanne: Fiet vnus paſtor & vnum ouile, in quo etiam corpore & ſan-
guine Chriſti reficimur. Præterea potius ait ſtabulum quàm domum, vt præſentis vitæ ſœ
tores atque miſerias attendamus, & in ſeculo iſto tanquàm in exilio lugeamus, ad patriam iu
Heb. 13. giter feſtinantes, quemadmodum ad Hebræos ait apoſtolus: Non habemus hic manentem
ciuitatem, ſed futurã inquirimus, ⌊& curam illius egit.⌋ Chriſtus namq; quamdiu con- »
uerſabatur in ſeculo iſto diligentiſſime pro ſalute humani generis exorauit, & tempore quo
prædicauit, nonne varijs modis tanquàm aptiſſimus medicus animarum, homines curauit
ſaluate, prædicando, miracula faciendo, diſcipulos ſuos ad prædicandũ & ad miracula pera-
Sapiæ. 13 genda mittendo, varia gratiarum chariſmata tribuendo: Quàmuis enim (vt ſapiens habet)
cura ſit deo de omnibus, maxime tamen de rationabilibus creaturis. ⌊Et altera die⌋ hoc eſt, »
tempore ſuam paſſionem ſequente, videlicet poſt reſurrectionem. In ſcripturis enim ſæpiſ-
Eſaiæ. 4 ſime dies pro tempore ponitur, maxime in prophetis, vt quum loquitur Eſaias: In die illa e-
Iohel 3 rit germen domini in magnificentia & gloria. Et Iohel: In illa (inquit) die ſtillabunt montes
dulcedinem, ⌊protulit duos denarios⌋ id eſt noui ac veteris teſtamenti notitiam, ⌊& dedit »
Actor. 2. ſtabulario⌋ id eſt choro apoſtolorum, ſeu primitiuæ eccleſiæ, cui poſt reſurrectionem, præ- »
Iohan. 16. ſertim in die Pentecoſtes, infudit omnium notitiam ſcripturarum, per infuſionem ſpiritus
ſancti, quemadmodum paſſione inſtante promiſit apoſtolis Iohannis loquens: Quum vene
Actor. 1. rit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Sed & per quadraginta dies, quibus E
poſt reſurrectionem vſque aſcenſionem apparebat diſcipulis ſucceſſiue, docuit & euangeli-
cæ legis declarauit eis myſteria, ⌊& ait: Curam illius habe⌋ Præcepit enim apoſtolis, vt to-
Mat. 28 tum genus humanum ſolicite erudirent, Vnde in Matthæo loquitur eis: Euntes, docete om
Iohan. 21 nes gentes. Petro quoque ante aſcenſionem ſpecialiter dixit: Paſce oues meas. Cum omni nẽ-
pe diligentia prælati eccleſiæ gregibus ſibi commiſſis debent verbo & factis virtuoſe præeſ-
Prouer. 27 ſe. Hinc in prouerbijs Salomon ait: Diligenter agnoſce vultũ pecoris tui, tuoſq; greges cõ-
ſidera. Etenim quanto nobilior eſt anima rationalis omni irrationali creatura, tanto eſt dili-
gentius cuſtodienda, docenda & perficienda, ⌊& quodcũq; ſupererogaueris⌋ hoc eſt vltra »
debitum feceris, ſeu de tua induſtria atque labore addideris, cooperando gratiæ meæ, & pro
aliorum conuerſione fideliſſime deſudando. Sed vtinam paſtores & prædicatores iam debi
tum ſuum exoluerent, imò prohdolor, ſtipendia larga accipiunt, & plebem non inſtrunt, ſeu
Ezech. 34. condigne non alunt, vita exemplari atq; doctrina, quibus per Ezechielem deus improperat:
Eccle. 32. Lac comedebatis & lana operiebamini, gregem autem meum non pauiſtis. Quo contra in
Eccleſiaſtico omni aliorum rectori ſaluberrime dicitur. Rectorem te poſuerunt, noli extolli.
Eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Curam illorum habe, & ſic conſidera, ⌊ego quum redire,⌋ »
ad iudiciũ generale corporaliter deſcendendo ſecundum naturam aſſumptã, vel ad iudiciũ
particulare, quod fit in mortibus ſingulorũ, vbi Chriſtus reuertitur nõ locum mutando, ſed F
Mat. 24 per retributionem viſitando, vnde ait: Vigilate, quia neſcitis qua hora dominus veſter ven-
turus ſit. Et item: Beatus ille ſeruus, quem quũ venerit dominus eius, & pulſauerit ianuã, in-
uenerit vigilantem, ⌊reddam tibi⌋ id eſt condignam dabo mercedem. Hinc in Apocalypſi »
Apoc 22. ait: Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, dare vnicuiq; iuxta opera ſua. Subinde Chri
ſtus quærit à legiſperito non quaſi ignorans, ſed inſtruere illum volẽs. ⌊Quis horum trium⌋ »
videlicet, an ſacerdos, an leuita, an Samaritanus, ⌊videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui inci- »
dit in latrones. At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in illum⌋ hoc eſt, ita vt dictũ eſt ei ſub- »
uenit. Ille enim magis quàm alij duo proximus promeruit appellari ratione beneficij tanti.
Præterea contuendũ quod multipliciter dicitur homo proximus alteri. Primo, ratione co
Pſal. 37. gnationis, ſicut in pſalmo: Amici mei & proximi mei. Secundo, cauſa religionis eiuſdem, vt
omnes Chriſtiani. Tertio, ratione pietatis & beneficij, & ita nunc potiſſimum proximus ap-
Ambroſius. pellatur, ſicq; Ambroſius aſſerit: Nõ cognatio facit proximum, ſed miſericordia. Quarto,
ob conformitatem naturæ. Sic omnes homines ſibi inuicem proximi nuncupantur, iuxta il
Eccle. 13 lud: Omne animal ad ſibi ſimile coniungetur. ⌊Et ait illi Ieſus: Vade⌋ ſpiritualiter profici- »
endo, & legem Moſi veraciter intelligendo, ⌊& fac ſimiliter⌋ hoc eſt non verbis, ſed veri- »
tate & opere charitatiuo ac pio, oſtende te proximum non ſolis Iudæis, ſed omni homini
viatori egenti, ſi caſus euenerit, vt aliquis tibi occurrat tua indigens ope. Denique Auguſti
Auguſtinus nus primo libro de doctrina Chriſtiana affirmat. Ex his intelligimus illum eſſe proximũ no
ſtrum, cui officium pietatis eſt exhibendum ſi egeat, & etiam illum à quo nobis impenden-
dum eſt pietatis officium ſeu beneficium pium. Proximi etenim nomen ad aliquid eſt, nec
quiſq;

A quiſq; eſſe proximus niſi proximo poteſt. Nemo autem exceptus eſt, cui ſit beneficium pie-
tatis denegandum, Chriſto dicente: Benefacite his qui oderunt vos. Vnde manifeſtum eſt Matt. 5
hoc præcepto, quo iubemur diligere proximum, etiam ſanctos angelos contineri, à quibus
tanta nobis miſericordiæ impenduntur officia, quia & ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus
proximũ noſtrũ dici ſe voluit, ſignificans ſe ſubueniſſe ſemiuiuo iacenti in via.

¶Declaratio reſiduæ partis huius capitis, ſcilicet. Intrauit Ieſus in quoddã
caſtellũ. Articulus. XXVIII.

QVicquid Chriſtus geſſit in corpore myſterijs plenum eſt, & noſtræ conuerſatio-
nis informatiuum. Et quoniam Chriſtus venit tam actiuæ quàm contemplatiuæ
vitæ inſtituta docere, nunc factum quoddam ipſius deſcribitur, in quo breui elo-
quio vtriuſque vitæ diſtinctionem oſtendit. Lucas tamen hoc loco ordinem
« hiſtoriæ non obſeruat. ⌊Factum eſt autem dum irent Ieſus & eius diſcipuli,⌋ de loco ad lo-
« cũ ad plurimorum inſtructionem, ⌊& ipſe intrauit in quoddam caſtellum.⌋ Circa quod Be-
da: Huius (inquit) caſtelli nomen Lucas hic tacet, ſed Iohannes exprimit vocans ipſum Be- Beda Johan. 11
thaniam. Sic enim ait: Erat quidam languens Lazarus à Bethania de caſtello Mariæ & Mar-
thæ, ex quibus apparet, quòd ipſa Bethania quæ fuit villa vocetur caſtellum, vnde & infra le- Luc. 24
gitur: Quod duo ex diſcipulis ibant in caſtellum cui nomen Emaus, pro quo Marcus ſcri- Mar. 16
bit, quod ibant in villam. Denique quod in Matthæo ait ſaluator duobolus diſcipulis. Ite in Mat. 21
caſtellum quod contra vos eſt, de ipſa vrbe Hieruſalem ſolet exponi. Caſtellum tamẽ pro-
prie dicitur paruum caſtrum. Fuit autem in Bethania caſtrum Mariæ & Marthæ ac Laza-
ri, quod forſan interdum cõparatiue loquendo nominatur caſtellum, & ſicut frequenter to-
tum à ſua parte nomen ſortitur, ſic ſorte villa Bethania ratione caſtri ſiue caſtelli in ea cõtẽ-
B ti appellatur caſtellum, ⌊& mulier quædam Martha nomine,⌋ quam aliqui putant fuiſſe il-
lam quàm Chriſtus à ſanguinis curauit profluuio, cuius oppoſitum ſupra ſatis probatum eſt Matt. 9
« ⌊excepit illum in domum ſuã.⌋ Ipſa quippe ſpecialis extitit hoſpita Chriſti, propter quod Luc. 8.
ſicut in eius legenda habetur, poſt Chriſti aſcenſionem cõſueuit Chriſtum ſub nomine hoſ-
pitis inuocare. Itaque cum grandi reuerentia & charitatis feruore accepit Chriſtum in ſua
domo, quæ fuit caſtellum ſeu caſtrum. Nobilis enim fuit & opulenta, & ſicut in Iohãne ſcri- Johan. 11.
« ptum eſt: Ieſus diligebat Mariam, Martham & Lazarum. ⌊Et huic erat ſoror nomine Ma- Mar. 16
« ria⌋ ſcilicet Magdalena, de qua in Marco fertur: Surgens Ieſus mane prima ſabbati appa-
« ruit primo Mariæ Magdalene, de qua eiecerat ſeptem dæmonia, ⌊quæ etiam ſedens ſecus
« pedes domini, audiebat verbum illius⌋ in quibus verbis inſinuatur eius humilitas ac diligẽ-
tia, quia ad pedes Chriſti humiliter ſe locauit, & auidiſſime intenta fuit prædicationi ipſi-
us. Quo autem humilius ſedit, diligentiusq; aduertit, eo plus ſpiritualis hauſit profectus, &
riuos doctrinæ ex fonte ſapiẽtiæ ſumpſit. Chriſtus quippe eſt fons ſapientiæ, iuxta illud Ec-
cleſiaſtici: Fons ſapientiæ verbum dei in excelſis. Deus quoque humilibus dat gratiã.
¶Præterea, ſicut ait Baſilius: Omnis operatio atque loquutio ſaluatoris regula eſt virtutis ac Eccl. 1. Jaco. 4
pietatis. Ob hoc enim induit corpus noſtrum, vt nos conuerſationem ipſius imitemur pro Baſilius.
poſſe. Suo ergo exemplo docuit diſcipulos, omnesq; prædicatores, & ad aliorum exhorta- 1. Pet. 5
tionem idoneos, qualiter habere ſe debent in domibus hoſpitantium eos, vt ſcilicet ſuſcepti
non ſtatim reſupini quieſcant, ſed ſuſceptores ſuos exhortationibus repleant ſacris, vnde &
C reuerenter ac charitatiue ſunt ſuſcipiendi. Primo, quoniam hoſpitatores eorum ædificabũ-
« tur ſalutaribus documentis. Secundo, quoniam charitatis adipiſcentur mercedem. ⌊Mar-
« tha autem ſatagebat⌋ hoc eſt ſatis agebat, occupataq; fuit ſeu laborabat, ⌊circa frequens mi-
« niſterium,⌋ id eſt circa corporalis refectionis quotidie neceſſariæ præparationem & exhi-
« bitionem, ⌊quæ ſtetit⌋ ab abſequio & diſcurſu modice ceſſans, vt Chriſtum reuerentialiter
« alloqueretur, & eius prꝫſtolaretur reſponſum, ⌊& ait: Domine non eſt tibi curæ quod ſoror
« mea reliquit me ſolam miniſtrare.⌋ Hoc videbatur irrationabile Marthæ, quia apparuit ei,
quod ob Chriſti honorabilitatem, aliorumq; hoſpitum multitudinem, Maria merito adiu-
uiſſet. Itaq; interrogauit, Domine non eſt tibi curæ, non quaſi Chriſtum reprehendẽs, quod
« Mariæ non dixerat: Adiuua ſororem tuã, ſed q̃ſi admirãs de hoc, ideo addidit, ⌊Dic ergo il-
« li, vt me adiuuet,⌋ quia ad literam multa erant agenda in tot hoſpitum cibatione. Et quod
Martha dicit ſe ſolam miniſtrare, non eſt intelligendum, quod nulla fœmina adiuuerit eam,
habuit enim ancillam iuuantem vnam aut plures vt reor, ſed ſolam ſe adſerit miniſtrare per
excluſionem ſuæ ſororis, ad quam miniſtratio illa æque pertinuit, ſecundum Marthæ opini-
« onem. ⌊Et reſpondens dixit illi dominus,⌋ Ieſus Chriſtus, qui ad reſpondendum ſapienter,
deliberatione, inquiſitione, ſtudio non egebat, quoniam ſapientia plenus, imò & ipſa ſapien-
tia, deiq; patris vnicum verbum fuit, ⌊Martha, Martha.⌋ Bis nominat propter diligentio- 1. Cor. 1.
rem eius prouocationem ad aduertendum, & item in ſignum dilectionis ſuæ ad eam, quã ele- Johan. 1.

CAP.X. git in hoſpitã ſui ac diſripulorũ ſuorũ, ⌞ ſolicita es, & turbaris rrga plurima ⌟ id eſt circa hæc D
temporalia adminiſtranda, & citra corporalia alimenta, & circa corpora reficienda, quæ oc
rupstio q̃uis ſurrit bona & actus prudentię ac miſericordiæ & liberalitatis, ex charitate im-
perialiter procedens, nihilominus ſtabilitatem & pacem mentis in deo frrquentrr diminuit
interrupit ac impediuit. Pluribus nempe intendens animus, ſingulis non æque perfectæ va-
let intendere, vni, quia & virtus vnita eſt fortior quàm diſperſa. ⌞ Porrò, vnum eſt neceſſari- »
um ⌟ hoc vnum quod præ rꝫteris nrcrſſarium dicitur, poteſt diri ipſa felicitas patriæ, ſeu de »
us omnipotens obiectum & dator beatitudinis huius, vel contemplatio ſeu dilectio dei in vi
ta hac, ſeu pax mentis in deo, aut vnio cordis rum eo, ſeu deo debite deſeruire, & ſaluti pro-
prię prouidere. Quamuis autrm ad obtinendam ſalutem multa ſint neceſſaria, ſrilicet fides,
ſpes, charitas, ſacramenta, impletio præceptorum, vnum tamen neceſſarium dicitur anto-
nomatice, quia præ cætrris neceſſarium extat, vrl neceſſitate finis, & propter ſe atque ſim-
pliciter, alia verò per reſpectum ad finrm, & propter eius adeptionem, ⌞ Maria optimã par »
Pſal.72 tem elegit ⌟ videliret deo vacare, iuxta illud pſalmi: Mihi autem adhærere deo bonum eſt, »
Threno.3 deum diligere, mente quieta, contemplatiuam ducere vitam, & ipſum incommutabile bo-
num quærere ac habere, de quo in Threnis ſcriptũ eſt: Pars mea dominus, dixit anima mea,
propterea expectabo eum. Hanc digniſſimam partem elegit Maria, trrrenis contemptis &
corporalibus occupationibus tanquàm minus bonis, maiorisq́ue boni impeditiuis relictis,
⌞ quæ non auferetur ab ea ⌟ quoniam pars hæc incipit in hac vita, & continuatur ac perpe- »
tuatur in patria, perficitur quoque in ea, quoniam contemplatio viæ per fidem eſt quædam »
inrhoatio contemplationis beatorum per ſpeciem, propter quod ait Apoſtolut: Nunc co- E
1.Cor.13 gnoſco ex parte, tunc autem cognoſram ſicut & cognitus ſum. Et: Videmus nunc per ſpecu
lum in ænigmate, tunc autem ſarie ad faciẽ. Itaque Chriſtus Martham de ſuo druoto & cha-
ritatiuo obſequio non reprehendit, ſed partem Mariæ præponit, quoniam exercitia vitæ
contrmplatiuæ pręclariora ſunt exercitijs vitæ actiuæ. Veruntamen de hoc videtur Mar-
tha aliqualiter reprehenſa, quod ſororrm ſuam voluit à ſpirituali actu vitæ rontemplatiuæ
abſtrahere, vt corporalibus occuparetur, quum tamen neceſſarium non fuiſſet, & quia Ma-
Cyrillus riam putauit negligentrr ſe habuiſſe, non impendendo auxilium in corporali obſequio. De-
Baſilius. nique circa illud, ſolicita es, & turbaris rtga plurima, dicunt Cyrillus & Baſilius. Quũ aliqui
ſuſceperint alios hoſpitio, non ſolicitentur circa multum obſequium, præparando diuerſa
& delicata cibaria, nec poſcant quæ præ manibus non ſunt, & nereſſitatem excedunt. Gra-
uat enim paſſim in qualibet re quod ſuprrfluit. Hoſpitantibus namq; generat tædium, con-
uiuis autem videtur, quod ſint alijs rauſa laboris.

Myſticus ſenſus. ¶Sed quoniam ſenſus literalis planus eſt ſatis, tangendus eſt myſticus intrllectus, iuxta quem
per Bethaniam quæ interpretatur domus obedirntiæ, deſignatur cor bonam conſcientiam
habens, eo quod diuinis obediuit præceptis, ideo Chriſtus illud libenter ingreditur per gra-
tiæ augmrntationem, ranquàm charum, familiareq́; ſibi. Porrò, per Martham anima vitæ
actiuæ exercitijs drdita explicatur, quæ Chriſtum in ſua recipit domo, hoc eſt, in archanis
conſcientiæ ſuæ, cuius ſoror Maria, hoc eſt quęcumque anima illi vt ſoror dilecta, contem-
platiuæ vitæ inſiſtens, ſedet ſecus pedrs Ieſu, id eſt ei humiliter ſe ſupponit, eiusq́; humilita- F
Threno.3 tem perpendit, ac veſtigia imitatur, iuxta illud Threnorum: Sedebit ſolitarius & tarebit, qa
Pſal.84. leuabit ſe ſuper ſe, & audit verbum illius, aſſerens cum pſalmiſta: Audiam quid loquatur in
me dominus drus. Anima quippe quieſcendo ſit prudens, & diuinam inſpirationem ſuſci-
Eccle.38 pit ar aduertit. Propter quod in Eccleſiaſtiro habetur: Qui minoratur actu ſapiẽtiam per-
cipiet. Præterea in quiete huiuſmodi audit verba diuina aure mrntali, illis obediendo, quæ le
git aut meditatur. Martha autem ſatagebat circa frequens miniſteriũ. Hoc competit his, q
operibus miſericordiæ & cæteris exterioribus virtutum actibus corporalibus occupãtur. Et
ſicut Martha conquęſta eſt Chriſto dicens: Domine non eſt tibi curę, quod ſoror mea reli-
quit me ſolam miniſtrare, ſic interdum perſonæ deuotę quæ operibus vitæ actiuę intendere
compelluntur, & contemplatiuam vitam magis deſiderant, conqueruntur Chriſto ſeu eius
prælatis, quod ipſe præ cæteris ſibi ſtatu, gradu ſeu profeſſione, ſimilibus in exterioribus ſer
Bernardus Numeri 21 uire coguntur. Et ſicut ait ſanctus Brrnardus: Beata eſt congregatio, vbi Martha taliter cõ-
quæritur de Maria. Sed heu iam multi inſtar perſidorum ſiliorum Iſrael cœleſtem nauſean-
tium panem, etiam ad Aegyptias, id eſt mundanas conſolationes aſpirant, quibus contem-
platiuæ vitæ nõ ſapit refectio. Quemadmodum vero Chriſtus Martham inſtruxit, ne Ma-
riam ad exteriora ab contẽplationis exerritijs euocaret, ſic pręſati ſunt inſtrurndi, ne abſq;
neceſſitate aut euidente vtilitate poſtulent aliquem à contemplatiuę vitę actibus abſtrahi.

¶Circa hunc locum Euangelicum multa poſſent de vita contemplatiua & actiua, earumq́;
diſtinctione induci, & quę ſit dignior inueſtigari, de quibus ſpecialem tractatum compoſui,
& nũc breuiter tangi poteſt, quod abſolute loquendo vita contemplatiua ſit dignior quàm
actiua

A actiua, ſi in vita actiua ſolum penſetur quod eſt vitæ actiuæ. Ad quod Ariſtotiles decimo e- *Ariſtotiles 10 ethicorum*
thicorum octo pulchras atque ſubtiles rationes adducit. Prima eſt, quoniam vita contẽpla-
tiua competit homini ſecundum digniſſimam ſuam potentiam, ſcilicet intellectum ſpecula-
tiuum, & quo ad digniora obiecta, quia circa diuina verſatur, vita vero actiua competit ho-
mini ſecundum practicum intellectum, & circa exteriora ac ſenſibilia occupatur obiecta.
Secunda eſt, quia vita contemplatiua ex ſua natura eſt magis continua. Tertia, quia eſt de-
lectabilior pura delectatione. Quarta, quia eſt ſibi in ſe magis ſufficiens. Quinta, quoniã ma-
gis quæritur propter ſe ipſam, imò actiua ordinatur ad ipſam. Sexta, quia in vacatione &
quiete conſiſtit, actiua autem in labore & motu. Septima, quia eſt magis diuina. Octaua, q̃-
niam competit homini per id quo à beſtijs ſeparatur. Actiua vero competit ei etiam ſecun-
dum vires animæ inferiores. Nihilominus vita actiua præfertur contemplatiuæ ſecundum
quid, puta in caſu propter bonum commune & neceſſitatem, ac vtilitatem vitæ præſentis.

¶Præterea præter rationes prætactas ſunt aliæ, cur contemplatiua vita eſt dignior, quarum
vnam tangit ſaluator, quia videlicet vita contemplatiua nõ auſertur homini per mortem, ſi-
cut actiua. Contemplatiua quoq; magis propinquat beatitudini patriæ, & eſt magis ſuper-
naturalis, quàm vita actiua. Veruntamen intuendum, quod duplicia ſunt vitæ actiuæ opera. *Actiuæ vitæ opa duplicia*
Quædam ſunt omnino corporalia, vt exteriora miſericordiæ opera, quæ & corporalia ap-
pellantur, de quibus certum eſt, quod vita contemplatiua præferenda ſit ipſis, alia ſunt ope-
ra vitæ actiuæ, quæ ſi idoneæ fieri debeant, contemplatiuæ vitæ perfectionem quandã pręe-
exigunt, vt ſunt prædicare, in ſpiritualibus præeſſe, ſcripturas interpretari, publicas pro a-
B lijs preces effundere, & cætera, de quibus aliqui opinantur, quod contemplatiuæ pręferenda
ſint vitæ, quia vtriuſque vitæ perfectionem vidẽtur includere, vnde & 19. de ciuitate dei Au
guſtinus diſtinguit triplicem vitam, videlicet otioſam, hoc eſt contẽplatiuã, negotioſam, id *Auguſtinus*
eſt actiuam, & ex vtraque temperatam.

¶Deniq; euangelium iſtud in Aſſumptione beatiſſimæ virginis legitur. Primo, quoniam fe-
ſtiuitas illa aliud ſpeciale non habet Euangelium. Secundo, quia vtriuſq; vitæ perfectio in ea
reſplẽduit, quoniam humanitati filij ſui corporaliter deſeruiuit, & eius diuinitatem ſpiritua
liter contemplabatur lucidius cæteris. Tertio, quoniam myſtica ſeu allegorica expoſitio hu
ius Euangelij ei præcipue competit. Ipſa enim inuictiſſima virgo fortiſſima mulierum, fuit
caſtellum quod ingreſſus eſt Chriſtus, quando deſcendit de cœlo, & incarnatus eſt in vtero
eius, aſſumens ex puriſſimo ſanguine eius corpus humanum. Quemadmodum autem caſtel-
lum debet eſſe alte ſitum, muro clauſum, foſſato circundatũ, turræ leuatũ, armis & alimentis
prouiſum, aquis quoq; munitum, ſic benedicta virgo Maria fuit per vitæ eminentiam alte ſi-
ta, imò in ſtatu altiſſimo poſita, vtpote in ſtatu maternitatis dei. Ita quod fuit & eſt compa-
rentalis deo patri, eundem cum illo filiũ habẽs, fuit q̃q; muro clauſa, id eſt firmiſſima virgi-
nea caſtitate ornata, itemq́; humilitate quaſi foſſato profundata, & charitatis feruore velut
turre erecta, cunctis virtutibus tanquàm armis firmata, ſpiritualibus alimentis & gratiarum
fluentis repleta. Hæc glorioſa virgo Maria vocatur Martha, in quantum actiuæ vitæ per-
fectionem poſſedit, ſicq; Martha excepit Chriſtum in domum ſuam, quia in vtero ſuo. Nec
C dubium quin ipſa multo humilius ſedit ad pedes filij ſui dum prędicaret, eius quoq; prædi-
cationem affectuoſius, diligentiusq́; audiuit, quàm Maria Magdalena, vnde & ipſa optimã
partem perfectiſſimę prælegit. Prælatis vero atq; doctoribus aliorum competit vtriuſq; vi-
tæ exercitia ordinate proſequi & habere. Poſtremo ſecundum Auguſtinum, quod Martha *Auguſtinus*
accepit Chriſtum in domum ſuã, deſignat eccleſiam, quę nunc accipit dominum in cor ſuũ.
Maria vero quæ ſedit ad pedes domini audiens verbum eius, deſignat eandem eccleſiam,
ſed in futuro, vbi ceſſans ab opere, miniſterioq́; indigentium, ſola ſapientia perfruetur. Co-
nemur ergo & nos harum venerabilium mulierum perfectiones ſectari, & quilibet noſtrum. *1. Cor. 7.*
digne cõuerſari nitamur, ſecũdũ exigentiã vocatiõis qua vocatus eſt, prout monet apl'us.

¶ELVCIDATIO CAPITIS VNDECIMI. ET FActum eſt quum eſſet. Articulus. XXIX.

Saluator in huius capitis exordio docet orationis formã atq; inſtan- *CAP. XI.*
tiã, dat q̃q; impetrãdi fiduciã. Itaq; Lucas hiſtorialiter inchoãs, ait:
[Et factũ ẽ quũ eẽt in q̃dã loco orãs, vt ceſſauit orare, dixit vnus ex
diſcipulis ei' ad eũ.] Quo loco aut tpe cõtigerit iſtud. Euãgeliſta iſte
determinate nõ exprimit, vt ĩ Matth. habet: Dũ Ieſus ĩ mõte coram *Matt. 6.*
ſuis p̃dicaret diſcipl'is, euãgelicã tradẽs legẽ, inter cętera modũ orã-
di edocuit, atq; ſubſequẽte orõne dñicã primus inſtituit ac depromp-
pſit, vñ apparet q̃d Lucas hoc loco ordinẽ nõ obſeruet hiſtoricum,
difficultasq; orit, q̃uo ea q̃ hic legunt, his q̃ĩ Mat. ſcribunt, cõcordẽt
Ibi qppe nõ legit, Chřs añ huius ĩſtitutionẽ orõnis oraſſe, nec occa-

 (ſiõe alloquutõis

tionis diſcipuli orationem hanc docuiſſe, ſed quaſi proprio motu eam ſuo inſeruiſſe ſermoni. D
Sed ad hæc rñdendo certum & tutũ eſt dicere, quia frequenter contingit, vt quod vnus Euã
geliſta omiſit, ſuppleat alter, quemadmodum in iſto capite, multa à Chriſto de oratione ꝓ-
lata recitat Lucas, de quibus Matthęus non ſcripſit. Forte etiam eandem orationem ſaluator
bis docuit occaſione diuerſa, & propter diuerſos, vno præſente, quũ defuit alius. Itaq; Chrũs
orauit ſecundum q̃d hõ ad noſtram inſtructionẽ & ꝓpter indigẽtiã noſtram, quia orauit pro
nobis quàmuis ſæpe orauerit pro ſeipſo, videlicet pro ſui corporis glorificatione, accidenta-
Iohan.17 liq; pręmio, iuxta illud Iohãnis: Pater clarifica me. ¶ Præterea per hoc quod diſcipulus Chri
ſti non petijt formam orandi à Chriſto niſi poſtquàm ceſſauit orare, docemur non inter-
rumpere orationem & Pſalmodiam, ſeu horarum perſolutionem ſeruorum Dei. Quod, quia
nonnulli nimis faciliter faciunt grauiter peccant, non penſantes quod orantes atque pſallen
tes cum deo altiſſimo ſint loquentes. Ideoq; præſertim ob Dei reuerentiam ab eius collo-
quio non ſunt faciliter abſtrahendi, præſertim quum loquentem cum rege terreno vix ali-
quis abſque neceſſitate audeat auocare, propter reuerentiam regis. Domine, doce nos ora-
re ſicut Iohannes (ſcilicet Baptiſta) docuit diſcipulos ſuos. Veruntamen qualiter Iohannes
docuerit diſcipulos ſuos orare & vbi, & quam formam orandi eis præfixerit, non docet ſcri-
ptura canonica. ¶ Inſuper quàmuis multæ orationes in veteri teſtamento legantur, diſci-
pulus tamen Chriſti aliquam ſingularem atque præcipuam orationis formam ab eo popo-
ſcit, tanquàm ab eo in quo tam excellentem ſanctitatem conſpexit, perpendens quod à fer-
uẽtiori deuotioriq; corde efficacior prodiret orõ, quũ oratio deſiderij ſit ĩterpres ac nũtius. E
Vnde & boni filij ac diſcipuli à deuotiſſimis patribus ſuis formam orationis petere conſue-
uerunt, quatenus eodem deuotionis ſpiritu, ac feruore diſcant & aſſueſcant altiſſimum inuo-
care, quo patres eorum id agunt. Tanta quoque eſt orationis dignitas, vtilitas, atque ne-
ceſſitas, vt merito de modo orandi inſtructionem quærere debeamus. Et ait illis: Quum
oratis: Hoc eſt, orare intenditis ſiue incipitis ſeu orationi inſiſtitis inter cætera. dicite:
cum ſpecialiſſima deuotione. Vnus diſcipulorum rogauit, ſed reſponſionem Chriſtus cun-
ctis qui aderant diſcipulis dirigit: Quia & vnus ille pro omnium informatione quæſiuit.
Pater, ſanctificetur nomen tuum. Breuitati ſtudens, in huius deſcriptione orationis, ver-
ba aliqua prætermiſit, quoniam à Matthæo ea ſatis deſcripta cognouit, aut quia ſub verbis
hic poſitis virtualiter includuntur, aut quia ad ſubſtantiam petitionum hic tactarum non
Matt.6 pertinent, vt quod refert Matthæus: Qui es in cœlis, ad primæ petitionis non ſpectat eſſen-
tiam, duæ quoque petitiones à Matthæo tactæ atque à Luca omiſſæ in petitionibus hic po
ſitis comprehenduntur, ſicut patebit. Itaque Chriſtus orationem ſic incipiendam hortatur:
Pater, nempe qui deum exorat cum plena fidutia atque præcipua dilectione hoc agere de-
Iaco.1. bet. Quemadmodum Iacobus Apoſtolus ait: Poſtulet in fide nihil hæſitans, ſed nomine pr̃is
Horum vtrunque potiſſimum concipitur, inflammatur, augetur. Filius nanque de patris ſui
bonitate præſertim confidit & eum permaximè diligit. Vt ergo cum omni fidutia feruidoq;
amore, deum precemur, CHRISTVS ſic inchoandum edocuit: Pater quo nomine etiam
beneuolentiam Dei captamus. Sed caueamus, ne inueniamur indigni, Deum altiſſimum pa-
trem vocare. Si enim rebus creatis, vanis & vilibus magis quàm ſibi inhæremus, ſi tranſgre-
diendo diuina pcepta, ipſm inhonoramus, ſi creata amplius quàm creatorem quærimus, &
amamus, ꝓrſus indigni ſumus ipſm pr̃em vocare nec ĩter filios ſuos electos nos computat, ſed F
tanquàm degeneres ac rebelles, tanquàm impios & ingratos condemnat. Hinc per Mala-
Malach.1 chiam teſtatur: Filius honorat patrem ſuum, & ſeruus timet dominum ſuum. Si ergo pater
ego ſum, vbi eſt honor meus, & ſi dominus ego ſum, vbi eſt timor meus?
¶ Præterea conſiderandum, quòd pater in ſcripturis multipliciter dicitur. Primo, æterna gene-
ratione, ſicut in Pſalmo: Ex vtero ante Luciferum genui te. Sic Paulus ad Corinthios ait: Be-
Pſalm.109 nedictus Deus & pater domini noſtri IESV CHRISTI. Sicq; in diuinis, Pater perſo-
2.Cor.1 naliter ſumitur, & ſoli perſonæ patris competere dicitur. Et quàmuis hoc modo in oratione
dominica accipi poſſit, congruentius tamen alijs modis in ea ſuſcipitur, ſicut dicitur: Verun-
tamen quia in miſſæ officio orationes ad perſonam patris communiter diriguntur, dum ora-
tio dominica in hoc officio pronuntiatur, nomen patris perſonaliter ſumitur. Secundo, pa-
ter dicitur redemptione, iuxta illud Eſaiæ ſexageſimotertio: Tu domine pater noſter & re-
demptor noſter à ſeculo nomen tuum. Et ſic rurſus pater perſonaliter dicitur loquendo de
redemptione non ſolum effectiue dicta, ſed & miniſterialiter exhibita, ſecundũ quòd modus
redemptionis fuit per filij paſſionem exhibitus, & ſic ſoli filio conuenit nomen patris.
Ephe.1 Tertio, pater dicitur prædeſtinatione, vt quum ait Apoſtolus ad Epheſios: Gratia vobis
& pax à Deo patre noſtro, qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per IESVM
CHRISTVM. Quarto, pater dicitur creatione, ſecundum illud Deuteronomij triceſi-
moſecundo: Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?

Fecit

Fecit vtique quantum ad corpus, creauit quantum ad animam, & poſſedit ſecundum vtrūq;.
A Quinto, dicit̃ pater ſacramentali regeneratiõe, prout in prima ſua Canonica loquit̃ Petrus:
Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui regenerauit nos in ſpem viuam, 1. Petri 1.
Sexto, dicitur pater fidei inſtructione, iuxta illud Iohannis: Quotquot autem receperunt e-
um, dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Septimo, gratiæ adoptione, dicente apoſtolo: Acce- Iohan. 1.
piſtis ſpiritum adoptionis filiorum. Octauo, gloriæ collatione, ſecundum illud Pauli ad Ga Roma. 8.
latas. Itaq; iam non eſt ſeruus ſed filius. Quod ſi filius, & hæres per deum. Om̃es hi modo tri Galat. 4.
bus perſonis ſuper digniſſimis & æternis ſimul conueniunt, quoniam opera ſuperbenedictę
trinitatis ſunt indiuiſa. His quoq; modis pater in oratione dominica ſumitur, per patrem in-
telligendo totam ſupereſſentialem, incircumſcriptam'q; trinitatem, vnum verum ſimpliciſ-
ſimum deum, cui cum omni humilitate, reuerentia & gratiarum actione confidenter atque
ardenter dicere ac ſupplicare debemus. Pater, ſanctificetur nomen tuum, hoc eſt tu ipſe ô pa 1. Timo. 1.
ter omnipotens & immenſæ, ab omnibus honoreris, & tua ſanctitas omnibus innoteſcat, ac Lucæ. 1.
tibi in ſanctitate & iuſtitia ab vniuerſis iugiter ſeruiatur, hoc eſt, quod primo ac maxime af-
fectare debemus, videlicet glorificationem ſeu honorem & gloriam dei in om̃ibus aliter bo
ni filij eius non ſumus, nec vere fideles, quemadmodum apud Iohannem Chriſtus ad peruer Iohan. 5.
ſos ait Iudæos. Quomodo poteſtis vos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & glori-
am quæ à ſolo deo eſt non quæritis? Denique ſicut homines virtuoſi deum ſanctificant, dum
B ſancte viuendo deum cui ita deſeruiunt, ſanctum eſſe demonſtrant, eius'q; ſanctitati fideli-
ter atteſtantur, ſic vitioſi iniuſte ac turpiter conuerſando, nomen dei maculare dicuntur, q̃a
ſic viuunt, ac ſi deus iniuſtitiam approbet, nec ſanctus ſit, alijs quoq; quantũ in ipſis eſt, præ-
ſtant audaciam, & exemplum inhonorandi deum. Hinc per Ezechielem deus perfidis filijs Ezech. 36
Iſrael improperans. Commaculaſtis (inquit) nomen ſanctum meum. Et rurſus: Sanctifica-
bo nomem meum magnum, quod pollutum eſt per vos inter gentes. Itaque dum oramus,
ſanctificetur nomen tuum, pro toto mundo hoc ipſum precemur, cordialiſſime cupientes,
vt ſanctitas veri dei cunctis innoteſcat hominibus, & digne honorificetur ab om̃ibus, imò
quo bonum commune diuinius eſt quàm proprium, eo plus diuinum, meritorium'q; cõſiſt it
“ orare pro multis, præſertim pro omnibus quàm pro ſe ſolo aut paucis. [Adueniat regnum
“ tuum.] Regnum dei eſt militans ac triumphans eccleſia, ideo de vtroq; regno iſto exponi- Regnũ dei q̃d.
tur. Primo, Adueniat regnum tuum, id eſt militans eccleſia, numero ac merito creſcat, & vn
diq; diffundatur, & tu ſolus per fidem & gratiam multiformẽ regnes in ea, hoc eſt, in cor-
dibus vniuerſorum ac ſingulorum fidelium, aduerſarijs tui honoris ac noſtræ ſalutis, præſer-
tim dæmonibus inde eiectis. Secundo, Adueniat regnum tuum, id eſt triumphans eccleſia
impleatur, ad cœleſtem Hieruſalem protinus perducamur, ad regnum cœlorum mereamur
venire. Sub his duabus petitionibus includitur tertia, à Matthæo expreſſa, qua dicitur: Fiat Matt. 16
voluntas tua ſicut in cœlo & in terra, id eſt, ſicut à cœleſtibus ciuibus tibi in omnibus obe-
“ ditur, ita & à terrigenis quantum poſſibile eſt, tibi in omnibus obediatur. [Panem noſtrum
“ quotidianum da nobis hodie.] Hoc de duplici pane exponitur. Primo, de pane ſacramen-
tali, hoc eſt de corpore & ſanguine Chriſti in ſacramento altaris, quemadmodum ait ſalua-
tor: Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Et denuo: Ego ſum panis viuus, Iohan. 6.
C qui de cœlo deſcendi. Hic panis animam reficit, ſpiritualiter'q; ſaginat, ſi digne acceperit e- Iohan. 10
um. Secundo, exponitur de pane ſpirituali, videlicet de habitibus, actibus'q; virtutũ, de con-
ſolatione interna, de confortatione mentali, de diuinorum ſapore, de quibus ait ſcriptura,
Cibabit illum dominus pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illũ. De Eccle. 15
pane quoque obedientiæ ait in Iohanne ſaluator: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem pa- Iohan 4
tris mei. Similiter de pane pœnitentiæ fert pſalmiſta: Cibabis nos pane lachrymarum. Et: Pſal. 79
Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. De ſpiritualium autem conſolationum ac Pſal. 41.
delectationum, diuinorum'q; guſtuum refectione, ſponſus cœleſtis ait in Canticis: Come- Cantic. 5
dite amici & bibite, & inæbriamini chariſſimi. His itaque cibis oremus quotidie ali diuini-
tus, ne ſpiritus noſter debilitetur, vitijs'q; ſuccumbat. Tertio exponitur de corporali alimẽ-
to, vt ſit ſenſus: Panem noſtrum quotidianum, hoc eſt neceſſaria vitæ, quibus quotidie indi-
gemus, da nobis, quibus verbis excluditur auaritia, quæ congregat in longinquum, & vltra
neceſſitatem, ac ſolicitudo immoderata de craſtino. Circa quod ait Theophilus: Ex eo quod
Chriſtus iuſſit quærere quotidianum alimentum, videtur quod ſuos fideles nihil concedat Theophilus.
habere, ſed magis honeſtam colere paupertatem. Non enim habentium panem, ſed oppreſ-
ſorum penuria eſt quærere panem quotidianum pro hodie. Propter quod dicit Chryſoſto
mus: Poſtulanda ſunt diuinitus neceſſaria vitæ, non diuerſitates ciborum, & odorifera vina, Chryſoſtom9.
ac cætera quæ delectant guttur, onerant autem ventrem & mentem perturbant, ſed panis
petendus eſt, qui poteſt ſubſtantiam corporis ſuſtentare, & ille qui nobis quotidie tan-
“ tummodo ſufficit, vt de craſtino non cogitemus, [& dimitte nobis peccata noſtra,] culpã Matt. 6.
penitus

penitus auferendo & pœnas, quas peccando meruimus relaxando, vel partim ſiue totaliter. D
¶Porro peccata mortalia pariter dimittunt, ita quòd vnum ſine alio non dimittitur, quantũ
ad culpam, ſed tanto plus dimittitur nobis de pœna, quò maior in nobis eſt pudor ac intimus
dolor de pctis, in quãtũ ſunt cõtra iuſtitiã, deiq́ꝫ offenſiua & quò maior nobis ineſt feruor cha
ritatis ad deum ac proximũ, quo item efficaciora ſatisfactionis agimus opera. ¶Prȩterea ſine
venialibus peccatis vitam hanc nec ducimus, nec ducere, diu valemus, quia & ſi omnia, non
tamen ſingula quimus vitare, ſed contra ea, prouiſa & data ſunt nobis deſuper multa reme-
dia, quorꝫ vnum eſt, ſecundum Auguſtinum, oratio iſta dominica. Deinde tangit ratio quen
Auguſtinus dam impetratiua effectus huius petitiõis, videlicet veniæ: ⌊Siquidem & ipſi dimittimus omi ”
debenti nobis.⌋ hoc eſt, omnibus iniuriãtibus nobis piè ignoſcimus, ad minus culpam ſeu in- ”
iuriam dimittendo, quàmuis interdum debita pœna ſeu emendatio pœnalis & ſatisfactoria
exigi poſſit ex charitate, ſecundum formam iuris, ordinemq́ꝫ iuſtitiæ, præſertim propter bo
num commune, & ne peccantes ex facilitate veniæ, fiant ad iniuriandum ac vitia proniores.
Itaqꝫ qui alteri non ignoſcit, bona fronte orare nõ valet hanc clauſulã, imò quàm impiè agat
Eccl.28 in Eccleſiaſtico aperitur, quo legit: Homo homini ſeruat iram, & à deo quærit medelam. Ipſe
quum caro ſit in ſibi ſimilem non habet miſericordiam, & tamen de peccatis ſuis deprecatur
altiſſimũ. Quis exorabit pro peccatis illius. Itaqꝫ ſicut optamus & exoramus vt peccantibus
deus non iuſte nobis iraſcatur, aut vindicet, ſed piæ noſtræ cæcitati ac fragilitati condoleat,
& ignoſcat, ita & nos iniuriantium nobis fragilitati & cæcitati compatiamur, & ignoſcamus
Matth.5 ſimul orantes pro illis, vt ſimus filij patris cœleſtis qui pius & clemens eſt ſup bonos & malos
Iſtud vero ad prælatos & patres ſpũales & religioſos præcipue pertinet, qui in omni chari- E
tate ac pietate cæteris præfulgere tenentur, quorum interiora in ipſum bonitatis ac charita-
ris affectum debent conuerti, aut eſſe conuerſa, quanquàm ex charitate & æquitate iuſtam
ſæpe debeant peccantibus infligere pœnam, vt per eam à pœnis eripiantur futuris, & gra-
riam conſequantur maiorem, præſertim vt Deo aliqualiter ſatisfiat. ¶Poſtremo, circa hæc
Chryſoſtom⁹. ſcribit Chryſoſtomus: Hæc animaduertentes, gratias agere debemus debitoribus noſtris.
Fiunt enim nobis (ſi ſapimus) cauſa indulgentiæ maximæ, & pauca exhibentes ſeu modica di
mittẽres, plurima reperiemus. Nam & nos multa debemus & debita magna domino, quorũ
ſi minimã partem à nobis vellet exigere, iam periſſemus. ⌊Et ne nos inducas in tentationẽ.⌋ ”
hoc eſt, non nos permittas ab hoſtibus noſtræ ſalutis ſupra vires tentari, ad conſenſum illici
tum trahi, rentationibus ſuperari, ſed da gratiam reſiſtendi ac præualendi. Dicitur autem de
Iaco.1. us in tentationibus inducere, quia ab aduerſarijs nos permittit tentari. ¶Interdum autem &
deus dicitur tentare, non vtiqꝫ tentatione deceptoria, ac fallaci, quum Iacobus dicat: Nemo
quum tentatur, dicat, quia à deo tentetur. Deus enim neminem tentat, ſcilicet modo præfa
to, ſed tentatione probationis & exercitationis quæ ad bonum tentati ordinatur tentare de
us aſſeritur. Itaqꝫ ex huius clauſulæ declaratione iam patet quod in ea virtualiter ac ſententia-
Matt.6 liter includatur ſeptima ac vltima petitio orationis dominicæ à Matthæo expreſſa, qua di-
Auguſtinus citur: Sed libera nos à malo. Vnde Auguſtinus in Enchyridion ſcribit, quod Matthæus in
vltimo poſuit: Sed libera nos à malo. Lucas non poſuit, vt intelligamus hoc ad præceden-
tem petitionem pertinere. Ideo quippe ait: Sed libera, non libera, tanquàm vnam petitio- F
nem demonſtrans. Verum de multis concernentibus expoſitionem huius præclariſſimæ
orationis quæ ſecundum Henricum de Haſſia, etiam à Iudæis ac Saracenis dici poteſt, ꝑter-
mitto, quoniam ſuper Matthæum inde loquutus ſum. Hoc tamen addendum, quia vt aſſe-
rit Gorra, aliud eſt tentari, aliud in tenrationem incidere, aliud in tentationem induci. Nam
primum iſtorum dicit ſenſum ſimpliciter, ſed non ſemper conſenſum. Secundum, dicit ſen-
ſum & conſenſum ex ſubreptione, & præter propoſitum. Tertium, dicit ſenſum & conſen-
ſum ex deliberatione. Primum poteſt eſſe ſine peccato. Secundum abſque peccato mortali.
Tertium vero eſt grauius & frequenter mortale.
¶Conſequenter Saluator per quandam parabolicam ſimilitudinem nos hortatur ad fidu-
tialem orationis conſtantiam, inceſſabilem feruidamq́ꝫ frequentiam. ⌊Et ait ad illos.⌋ ſcili- ”
cer, ad diſcipulos ſuos. ⌊Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum &c.⌋ Parabolæ hu- ”
ius ſenſus ſuperficialiter literalis, penitus planus eſt. Siquidem per ſimilitudinem hanc inten-
dit CHRISTVS probare, quòd Deus ſuperpijſſimus, preces conſtanter, indeſinenter,
ac feruide continuatas, & repetitas non deſpicit, ſed exaudit. ¶Porro myſtice, per amicum
Sapiæ.11 intelligitur Deus ſublimis, cui per Sapientem dicitur: Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti
Ephe.2 eorum quæ feciſti. De quo ait Apoſtolus: Propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit
nos deus. Similiter nomine amici intelligi poteſt vnigenitus dei incarnatus, q de ſeipſo teſta-
Iohan.15 rus eſt: Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.
Iohan.13 De quo irerum legitur: Quum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, vſque in finem dilexit eos.
Ad hunc amicum ire debemus mentis deuotione, contemplatione, & dilectione, iuxta illud
Pſalmi

A pſalmi: Accedite ad eum & illuminamini. Vnde ad Hebræos hortatur apoſtolus: Adeamus Pſal. 33
“ cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur. Eundum eſt aũt ⌊me- Heb. 4.
“ dia nocte⌋ ſicut fatetur pſalmiſta: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Vel, media Pſal. 118.
nocte, hoc eſt, durante præſentis vitæ tribulatione, aduerſitate, ignorantia, atq; multiplici
“ peccati ruina, ⌊& dicet illi: Amice⌋ In exordio precis nomẽ amici præmittit, vt ex mutuæ
dilectionis recordatione, attentione ſeu inflammatione, ille qui petitur ad exauditionem ci-
tius inclinetur, quum charitas impetrandi ſit ratio. Nam & (Auguſtino teſtãte) amor eſt pri Auguſtinus
“ mum donum, in quo omnia dona donãtur, ⌊commoda mihi tres panes.⌋ Iſti tres panes in-
telligi poſſunt, illuminatio intellectus, charitatiua inflammatio voluntatis, & ſtabilitas me-
moriæ in diuinis, ſeu actus fidei, ſpei & charitatis, quibus deus præcipue colitur. Item tres pa
nes ſunt, panis pœnitentiæ, hoc eſt, deploratio & ſatisfactio pro peccatis, panis euchariſtiæ,
de quo loquitur Chriſtus: Ego ſum panis vitæ, & panis contemplationis internæ. Hi panes Joban. 6.
commodari nobis à deo dicuntur, quoniam de donis nobis deſuper datis, ratio exigitur à
nobis, vt ait ſaluator: Cui plus datum eſt, plus requiretur ab eo. Et Gregorius aſſerit: Dum Lucæ. 12.
“ creſcunt dona, rationes creſcũt donorum, ⌊quoniam amicus meus venit de via ad me.⌋ Per Gregorius
amicum iſtum ſecundum quoſdam intelligitur animus ſeu ſpiritus noſter, qui dum per terre
na, vana atq; carnalia diſtrahitur, oblectatur & euagatur, à nobis recedit, iuxta illud in pſal-
mo: Cor meum dereliquit me. Propter quod per Hieremiam dicitur: Vſquequo delitijs diſ- Pſal. 39
ſolueris filia vaga? Quum autem ad interiora ſua regreditur, & ſalutaria meditatur, de via la- Hiere. 31
ta perditionis ad noſipſos reuertitur, ſicut Eſaias teſtat: Redite præuaricatores ad cor. Præ-
B terea per poſtulãte tres panes, intelligi poteſt, quicumque alterius exhortator, & per ami-
cum de via venientem, quicumque proximus exhortationibus indigens, ſic͡q; exhortatori
ſeu prædicatori tres panes ſunt neceſſarij, vtpote ſapientia mentis, ordinata loquutio oris,
“ exemplaritas conuerſationis, ⌊& non habeo quod ponam ante illum⌋ hoc eſt à meipſo nil
virtutis aut gratiæ habeo, vt ſpiritum meum ſeu proximum ſpiritualiter valeam roborare
atque reficere, dicente Apoſtolo: Quid habes quod non accepiſti? Et rurſus: Non ſumus 1. Cor. 4
ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Ne- 2. Cor. 3.
“ mo ergo ſe iactet, nec de viribus ſuis præſumat, neque inaniter glorietur, ⌊& ille deintus
“ reſpondens dicat.⌋ Recte ait deintus reſpondens. Deus enim omnia implet, & animabus
noſtris illabitur, intusq; eas occulta inſpiratione alloquitur. Propter quod ait pſalmiſta: Au Pſal. 84.
“ diam quid loquatur in me dominus deus. ⌊Noli mihi moleſtus eſſe⌋ hoc eſt precibus im-
moderanter pulſare. Hoc intelligendum eſt, non quaſi glorioſus ac inuariabilis deus, poſ-
ſit proprie dictam ſuſtinere moleſtiam, aut hominum precibus inquietari, ſed quia frequẽ
ter affectu & more humano loquitur in ſcripturis, debilitati noſtræ intelligentiæ conde-
ſcendens, quemadmodum ait per Eſaiam: Laboraui ſuſtinens. Et holocauſta ſeu feſta ve- Eſaiæ 1
ſtra facta ſunt mihi moleſta. Rurſusq; loquitur Eſaias: Nunquid parum vobis eſt eſſe mole- Eſaiæ. 7.
ſtos hominibus, quia moleſti eſtis & deo meo? Itaque deus ait: Noli mihi moleſtus eſſe, ad
inſinuandum quàm difficulter & protracte ſæpe audiat deprecantes, quemadmodum ſan-
ctus Iob loquitur deo. Clamo ad te, & non exaudis me, ſto & non reſpicis me. Mutatus es Job. 30
mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi, per Hieremiam quoque loqui-
C tur deus Hieremiæ de reprobo populo Iudæorum. Noli (inquiens) orare pro populo hoc Hiere. 7.
in bonum, nec aſſumas laudem & orationem pro eis, & non obſiſtas mihi, quia non exau-
“ diam te, ⌊iam enim oſtium clauſum eſt⌋, hoc eſt, aditus ſeu acceſſus ad impetrandum à me
modo tibi non patet, ita vt preces tuæ adhuc locum non habent. Quo contra in Eccleſiaſti- Eccle. 36
co habetur: Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. Et beatiſſimo Cornelio Centurioni Actoꝝ. 10.
dictum eſt ab angelo, vt habetur in actis: Orationes tuæ aſcenderunt in memoriam in con-
“ ſpectu dei, ⌊& pueri mei⌋ hoc eſt electi atque beati ciues regni cœleſtis mecum ſunt, ⌊in
“ cubili⌋ .i. in ſecretiſſima rege cœleſtis palatij, vbi quaſi in thalamo, eccleſia triũphãs ſuo ſpõ
ſo æterno inauertibiliter eſt coniũcta, & immediate, feliciterq; vnita, facialiter cernens di-
lectum, nec per culpæ diſſimilitudinem diſtans ab ipſo, quemadmodum viatores, quibus
“ dominus per Eſaiam aſſeritur: Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter deum veſtrum & vos, ⌊nõ Eſaiæ. 59
“ poſſum ſurgere⌋ hoc eſt, in altum exauditionis procedere, ⌊& dare tibi⌋ quæ petis. De-
niq; quod ait deus omnipotens. Non poſſum, non impoſſibilitatem, ſed difficultatem ex- Geneſ. 18
audiendi deſignat, non vtique ex parte dei, quum deo nihil ſit difficile, prout à Hieremia cõ- 1. Reg. 14
ſcriptum eſt: Domine deus non eſt tibi difficile omne verbum, ſed difficultas eſt ex par- Hiere. 32
te orantis, propter indignitatem, indiſpoſitionemq; eius, quemadmodum Eſaias populo Eſaiæ. 59.
Iſrael dicit. Ecce non eſt aggrauata auris domini vt non exaudiat, ſed peccata veſtra ab-
ſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Interdum quoque ſuperſapientiſſimus deus
differt ac tardat exaudire preces bonorum ac diſpoſitorum propter rationabiles cau-
ſas ei notas ac placitas, vtpote ne homini oranti dona diuinorum vileſcant ac pereant
charif-

charíſmatum ex facilitate obtinendi petita, & ne exauditionem meritis proprijs tribuat, aut D
vane exultet, ſeu alios ſpernat, item vt diu orãdo amplius incaleſcat, ſuoq́ꝫ tempore copioſi-
us exaudiat, & impetrata vigilantius ſemper cuſtodiat, de eorꝫ amiſſione formidans. Hinc
Baſilius ait Baſilius: Forſan adhuc differt, vt agnoſcas quid ſit donum, & in timore donata cuſtodi-
as. Quod enĩ homo multis acquirit laboribus, nitit cuſtodire, ne quum illud perdiderit, ſuum
Prouer. 11 laborem amittat. Hoc eſt quod in prouerbijs Salomon ait: Subſtantia feſtinata minuetur,
Auguſtinus quæ aut paulatim colligit, manu multiplicabit. Auguſtinus quoqꝫ affirmat: Differt deus da-
Gregorius re & exaudire, vt amplius optes dilatum, ne vileſcat celeriter datum ¶ Poſtremo Gregorius
Niſſenus: Opportune (inquit) eos qui ꝑ arma iuſtitiæ impaſſibilitatẽ ſibi vendicauerunt, pue
ros appellauit. Nam quando aliquis abrenuntians carni, per rõnem exercitio vitæ virtuoſæ,
paſſionẽ confutauit, tanq̃ puer inſenſibiliter ſe habet. ⌊Et ille (.ſ. orans) ſi perſeuerauerit pul-
ſans⌋ Hoc eſt, deum infatigabilr̃ inuocãs, nec pudore, nec tædio, nec deſperatione deiectus.
Pſal. 43 ⌊dico vobis⌋ qui nec fallor nec fallo, mentiriq́ꝫ nequeo, ⌊& ſi non dabit illi⌋ tam inſtanter
oranti, ⌊ſurgens⌋ .i. actualiter opem impendens, ſecundũ illud Pſalmi: Exurge dñe adiuua
nos, ⌊eò ꝙ amicus ſit (.i. rõne amicitiæ) propter improbitatẽ tamẽ eius⌋ .i. ꝓpter importunã
ſeu indeſinentẽ eius inſtantiã, improbitati aliquid ſimile continentẽ, ꝑſertum humano iudi-
cio in petitionibus homini porrectis. Homo nãqꝫ ſi inſtanter & diu roget, etiã ab egente, cito
precẽ talem nõ neceſſitati, ſed improbitati aſſcribit, ⌊ſurget & dabit illi quotquot habet ne-
ceſſarios⌋ .ſ. tres ſicut rogauit, imò & plures, ſi tunc pro pluribus panibus poſtulet, ne ad le-
ctum reuerſus, denuo inquietet. Vnde elicit, quia ſi petant ſuperflua in exterioribus rebus de
us non præſtat, quinimò ſuperflua iubet pauperibus erogari. De ſpũalibus quoqꝫ grãæ donis, E
tñ deus largit digne ac perſeueranter petentibus, quantum eis neceſſarium conſpicit ad ſalu
tem. ¶ Ex his Chr̃s concludit intentũ, quaſi ꝑ locum à minori arguens, comparationemve
faciens, quia ſi homo non naturalr̃ nec totalr̃ & perfecte bonus, charitatiuus, & pius, precum
ſuperat inſtantia, quanto magis deus ſubſtantialr̃, purè & infinite bonus, amans, & pius, imò
eſſentialr̃ amor, bonitas atqꝫ benignitas, orõnum inſtantia ſe ad exauditionem inclinat, & ꝑ-
ces tam multotiẽs ac ardenter ſibi oblatas non aſpernat? Quemadmodum etiã infra Chriſtus
Lucæ. 24 docet, & ꝑ exemplum demonſtrat, dicendo: Oportet ſemꝑ orare & non deficere. Nam iu-
dex erat in ciuitate quadam qui deum non timebat, nec hominem verebat. Vidua aũt quędã
erat in eadem ciuitate, & veniebat ad eum dicens: Vindica me de aduerſario meo, & nolebat
per multum tempus, poſt hęc dixit intra ſe. Etſi deum non timeo, nec hominem teuereor, ta
men quia moleſta eſt mihi hæc vidua vindicabo illã. Hinc Chriſtus nunc ſubdit & conſulit.
⌊Et ego dico vobis: Petite⌋ neceſſaria corpori & charíſmata grãæ donaq́ꝫ gloriæ ⌊& dabit
vobis⌋ veſtræ petitiõis effectus à deo dũmodo ſalubriter & inſtãter petatis, qđ etiã ꝑſertim
intelligendum eſt de orõnibus pro ſeipõ effuſis, quia non ſemper exaudiunt deuoti pro alijs
Johan. 16. propter incapacitatem illorum. Hinc etiam Chriſtus tempore paſſionis inſtanter dixit: Si
quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis, ⌊quærite, & inuenietis: pulſate, & ape-
rietur vobis.⌋ Eandem ſñiam Chriſtus ſub alijs verbis frequenter reſumit, vt iuſſionis huius
vtilitas denotetur, & quod ait Saluator, noſtris mentibus fortius imprimatur. Sicq́ꝫ ad inſtan
tiſſimam orationem nos prouocet. ¶ Poſſunt tamen hæc verba ꝑ appropriationem quandã
diuerſimode explanari, dicendo: Petite cordiali affectu, quærite oratione vocali, pulſate con
uerſatione laudabili. Itemq́ꝫ, petite, bona incipiendo, quærite, proſequendo, pulſate vſqꝫ in ſi
nem perſeuerando. Vel, petite per fidem, quærite per ſpem, pulſate per charitatem. Feruide
quippe amando & appetendo diuina, quaſi indeſinenter pulſamus ad oſtium ſupernæ cle-
Pſalm. 104. mentiæ. Hinc ait Pſalmiſta: Lætetur cor quærentium dominum, quærite dominum & con- F
Sapiæ. 1 firmamini, quærite faciem eius ſemper. Et in libro Sapientiæ habetur: In ſimplicitate cordis
quærite illum, quoniam inuenitut ab his qui non tentant illum. ⌊Omnis enim qui petit acci-
pit⌋ A deo quod petit, iuxta ſenſum prætactum, ⌊& qui quærit, inuenit, & pulſanti aperie-
tur⌋ hoc eſt, acceſſus ei ad deum patebit, atqꝫ æternam beatitudinem ingredief, dummodo
oret ſicut orãdũ eſt orando in nomine Ieſu Chr̃i, hoc eſt, ſalubriter pro his quę ꝑtinent ad ſa-
lutem, & perſeueranter ac piè, & etiã pro ſeipõ. ¶ Conſequenter Chr̃us arguens ꝑ locum à
maiori, oſtendit q̃ fiducialr̃ inuocãdus ſit deus. ⌊Quis aũt ex vobis pr̃em (carnalem) petit pa-
nem nunq d (pr̃) lapidem dabit illi? ⌋ Videlicet filio ſuo carnali, non vtiqꝫ. ⌊Aut piſcẽ, nun-
quid pro piſce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum, nunquid porriget illi ſcorpionem⌋
Nequaquàm. Ex his ſimilitudinibus Chriſtus concludit. ⌊Si ergo vos⌋ homines fragiles &
mortales. ⌊cum ſitis mali⌋ hoc eſt, multipliciter defectuoſi, atque ad peccata procliues, & in
multis ſaltem venialibus peccatis quotidie culpabiles, ⌊noſtis bona data dare filijs veſtris,⌋
Hoc eſt. bona exteriora corpori vere neceſſaria, quæ datis filijs veſtris carnalibus. ⌊Quanto
magis pater veſter de cœlo⌋ .i. pater cœleſtis, videlicet, trinitas deus, q dicit pr̃ varijs modis
vt dictum eſt, ⌊dabit ſpm̃ bonum⌋ .i. ſpm̃ ſanctum eſſentialr̃ bonum, & puram immenſamq́ꝫ
bonitatẽ

A bonitatē, de quo ait Pſalmiſta: Spūs tuus bonus deducet me in terrā rectā, ⌊ petentibus ſe. ⌋ Pſal. 142
ſecūdum debitū modū orādi. Oratio nēpe (vt aſſerit Damaſcenus) eſt petitio decētiū à deo. Oratio quid ſit ſecundum Damaſcenū.
Dicit aūt ſpūs ſanctus dari his quibus ſua dona ad grām gratū facientē pertinētia infundunt
dicēte Aplo: Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris p ſpm̄ ſanctū qui datus eſt nobis. Ita- Roma. 5
q; ſi pr̄ carnalis, carnalibus filijs corporalia bona largit, multo magis deus omnipotens, crea-
tor ſpirituū, ſpūaliſq; pr̄ rōnalium animaꝝ, filijs ſuis ad ſe inceſſanter clamātibus, ſpūalia bo
na diſtribuit, præſertim quū ipſe in omni bonitate, dilectione, pietate, & opulētia cūctos in-
finite excedat. Præterea aduertēda ſunt verba ſancti Baſilij hic ſcribentis: Si quis ex corpore Baſilius.
exhibeat ſe deſiderijs vanis, ſeu concupiſcentijs acquieſcat, & traditor ſuipſius fiat in manus
hoſtiū, hūc deus nec adiuuat, nec exaudit, qm̄ per peccatū ſe fecit alienum à deo. Decet ergo
hominē offerre deo quicquid intereſt ſua, clamare quoq; ad deū vt adiuuet eū. Eſt aūt diuinū
ſubſidiū implorandū nō remiſſe, nec mēte huc, illucq; vagāte, eo q talis nō ſolū nō impetra-
bit quod petit, imò magis dn̄m irritabit. Nā ſi quis corā principe ſtans, ſixū ac cuſtoditū ha
bet tam extrinſecū q̄ intrinſecū oculū, ne forſitan puniat, quāto magis coram deo attentū ac
tremebundū oportet aſſiſtere? Si vero debilitatus mēte à peccato, ſixe nō vales orare quan-
tumcūq; potes teipſum cohibeas, vt ſtando corā deo, ad ipſum dirigas intellectū, & deus ig-
noſcit, eo q nō ex negligentia, ſed ex fragilitate nō potes aſtare vt oportet. Si ſic ergo teipm̄
cōpellis, ne diſcedas donec accipias. Ideo aūt quādoq; petis & nō accipis, qm̄ perperā poſtu-
laſti, vel infideli̕r, aut leuiter, aut nō expedientia ad ſalutē, vel deſtitiſti nimis cito. Poſtremo
B p verba inducta, Chrūs omnē fidelē ineffabili̕r conſolat, certiſſimā præſtans fiduciā exaudi-
tionis diuinæ, ideo certi de veritate promiſſionis vnigeniti filij dei, & de bonitate, charitate
ac munificentia patris æterni, inconcuſſibilē ſpem habeamus ad deū & filialē affectū ad eum,
omnēq; diffidentiā, hæſitationē, puſillanimitatem, in infinitū procul abijciamus, implentes 1. Theſſ. 5
illud Apoſtoli: Sine intermiſſione orate.

¶ Proſequutio expoſitiōis huius cap. à loco quo ait: Erat Ieſus eijciēs. Arti. XXX.

TOta euāgelica ſeries ſicut plena eſt ſupnaturalibus documētis ſeu aſſertionibus, ita
& ſupernaturaliū opeꝝ deſcriptionibus, vt vnū confirmet per aliud, vnde & nunc
« poſt p̄inducta Chriſti documēta narrat quoddā ipſius miraculū. ⌊ Et erat Ieſus eij
« ciens dæmoniū (ab hoīe obſeſſo,) & illud erat mutū ⌋. i. mutū efficiens hoīem, dici
tur etem̄ dæmon ſurdus aut mutus, nō formali̕r, ſed effectiue, eo q organa hoīs impediat ab
« vſu ſenſuū auditus & viſus. Hinc ſubdit. ⌊ Et quū eieciſſet dæmonium, loquutus eſt mutus. ⌋
Amota ſiquidē cauſa, remouet effectus. Ideo dæmone mutitatē cauſante eiecto, priſtinā lin-
« guæ facultatē adeptus eſt homo, ⌊ & admiratæ ſunt turbæ, ⌋ de tāto miraculo tam imperiali̕r
facto. Porrò à Matthæo ſignū iſtud plenius recitat, vbi legit: Tunc oblatus eſt ei. ſ. Chrō, ho Mat. 12
mo dæmoniū habens cæcus & mutus & curauit eū, ita vt loqueret & videret, vbi ait Hiero-
nymus: Tria ſigna in eodē ſimul peracta ſunt, quia obſeſſus curatus eſt, & idē cæcus ac mutus Hieronymus.
« viſum recepit atq; auditū. ⌊ Quidā aūt ex eis dixerūt. ⌋ Iſti, ſecundū Matthæū, phariſæi fue-
rūt pleni inuidia cōtra Chriſtū, eo q ſanctitate, fama, eloquētia, ſapīa & miraculis eos p̄ceſſit,
quū ipſi humanæ laudis & gloriæ cupidiſſimi eſſent, quoꝝ inſaniā multi vſq; in p̄ſens ſequun
tur, quibus cōpetit illud Chryſoſtomi: Sicut ſcarabæi nutriunt ſtercoribus: ſic inuidi aliorū Chryſoſtom⁹.
« infortunijs. ⌊ In Beelzebub principe dæmonioꝝ eijcit dæmonia ⌋. i. virtute, ope ſeu inuoca
tione Beelzebub principis dæmonū expellit dæmones ab obſeſſis, quaſi dicāt: Nō diuina vir-
C tute hoc agit, nec per aliquā vitæ ſuæ ſanctitatē, ſed quū peſſimus ſit, familiaritatē & pactum
habet cū principe dæmonū, qui inferioribus dæmonibus iuſſit vt ad Ieſu p̄ceptū egrediant,
quatenus p hoc hoīes fallant, putando q Ieſus ſit filius dei. Itaq; ſecundū hos impijſſimos pha
riſæos eiectio iſta dæmonū fuit obediētia eorundē, in principē ſuum, & ſimulata coactio. Vt
aūt in libris Regū habet: Beelzebub fuit deus Accharon, ita q Accharonitæ idolū illud cole- 4. Reg. 1.
bant, in q̄ Iudæi principē dęmonioꝝ habitare dicebāt, ſicq; noīe idoli illius etiā principē dæ
« monioꝝ nominauerūt. ⌊ Et alij tentātes ⌋. i. experiri volētes, an Chrūs diuina virtute eijce-
« ret dæmones, ⌊ ſignū de cœlo ⌋. i. aliquod cœleſte & magnū miraculū ſoli deo poſſibile, ⌊ q̄-
« rebāt ab eo, ⌋ vt. ſ. tale miraculū ageret ſeu diuinitus fieri procuraret, quēadmodū ad inuoca
tionē ſeu potius iuſſionē Ioſue ſol & luna ſteterūt in cœlo immobiles ſpacio diei vnius, ſicq; Ioſue. 10
certitudinali̕r ſcirent Ieſum diuina operari virtute. Deniq; cōſuetudinariū fuit Iudęis quęrere
ſigna, vt cōſtat ex veteris & noui teſtamēti decurſu, propter quod ait apl̕us: Iudæi ſigna quę- 1. Cor. 1.
« runt. Et apud Iohānem ait ſaluator: Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis. ⌊ Ipſe autē Iohan. 4
« vt vidit ⌋. i. intellectuali̕r inſpexit, ⌊ cogitationes eoꝝ dixit eis. ⌋ Secundū Bedā, nō ad dicta,
ſed ad cogitata illoꝝ reſpondit eis, vt vel ſic cōpellerent credere potētiæ eius, qui cordiū no Beda.
uit occulta. ¶ Sed quō veꝝ eſt hoc, quū Euāgeliſta iā dixerit, quoſdā illoꝝ dixiſſe. In Beelze-
bub principe dęmonioꝝ, &c. & alios ſignū à Ieſu quęſiſſe? Ad quod reſpondendū videt, q
phariſęi clam & ſecrete p̄dicta verba inter ſe cōtulerunt & ſignū quęrere decreuerunt, vnde

Chryſoſtomus ait: Cũ phariſæorũ ſuſpitio irrationabilis eſſet, metu multitudinis non aude- D
bant eã diuulgare, præterea cordiũ ſecreta cognoſcere, aliorũq́ꝫ cogitationes certitudinalr
intueri, vtpote ſingulorũ ſingulas deo eſt propriũ, nec homo hoc poteſt, niſi deo dante ac re-
uelante. Circa hoc ſcribit Gorrha: Poteſt homo aliquas cogitationes alterius cognoſcere, de
quibus agnoſcẽdis legiſ Plato librũ cõpoſuiſſe, ſed ſingulorũ ſingulas ſolus deus cognoſcit.
Poſt hæc primã Chrũs tangit rationẽ, qua reprobat verba dicẽtiũ, In Beelzebub, &c. ⌊Om
ne regnũ in ſeipm(.i. cõtra ſeipſum) diuiſum, ⌋ ita ꝙ vna pars regni cõtra aliam præliaſ, ⌊de-
Saluſtius ſolabiſ ⌋ .i. cõtinuo debilitabiſ & cito peribit, durãte inteſtina lite atꝗ diſcordia, qm̃ ſicut ꝑ
Hieronymus. cõcordiã paruæ res creſcũt, ſic per diſcordiã rex maximæ dilabunſ. Secundũ Hieronymum,
Oſee.10 virtus quoꝗ vnita fortior eſt q̃ diſperſa. Hinc ꝑ Oſeã ſcriptũ eſt: Diuiſum eſt cor eorũ, nunc
interibũt, ⌊& domus ſupra domũ cadet ⌋ .i. habitatores vnius domus irruent ſuꝑ habitato-
res domus alterius, vel mutuo deſtruent ædificia ſua, vel habitatoribus interfectis, ædificia ve
tuſtate deficient. ⌊Si autẽ & Satanas in ſeipſum diuiſus eſt ⌋ .i. ſi vnus eorũ contra alium pu-
gnat & machinaſ, ita ꝙ ego ſuccurſu principis dæmonũ expello dæmonia, ⌊q̃modo ſtabit
regnũ eius? ⌋ .i. regnum principis dæmoniorũ, quũ ipſe contra propriũ regnũ agat, expel-
lendo ab hominibus dæmones ei ſubiectos, quaſi dicat: Non diu durabit, quũ tñ tã diu dura-
turũ ſit, quouſꝗ homines electi in hoc mũdo per ipm probandi ſunt, quod erit vſꝗ ad ſecu-
li finem. Si autẽ Iudæi & reprobi Iudaizantes affirment quod ad vocẽ Chriſti princeps dæ- E
moniorum expulit dæmones, non ad ſui regni diſſipationem, ſed confortationem, vt ſcilicet
homines æſtimantes Chriſtum eĳcere dæmones diuino auxilo, maioribus implicarentur er
roribus, tenendo Ieſum eſſe filium dei, hoc facile reprobatur, quũ vniuerſa quæ Chriſtus ore
& factis edocuit, dæmoni potiſſimum contrarienſ. Nempe ad quid tendit om̃is Chriſti do-
ctrina, niſi ad priuati amoris omnimodam extirpationem atꝗ ad diuinæ dilectionis ſynce-
riſſimam integritatem, ad ſuĳpſius cordialem contemptum, ad dei diligentiſſimam venera-
tionem, ad profundiſſimam humilitatem, ad patientiam inconcuſſam, ad omniũ etiam ini-
micorũ beneficentiam & amorẽ, ad plenam in deo fiduciam, ad idololatriæ extirpationem,
ad continuam putam ac feruidam mentis cũ deo adhæſionem? Per quæ om̃ia, certiſſimũ eſt,
regnum diaboli potiſſimum infirmari ac diſſipari. Non ergo Chriſtus cum principe dæmo
niorum fœdus quiuit habere, & iſtud veris ac deuotis Chriſtianis, non fide dũtaxat, ſed ex-
perimentaliter quoꝗ certiſſimum eſt, & per innumerabilia miracula ſoli omnipotenti deo
poſſibilia eſſe ſic probauerunt, per quod vaniſſima atꝗ ſacrilega Porphyrĳ cõtra Chriſtia-
nam fidem excogitata figmenta penitus deſtruuntur. Deinde Chriſtus ad idem rationẽ aliã
introducit. ⌊Si autẽ ego in Beelzebub eĳcio dæmonia, ⌋ ſicut expoſitũ eſt, ⌊filĳ veſtri, ⌋ id
eſt apoſtoli, cæteriq́ꝫ diſcipuli mei de veſtra progenie orti: Vel, filĳ veſtri, id eſt exorciſtę ve
Luc.10 ſtri, ⌊in quo eĳciunt? ⌋ qua poteſtate dæmonia ab obſeſſis expellunt. Supra ſcriptum eſt,
quemodmodũ apoſtoli & diſcipuli Chriſti eiecerunt dæmonia. Inſuper inter Iudæos fuerũt
aliqui exorciſtæ, qui per exorciſmos ſeu adiurationes à Salomone æditos, dæmones expelle
bant. ⌊Ideo ipſi hi(.i. filĳ veſtri) iudices veſtri erunt ⌋ .i. quia dęmonũ ęxpulſiones ꝑ ipſos fa
ctas, nõ diabolo, ſed deo aſcribitis, quas à me factas principi aſcribitis dæmoniorũ. Hinc filĳ
iſti veſtri erũt in die iudicĳ iudices veſtri, nõ poteſtate, ſed cõparatione, ſecũdũ Hieronymũ,
Hieronymus. Qm̃ cõparatione eorũ iſti peruerſiſſimi phariſæi magis dãnabiles apparebunt, quũ filĳ illi dæ-
monũ expulſiones deo attribuãt, iſti diabolo. Præterea ſi ꝑ filios intelliganſ apoſtoli, cõſtat F
ꝙ illi iudices erũt infideliũ Iudęorũ in die iudicĳ aſſeſſoria dignitate, quẽadmodũ Chrũs eis
Matt.19 ꝓdixit: Vos q ſequuti eſtis me, ſedebitis ſuꝑ thronos iudicãtes duodecim tribus Iſrael. ⌊Por
Matt.12 rò(pro ſed) ſi(pro quia) in digito dei eĳcio dęmonia. ⌋ In Matthæo legitur: Si in ſpũ dei eĳ-
cio dęmones, quo patet hoc loco ꝑ digitũ dei ĩtelligi ſpm̃ ſanctũ, vt ſit ſenſus: Si in digito dei
.i. poteſtate & opatione ſpũs ſancti eĳcio dęmonia, ⌊profecto ꝑuenit in vos regnũ dei ⌋ .i. re
gnũ cœleſte ſeu beatitudo ęterna ꝑ me patefit vobis, dũ regnũ diaboli vinco atꝗ debilito, cę
Iohan.3 leſtiſq́ꝫ regni vobis introitũ ꝑparo. Expulſio quippe vnius cõtrarĳ eſt alterius introductio.
Hinc in canonica Iohãnis ſcriptũ eſt: In hoc apparuit filius dei, vt diſſoluat opa diaboli: Vel,
ꝑuenit in vos regnũ dei .i. regnatiua virtus ac dñatio creatoris, q per me hominẽ & ꝑ meã hu
Hiere.23 manitatẽ operaſ in vobis dęmonũ expulſionẽ, ita ꝙ ego ſum Chrũs, vobis in lege ac ꝓphe-
tis promiſſus, tanq̃ inter vos regnaturus, de quo Hieremias ꝓdixit: Regnabit rex & ſapiens
Sup.1. erit. Angelus quoꝗ virgini glorioſę de Chr̃o ꝓdixit: Regnabit in domo Iacob in ęternũ, &
regni eius nõ erit finis. Itaꝗ ſpũs ſanctus dr̃ digitus dei .i. patris ac filĳ, q ſicut ſunt vnus verus
deus, omniũq́ꝫ vnus creator, ita ſunt vnũ principiũ & vnus ſpirator ſpũs ſancti. ¶ Diciſ ergo
ſpũs ſanctus digitus dei. Primo, quia ſicut per digitũ entia indicanſ, ita ꝑ ſpm̃ ſanctũ diuina
Iohan.16 hominibus demonſtranſ, iuxta quod loquitur Chriſtus: Quum venerit ille ſpũs veritatis, do
cebit vos omnẽ veritatem. Secundo, quia ſicut per digitũ res ſentiſ, ſeu quõ ſapiat experiſ, ita
per ſpm̃ ſanctũ homo diuinam experitur dulcedinem. Tertio, quia ſicut per digitum homo

ꝑcipue

A præcipue opera ſua exequitur, ita per dona ſpiritus ſancti, omnis homo electus opera æter-
næ vitæ meritoria operatur. Auguſtinus vero in libro de quæſtiõibus Euãgelij ſcribit, quod Auguſtinus
ſpiritus ſanctus dicitur digitus dei, propter partitionẽ donorum, quæ ab ipſo præſtãtur. Alij
enim (vt ait apoſtolus) per ſpiritũ datur ſermo ſapiẽtiæ, alij gratia ſanitatũ, alij operatio vir 1. Cor. 12
tutũ, &c. Et paulo poſt addit apoſtolus. Hæc omnia operatur vnus, atq; idẽ ſpũs, diuidẽs ſingu-
lis prout vult. In nullis aũt mẽbris noſtris magis apparet partitio q̃ in digitis noſtris. Rurſus:
Quẽadmodũ filius dei dicitur manus, & brachiũ patris, quoniã pater p filiũ omnia operatur, ſic
ſpiritus ſanctus digitus dei vocatur, quia per eum veritas indicatur. ¶ Poſtremo penſandum
quod filius dei hic aſſerit ſe ſpiritu ſancto minorem, quoad ſuam humanitatem, quoniã ſan-
cti ſpiritus poteſtate ſua humanitas operatur miracula, per q̃d impij Arrij falſitas declaratur Error Arrij.
dicentis ſpiritum ſanctum, puram creaturam, filijq; miniſtrũ, & creatũ à filio, quũ tamen in
Chriſto nõ poneret veram animam rationalem, ſed ſolũ verbũ & carnẽ, quo ſtãte, Chriſtus
à ſpiritu ſancto, nullã eſſet ſortitus virtutẽ. ¶ Deinceps ſaluator p aliã rationẽ ac ſimilitudinẽ
probat ſe dæmoni contrariũ, nõ confœderatũ. ⌞Quum fortis armatus, &c.⌟ Similitudo ſeu
parabola iſta, quantũ ad literalem intelligentiã ſuperficialiter ſumptã, planiſſima eſt, ſed ex-
ponẽda eſt myſtice, vt ſit ſenſus: Quum fortis armatus, hoc eſt diabolus fortis fortitudine na
turali, quia ſicut eſt ſublimis naturæ, ita & magnæ potentiæ, propter quod in Iob habet: Nõ Iob. 41
eſt poteſtas ſuper terram quę comparetur ei. Dicitur quoq; armatus, multiformi aſtutia, lon
ga experientia, naturali induſtria atq; ſcientia. Naturalia enim in dæmonibus permãſerũt ſe-
cundum Dionyſium quarto capite, de diuinis nominibus, multiplici quoq; nequitia, ſeu acie Dionyſius.
vitiorum ac malignorum ſpirituum ſibi ſubſeruientiũ, ⌞cuſtodit atriũ ſuũ⌟ .i. impiorum con-
uenticulũ ſeu mundũ in maligno poſitum, ne homines pœniteãt, conuertant, ſaluent. Sic e-
nim ante Chriſti aduentũ diabolus homines impios cuſtodiuit, ne ſibi ſubtraherentur, quia
tunc pene in toto mũdo idololatria ac cætera vitia præualuerũt, ⌞in pace ſunt ea quæ poſſi-
det⌟ hoc eſt iuxta ſuam voluntatem poſſidet tales, q̃a (vt ait apoſtolus) ad volũtatẽ ipſius ca 2. Tim. 2
B ptiui ab ipſo tenentur, & q ſic diabolo ſunt ſubiecti, carnalẽ, falſamq; pacẽ habẽt, & dæmoni
infeliciter, dãnabiliterq; concordãt, quã pacẽ venit Chrũs deſtruere, quẽadmodũ ait: Non Matth. 10
veni pacem mittere in terram. Eſt itaq; pax vera, quæ eſt tranquillitas mẽtis in deo & cõ-
cordia in bonis, falſa vero pax cõcordia eſt in malis, ſicut dũ ſpũs ſeu ratio carnalibus deſide-
rijs acquieſcit, de qua pace ait pſalmiſta: Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum vi- Pſalm. 72.
dens. Eſaias vero de vera, ſpiritaliq; pace teſtatur: Non eſt pax impijs. ⌞Si autẽ fortior illo⌟ Eſaiæ. 48
id eſt Chriſtus potentior diabolo. Chriſtus nãq; ſecundũ naturã ſuam diuinã, infinite potẽ-
tior extat diabolo, totoq; vniuerſo, ſecũdum humanitatem quoq; ſuam fortior fuit & eſt dia
bolo, per poteſtatem creatam ſuæ humanitatis ſupernaturaliter datã, ⌞ſuperueniens⌟ Chri
ſtus enim deſuper venit, iuxta illud Iohannis: Qui de cœlo venit ſuper omnes eſt, ⌞vicerit il Iohan. 3.
lum⌟ Chriſtus quippe in omnibus vicit diabolum, puta, in tentatione illam viriliter refellẽ-
do, in paſſione illam patientiſſime tolerãdo, in deſcẽſu ſuo ad inferos, infernũ ſpoliãdo. Hinc
de Chr̃o dixit pſalmiſta: Quis eſt iſte rex gloriæ, dñs fortis & potẽs, dñs potẽs in prælio. De Pſal. 23
ipſo quoq; in Apocalypſi habetur: Ecce vicit leo de tribu Iuda, ⌞vniuerſa arma eius aufert⌟ Apoca. 5
hoc eſt verſutas eius fallacias, tentationũq; machinamẽta fraudulentijs plena, quibus decipit
C homines, compeſcet, deteget, ſuperariq; faciet ab electis, ſicut ſuperius dixit diſcipulis. Ecce Supra ca. 10.
dedi vobis poteſtatẽ calcãdi ſup ſerpẽtes & ſcorpiones, & ſuper omnẽ virtutẽ inimici, ⌞in
q̃bus cõfidebat.⌟ Diabolus nãq; in ſuis cõfidit aſtutijs iã præfatis, quẽ multi hominũ aſſequũ Ioh. 16.
tur, videlicet ſimulatores & callidi, qui prouocãt irã dei, q in Eſaia loquũtur. Poſuimus men- Eſaiæ. 28
dacium ſpem noſtrã, & mẽdacio protecti ſumus. De q̃bus rurſum aſſeritur: Confidũt in ni- Eſaiæ. 59.
hili, & loquũtur vanitatem, ⌞& ſpolia eius diſtribuet.⌟ Spolia diaboli ſunt peccatores, quos
tentando decepit, & à creator ſubtraxit, ac ſuo ſubiecit dominio. Hos Chriſtus per gratiam
ſuã redemit & dæmonibus abſtulit, eosq; diſtribuit cuſtodiæ angelorum, eccleſiaſticis quoq;
officijs aſſignauit. Captiuã enim ducẽs captiuitatẽ, dedit dona hominibus, q̃ſdã quidẽ apoſto- Ephe. 4.
los, alios Euãgeliſtas, alios aũt prophetas, alios vero doctores ordinãs, ſeu paſtores. Deniq;
diuerſas mũdi gentes à dæmone captiuatas Chrũs diſtribuit apoſtolis cõuertẽdas, dicẽdo:
Euntes in mundũ vniuerſum, p̃dicate euãgeliũ omni creaturæ, vñ paſſione inſtãte prænun- Mar. vl.
tiauit. Nũc princeps huius mũdi eijcietur foras. In Eſaia q̃q; de Chr̃i appellatiõe p̃dictũ eſt: Iohan. 12
Voca nomẽ eius, accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari. ⌞Qui nõ eſt mecũ⌟ .i. qui mihi nõ Eſaiæ. 8.
cõſentit, nec cõcordat nec cooperatur, ⌞aduerſum me eſt⌟ .i. cõtrarius, & opa operibus me
is cõtraria facit, ⌞& qui nõ colligit mecũ⌟ hoc eſt, homines ad deũ creatorẽ nõ reducit, nec
virtutibus vnit, prout poteſt, & obligatur, videlicet orãdo, docẽdo, ſeu exẽplariter conuer-
ſando, ⌞diſpergit⌟ .i. à deo auertit atq; erroribus ſe, ac alios quãtũ in ſe eſt, implicat. Per hoc
Chrũs inſinuat ſibi cũ diabolo nullã eſſe cõmunionẽ aut cõuẽtionẽ, quũ ipſe ſit humilis & be
nignus, diſperſosq; p vitia & errores, reducẽs & cõgregãs ad vnitatẽ fidei, ſpei & charitatis

CAP. XI atq; vnanimem dei cultũ. Porrò diabolus ſuperbus & malignus, ſemꝑ conaſ, hoĩes ab vnita- D
te prædicta auertere, à veri dei cultu diſpergere, ꝑ idololatrias ac cætera diſgregare peccata.
2. Cor. 6 Hinc ait apoſtolus: Quæ cõuẽtio Chriſti ad Belial, aut quæ ſocietas lucis ad tenebras. Et in
Iohan. 11. Iohanne legitur: Ieſus moriturus erat, vt filios dei qui erant diſperſi, congregaret in vnum.
¶ Deinde oſtendit ſaluator, populum Iudæorum ſibi incredulum à dæmonibus inhabitari.
Matt. 12 ⌊Quum immundus ſpiritus exierit ab homine, &c. In Matthæo, vbi verba hæc ſcripta ſunt »
legitur Chriſtus protinus ſubdidiſſe. Sic erit generatiõi huic peſſimæ, quo cõſtat hæc de po-
Exodi. 32 pulo Iudæorũ principaliter dici, ita quòd nomine hominis, populus ille ſignaſ, ſicut frequen-
ter in veteri teſtamento, de toto populo illo, quaſi de homine vno, fit ſermo. Itaq; ⌊quũ im- »
mundus ſpũs⌋ .i. diabolus, q rõne ſimplicis ſuæ naturæ dicitur ſpũs, & ob abundãtiã ſuæ cul- »
pæ vocaſ immũdus, ⌊exierit ab homine⌋ .i. à populo Iudæorũ expulſus eſt, qñ ꝑ Moſen da- »
ta eſt ei lex à deo in Sinai mõte, ⌊ambulat ꝑ loca inaquoſa⌋ .i. ꝑ corda & collectiões gẽtiliũ, »
aqua ſapiẽtiæ ſalutaris carẽtia circumit, ⌊q̃rẽs locũ⌋ .i. mãſionem in eis ad decipiẽdum eos, »
1. Petri. 5 quẽadmodũ Petrus ait: Aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiẽs circumit, quærẽs quem
deuorat, ⌊& nõ inueniẽs⌋ hoc eſt in gẽtilibus fixam atq; perpetuã nõ reperiẽs mãſionẽ, qa »
per Chriſti apoſtolos ſunt conuerſi, ⌊dicit: Reuertar in domũ meã vnde exiui,⌋ .i. ad ſyna- »
gogã ſeu populũ Iudæorũ, de q̃ exiui, eo tpe, q̃ deo digne ſeruiuit, ſed qñ Chriſtum recipere
renuit, dæmon rurſus ingreſſus eſt populũ illũ. ⌊Et quũ venerit (diabolus ad ſynagogã) in- »
uenit ſcopis mũdatã⌋ hoc ẽ, forinſecus ſupficialiter ornatã qbuſdã cærimonialibus obſeruã- »
tijs & phariſæorũ traditiõibus, apparẽtiq; ſanctitate, quæ oĩa tpe euãgelicæ legis reprobã-
Matt. 23. tur, vñ de hypocriſi Chrũs in euãgelio ꝓſertim redarguit ſcribas ac phariſęos ⌊& tũc vadit⌋ »
diabolus cernẽs ſibi patere introitũ ad Iudæos, ⌊& aſſumit ſecũ alios ſeptem ſpũs nequiores »
ſe⌋ .i. multitudinẽ & copiã tẽtatorũ ac vitiorũ. Septenario qppe vniuerſitas explicaſ, quem- »
Marc. 16 admodũ Chrũs dicit de Maria Magdalena eieciſſe ſeptẽ dæmonia .i. vniuerſa pctã mortalia E
1. Theſſ. 2 ⌊& ingreſſi habitãt ibi⌋ Iã eñ videmus q̃ indeſinẽter corda infideliũ Iudæorũ à dæmonibus »
fuerint inhabitata, qa vt ait aplus: Peruenit in eos ira dei vſq; in finẽ, de qbus in Apocalypſi
Apoc. 3 proteſtaſ Iohãnes: Dicũt ſe Iudæos eẽ & nõ ſunt, ſed ſunt ſynagoga ſatanæ, ⌊& ſunt nouiſſi- »
ma hoĩs illius peiora prioribus.⌋ Sicut eñ hæc Iudæorũ captiuitas quaſi incõparabiliter ma- »
ior eſt oñi captiuitate quã ſub lege ꝑpeſſi ſunt, ita nũc grauiora ſunt pctã eorũ, & propter e-
normiores trãſgreſſiones patiũtur hæc aſpera, videlicet propter Chri ꝑſequutionẽ & occi-
ſionẽ, & quoniã vſq; in ꝓſens quotidie Chriſtũ blaſphemãt, ſecũdum Hieronymum. ¶ Præ-
Moral' ſenſus terea iſta moraliter explanãtur de quocũq; homine recidiuãte, à quo tpe ſui baptiſmi ſeu pę-
nitẽtiæ dæmon expulſus eſt, tũcq; pergit ꝑ loca inaquoſa .i. corda bonorũ à fluxu cõcupiſcẽ-
tiæ deſiccata, atq; ꝑ abſtinẽtias arefacta, tẽtare aggrediſ, ac ſuperare moliſ, in qbus locũ non
inuenit, dũ ei viriliter reluctãtur, Tũc ergo ad priorẽ reuertitur, quẽ ſi inuenerit nõ vere in-
tus purgatũ, ſed foris dũtaxat ornatũ, & non verã ſanctitatẽ, ſed apparentẽ virtutũ decorem
inaniter cupiẽtem, tũc vadit & aſſumit ſeptem ſpũs, nequiores ſe, ſecundũ ſenſum ꝓtactum, q
ingreſſi habitant in recidiuante, ita vt poſteriora eius peccata fuerint prioribus ſuis vitijs de-
teriora. Vulnera eteñ repetita ſunt periculoſiora, tam in corpe q̃ in anima. ⌊Factum eſt au- »
tem quum hæc diceret⌋ hoc eſt tam ſapienter, prompte, euidenter ac fortiter Chriſtus ſuos »
aduerſarios exprobaret, ⌊extollens⌋ id eſt deuote & libere eleuãs ⌊vocem quædam mulier »
de turba dixit illi⌋ Quidam hanc fœminã dixerũt fuiſſe ſanctæ Marthæ ancillã, quæ admi- »
rata ſapientiã, atq; conſtantiã Chriſti loquuta eſt. ⌊Beatus vẽter q te portauit, & vbera quæ »
ſuxiſti⌋ .i. tãta eſt dignitas, ſanctitas & ꝑfectio tua ò Chriſte, vt te ſatis cõmendare non va- »
lam, ſed merito etiã beatifico eã quæ te meruit generare, cuius mẽbra beatificata proteſtor F
ex tuo contactu, atq; obſequio tibi impenſo. Quis eñ digne collaudet ſacroſanctiſſimæ vir-
ginis illius inuiolatiſſimũ ac caſtiſſimũ vterũ, in quo vnigenitus dei, deus maieſtatis immenſę
prælegit incarnari, homo fieri, tot menſibus commorari, creſcere & nutriri, cuius poſt na-
tiuitatẽ ſuã vbera ſuxit? Nonne admirabilis ac præſtantiſſima virgo illa, ex filij huius vnio-
ne, communione, contactu, obſequio, inæſtimabiliter dignificata, ac deificata credenda eſt.
Præterea quoniã Chriſti matrẽ eſſe vnicũ ac ſingulariſſimũ donũ eſt Chrũs vniuerſale pro-
fert præconiũ, ad quod oẽs valemus ꝑtingere. ⌊At ille dixit: Quinimo⌋ .i. vtiq; ſic eſt ſicut »
dixiſti, nec tantũ hoc ſolũ ſic eſt, ſed & ⌊Beati q audiũt verbũ dei & cuſtodiũt illud⌋ .i. q ver- »
ba dei aure mẽtis aduertũt, ſeu etiã corporaliter libẽter audiũt, vt ſciãt & impleãt, memori-
Matt. 24. ter retinẽdo, & operi mancipãdo, beati ſunt iã in ſpe, & tandẽ beati erũt in re, fortiẽdo in pa-
Iohan. 8. tria felicitatem æternã, dummodo iã laudabiliter ꝑſeuerent vſq; in finem. Hinc in Iohanne
Deute. 6. aſſerit Chriſtus: Qui eſt ex deo, verba dei audit. Etenim verbum dei eſt vita, cibuſq; animæ,
Matt. 4 quia non in ſolo pane viuit homo, ſed in oñi verbo quod procedit de ore dei. Deniq; Chri-
Luc. 4. ſtus his verbis conceptũ ſui ſpiritualem prætulit conceptui corporali, ita vt nec virgini glo-
rioſæ profuerit ad ſalutem eſſe carnalem filij dei matrem, niſi & vere deuota fuiſſet & Chri-
ſtum in

A ſtum in mente ſpũaliter concepiſſet. Idcirco ſecundũ Auguſtinũ, beatior fuit concipiendo Auguſtinus
« Chriſtum fide ſeu mente, q̃ ventre. Vnde & nos de alioꝝ quantumlibet propinquorũ ſan-
« ctitate non præſumamus quod proſit nobis, niſi illorũ virtutes ſectari curemus. ⌊ Turbis au
« tẽ concurrentibus ⌋ ad Ieſum vt verba ſapientiæ eius audirent, & ſigna potentiæ ſuæ con-
ſpicerent, ⌊ cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequã eſt. ⌋ Supra in iſto capite dictum
eſt, ꝙ quidã dixerunt Chriſtũ in principe dæmonioꝝ eijcere dæmones, quibus Chrũs hucuſq; reſpondit, niſi quod interpoſita ſunt verba mulieris Chriſtũ laudãtis. Alij vero ſignũ de
cœlo quærebant à ſaluatore, quibus nunc loquitur & reſpondet, dicẽdo: Generatio. i. plebs
iſta poſtulans ſignũ, nequã eſt, quia callida intentione, non proficiendi deſiderio ſignũ quærit. Porrò in Matthæo legitur, ꝙ iſti ſignũ quærentes fuerunt ſcribæ ac phariſæi. Scribæ autẽ fuerunt doctores & clerici Iudæorũ, Phariſæi vero fuerunt religioſi eorũ, vt aſtruit Beda, Matth.12
« & tamen peccata illorũ Chriſtus hic publice corã laicis reprehendit, vt etiã notat hic Gor- Beda
« rha, ⌊ ſignũ quærit, ⌋ quærebant etenĩ ſignũ aliquod magnũ à Chriſto, per quod certitudinaliter noſcerent eũ eſſe Chriſtũ, ſicut expoſitũ eſt, ⌊ & ſignũ nõ dabitur ei niſi ſignũ Ionæ ⌋
Certũ eſt ꝙ Chrũs poſt hoꝝ prolationẽ verboꝝ multa præclariſſima per ſeipſum & per ſuos diſcipulos miſſo ſpũ ſancto, egit corã Iudæis miracula, oſtendendo ſe eſſe Chriſtũ, quo er
go nunc ait, Signũ non dabitur ei niſi ſignũ Ionæ; Et reſpondendũ ꝙ ſenſus eſt, Signũ nõ dabitur ei. i. ego hac vice ſignũ ei non dabo, quo Chriſtũ me eſſe cognoſcat, niſi ſignũ Ionæ. i.
exceptare illa myſteriali ac typica quæ in figurã Chriſti accidit Ionæ prophetæ. Iſti equidẽ
B peruerſi ſcribæ ac phariſæi iam multa præclara Chriſti viderunt aut perceperunt miracula,
infideliter quoq;, malicioſe & irreuerenter quærebant ſignũ, idcirco à Chriſto exaudiri non
meruerunt. Deinceps exprimit Chriſtus ſignũ ſeu myſticũ factũ Ionæ prophetæ, quod in libro Ionæ, qui in numero duodecim prophetarũ minorũ quintus eſt, plenius cõtinetur. ⌊ Nã
« ſicut Ionas ſignũ fuit Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi huic, ⌋ Ionas quippe ſignũ fuit Niniuitis, prædicendo eis eoꝝ ſubuerſionẽ, videlicet niſi conuerſi pœnitentiã agerent: ſic Chriſtus viua voce ſcribis & phariſæis æternã eoꝝ damnationẽ prædixit, niſi ver-
bis ſuis crederent atq; veraciter pœniterent. Verũ tamen Matthæus præfigurationẽ iſtã cla Mat.12
rius recitat, dicens: Sicut enĩ fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit
filius hominis in corde terræ. i. in monumẽto tribus diebus & tribus noctibus, vtpote ponen
« do partem pro toto. Inſuper Chrũs declarat magnitudinẽ culpæ & pœnæ ſcribarum ac pha
« riſæorum. ⌊ Regina auſtri ⌋. i. regina Saba, quæ dicitur regina auſtri, quoniã regio illa Saba
« fuit in parte auſtrali, reſpectu Iudææ, ⌊ ſurget (. i. reſuſcitabitur & apparebit) in iudicio ⌋. i. in
« die extremi ac generalis iudicij, ⌊ cũ viris generationis huius. ⌋ Boni nanq; & mali ſimul re-
« ſurgent, Dicitq; Beda hoc loco, Regina auſtri, electa eſſe non dubitatur, ⌊ & condemnabit il Beda
los, ⌋ non poteſtate iudiciaria, ſed cõparatione operis melioris, ſecundũ gloſam, quoniã ex
« facto bono illius reginæ, iſti apparebunt damnabiles, imò & damnabiliores, Hinc ſubditur,
« quia venit à finibus terræ ⌋. i. à locis valde remotis, ⌊ audire ſapientiã Salomonis, ⌋ vt patet
« in libris Regũ, venit enĩ cum grandi exercitu & aromatibus multis. ⌊ Et ecce plus q̃ Salomõ 3. Reg.10
hic ⌋. i. ſapientior Salomone ſum ego, qui ſecundũ quod deus ſubſtantialiter ſum ſapientia
« infinita, ſecundũ naturã quoq; aſſumptã, ſapientior ſum omni mẽte creata, etiã angelica atq;
« ſeraphica, & tamẽ à vobis cõtẽnor ac reprobor, dæmoniacusq; appellor. ⌊ Viri Niniuitæ, ⌋
« qui habitauerũt in Niniue ciuitate magna itinere dieꝝ trium, vt ſcribitur in Iona, ⌊ ſurgent Ionæ.3
« in iudicio cũ generatiõe hac, & cõdemnabũt illam, ⌋ eo modo, quo de regina auſtri expoſitũ
eſt, ⌊ quia pœnitẽtiam egerũt ad prædicationẽ Ionæ. ⌋ Quũ enĩ Ionas in Niniue prædica-
C ret. Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur, rex & populus in Niniue magnã pœnitẽ
« tiam aſſumpſerũt, induẽtes ſe ſaccis & ieiunãtes, deumq; valde inuocãtes, vt ĩ Iona ſcribitur.
« ⌊ Et ecce plus q̃ Ionas hic. ⌋ Ille enĩ fuit ꝓpheta, Chriſtus aũt rex & dominus prophetarum,
ille creatura, iſte creator & deus, & tamẽ ad prædicationem Ionæ, paucis diebus in Niniue,
id eſt quadraginta, ſecũdum Gorrham, prædicãtis, nec aliquod ibi miraculum faciẽtis, con
uerſi ſunt Niniuitæ, Chrõ aũt multo diutius ꝓdicãti & multa ac magna operãti miracula, ſcri
bæ & phariſæi credere cõtempſerũt, nec cõuerſi ſunt, niſi perpauci. ¶ Deinde Chriſtus demonſtrat ſe propter Iudæoꝝ iſtoꝝ incõuertibilitatem nõ debuiſſe à ſapiẽtiæ ſuæ cõmunicatione ſeu prædicatione ceſſare, quia & vna ratio, ob quam animæ ſuę data fuit ſapiẽtia tanta,
erat, vt ꝑ ſapiẽtiam ſuam malis & bonis verbum dei annũciaret omnesq; quãtum in ipſo fuit
illuſtraret, iuxta illud Eſaię de Chriſto ꝓdictum, dicẽte patre ad filium: Dedi te in fœdus po Eſaiæ.42.
puli, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcoꝝ, & educeres de concluſione vinctum. Ita-
« q; ꝑ ſimilitudinem Chriſtus declarans ꝓpoſitum, ait. ⌊ Nemo lucernam accẽdit & in abſcon
« dito ponit (eam) neq; ſub modio, ſed ſupra candelabrum, vt qui ingrediũtur (domum) lumẽ
« videant. ⌋ Hoc vtiq; in exterioribus obſeruari ſic cõſueuit, quo Chrũs intendit, quod deus
trinitas animæ ſuę tantam ſapientiam non infudit, vt eam prorſus abſconderet, ſed vt con-

gruo tempore per eam alios illuſtraret, publice prædicando. Itaq; lucerna eſt Chriſti huma D
nitas luce ſapientiæ præclariſſime illuſtrata, quam deus noluit in abſcondito ponere, hoc eſt
ſub vmbra legis noluit eam latere, ſed per gratiæ fulgorem atq; euangelicæ veritatis prædi-
cationem manifeſtari, ⌊neq; ſub modio,⌋ id eſt ſub Iudæorum climate noluit eam artare, »
Eſa.49 ſed totum mundum per ipſam illuminare. Hinc per Eſaiam pater loquitur Chriſto: Parum
eſt vt ſis mihi ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael conuertendas, dedi te in lucē gen-
tium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ. Poſuit ergo deus lucernam hanc ſuper cande-
labrum, id eſt electæ ſynagogæ, videlicet primitiuæ eccleſiæ arcem, imò & toti eccleſiæ Chri
Pſal.2 ſtum præfecit, ſecundum quod ait in pſalmo: Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſup Sion
montē ſanctum eius, prædicans præceptū eius, de quo candelabro ſeptemplici dono ſancti
Zach.4 ſpūs refulgente exponitur illud Zachariæ: Et vidi & ecce candelabrū aureum, id eſt eccleſia
diuino amore ornata, & lampas eius, vtpote Chriſtus, eam illuminans ſuper caput eius, & ſe-
Apoc.1. ptem infuſoria, id eſt vniuerſitas doctorum, lucernis erant. Hinc in Apocalypſi ſeptem ec-
cleſiæ Aſiæ per ſeptem candelabra aurea deſignantur. Quemadmodum enī eſt vna vniuer-
ſalis eccleſia, & multæ eccleſiæ particulares, ita dicitur vnum candelabrum & multa candela
bra. Igitur ſuper candelabrum, id eſt eccleſiam, Chriſtus eſt poſitus, vt omnes qui ingrediun
tur eccleſiaſticam domum conſpiciant lumen Chriſti, hoc eſt doctrina euangelica clarificē-
Apoca.21. tur, atq; regantur. Porrò quod Chriſto ſecundū ſuam humanitatem competit eſſe lucernam
conſtat ex eo quod in Apocalypſi habetur: Dominus deus omnipotens illuminabit eam, vi
Prou.31. delicet ciuitatem dei ſanctā Hieruſalem, & lucerna eius eſt agnus, de qua & illud prouerbio-
rū ſumitur: Non extinguetur in nocte lucerna eius, puta mulieris fortis, per quam ibi figura-
Apoca.21. tur eccleſia, quam Iohannes in Apocalypſi ſponſam atq; vxorē agni appellat. Ex præindu-
Apoca.19 ctis Chriſtus ad noſtram ſe informationē conuertit. ⌊Lucerna corporis tui oculus tuus eſt⌋ »
Hoc de materiali oculo ad literam verificatur per ſimilitudinem oculi cum lucerna. Quēad- E
modum enī in lucerna lux continetur, totam lucernam ſua claritate perfundens, ita in corpo
rali organo oculi lux continetur viſiua, qua totum corpus in ſuis motibus, actibusq; dirigi-
tur. Sed Chriſtus (ſicut ex cōſequentibus oſtenditur verbis) non de corporali oculo principa
liter loquitur, ſed per verbum præhabitum innuit, quod ſicut oculus corporalis eſt ſenſibilis
corporis noſtri lucerna, ſic oculus noſter interior, ſcilicet intellectus ſeu eius intentio eſt ocu
lus animæ noſtræ, operumq; noſtrorum quæ myſtice corpus vocantur. Anima quippe eſt
totum poteſtatiuum plures in ſe vires habendo ac continendo, quemadmodū corpus mul-
ta continet membra, ſic & totalitas ſiue congeries operum, corpus tropologice nuncupatur.
⌊Si oculus tuus fuerit ſimplex,⌋ hoc eſt, ſi intellectus vel eius intentio fuerit abſq; errore & »
obliquitate, hoc eſt, abſq; duplicitatis ſeu ſimulationis ſiue hypocriſis plica & macula, ⌊totū »
corpus tuū lucidū erit,⌋ id eſt tota anima recte dirigetur ab intellectu & luce ſapientiæ eius »
clareſcet, operū quoq; congeries, vere virtuoſa conſiſtet, quia intentio imprimit ſpeciē ope-
Ambroſius ri, ſecundū Ambroſiū. ¶ Deniq; (vt ſcribit hic Gorrha) intentio dupliciter dicitur, Vno mo-
do motus mentis ordinātis opus in finem, alio modo ipſe finis intentus, ad quē mens ordi-
Intētio duplex nat opera ſua. Itaq; de intentione loquēdo, primo modo, ex ipſa intētione iudicātur opera
ſiue bona ſiue mala, nā ille motus mentis ſic ordinātis nunquā eſt bonus, niſi ordo ſit rectus,
nec ordo eſt rectus, niſi cōuenienter ordinentur extrema. Sed ſecūdo modo de intētione lo-
quēdo, non omīa opera ex intētione iudicantur, ſed illa quæ de ſe bona ſunt vel indifferētia, F
quædā vero ſunt de ſe vitioſa & mala, quæ hoc modo ex intētione bona ſeu fine bono boni-
tatem nō ſortiūtur, vt ſi quis adulteretur quatenus à cōcupiſcētię moleſtia releuatus, quietius
ſpūalibus vacet. Hinc alij dicūt, ꝙ duplex eſt finis ſiue intētio, vtpote intendentis, & rei ſeu
operis. Finis aūt intendētis eſt quem agēs ſibi pręfigit, quāuis media nō ſint proporcionata
ad huiuſmodi finem, idcirco bonitas talis, finis non ſemper ſufficit ad bonitatem moralem
operationis. Alius vero finis, vtpote finis rei ſeu operis, dicitur finis operibus ſeu medijs ad
finē ordinatis proporcionatus ac congruēs, idcirco à tali fine operatio dicitur bona & mala,
⌊ſi autē nequā fuerit⌋ .i. intētio tua ſeu intelligētia aut ratio fuerit peruerſa, ⌊etiā corpus tu- »
um tenebroſum erit⌋ .i. operū tuorū cōgeries ſiue collectio, ex tali intētione procedēs vitioſa »
cōſiſtet, & tota anima tenebris vitiorum & ignorantiarum implebitur, nempe ſi praua prę-
Auguſtinus cedat intentio, opus ſequit̃ vitioſum, q̄uis foris bonū appareat, vt ſi quis eleemoſynā tribuat
ex intentione laudis humanę. Idcirco ſecundum Auguſtinum, primo curandum eſt, vt recta
ſit mentis intentio, & ne intellectus peccatis ac paſſionibus obſcuretur, ſicq; in iudican-
do ſit errans. Intellectus etenim habet ipſam voluntatem quę de ſe cęca aſſeritur, omēs quo-
q; alias animę vires in actibus ſuis dirigere. ⌊Vide ergo,⌋ id eſt caue, ſecundum quod cau »
Ephe.5 tio eſt pars prudentię, ad quam pertinet, pericula deuitare. Vnde Apoſtolus monet: Videte
quomō caute ambuletis, ⌊ne lumē q̄d in te eſt, tenebrę ſint⌋ .i. ne tua ratio ſiue intētio ſit p- »
uerſa

A uerſa, aut modis ꝑtactis obſcurata aut obliquata, ꝗd fit, ſi opa noſtra ad debitũ finẽ nõ ordina
mus, vcȝ ad dei gloriã & honorẽ, btitudinẽq; ęternã, ſed ad carnales delitias, corpales diuitias
aut tpales huius vitę honores, vel ad aliq d deo cõtrariũ. Hinc hortat Aplus: Oĩe ꝗdcũq; faci Coloſſ.3
“ tis in verbo aut ope, oĩa in noĩe dñi nr̃i Ieſu Chr̃i agite, gr̃as agentes deo pr̃i p ipm. ⌊Si ergo
“ corpus tuũ totũ lucidũ fuerit⌋.i. ſi vniuerſitas ſeu tota congeries opeꝝ tuoꝝ fuerit virtuoſa,
“ vt tam intẽtio ꝗ actio inde procedẽs ſint bonę, ⌊nõ habẽs aliquã partẽ tenebraꝝ⌋.i. nullum
pctm̃ mortale habẽs admixtũ. Partes eñ tenebraꝝ.i. ſpẽs vitioꝝ ſunt, ſupbia, auaritia, luxu-
“ ria &c. ⌊erit lucidũ totũ⌋.i. tunc totũ opus tuũ erit vere ac ſimpliciter meritoriũ, deoq; placi
tum. Nã vno mortali pctõ oĩa opa meritoria mortificant, ſi vero nullum inſit pctm̃ mortale,
charitas dei, & gr̃a reddũt opa corã deo ſplẽdẽtia. Hinc in Eccl'iaſtico habet: Qui in vno pec- Eccle.9
“ cauerit, multa bona pdet, ⌊& ſicut lucerna fulgoris(.i. lucerna pręfulgida) illuminabit te⌋.i.
inclyte decorabit, ita ꝙ aĩa tua his bonis corã deo pulchra erit ac fulgida. Quẽadmodũ eñ vir
tutes & dona ac gr̃a ſpũs ſancti ſunt lumina quędã illuminãtia mentẽ, ſic & actus virtuoſi ſunt
mẽtis illuſtratões, & p eos aĩa ad illuminationẽ diſponit ampliorẽ, ſicut opa vitioſa tã interio
ra ꝗ exteriora ſunt aĩæ obtenebratões, & vnũ eoꝝ ad aliã obſcurationẽ inducit. Hinc in Pro- Prouerbi.4
uerbijs aſſerit: Iuſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplendẽs ꝓcedit, & creſcit vſq; ad pfectã diem, via ve-
ro impioꝝ tenebroſa, neſciũt vbi corruunt. Itaq; puris cogitatõibus, ſanctis affectõibus, vtili
bus quoq; ſermonibus, ac virtuoſis opibus, nosipſos iugiter adornare nitamur.

¶ Elucidatio reſiduæ partis huius capl'i. Et quũ loqueret. Arti. XXXI.

B CONſequẽter deſcribit iuſta ac ſapiẽtialis increpatio phariſæoꝝ & ſcribaꝝ à Chr̃o
“ ⌊Et quũ loqueret⌋ Chr̃us, nõ ait Lucas: quũ loqueret hæc, vtpote ſtatim p̃habita,
quia nõ ſtatim poſt prolationẽ illoꝝ accidit ꝗd hic narrat, vt patet ex his ꝗ in Mat
thæo ſcripta ſunt. Ibi nãq; habet: Adhuc eo loquẽte ad turbas. ſ. ea quę ſtatim p̃ha- Matth.12
bita ſunt. Ecce mater eius & frẽs eius ſtabãt foris, quęrẽtes ei loqui, ad ꝗd quũ rñdiſſet, roga-
“ tus ẽ à phariſæo ſicut nũc dr̃, ⌊rogauit illũ quidã phariſæus, vt prãderet apud ſe⌋ Cauſa iactã
tiæ & ex hypocriſi dr̃ hoc phariſæus egiſſe. Chr̃us tñ qui pctõres venit ſanare ac informare,
“ acquieuit rogãti. Nã ſubdit: ⌊Et ĩgreſſus (domũ phariſæi) recubuit. Phariſæus ãt cœpit itra
“ ſe reputãs dicere, ⌋.i. Chr̃o ad mẽſaȝ ſedẽte ſeu accedẽte, Phariſæus reputãs Chr̃m cõtra bo
“ nos mores feciſſe intra ſe dixit ſeu cogitauit ⌊Quare nõ baptizatus eſſet ante prandiũ⌋.i. cur
Chr̃us manus ſuas nõ lauiſſet ante acceſſum ad menſam. Hoc qppe fuit cõtra cõſuetudinem Mar.7
Iudæoꝝ, iuxta illud Marci: Phariſæi & oẽs Iudæi niſi crebro lauẽt manus ſuas nõ mãducãt.
Huic cõſuetudini Chr̃us nõ fuit ſubiectus, nec eam hac vice ſeruauit, vt tali occaſiõe ad ſalu-
berrimã phariſæoꝝ increpationẽ ac inſtructionẽ veniret. Pro eadẽ etiã cauſa diſcipuli Chr̃i
à ſcribis & phariſæis increpati legunt apud Matthæũ, vbi habet: Quare diſcipuli tui trãſgre- Matth.15
“ diunt traditiones ſenioꝝ. Non eñ lauãt manus ſuas cũ manducãt. ⌊Et ait dñs (Ieſus) ad illũ⌋
nõ ad verba vocalia, ſed mẽtalia phariſæi Chr̃us rñdit, oſtendẽs ſe cordiũ inſpectorẽ, de quo
in Prouerbijs Salomon loquit: Qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſeruatorẽ aniæ tuæ Prouer.24
“ nihil fallet. ⌊Nũc vos phariſæi quod deforis eſt calicis, & catini, mũdatis⌋.i. vaſa exteriora,
“ ex qbus bibitis atq; comeditis, lauãdo purgatis. ⌊ꝗd aũt intus eſt veſtrũ⌋.i. mens ſeu anima
“ veſtra ⌊plenũ eſt rapina(.i. pctõ & amore rapinæ) & iniquitate,⌋ in deũ directe cõmiſſa, ita
C ꝙ pleni eſtis vitijs cõtra deũ & proximũ. Ecce quãtus fuit in Chr̃o zelus iuſtitiæ, q a homini
ipm inuitãti, à tam acuta increpatione non pepercit. Nil eñ ipm ab æquitate quiuit auertere
“ ⌊ſtulti⌋ Quõ Chr̃us qui cœpit facere & docere phariſæos hos ſtultos appellat, quũ ipſemet Acto.1
dicat: Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehẽnæ ignis? Et reſpondendũ, ꝙ quũ verba oris Marc.5
ſint expreſſiua interioris conceptionis, affectionisq; cordis. Culpa & virtus iudicantur eſſe
in verbis, ex qualitate diſpoſitionis ſeu conceptionis affectionisve cordis idcircò ex cõtẽptu
& elatione dicere: Fatue, eum animo exprobrandi, prohibetur à Chriſto. Non aũt ſi dicatur
ex charitate animo corrigendi. Præſertim à ſuperiori & iudice, cuius eſt alium iuſte & cha-
ritatiue arguere. Sic etenim Paulus ſcribit ad Galatas: O inſenſati Galatæ. Et Chriſtus poſt Gala.3
reſurrectionem dixit diſcipulis: O ſtulti & tardi corde ad credendum. Chriſtus vero omni-
um Scribarum ac Phariſæorum iudex, princeps, & dominus fuit, tanquàm verus & ſummus Lucæ.24
“ rex Iſrael. ⌊Nonnè qui fecit quod deforis eſt⌋ Hoc eſt, corpus humanum quod vultis lauan-
“ do mundari, ac corporalia reliqua, ⌊etiam id quod deintus eſt⌋ vtpotè, quam à vitijs nõ pur
“ gatis ⌊fecit?⌋ per creationem, quo conſtat, quod vtriuſq; naturæ deus requirat munditiam
prout monet Apoſtolus: Mundemus nos ab omni inquinamento mentis & corporis, perfi-
cientes ſanctificationem in timore Dei, imo quo anima corpore extat præſtãtior, eo plus in- 2.Cor.7
ternę puritati ſtudendũ eſt. Pręterea hac Chr̃i authoritate, clariſſime refutatur hæreſis, ſacri-
legi Manichæi, duo ponẽtis principia reꝝ, & aſſerẽtis corpus humanũ à diabolo factũ, aĩam
vero à deo lucis, ꝗd etiã cõtra naturalẽ eſt philoſophiã, quũ de ſummo deo Ariſtotiles aſſerat
Ab hoc ente, oĩbus deriuatũ eſt eſſe, & viuere, his quidẽ clarius, his aũt obſcurius, quòd Pla

toatq; Platonici ſubtiliſſime ꝓbauerūt, p̄ſertim Proclus Platonicus in elemētatiōe ſua theo- D
logica, in qua & ip̄am primā materiā probat à ꝑ ſe bono exortā. Deinceps Chr̄us animarū ſa
pientiſſimus medicus, poſt increpationē rigoroſam adiungit informationē benignā tanquā
poſt vinū auſteritatis, adhibēs oleū pietatis, & poſt vulneris oſtenſionē, applicās medicinā.
⌊Veruntñ q̊d ſupeſt, ⌋.i. q̊d tam multo ſcelere cōtaminatis pro remedio reſtat. ⌊Date ele- »
emoſynā ⌋ vel, q̊d ſupereſt.i. de his quę ſupfluūt vobis, vc; neceſſario victui atq; veſtitui vr̄o »
ac domus vr̄æ, facite eleemoſynā ⌊& ecce oīa mūda ſunt vobis ⌋.i. virtute eleemoſynę à pec »
Auguſtinus catis oībus efficiemini puri. Queādmodū aūt in libris de ciuitate dei, recitat Auguſtin⁹: Qui
dam hoꝝ occaſione verboꝝ, dixerūt, eos q opa miſericordię exercēt, in æternū nō poſſe dā-
nari, quoꝝ error faciliter reprobaſ. Chr̄us etem̄ loquiſ de eleemoſynaꝝ largitōe, prout ē act⁹
miſericordię ad charitatē infuſam ptinentis, ita ꝙ eleemoſynaꝝ largitio eſt opus virtuoſum
à charitate īperatū, & à virtute quę miſericordia nuncupaſ, elicitiue procedēs, ſicq; eleemoſy
nam agere meritoriū eſt vitæ æternæ. Nec ideo Chr̄us hęc ait quaſi ſola eleemoſynaꝝ largi-
tio ſit purgatiua à vitijs, ſed qa inter remedia cōtra pc̄tā eſt quoddā pręcipuū & ꝑappropria-
tionē quandā, veniā deſup promereſ, quia cōdecens eſt vt deus ſic faciat nobis, ſicut nos faci-
Matth. 5 mus proximis noſtris, ꝓpter q̊d ait Chr̄us: Beati miſericordes, qm̄ ipſi miſericordiā conſe-
Dani. 4 quenſ. Hinc Daniel Nabuchodonoſor regi cōſuluit: Pc̄tā tua (inquiēs) eleemoſynis redime,
Tobiæ. 12 & iniquitates tuas miſericordijs paupeꝝ. Vnde in Tobia ſanctus dei angelus Raphael prote
Prouer. 15 ſtaſ: Eleemoſyna à morte liberat, & ip̄a eſt quæ purgat pc̄tā & facit inuenire vitā æternam.
Beda Salomon quoq;: Per fidē (inquit) & miſericordiā purganſ pc̄tā. ¶ Poſtremo, Chr̄us tanq̄ ſa
Chryſoſtom⁹. pientia pr̄is diſcrete locutus eſt, quod ſupereſt.i. de ſupfluo neceſſitatis veſtrę datæ eleemoſy E
nā, qa nō ita agēda eſt ſcd̄m Bedā eleemoſyna, vt teip̄m conſumas inopia. Dicit quoq; Chry
ſoſtomus, ꝙ eleemoſyna pręſtātior eſt ieiunio, q̄uis illud ſit laborioſius. ⌊Sed væ vobis pha- »
riſæis ⌋.i. æterna dānatio imminet vobis, niſi pœnĩam dignā egeritis. ⌊qui decimatis men- »
tam & rutā & omne olus ⌋.i. de rebus his paruis ac vilibus decimas datis, ſiue exigitis vſq; ad
minima, magnā vim facientes, in obſeruātijs minimoꝝ, & nullā aut paruā in obſeruātijs pręcipuoꝝ, prout cōſequenter Chr̄us declarat. ¶ Porro queādmodū olus valet ad alimentū, ſic
ruta & menta ad medicamentū. Nam ruta acuit viſum. Menta reficit & confortat olfactum.
⌊& p̄teritis iudiciū ⌋.i. verā diſcretionē omittitis, nec ꝓximis ac ſubditis rectū iudiciū facitis »
nec iudicialia dei p̄cepta ſeruatis, ſed neq; voſip̄os rite diſcutiēdo ſalubriter iudicatis, cōſide
rādo, cōſitendo, arguēdo & caſtigādo propria veſtra pc̄tā ⌊& charitatē dei, ⌋ ita ꝙ nec de- »
um verè diligitis, nec proximis charitatē dei .i. charitatē verā ac ſp̄ualem à deo infuſam ac
iuſſam, impenditis, ſed carnali pleni eſtis amore. ¶ Deniq; Chr̄us aptiſſimè iudiciū charitati
cōiunxit, qa iudiciū ſine charitate in crudelitatē conuertiſ, charitas aūt ſine iudicio in remiſſi
onē, charitas vero cū iudicio in æquitatē, ita ꝙ pietas miſceſ iuſtitiæ. ⌊Hæc oportuit facere ⌋ »
hoc eſt, charitatē dei iudiciūq; ſeruare in primis ac principal̄r eſt neceſſe. Charitas nāq; ſum-
ma eſt virtus, vitaq; animæ, ſine qua nulla virtus proficit ad ſalutē, nec rōnem virtutis p̄fecte
Mich. 6 ſortiſ, nec aliqua actio ſine charitate eſt meritoria. Hinc in Michæa habeſ: Indicabo tibi ho-
mo q̊d ſit bonū, vtiq; facere iudiciū, ⌊& illa ⌋ minora (vtpote) decimationē mētæ & rutæ ac »
Prouer. 3 oleꝝ, ⌊non omittere ⌋ ſed implere ſecūdū illud Prouerbioꝝ: Honora dn̄m de tua ſubſtan- »
tia, & de primitijs frugū tuaꝝ. Quāuis aūt iſta decimatio ad cęrimonialia p̄cepta ptinuit, ni-
hilominus Chr̄us aſſeruit eam nō debuiſſe omitti, qa dum ita locutus eſt, nondū fuerat euāge F
liū vndiq; publice diuulgatū, idcirco cęrimonialia legis adhuc erāt ſeruāda. ¶ Præterea con-
tuendū, quòd in lege fuit decimatio triplex. Vna fuit debita ſeu p̄cepta quę dabaſ Leuitis, de
frugibus vniuerſis, altera fuit partim ſpontanea, partimq; debita, vt oblatōes quę fiebāt in ſcę
nophegia.i. Paſcha & Pentecoſte, qa pro libito ſuo licebat Iudæis tūc offerre plus aut minus
& quoad hoc oblatio talis dicebatur ſpōtanea, & qm̄ aliqd tenebanſ offerre, dicebaſ quodā-
Chryſoſtom⁹. modo debita, tertia fuit oīno ſpōtanea, quę gratis dabaſ. Dicit aūt circa iſta Chryſoſtomus
Iuſtitiā, miam, & fidē ꝓpter ſuam gloriā deus mādauit, decimas vero ꝓpter ſacerdotes qui
de ſuo lucro ſollicite agebant, ſed de dei gloria in ſalute hominum negligentes fuerunt. Sic &
nūc omēs de honore ſuo ſoliciti ſunt, de dei aūt honore pauci aut nullus ſuas portiones vigi-
lanter defendūt, obſequiū eccl̄iæ nō attēdūt, idcirco væ eis. Itaq; vſq; in p̄ſens m̄lti etiā appa
rēter religioſi, phariſæos ſequunſ, qa de interiori puritate, iterna deuotōe ſynceraq; dei ac ꝓ
ximoꝝ dilectōe ac cęteris principal̄r obſeruādis modicè curāt de exteriorib⁹ vero qbuſdā cę
rimoniab⁹, obſeruatōib⁹ ſeu pūctis paꝝ pōderātib⁹ deuotionūq; apparētijs nō mediocriter
extāt ſoliciti, q iuxta Chr̄i doctrinā, pricipaliora & neceſſariora ac viciniora ſaluti, primo &
pricipali⁹ ſatagāt cuſtodire, deiñ & alia ordinate, imò obſeruāda ſunt oīa bona atq; ſalubriter
Eccl̄s. 7. inſtituta, quū Salo. dicat: Qui timet deū nihil negligit. In Eccl̄iaſt. q̊q; legiſ: Qui ſp̄nit modica.
Eccl. 19 paulati decidit. Etem̄ Aug. teſtāte: Sicut ſubmergiſ q ſaxis deprimiſ, ita q arena obruiſ Inſup
Auguſtinus rep̄hēdit ſaluator ſupbiā & ambitionē phariſęoꝝ. ⌊Væ vobis phariſæis q diligitis ⌋ hoc eſt,

vano

vano affectu appetitis ⌊primas cathedras in ſynagogis⌋.i. dignitates & loca altiora, ibidē,
A quū in Eccl'iaſtico ſcriptū ſit: Noli quęrere cathedrā honoris Et nō ait Chrſ: Væ qui habetis
primas cathedras, ſed qui diligitis eas, quoniam hæc iniuncta ſuſcipere charitatis eſt, appete- Eccle. 7
re vero ambitionis ⌊& ſalutationes in foro,⌋ vbi cauſæ tractant, deinde arguit iſtos ficta
ſanitate atq; hypocriſi ⌊Væ vobis qui eſtis vt monumenta quæ non apparent⌋.i. qūo intus
diſpoſita ſint, ⌊& hoīes ambulantes (ſupra ſepulchra hmōi) neſciuit⌋ qualia intus exiſtant,
& vos phariſæi quū ſtis hypocritæ, calliditatibus pleni, quū foris virtuoſis paretis, intus ple-
ni eſtis ſpūs vitioꝝ, & ſpecie ſuperductæ ſanctitatis decipitis homines, vnde apud Matthæū Matth. 23
comparatio iſta clarius ſcripta eſt, Chr̄o dicente: Væ vobis qui ſimiles eſtis ſepulchris deal-
batis, q̄ à foris parēt hoībus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuoꝝ & om̄i ſpurcitia
ſic & vos, à foris quidē paretis hoībus iuſti, intus vero pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Cum
q̄ multi nunc ſimiles illis miſeris phariſæis inueniunt, qui quū ſunt hypocritæ, hoībus magis
q̄ deo oīpotenti, incōparabili, & immenſo cupiunt cōplacere, ſicq; ſuos pdunt labores, & per
opa de genere bona, p quæ æternā beatitudinē mererent, ſi ex charitate ad dei honorē hęc fa
cerent, infernalia promerent incendia. Abijciamus ergo totaliter tam viliſſimū crimen, quia
& in Iob ſcriptura fatet: Laus impioꝝ breuis eſt, & gaudium hypocritæ inſtar puncti, imò q̄
deteſtabile ſit hypocritaꝝ vile collegiū & q̄ enorme piaculū exiſtat hypocriſis, cōſtat ex eo ꝙ Job. 20
in Iob legit: Nunqd deus audiet vocē hypocritæ, quū venerit ſup eū anguſtia, aut poterit in
om̄ipotente declarari? ¶ Deniq; ſcd̄m Chryſoſtomū, iuſtoꝝ corpa tēpla ſunt dei, quē admo
dū ad Curinthios ſcribit Ap'ſus: Membra veſtra tēpla ſunt ſpūs ſancti. Corpora vero pctō- Job. 27
B rum ſepulchra dicunt, quia in eis ſunt animæ ſpūaliter mortuæ. Rurſus ſcd̄m Chryſoſtomū: Chryſoſtom⁹ 1. Cor. 6
Sepulchrū q̄diu clauſum eſt, pulchrū videt, ſi aūt aptū fuerit, appet horribile, ſic ſimulatores Chryſoſtom⁹
q̄diu non cognoſcunt laudabiles reputant, quū aūt cogniti fuerint, vituperabiles cognoſcunt
Sepulchrū dicit quaſi ſemipulchrū, tales ſunt hypocritæ, exterius nitidi, interius fœtidi, ideo
non ſicut filij eccleſiæ, quæ ait in Canticis: Nigra ſum ſed formoſa. Nigra vtiq; exterius, ſed Cant. 1
formoſa īterius. Iſti ecōtra intus ſunt fœdi, & foris volūt appere pulchri, ac boni, cōtra quos
ait Chryſoſtomus: O hypocrita ſi bonū eſt eſſe bonū, cur nō vis eſſe, quod vis apparere. Aut
ergo eſto qd̄ appares aut appares q̊d es. Qd̄ ē ſophiſma in philoſophia rōnali.i. hypocriſis in
morali. ⌊Reſpondens aūt quidā ex legiſperitis ait illi: Magiſter hęc dicens⌋ cōtra phariſęos
⌊etiā nobis (legiſperitis) contumeliā facis⌋.i. honori & ſtatui noſtro derogas. Hoc p̄ſertim
dixit hic legiſperitus, qm̄ Chriſtus inter cætera arguit phariſæos, ꝙ primas cathedras ama-
rent in ſynagogis. Fuerunt aūt inter Iudæos cathedræ doctoꝝ & iudiciū atq; pontificū. Ca-
thedra vero doctoꝝ congruebat legiſperitis, q fuerūt ſcribæ & doctores ac clerici Iudæoꝝ.
Phariſæi aūt religioſi eoꝝ fuerūt. Porro vt ait Cyrillus, redargutio quę māſuetos trāſfert in Cyrillus.
melius, ſupbis hoībus intolerabilis eſſe ſolet. Et ecce q̄ miſera conſcia quę audito dei verbo ſi
bi contumeliā fieri putat, & cōmemoratis vitijs impioꝝ, ſe tangi aut ſuſpicat, aut indignat.
Etenī mala ſibijpſis de ſuis vitijs conſcij, de ſe opinant oīa dici, correctionemq; culpę reputāt
contumeliā pſonæ, qbus penſandū eſt illud Prouerbioꝝ: Viro qui corripientē dura ceruice
contēnit, repētinus ſupueniet interitus. ⌊Et ille ait: (Chr̄us vtiq; q neminē palpat) Et vobis Prouerb. 29
legiſperitis væ (.i. ſiſis cū phariſæis dānatio imminet vobis) q oneratis hoīes oneribus, q̄ por
tari nō poſſunt⌋.i. magna & grauia vulgo agenda iniūgitis, videlicet cęrimonialia legis & in-
ſtituta varia ſenioꝝ veſtroꝝ, de hoc cęrimonialiū obſeruātiaꝝ onere vix portabili Petr⁹ ap'ſ
C in Actibus conteſtat: Quid tētatis iugū imponere ſup ceruicē diſcipuloꝝ, q̊d neq; nos, neq;
p̄res noſtri portare potuimus? Lex etenī Moſi, quoad cęrimonialia vix poterat obſeruari, p̄ Acto. 15
ſertim q̄ntū ad ſenſum lr̄alem, ⌊& ipſi vno digito vr̄o nō tangitis ſarcinas⌋.i. nec ad modicū
curatis obſeruare, & ope adimplere, quę alios edocetis. Tales ſunt modo q̄ plures, q fortia p̄dic
cāt, & vix minima ſeruāt, pfecti in verbis, prauiſſimi factis, ſed & ſacerdotes nōnulli, qui in ab
ſoluendo indiſcreta pœnia grauāt cōfeſſos, his verbis notant. ¶ Inſup arguit ſcribas de ſimu
lata deuotione. ⌊Væ vobis qui ædificatis monumēta prophetaꝝ⌋ Non rep̄hendunt de hoc
quod prophetis ppter iuſtitiā interfectis venerāda ac pulchra conſtruxerāt monumēta, ſed
quia hoc vna intentōe egerūt, & quia in malo ſtatu fuerūt, impioꝝ patrū ſuoꝝ ſequendo fa-
cinora factis, quæ deteſtabant verbis mēdacibus ⌊p̄res aūt veſtri occiderūt illos⌋ puta pro-
phetas. ſ. Hieremiā Eſaiā &c. ⌊profecto (.i. certè) teſtificamini⌋.i. cōtra voſipſos teſtes eſtis
non verbis ſed factis ⌊quod cōſentitis opibus pr̄m veſtroꝝ⌋.i. q̊d cōformis eſtis, p malitio-
ſos affectus, pr̄ibus carnalibus ⌊qm̄quidē ipſi⌋ p̄res veſtri carne, & impietatis exēplari pceſſi
one ⌊eos (puta prophetas) occiderūt, vos aūt ędificatis ſepulchra eoꝝ⌋ vcz prophetaꝝ curio
ſe ac p̄tioſe ad captandum vulgi fauorem, vt videmini iuſti ac deteſtātes crimina patrum ve
ſtrorum, quibus perſecuti ſunt ſanctos prophetas, & tamen pari, imo multo maiori, impie-
tate perſequimini me meoſq; diſcipulos, qua patres veſtri perſecuti ſunt vates, quo conſtat
quod modo expoſito veſtris patribus conſentitis me perſequendo, eò quòd veritatem
vobis

vobis denuntiem,& iuſte vos increpem, quemadmodum illi prophetas ſunt perſecuti, quo- D
Chryſoſtom⁹. niam iuſtas illorum increpationes pati ſpreuerunt. Sic & modo quidam ſunt præteritorum
ſanctorum cultores,& præſentium contemptores. Quemadmodum autem Chryſoſtomus
ſcribit: Quidam ædificant martyrum monaſteria, monumenta, baſilicas,& tamen violenti-
am faciunt. Sed nō gaudent martyres aut cæteri ſancti quando de pecunijs honorant, pro q
bus pauperes plorant. Qualis eſt iſta iuſtitia numerare mortuos & expoliare viuētes? Pro-
Eccl.34 pter hoc in Eccleſiaſtico aſſeritur: Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi qui vi- »
1.Cor.1. ctimat filium in conſpectu patris. ⌊Propterea & ſapientia dei dixit⌋ hoc eſt, ego Chriſtus
qui ſum virtus & ſapientia dei patris, ab æterno, dicendum decreui,& nunc dico, quod & par »
prophetas prędixi, videlicet: ⌊Mittam ad illos⌋ id eſt, ad vos ſcribas ac phariſęos cęterosq́ »
Iudæos ⌊Prophetas & Apoſtolos⌋ Apoſtoli nanque fuerunt prophetæ,& ante Apoſtolo- »
Matth.11 rum miſſionem miſit Chriſtus Iohannem Baptiſtam, prophetam & plus quàm prophetam,
Lucæ.7 ſed & prophetæ antiquiores miſſi ſunt, non ſolum his, qui ſuis fuerunt temporibus, ſed & po
ſteris eorum, hoc eſt, ad informationem præſentium atq́ ſequentium. ⌊& ex illis occident »
& perſequentur⌋ hoc eſt, quoſdam eorum necabunt & inſeſtabunt, nam Iacobum minorem »
occiderunt. Iacobum quoque maiorem, ab Herode occidi procurauerunt ſiue gauiſi ſunt.
Acto.20 Oēs quoq́ Apoſtolos multipliciter perſecuti leguntur in Actibus Apoſtolorum. ⌊Vt in »
quiratur ſanguis omnium prohetarum qui effuſus eſt à conſtitutione mundi à generatione »
iſta⌋ quod ait à generatione iſta referri poteſt ad verbum inquiratur, item ad complexum »
hoc, qui effuſus eſt. Et quod dicit, vt &c. notat concomitantiā, non cauſalitatem directam,
quia non ad hoc impij occiderūt prophetas vt ſanguis prophetarum inquireretur ab eis, ſed E
Pſalm.50. ad occiſionem illam conſecuta eſt requiſitio iſta, quemadmodum ait Pſalmiſta: Tibi ſoli pec
caui, vt iuſtificeris &c. Itaq́ ſenſus eſt: vt ſanguis omnium prophetarū qui occiſi ſunt ab ini-
cio mundi, requiratur à generatione iſta. i. culpa effuſionis ſanguinis illorum genenerationī
malorum imputetur. Scut enim oēs electi & boni ſunt vnum corpus, ac vna ciuitas Chriſti
Pſal.23. & vna generatio nominantur, de qua fatetur in Pſalmo: Hæc eſt generatio quærentium do-
minum, ſic oēs mali ac reprobi, ſunt vnum corpus & ciuitas vna diaboli, vnde & vna ge-
neratio nominātur, ſicq́ communi damnatione diſpereunt,& ſimiles ſunt in pœnis. Pœna
q̄q́ vnius redundare p̄t in aliū, nō tñ ſingula mala ab impijs impetrata, à ſingulis impijs requi
Chryſoſtom⁹. runt, nec quilibet reprobus pro peccatis cuiuſlibet reprobi punief, ſcd̄m Chryſoſtomū, ſed
Gala.9 vnuſquiſq́ onus ſuū portabit, vt dicit Apoſtolus: Nihilominus oīs ſanguis prophetarꝫ pręta
ctus à generatione mala exquirit. i. ab ea vel ab aliqua eius parte. ⌊à ſanguine Abel⌋ qui inter »
ꝓphetas annūerat, nō, qa verbo prophetauit, ſed qm̄ facto (vtpote morte ſua) paſſionē Chri
Beda ſti, ſeu pſequutionē cuiuſlibet iuſti præfigurauit, qui ſcd̄m Bedam, primus martyrium paſſus
Gene.4 eſt, occiſus à Cain fratre ſuo propter iuſtitiā. ⌊vſq́ ad ſanguinē Zachariæ qui perijt⌋. i. oc- »
ciſus eſt, ⌊inter altare & ædem⌋. i. templū, in quo ſcd̄m gloſam, erant duo altaria, vnū incē- »
ſi quod fuit interius, aliud holocauſtorꝫ, quod fuit exterius, puta in atrio ante faciē tēpli, inter
Hieronymus. quod altare,& templū, dicit Zacharias iſte occiſus. Quis aūt fuerit Zacharias inquirit Hiero
nymus, improbatq́ opinionem dicentiū, ꝙ fuit Zacharias, vnus inter duodecim prophetas
minores, ſimiliter opinionē refutat dicentiū, quòd fuit pr̄ Iohānis Baptiſtæ, quē aliqui affir-
mabāt à Iudæis occiſum, quia Chriſtū iam natū aſſeruit, ꝙ Hieronymus apocryphum pro- F
teſtat, affirmās quòd Zacharias iſte fuit ſacerdos & pontifex, filius Ioiadę ſacerdotis atq́ pō-
1.Para.24 tificis, iuſſu Ioaas regis lapidatus in templo, vt in Paralypomenon legit. Ioada aūt pr̄ ipſius
Gregorius fuit vt aliqui dicunt binomius, ita ꝙ alio noīe dictus eſt Zacharias. ¶Præterea refert Grego-
rius Niſſenus, quemadmodum q̄dam dixerunt, Zachariā iſtū fuiſſe pr̄em Iohannis Baptiſtę,
ideoq́ à Iudæis in loco ꝑfato occiſum, quoniā Mariā Chriſti genitricē dixit virginē, nolens
eam in templo à loco virginū ſequeſtrare. Græcus vero expoſitor recitat quoſdam tradere
aliam cauſam occiſionis Zachariæ iſtius, videlicet, quia Eliſabet inſtante paruulorꝫ innocen
tum occiſione ab Herode cum Iohanne infantulo fugit in heremum. Hinc Herodes ſatellites
Eliſabeth ac Iohannem non recipientes, conuerterunt iram in Zachariam,& eum occide-
runt in templo tunc miniſtrante. ⌊Ita dico vobis requiretur ab hac generatione⌋ Sanguis »
oīs ille iuſtorꝫ, ſicut expoſitū eſt, hoc repetit Chr̄us in cōfirmationē ſuæ ſniæ. ¶Poſtremo
Chr̄us arguit ſcribas de abuſu ſuæ ſciæ, vel de falſa ſcripturarꝫ expoſitōe: ⌊Væ vobis legiſpe »
ritis, qa tuliſtis (.i. portaſtis ac habuiſtis) clauē ſciæ⌋. i. doctoratū ſeu authoritatē exponendi »
vel expoſitionē ſcripturę veteris teſtamēti ⌊ipſi nō introiſtis⌋. i. verꝫ ſpūalemq́ intellectum »
legis ac ꝓphetarꝫ non cognouiſtis, nec à me diſcere voluiſtis, ſed lr̄am, q̄ occidit, eſtis ſecuti,
2.Cor.13 quēadmodū ait Ap̄lus: Quod velamen ſup cor eorꝫ eſt poſitū in lectione legis & prophetarꝫ
⌊& eos qui introibant⌋ hoc eſt, ſcripturas verè intelligere optauerunt, ⌊prohibuiſtis⌋ à ve »
ra intellligentia ſcripturarum, eas praue interpretando. Alij ita exponunt: Væ vobis legiſpe
ritis, quia tuliſtis. i. abſtuliſtis vobiſmetipſis ac alijs multis, clauem ſcientiæ, hoc eſt, fidem de.

Chriſto

A Chriſto,per quam ad intellectũ ſcripturæ intraſ,Eſaia dicente:Niſi credideritis,non intelli Eſaię.7
getis.Iſti aũt in Chriſtum pręſentẽ credere contempſerunt, alioſq́ ab eo auertere auſi ſunt.
Horum ſcribarum impietatem ſequuntur quidam prauiſſimi,qui ſcripturarum habentes notitiam,ſecundum eas non viuunt,nec regnum ingrediuntur cœleſte,quin potius ſimplices ac deuotos ab ingreſſu regni cœleſtis,hoc eſt,à conuerſatione laudabili impedire nituntur. Denique (vt Auguſtinus libro de conſenſu Euangeliſtarum conſcribit) ea quæ Lucas hic recitauit dicta à Chriſto adhuc iter agente Hieruſalem verſus, Matthæus dicta refert poſtquã Auguſtinus Matth.23
Chriſtus in Hieruſalem venit. Vnde mihi(ait Auguſtinus) videntur ſimiles eſſe ſermones,
quorum vnum Matthæus,alterum Lucas deſcripſit. ¶Porro quàm verè Chriſtus phariſæos ac ſcribas reprehenderit, ipſi per effectum mox oſtenderunt,ſicut ſubiungitur: ⌊Quum hæc ad illos diceret,cœperunt phariſæi & legiſperiti grauiter inſiſtere⌋ Hoc eſt, ſe Chriſto opponere,⌊& os eius opprimere⌋ hoc eſt,verba eius reprobare ac calumniari. ⌊de multis inſidiantes ei⌋ hoc eſt,ex varijs verbis factisq́ Chriſti,quærentes aliquid elicere,quod ei obijcerent ⌊& quærentes aliquid capere ex ore eius,vt accuſarent eum⌋ Principibus ſacerdotum,ſeu Pilato,ſiue Herodi,aut communitati,tanquàm derogantem Deo aut Imperatori. Itaque patet quòd qui ſibi videntur alijs excellentiores,ſiue in vita vt phariſæi, ſiue in ſcientia,vt ſcribæ, frequenter difficilius corriguntur, & magis indignantur atque remurmurant

B arguenti,ob hoc vere ſtulti cenſendi ſunt,& verificatur in eis illud Eccleſiaſtici:Sicut ſagitta infixa fœmori canis,ſic verbum in corde ſtulti,verbum videlicet,correptionis,quod pungit eos tanquàm ſagitta,& ſicut canis ſagittatus mordet ſagittam clamans ac latrans, ſic iſti verbum correptionis mente reuoluunt ac murmurant, non penſantes quod in Prouerbijs ſcriptum eſt:Qui abijcit diſciplinam deſpicit animam ſuam,qui autẽ acquieſcit increpationibus,poſſeſſor eſt cordis. Sed & Iacobo Apoſtolo in ſua Canonica proteſtante:Si zelum amarum habemus & contentiores ſunt inter nos,ſapientia vera caremus.Non eſt(inquit)ſapientia iſta à Deo,ſed terrena,animalis,& diabolica.Quæ autem deſurſum eſt ſapientia,primo quidem pudica eſt,deinde pacifica,modeſta,ſuaſibilis,bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis.

(Eccli.14 — Prouerb.14 — Iaco.3)

ELVCIDATIO CAPITVLI. DVODECIMI. MVLTIS autem turbis &c. Arti.XXXII.

CIRCA PRAECEDENTIS finem capituli dictũ eſt,quemadmodũ ſcribæ ac phariſęi Chriſto multipliciter inſidiari cœperũt,vt plebem ab ipſo auerterent,ſed oppoſitum contigit eis hac vice, quia tam euidens fuit veritas ſapientiæ prędicationumq́ Chriſti contra iniquos,tamq́ præclara eius in miraculorum operatione poteſtas, vt vulgus certatim ad ipſum conflueret, ſicut glorioſus Euangeliſta iam recitat:⌊Multis autem turbis circumſtantibus⌋ Chriſtum, ita quod ipſe fuit in medio earum,nullum repellens, dansq́ prælatis exemplum vt ſtent in medio gregis ſui, non ad vnam perſonam potius q̃ ad aliam declinando,ex inordinato affectu,ſed ſine perſonarũ acceptione ad oẽs charitatiue ſe habeant,⌊ita vt ſe inuicem conculcarent⌋ hoc eſt,in quo

(Lucæ.11 — Iaco.2)

C patet quòd cum maxima auiditate vndiq́ cõcurrerunt ad Ieſum, & quilibet illi propinquior fieri affectauit,quemadmodũ ſuperius dictũ eſt:Oĩs turba quęrebat eũ tangere,quia virtus exibat de illo & ſanabat oẽs.⌊cępit dicere de ad diſcipulos ſuos⌋ tanq̃ ad peculiarius charos & magis capaces,quorum inſtructio ad ipſum ſpecialiter pertinebat. Nihilominus quod dixit diſcipulis ſuis,ad aliorum quoq́ retulit iſtructiõnem, ſecundum quod alibi conteſtatur. Quod vni dico oĩbus dico.⌊Attendite(id eſt,ſolerter cauete & fugite)à fermento phariſæorum quod eſt hypocriſis⌋hoc eſt,ipſam hypocriſim in phariſæis regnantem pręcipųe euitate.Quàmuis enim quędam ſint vitia hypocriſi grauiora,ipſa tamen hypocriſis mentem vehementer excæcat.Nunc quoque hypocriſim ſpecialiter docet vitandam,quia in præcedenti capitulo dictum eſt, quemadmodum phariſæi Chriſto cœperunt inſidiari ſub ſpecie ſanctitatis.¶Deinque hypocriſim Chriſtus appellat phariſæorum fermentum, quoniam ſicut fermentum maſſam de qua fit panis,alterat,& corrumpit,ſi immoderate addatur, iuxta verbum Pauli,dicentis:Modicum fermentum totam maſſam corrumpit, ita hypocriſis alterat & corrumpit cordium intentiones,affectiones,& opera.Nihil enĩ ſic alterat mores,ſicut hypocriſis,ſecundum Theophilum.¶Inſuper Chriſtus in Euangelo à duplici Phariſæorũ fermento docet eſſe cauendum,videlicet à fermento peruerſæ doctrinæ,prout in Marco habetur.Item à fermento hypocriſis,ſicut hoc loco.Interdum vero fermentum in bono accipiſ, ita,quod fides ſeu charitas per ipſum ſignatur,quoniam ſicut fermentum moderate ſumptũ dat pani bonum ſaporem,ſic fides ſeu charitas, omne opus meritorium dirigit, ſeu informat, quemadmodum apud Matthæum loquitur Chriſtus:Simile eſt regnum cœlorum fermento

Matt.22 hoc eſt, deo creatori, qui vos prædeſtinauit, ⌊dare vobis regnũ⌋ cœlorum poſt vitam prę-
ſentẽ in re, & plena poſſeſſiõe, nũc aũt in ſpe & q̃dã pręguſtu, & hoc placuit ſibi ab ęterno, da-
re vobis hęc bona tp̃e ipſo pręordinato, itaq; nõ vr̃a merita, ſed eius volũtas, amor, clemẽtia
ſunt cã prędeſtinatõis & gr̃æ veſtræ ſeu cõplacentiæ qua ei cõplacuit dare vobis regnũ cœ-
Johan.15 loꝝ & dona gr̃æ per quæ illud mereamini adipiſci. Hinc Chřus in Iohãne ait diſcipulis: Non
Matt.11 vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Et alibi: Confiteor tibi p̃r quia abſcondiſti hæc à ſapiẽ- F
ribus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, etiam pater, q̃a ſic placuit añ te. Ap̃lus quoq; ad
Ephe.1 Epheſios fateſ: Deus prædeſtinauit nos in adoptionẽ filioꝝ per Ieſum Chřm ſcd̃m propoſi
Pſalm.43 tum voluntatis ſuæ. Itemq; Pſalmiſta: Brachiũ eoꝝ nõ ſaluauit eos. ſ. p̃res noſtros, ſed dexte-
ra tua, q̃m cõplacuiſti in eis. ⌊Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynã.⌋ hoc conſiliũ eſt »
perfectionis, & opus ſuperogatõis, ſi ita intelligaſ, vt oĩa vendita denſ pauperibus, ita q; ven
ditor nil propriũ ſibi reſeruet, ſi vero vltra hoc etiã de cætero de proprijs laboribus viuat, &
1.Cor.9 eleemoſynas largiaſ, ſicut ſe feciſſe Paulꝰ teſtaſ, erit opus valde p̃fectũ, ſi vero ſic intelligaſ, vt
vendita, partim denſ pauperibus & partim remaneãt vẽditori ad neceſſaria vitæ, erit cõſiliũ
ſed nõ p̃fectũ. ⌊Facite vobis ſacculos, q nõ veteraſcunt.⌋ .i. nolite in hoc ſeculo pecunias con »
gregare, atq; in burſis ſeu repoſitorijs corruptibilibus ponere ad cõmodũ priuatũ & inordi-
natũ, ſed in regno cœloꝝ eas colligite, dando eas mõ egenis, vt ibi inueniatis mercedẽ, quẽ-
admodũ ſanctus Laurentius Decio dixit: Facultates eccleſiæ quas requiris, in cœleſtes the-
ſauros manus paupeꝝ deportauerunt. Hinc ſubdiſ: ⌊theſaurum non deficientem in cœlis,⌋ »
Quia hi ſacculi ſunt theſaurus cœleſtis nunq̃ deficiens, hoc eſt, merita copioſa & diuitiæ inte
riores per intentionẽ in cœlo repoſita, per quæ ad regnum deueniſ cœleſte, ⌊quo fur nõ ap- »
propiat neq; tinea corrũpit⌋ q̃a in cęlo nulla ẽ violentia, nulla iniuria, nulla corruptio, nulla »
iniq̃tas, q̃ merita tollat aut p̃mia, hoc ãt diligẽter implẽdũ ẽ. ⌊vbi ẽ theſaurus vr̃⌋ .i. res à vo- »
bis p̃cipue amata, & cõgregata ſiue poſſeſſa ⌊ibi & cor veſtrũ erit.⌋ .i. cogitatio atq; affectio »
animæ

A animæ veſtræ verſabiẽ & quieſcit. Vnde ſcd̃m Auguſtinũ: Anima potius eſt vbi amat q̃ vbi Auguſtinus
animat. Si ergo in terra quis theſaurũ reponat, aĩam ſuã quę dei imago eſt, terrenis immergit
quod enorme pctm̃ ẽ. Si vero circa deũ & beatitudinẽ æternalẽ, ſtudiũ applicat, deſideriũq́
defiglt, iam in deo eſt cor eius & cõuerſationẽ habet in cœlis. Hinc ait Hieronymus: Guloſus Hieronymus.
cor habet in vẽtre, laſciuus in ludicris, lubricus in libidine, auarus in pecunia. ¶ Inſup Chr̃us
« hortaẽ nos habere vitã paratã ad corpalem hãc mortẽ, æternaq́ gloria dignã. ⌊ Sint lũbi ve-
« ſtri p̃cincti ⌋. i. parati agileſq́ eſtote, ad exequendũ opa dei, ad ambulandũ in via dñi, ad refre
nandũ cõcupiſcentiã voluptatẽq́ carnis, quę viget in lũbis. Deniq; duplices ſunt lũbi hoĩs. ſ.
carnales ex qbus prodeunt concupiſcẽtiæ carnis & opa impudica, de qbus lumbis ſcriptũ eſt
in Iob: Fortitudo eius in lumbis eius. Hi lumbi p diſciplinę rigorẽ ac tẽperantiã refrenanẽ ac Iob.40
præcingunẽ, quod omĩ Chr̃iano neceſſariũ eſt ad ſalutẽ, dicente Apoſtolo: Qui aũt ſunt Chr̃i Gala.5
carnem ſuã crucifixerũt cũ vitijs & cõcupiſcentijs. Hoc eñ eſt abſtinere à carnalibus deſide 1.Petri.2
rijs quæ militãt aduerſus aĩam. Vnde rurſus ait Apoſtolus: Si ſcd̃m carnem vixeritis, morie- Roma.8.
mini: ſi aũt ſpũ facta carnis mortificaueritis, viuetis. ¶ Porro alij ſunt lumbi ſpũales, videlicet
intellectus atq; affectus, ex qbus cogitationũ & appetitionũ ſpũalium abundãtia oriẽ, pro-
pter quod p̃cingendi ſunt ſpũali cinctorio, vtpotę aſſidua cordis cuſtodia, & meditatõe diui-
næ ſcripturæ cõtinua, ne ex eis emanẽt inutiliũ cogitationũ ac deſideriorũ proflumina, iuxta Pſalm.1
illud in Pſalmo: In lege dñi voluntas eius, & in lege eius meditabiẽ die ac nocte. Hinc ad Ephe Ephe.6
« ſios hortaẽ Apoſtolus: State ergo ſuccincti lũbos veſtros in veritate, ⌊ & lucernæ ardentes. ⌋
Per lucernas intelliguñ, diſcretio natiõis in agẽdis, & eruditio aliorũ verbo aut facto: ſint er
B go lucernæ ardẽtes. i. diſcretio dirigat opa & inflãmet, iuxta illud Apoſtoli ad Romanos: Ra Roma.12
tionabile. i. diſcretũ ſit obſequiũ veſtrũ, & ratio hoĩs proximos illuminet & accẽdat, docẽdo,
exẽplariterq́ viuẽdo, quẽadmodũ apud Matthæũ ait ſaluator: Sic luceat lux veſtra corã ho- Matt.5
minibus, vt videãt opa vr̃a bona, & glorificẽt pr̃em vr̃m q in cœlis eſt. Vnde ſcd̃m Gregoriũ Gregorius
Lũbos p̃cingim⁹, dũ carnis luxuriã coartam⁹, lucernas quoq; ardẽtes in manibus tenemus,
cũ proximis exẽpla virtutũ mõſtram⁹. Itaq; lucernę nõ ſolũ debẽt eẽ lucẽtes p veritatis no-
titiã, ſ; & ardẽtes p charitatis feruorẽ, qa cognitio veritatis abſq; dilectõe bonitatis ĩformis
eſt. Rurſus p lucernas pñt ĩtelligi diuina eloquia & p̃cepta, qbus nr̃æ aĩæ illuſtranẽ, iuxta illud Prouer.6
· Prouerbium: Mandatũ lucerna eſt, & lex lux. Atq; in Pſalmo: Lucerna pedibus meis verbũ Pſal.118
« tuũ. Hæ aũt lucernæ fiunt ardẽtes, qñ ex charitate cõſiderant ac obſeruant. ⌊ Et vos ſimiles ſi
« tis homibus expectãtibus dñm ſuũ, qñ reuertaẽ à nuptijs, vt cũ venerit & pulſauerit confe-
« ſtim aperiãt ei ⌋. i. ſicut ſerui boni prę ſtolanẽ reditũ dñi ſui à nuptijs, cũ diligentia ac patiẽtia
· non audẽtes ſe interim male habere nec hinc inde vagari, ſed domum cuſtodiẽtes, ſemperq́
parati oſtiũ redeunti dño aperire, ita & vos cũ omĩ diligentia ac patiẽtia expectate meũ aduẽ
tum ad vos, quo venturus ſum ad vos tam in iudicio veſtro particulari, vc; hora mortis, q̃ in
generali iudicio, qñ in forma humana deſcendã ad iudicandũ viuos & mortuos. In particula-
ri aũt iudicio venit Chr̃us per æquitatis ſuæ effectũ, retribuẽdo quod anima in corpore ſuo
promeruit. Dicit quoq; Chr̃s venire à nuptijs, qa in cęlo ſibi vniuit triũphantẽ eccleſiã, ple
niſſima vnione tanq̃ ſponſam penitus illibatã, indeſinẽter ac intimè ſibi cõiunctã, de qbus nu
ptijs in Apocalypſi ſcribiẽ: Beati q ad cœnã nuptiarũ agni vocati ſunt. A quibus diciẽ Chr̃us Apoca.19
C reuerti, non quod eas relinquat, aut quia aliqñ finianẽ, ſed qa à loco voluptatis illius puriſſi-
mæ corporaliter aut ſpũaliter venire aſſeriẽ. Itaq; Chr̃m iudicem prę ſtolemur, vt cũ venerit
ad nos in hora mortis, vel in extremo iudicio & pulſauerit. i. mortis debitũ exegerit, ſeu per
infirmitatem lætalem tetigerit, confeſtim aperiamus ei. i. parati ſimus ad mortem, & Chri-
ſtum iudicem ſecure atq; hilariter vel ſaltem prompte ac obedienter ſuſcipiamus. Talis fuit Phil.1.
· Paulus q dixit: Cupio diſſolui & eſſe cum Chr̃o. Pſalmiſta quoq; q clamat: Heu mihi qa inco
latus meus prolongatus eſt. Hinc in Iacobo habeẽ: Patientes eſtote vſq; ad aduentum dñi, & Iaco.5
confirmate corda veſtra, qa aduentus dñi appropinquabit: Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit.
« ⌊ Beati (ſunt nunc in ſpe, & per merita virtuoſa) ſerui illi (ſimiliter & ancillæ) quos cum vene-
« rit dñs ⌋ Ieſus Chr̃us in iudicio particulari, ſeu vniuerſali, vt dictũ eſt, ⌊ inuenerit vigilãtes. ⌋
hoc eſt, in diuino obſequio diligentes, non pigros aut ſomnolentos, ſed mentis oculos ad ſu-
pernæ lucis contemplationem apertos habentes conſiderando diuina. Quemadmodum ad
Epheſios ait Apoſtolus: Pater gloriæ det vobis ſpm̃ ſapiæ in agnitionem eius, illuminatos Ephe.1
oculos cordis vr̃i. ¶ Præterea ſicut lumen corporale oppoſitũ oculis ſomnolentiã pellit, ſic
illuminatio lucis diuinæ perfundens & clarificãs mentem, negligentiã deſidiãq́ ab ea auellit.
« ⌊ Amen (.i. vere) dico vobis, quòd præcinget ſe ⌋ hoc eſt, Chr̃us iudex diſponet ſe ad dandũ
dignã felicitatis æternæ mercedẽ, ſcd̃m vniuſcuiuſq; capacitatẽ, p̃portionẽ ſeu meritũ, vt ſi-
cut ipſi p̃cinxerũt ſe ad eius obſequiũ, ſic ipſe p̃cingat ad eorũ glorificationẽ ſeu p̃miũ, cũ fuerint
« ſuo iudicio p̃ſentati, ⌊ & faciet illos diſcũbere ⌋. i. plene qeſcere & cũ angelis ſctĩs, ĩ mẽſa ęter
næ felicitatis reficere. i. diuinitatis beatifica fruitione repleri ac ac ſatiari, quemadmodum ait

Pſalm. 35 Pſalmiſta: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. D
Pſalm. 16 Itemq́ꝫ: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Vnde infra loquitur Chriſtus: Ego diſpono vo
Lucæ. 22 bis regnum vt edatis & bibatis ſuper menſam meam. Hinc diuinus Dionyſius in epiſtola
Dionyſius ſua ad Titum ſcribit: Diſcubitum opinamur quietem à multis laboribus, & vitam ſine læſio
ne, & conuerſationem diuinam in lumine, in regione viuentiũ, vniuerſo ſancto affectu adim
pletã copioſam donationẽ oĩm donoꝝ ſcd̃m quã lætitia adimplet. L& trãſiẽs J. i. ſinguloꝝ »
corda iocũdiſſimè viſitãs, atq; in cũctis ſpũaliter gradiẽs illos conuertẽdo, ſeu potius conuer
ſos tenẽdo in ſe, vel tranſiẽs. i. ſcd̃m humanitatẽ ſuã à loco iudicij generalis ad cœlos reuertẽs
miniſtrabit illis. i. oĩa ad eoꝝ beatitudinẽ ꝑtinẽtia, prõptè ac copioſiſſimè, amoroſe atq; læ-
tiſſime exhibebit. Hęc qppe ẽ miniſtratio ſuffragij, nõ obſequij, miſtratio charitatis, nõ ſub-
iectionis, quę eſt miniſtratio ſufficiẽtię beneficioꝝ, ſicut pr̃ filijs miniſtrat expẽſas, nã & ange
li ſancti ac felices nobis pauperrimis, pc̃tõ & miſeria plenis miniſtrare dicunt, q̃uis ſecundum
Bernardus Bernardũ ſint dñi & principes nr̃i. Sed qm̃ deus nouit pronitatẽ noſtrã ad vitia, atq; inſtabi-
liſſimã noſtrã fragilitatẽ, idcirco lõganimis eſt ſup nos, nec ſtatim vlciſcit, ſed ſemp durante
hac vita, paratus eſt noſtrã pœniam cõuerſionẽq; ſuſcipere, ideo ſubdit: L Et ſi venerit in ſe- »
cũda vigilia J. i. ſi Chr̃us hoiem viſitauerit ad iudicãdũ eũ tpe ſuę iuuẽtutis, L& ſi in tertia vi »
gilia venerit J. i. diutius ꝑmiſerit eũ viuere, & viſitauerit eũ ad iudicãdũ tpe ſenectutis L& ita »
inuenerit (. i. hoiem ad mortẽ paratũ cõpererit) bt̃i ſunt ſerui illi J q à Chr̃o fuerũt ita parati, »
Gregorius atq; in bonis opibus vigilãtes iuẽti, qa coronabunt glorioſe ab ip̃o. Itaq; ſcd̃m Gregoriũ pri
ma vigilia primęuũ tp̃s ẽ vitę nr̃æ, vz pueritia, ſcd̃a vigilia ẽ iuuẽtus ſeu adoleſcẽtia, tertia aũt E
ſenectus, quarta vero ẽ illa ætas quę decrepita noiatur. Qui ergo in pueritia male vixit, in iu
uẽtute pœniteat & emẽdet. Qd̃ ſi in iuuẽtute q̃q; cõuerſatus ẽ vitioſe, ſaltẽ in ſenectute à ma
litijs reſipiſcat. De prima aũt vigilia nõ fit hic mẽtio, qa in illa ętate non ſunt hoĩes tã apti ad
ardua virtutũ, ſilr̃ nec in ætate decrepita, vñ nec de ip̃a fit ſermo, nã & pœniam quæ in ip̃a fit,
Auguſtinus deus minus acceptat, & qm̃ raro eſt pœnia vera, quę eſt adeo ſera, vt aſſerit Auguſtinus. Ve
Marc. 13 runtñ in Marco Chr̃us oẽs has quatuor tãgit ætates, dicẽdo: Vigilate, neſcitis em̃ qñ dñs ve-
niat, ſero an media nocte, an gallicãtu, an mane. ¶ Fit ãt ſermo de ætatibus vitę humanę ſeu ꝑ
tibus vitæ hoĩs metaphorice, ad ſimilitudinẽ partiũ noctis. Sũt vero quatuor vigiliæ noctis:
Prima vocat cõticiniũ, ſecũda intẽpeſtũ, tertia galliciniũ, quarta antelucanũ. Sic em̃ vigilan
tes in mœnijs ciuitatũ & caſtris, noctẽ cõſueuerũt diuidere, vt ſibi inuicẽ in vigilando ſucce-
dãt, deinde ſaluator ꝑſimile in exterioribus rebus cõpertũ, monet impleri quæ dixit & dicit.
L Hoc aũt ſcitote, qa ſi ſciret pater familias qua hora fur veniret, vigilaret vtiq;, & nõ fineret »
perfodi domũ ſuã J à fure, hoc ad lr̃am ita eſt, q̃d hõ tm̃ diligit corꝑalia bona ſua, vt cõtra fu- »
ris aduentũ vigilãdo ſe ꝑparet, ſi ſciret qñ vẽturus ſit fur. Multo ergo plus cuſtodire debet hõ
aĩam ſuã, & ſpũalia bona ſua à deo collata, ſeq; ꝑ diligẽtẽ diuinoꝝ obſeruãtiã ꝑceptoꝝ, cõtra
ſpũalẽ furẽ parare atq; armare. i. cõtra diabolũ q domũ mẽtis. i. cõſciam indeſinẽter ꝑfodere
ſeu lædere ac maculare conat, ſeu cõtra mortẽ ne ip̃m corpus corrũpat, anteq̃ aĩa ad occurrẽ-
1. Theſſ. 5 dũ Chr̃o, & ad eius ſuſcipiẽdũ iudiciũ ſeip̃am parauerit. ¶ Porro Theophilus ꝑ furẽ intelligit
Chr̃i aduẽtũ ad iudicãdũ, eo ꝙ inſtar furis vẽturus ſit improuiſe, iuxta illud Apl̃i: Dies dñi ſi-
cut fur in nocte ita veniet. Itaq; mentẽ noſtrã cõtra peſſimũ ac callidiſſimũ furẽ, puta diabo- F
lum indeſinẽter cuſtodiamus, ne nos om̃i gratiaꝝ chariſmate ſpoliet, quia ſi nos ad tẽtatio-
Ephe. 4 nis ſuæ cõſenſum induxerit, om̃i virtute & gr̃a protinus nos priuabit. Ideo Paulus nos hortat
Iaco. 4 Nolite locũ dare diabolo. Et Iacobus: Reſiſtite (inqt) diabolo & fugiet à vobis. Petrus quoq;
1. Pet. 5 Sobrij (ait) eſtote & vigilate, qa aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiẽs circuit, quærens
quẽ deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Deinceps Chr̃us iſtud exẽplũ ad propoſitũ applicat.
L Et vos eſtote parati J. i. ſemp & indeſinenter in charitate & gr̃a eſſe & viuere ſatagite, nec »
mortale pc̃m̃ vobis inhæreat, imò ſi (quod abſit) euenerit, per pœniam mox tollat. Sic ergo
eſtote parati ad Chr̃i aduentũ, ad mortẽ, ad diuinũ iudiciũ L qa qua hora non putatis J. i. tpe »
vobis incerto L filius hoĩs (. ſ. Chr̃us) veniet J. i. ꝑ mortis inflictionẽ, ſeu ꝑ iudicij exhibitionẽ »
vos viſitabit, q̃d tã de hora mortis, ſeu particulari cuiuſlibet iudicio, q̃ de die extremi iudicij
Mat. 25 poteſt intelligi. Vnde & alibi loquit Chr̃us: Vigilate itaq; qa neſcitis diem neq; horã. Et in
Acto. 1 Actibus Apl̃oꝝ: Nõ eſt veſtrũ noſſe tp̃a vel momẽta, quę pr̃ poſuit in ſua ptãte, q̃d de tpe fi-
nalis dixit iudicij. Porro vtrãq; hãc horã dñs voluit nos latere, vt tãto diligẽtius ac indeſinẽt
us ad mortẽ & ad diuinũ nos iudiciũ diſponamus, q̃to determinatũ tp̃s minus agnoſcimus, ſci
entes qa reuera periculũ ẽ immẽſum, ſi qs inuẽtus ac dep̃hẽſus fuerit iparatus. Hinc quoq; in
Apoca. 3 Apoca. loquit Chr̃us rep̃hẽſibili ſeruo: In mẽte habe q̃liter acceperis & audieris, & pœniam
age & eſto vigilãs. Si ergo nõ vigilaueris, veniã ad te tanq̃ fur, & neſcies qua hora veniã ad te.
Sed & ſummus ille phũs Plato in Phedrone diſſeruit, quod ſumma philoſophia ſit meditatio
mortis aſſidua. Seneca quoq; teſtat: Qm̃ diem mortis neſcimus, quælibet noſtræ vitæ dies, or
dinãdus eſt tanq̃ vltimus dies. ¶ Poſtremo, ꝑdictis Chr̃i verbis nõ obuiat, quod quidam ſan-
ctorum

A ctorum ex ſingulari dei gratia diem mortis ſuę per reuelationem præcognouerunt diuinam.
Chriſtus eñ loquit̃ hæc ſcd̃m legem cõmunem, quẽadmodũ Salomon in Eccleſiaſte: Neſcit Eccle. 9.
(inquit) homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiunt̃ hamo, & aues laqueo, ſic capiunt̃ homines tempore malo, cum eis extemplo ſuperuenerit.

¶ Expoſitio reſiduæ partis huius capituli: Ait autem ei Petrus &c.

Articulus triceſimuſquartus.

“ AIT autem ei Petrus⌋ Circa hæc ait Theophilus: Petrus cui iam cõmiſſa eccleſia fuerat, quaſi oĩm curã gerens, inquirit: An ad oĩes dñs prędinductã parabolã ꝓtuliſſet
“ ⌊Dñe ad nos⌋ tuos Apoſtolos atq; diſcipulos tuos, q nõ ſolum ꝑcepta, ſed & cõſi-
“ lia tua obſeruãt ⌊dicis hãc parabolã, an ad oĩes?⌋ ſaluãdos ſeu Chrĩanos quaſi dicat: Pertinet hæc tua doctrina ad nos dũtaxat, an ad oĩes fideles? Sed quia facillimũ fuit penſare, quod parabola immediate ꝑhabita ad omnẽ ſpectet ſaluandũ, vt. ſ. ſemp ad mortem &
Chriſti aduentum paratus ſit. Ideo Beda & quidã eum ſequentes affirmãt Petrum de hac nõ Beda.
interrogaſſe pabola, ſed de ſubtilibus illlis vitæ cęleſtis inſtitutis, qbus ſupius dixit Saluator: Vendite q̃ poſſidetis. Facite vobis ſacculos q non veteraſcunt &c. Veruntñ magis videt̃ ſecũdum ſeriem textus quod de parabola immediate præhabita ſciſcitatus ſit Petrus, præſertim quia adhuc ſimplex & rudis fuit, & in ſupioribus illis verbis, non videt̃ Chriſtus poſuiſſe pa-
rabolam, quàmuis metaphoricè quædam ibi locutus ſit. Hinc quoq; Ambroſius atq; Theo- Ambroſius
philus exponunt iſtud de parabola immediate præmiſſa, qua dictum eſt: Hoc autem ſcito- Theophilus
“ te quoniam ſi ſciret paterfamilias &c. ⌊Dixit autẽ dominus Ieſus: Quiſputas eſt fidelis diſpẽ
“ ſator & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore triti-
“ ci menſuram?⌋ Quaſi dicat: Præhabita parabola oĩes concernit, ſed iſta ad vos meos diſci
B pulos ſpecialiter pertinet, quos meos diſpenſatores efficio, dum vos alijs ad regendum, & ad erogandum eis documenta ac ſacramenta ſalutis præficio, ideo quęro: Quiſputas ẽ &c.
Non quaſi quis ſit talis ignorãs, ſed innuens quàm difficulter ac raro diſpenſator huiuſmo-
di reperiatur, eo quòd omnes quæ ſua ſunt, quærant, pauciſſimiq; conſiſtant, qui directe, pu- Phil. 2
re & irreflexe ad deum conuerſi ſint, illius honorem tantum, nõ proprium commodum exquirentes. Itaq;: Quiſputas eſt fidelis diſpenſator & prudens, hoc eſt, aliorum prædicator, rector, ſiue prælatus, qui fidelitate iuſtitiæ ac diſcretione prudentiæ ſit ornatus, quem conſtituit dominus deus omnipotens ſeu Chriſtus ſummus eccleſiæ pontifex, ſuper familiam ſuam, hoc eſt, gregem fidelium, vt det illis in tempore, id eſt, congruo tempore, tritici menſuram, hoc eſt, ſpiritualem alimoniam? videlicet prædicationis verbum, virtutis exemplum, ſacramenta ſalutis, ſecundum dignitatem & capacitatem illorum. Itaque diſpenſatoribus Chriſti puta ſacerdotibus & prælatis ac prædicatoribus verbi dei præcipuè neceſſariæ ſunt fidelitas, atq; prudẽtia, vt fideles ſint Chriſto, intendendo & quærendo eius honorem in omnibus ac diuina populis fideliter erogando, ſeu ſuum officium efficaciter adimplendo, quod totum cum diſcretionis moderamine debito eſt agendum. Hinc ait Apoſtolus: Hic iam quęritur
“ inter diſpenſatores, hoc eſt, vt fidelis quis inueniatur. ⌊Beatus ille ſeruus⌋ eſt, iam in ſpe, & 1. Cor. 4
“ per merita, quibus beatitudine ſempiterna condignus eſt, ſeruus (inquam) non à ſeruitute ti-
C moris ſeruilis, de quo in Iohanne loquitur Chriſtus: Seruus non manet in domo in æternum Johan. 8
“ ſed à ſeruitute filialis timoris, ſeu obeditionis & obſeruantiæ præceptorum, ⌊quem cum ve-
“ nerit dominus⌋ ad iudicium eius particulare, vel ad iudicium generale, ⌊inuenerit ita facien-
“ tem⌋ hoc eſt, fideliter ac prudenter ſuum officium proſequentem, & non verbis tantum, ſed
& operibus virtuoſis docentem: Peccatori enim dixit Deus. Quare tu enarras iuſtitias meas, Psalm. 49
& aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu vero odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermo-
“ nes meos retrorſum. ⌊Vere dico vobis: Quia ſuper omnia quæ poſſidet, conſtituet illum⌋
Hoc eſt, ſup quædã omniũ bonoꝝ, quę poſſidet, Chriſtus ponet, huiuſmodi ſeruum, quia in regno cœleſti eum valde eminenter ac ſingulariter leuabit, & non ſolum pro ſuis coronabit̃ meritis, ſed & pro meritis vniuerſoꝝ, qui ſua directione conuerſi fuerint ac ſaluati, ita quod
pro ſuis meritis adepturus eſt auream, & pro acquiſitione aliorum aureolam. Vnde Theſſa- 1. Theſſ. 2
lonicenſibus ſcribit Apoſtolus: Quæ eſt ſpes noſtra, aut gaudium, aut corona gloriæ. Non-
nẽ vos ante dominum noſtrum Ieſum Chriſtum? Auguſtinus quoque teſtatur: Apud Deum Auguſtinus
nihil beatius, Epiſcopi, & presbyteri, aut diaconi officio, ſi eo modo militetur, quò noſter præcepit Imperator, hoc eſt, ſi fiat & impleatur, quemadmodum Chriſtus iubet. ¶ Denique quia oppoſita iuxta ſe poſita clarius innoteſcunt, dicto de gloria boni diſpenſatoris, de ma-
“ li diſpenſatoris pœna ſubiungitur: ⌊Quod ſi dixerit ſeruus ille⌋ à domino ſuper eius famili-
“ am conſtitutus, hoc eſt, alijs prælatus. ⌊Moram facit dominus meus venire⌋ hoc eſt, adhuc longum eſt tempus, quo viſitabor à Chriſto, per particulare iudicium meum, tempore mortis meæ. Vel in die finalis iudicij, hæc eſt vana & ſtulta promiſſio, qua ſuggerente diabolo,
multi fallunt ſeipſos, iuxta illud Eccleſiaſtici: Repromiſſio nequiſſima perdidit multos, Eccl. 29

⌊& cœ


⌊& cœperit percutere pueros & ancillas⌋ hoc eſt, ſubditos ſibi commiſſos, prȩſertim puſil-
los, qui per pueros & ancillas congrue deſignantur. Tales autem paſtor ſeu diſpenſator indi D
Hie.18 gnus, pcutit tribus modis ſcilicet verbis iniurioſis, iuxta illud Hieremiæ: Venite & percutia-
1.Cor.8 mus eum lingua, malis exemplis, ſcd̄m illud Apoſtoli: Sic peccantes in fratres, & percutiētes
conſcīam eoꝝ infirmam, in Chriſtum peccatis. Et manibus violentis, prout in Matthæo
Matt.27 legit: Percutiebant caput eius arundine, ⌊& edere & bibere & inebriari⌋ hoc eſt, carnalitati
vacare quæ hominem facit demētem. Tales ſcd̄m Apoſtolum, Chriſto non ſeruiunt, ſed ſuo
Roma.16 ventri. Circa hæc ſcribit Beda: In hoc ſeruo, cunctoꝝ prȩſulum maloꝝ narrat damnatio, qui
Beda neglecto dei timore, non ſolum ipſi luxuriȩ vacant, ſed etiam ſubditos iniurijs ſtimulant ⌊ve
niet dn̄s ſerui illius (.ſ. Chriſtus iuſtus iudex) in die qua non ſperat, & hora qua neſcit⌋ ſeruus
ille malignus puta in die mortis ſiue iudicij ⌊& diuidet eum⌋ hoc eſt, à conſortio electoꝝ &
Eſa.26 à gr̄a ſpūs ſancti, eum æternaliter ſeparabit, iuxta illud in Eſaia: Tollat impius ne videat glo-
Mat.25 riam dei. Et in Matthæo: Ite maledicti in ignem æternum. Vnde p Malachiam dn̄s apertiſſi
Malach.3 me ait de die nouiſſimo, & ſeparatione electoꝝ à reprobis: Conuertimini & videbitis qd ſit
inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem deo & non ſeruientem ei. Ecce eīm dies veniet ſuc
cenſa quaſi ignis, & erunt omnes ſuperbi, & om̄es facientes impietatem, ſtipula, & inflamma
bit eos dies veniens, & orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. ⌊Partemq́ꝫ eius
cum infidelibus ponet⌋ .i. cum incredulis erit retributio ſeu damnatio eius, imò grauius illis
torquebit, quum dicat Apoſtolus: Si quis ſuoꝝ & maximè domeſticoꝝ curam non habet, fi-
dem negauit, & eſt infideli deterior. Itaqꝫ acerbiſſima erit impioꝝ & negligentium prælato
1.Timo.5 rum ac diſpenſatoꝝ damnatio, ſicut in libris Sapiæ habet: Iudicium duriſſimū in his qui prȩ-
Sapiæ.6 ſunt, fiet. Exiguo eīm concedit miſericordia, potentes aūt potenter tormenta patient, & for- E
tioribus fortior inſtat cruciatus. ¶Conſequenter Chriſtus oſtendit quòd mali diſpenſatores
imò & oēs eruditi ſed vitioſi, grauiora ſuſtinebunt ſupplicia, ex ſua ſcia. ⌊Ille aūt ſeruus⌋ no-
mine, non re, niſi forte ſeruitute ſeruilis timoris ⌊qui cognouit voluntatem dn̄i ſui⌋ .i. præce
pta diuina, & qd ab ipſo deus requirat, ⌊& non præparauit⌋ .i. ad bene agendum ſe nō diſpo
ſuit, nec mentem aptauit. Homo nanqꝫ debet facere quod in ſe eſt, iuxta illud Prouerbioꝝ:
Hominis eſt animū prȩparare. Propter quod Samuel in libris Regū hortat: Prȩparate corda
Prouerb.16 veſtra dn̄o. ⌊& non fecit ſcd̄m voluntatē eius (obediendo dei imperio) plagis vapulabit mul
1.Regū.7 tis⌋ .i. pluribus ac grauioribus puniet ſupplicijs, qa grauius multipliciusq́ꝫ peccauit, ideo ſcri-
Jaco.4 ptum eſt: Scienti bonum facere, & non facienti, pct̄m eſt illi. Petrus quoqꝫ: Melius (ait) erat
2.Pet.2 non cognoſcere viam iuſtitiæ, q̄ poſt agnitionem retrorſum reurrti. Contigit eīm eis illud
veri prouerbij: Canis reuerſus ad vomitum ſuum, & ſus lota in volutabro luti. Hinc ait Gre-
Gregorius gorius: Vbi donum maioris ſciæ, ibi tranſgreſſor maiori ſubiacet culpæ. Et Cyrillus hic lo-
Cyrillus quit: Homo pſpicacis ingenij, qui turpibus ſe inclinat, inexcuſabile committit pct̄m, ſed ho-
mo ruſticanus rōnabilius veniam impetrabit. ⌊Qui autem non cognouit (voluntatem dn̄i
ſui) & fecit digna plagis⌋ .i. peccata quibus debent tormēta, ⌊plagis vapulabit paucis⌋ .i. mi
noribus ſubiacebit pœnis, nihilominus æternaliter punietur, ſi in mortali peccato diſceſſit.
¶Quocirca ſciendum, quod omnis peccans eſt aliquo modo ignorans & errans, quoniā ca-
ret ſcientia actuali & practica, boniq́ꝫ approbatiua, & eſt in eo error electiōis, ideo in Prouer
Prouerb.21 bijs habet: Omnis via viri recta ſibi videt: Malum nanqꝫ ſecūdum quod tale non appetitur
Dionyſius quum bonum ſit appetitus obiectum. Vnde ſanctus Dionyſius faſſus eſt, quod nullus reſpici- F
ens ad malum operat. Appetit enim agitq́ꝫ malum vt bonum apparens. ¶Inſuper aduerten-
Gene.29 dum q̄ duplex eſt ignorantia, vtpote, facti & iuris. Ignorantia facti eſt duplex, qa interdum
adhibet debita diligentia, & tunc ignorantia excuſat à toto, vt patet de concubitu Iacob cum
Gene.4 Lya. Interdum non adhibet diligentia debita, & tunc excuſat à tanto non à toto, vt patet
in homicidio quo Lamech occidit Cain putans quòd beſtia eſſet. ¶Porro ignorantia iuris ē
duplex .ſ. vincibilis & inuincibilis. Ignorantia quoqꝫ vincibilis duplex eſt, quædam eſt affe-
ctata, quæ à nullo excuſat, quia nec à toto, neqꝫ à tanto, vt dum quis nō vult aut ſpernit ius ſci
re, vt peccet liberius, quædam eſt non affectata quæ excuſat à tanto, ignorantia quoqꝫ inuin
cibilis duplex eſt, quædam enim accidit ſine culpa, ſicut dum homo operam dando rei licitæ
efficit furioſus, & hæc excuſat à toto. Alia accidit ex culpa. Vnde de hac ignorantia aliqui di-
Ambroſius cunt, q̄ excuſat à tanto. Quod vero dicit Ambroſius: Grauiſſime peccas quia ignoras, intelli-
gendum eſt non de enormitate culpæ, ſed de magnitudine periculi. Qui enim peccare ſe ne-
ſcit, non dolet nec confitetur de tali peccato ſaltem in ſpeciali, deinceps ratio aſſignat, cur ſci
enter peccās grauius condemnat. ⌊Omni aūt cui multum datum eſt, multum quȩret ab eo,⌋
hoc eſt, quanto deus alicui plura beneficia eſt largitus, videlicet plura aut maiora dona natu-
ræ aut gratiæ, fortunæ, ſiue eccleſiæ, tanto diſtrictiorem ab eo exiget rationem, & maiorem
requirit gratiaꝝ actionem perfectioremq́ꝫ ſeruitutem, cæteris paribus. Sed ei qui ſcit volun
tatem dei & nouit quid agendum, quid item vitandum, plus datum eſt, ergo plus requiretur
ab eo

A ab eo,⌊& cui commendauerunt multum,plus petẽt ab eo,⌋id eſt ſicut homines plus exqui-
runt ab eo cui plus cõmendauerunt,ita & deus.¶Porrò hæc duo, videlicet datum & cõmen
datum referri poſſunt ad idem,& tamen diſtinctim ponuntur,ad innuendũ quod bona no-
bis diuinitus impartita,ſic data ſunt nobis,vt tamen non liceat nobis vti eis ad libitum noſtꝝ
ſed aliquãdo de eis ratio exigetur à nobis,propter quod quaſi cõmendata ſunt nobis.Vel da-
tum refertur ad dona homini pro ſeipſo collata,cõmendatũ vero ad dona homini p̄ſtita pro
alioꝝ directione,vel ad gregẽ dominicũ alicui cõmendatũ,& certũ eſt ꝙ plus requiritur ab
eo,cui maior animaꝝ cura cõmiſſa eſt,quia de cunctis & ſingulis daturus eſt rationẽ,ad quod
applicari poteſt illud Regũ:Cuſtodi virũ iſtũ,qui ſi lapſus fuerit,erit anima tua pro anima il 3.Reg.20
lius.Ioſeph quoq; in Geneſi in figura Chriſti ait fratribus ſuis, patriarchis, perſonam præla- Gene.43
torum tenentibus:Non videbitis faciem meam,niſi adduxeritis fratrem veſtrum minimum
ad me.Præterea audiant hæc & contremiſcant homines excæcati, vani & ſtulti, qui de do-
nis dei ſeipſos erigunt & extollunt,qui de ſubtilitate ingenij, excellentia ſcientiæ,eloquen-
tia,pulchritudine,opulentia,nobilitate,potentia, dignitate,ſe iactant, inaniter gaudent, &
alios ſpernunt,quaſi hæc ipſa à ſeipſis,non à deo ſortiti ſint, & quaſi non ſint de vniuerſis &
ſingulis diſtrictiſſimo iudici rationem daturi,quum tamem vnumquemq; oporteat tãto eſſe
deo ſubiectiorem,gratiorem,atq; de eius iudicio amplius timoratum, quanto plura deſuper
ſortitus eſt dona.Idcirco beatus homo qui ſemper eſt pauidus,perpendens q̃ horrendum ſit
incidere in manus dei viuentis.Vnde Apoſtolus ſciſcitatur:Quid habes quod non accepiſti? 1.Cor.4
B Quod ſi accepiſti,cur gloriaris quaſi non acceperis?¶Poſt hæc oſtendit ſaluator,quod præ-
inducta ſua præcepta,documenta,ſiue conſilia implẽda ſint potius amore diuinitatis,quàm
timore damnationis, quia multo perfectius eſt omittere mala & agere bona ex puro dei a-
« mare ſeu zelo iuſtitiæ,quàm terrore ſupplicij. ⌊Ignem veni mittere in terram,⌋ideſt,ad
hoc à ſummo cœlo deſcendi,hominibusq; apparui per incarnationis myſterium, vt diuini
« amoris ardorem in cordibus hominum collocarem,⌊& quid volo,niſi vt accendatur?⌋hoc
eſt actuetur,& ſpiritus ſancti motione inflammetur,atq; in opus virtuoſum erumpat.Porrò
cor humanum iſtar terræ per ignorantiam fuit obſcurum,per cõcupiſcentiam molle,& per
malitiam frigidum,ideo eguit igne hoc charitatis inflammatę contra frigiditatem, illumi-
nante contra obſcuritatem,conſolidante contra molliciem.Recte ergo charitas ignis voca-
tur,quia per eam peccati labes conſumitur,affectus accenditur,ſpiritus in cœleſtia eleuatur.
Poteſt quoq; per ignem intelligi euangelica Chriſti doctrina, quæ mentem à vitijs purgat,
atq; inflammat,quemadmodum aurum per ignem purgatur & incaleſcit.Similiter lex noui
teſtamenti,quæ eſt lex charitatis & gratiæ, ignis rite aſſeritur,iuxta illud Deuteronomij:In Deut.33
dextera eius ignea lex.Vnde & ſpiritus ſanctus in ſpecie igneis linguis apoſtolis miſſus eſt,
vt igneam legem euangelizarent ſermone feruenti.De prædicto dilectionis igne ait Pſalmi Act.2
ſta:Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.De igne autem Pſal.38
diuini ſermonis fatetur:Ignitum eloquium tuum vehementer.Hieremias quoq; inquit: Fa- Pſal.118
ctus eſt ſermo domini in corde meo quaſi ignis exæſtuans.Non ergo pigro & frigido corde Hiere.20
deo altiſſimo obſequamur,ſed corde feruenti atq; promptiſſimo,nempe quo opus ex prom-
ptiori,feruentiorìq; corde procedit,eo plus complacet deo.¶Deinde Chriſtus prædicit, ſe
C mortem crucis paſſurum antequàm genus humanum prędicto charitatis igne inflammetur.
Chriſtus enim ſua ſacratiſſima paſſione,tantam gratiam humano promeruit generi, atq; ex
« ſuæ paſſionis memoria præcipue accenduntur corda fidelia. ⌊Baptiſmo autem habeo ba-
« ptizari,⌋hoc eſt,mihi incumbit & reſtat ex præordinatione diuina,vt baptiſmo ſanguinis,
ſcilicet proprij ſanguinis effuſione inſtar aquæ perfundar,atq; extinguar in cruce pro totius
« mundi redemptione,⌊& quomodo coartor,⌋id eſt ſecundũ iudiciũ rationis ad paſſionem
hanc vehementer afficior,tũ ex amore diuino quo patris honorẽ inſtaurari peropto,vt eius
cœleſte regnum adimpleatur,tum ex amore hominum,quo eoꝝ ſalutẽ exopto.Hinc Chri-
ſtus in nouiſſima profeſſus eſt cœna:Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum Mat.26
anteq̃ patiar.Et Petro paſſionem diſſuadẽti,dixit:Vade retro me Satana,quia non ſapis ea, Luc.22
« quæ dei ſunt.Itaq; coartor ⌊vſq; dũ perficiatur,⌋hoc eſt quouſq; mea paſſio conſummetur Mar.16
& dicã:Conſummatũ eſt.Chriſtus enĩ inceſſabiliter fuit in actu interiori dilectiõis.¶Deni- Mar.8
q; Chryſoſtomus ponit ſex genera baptiſmoꝝ,quorũ primus fit verbo,quẽadmodũ in Io- Iohan.19
hanne loquit̃ Chriſtus diſcipulis:Iã vos mundi eſtis propter ſermonẽ quẽ loquutus ſum vo- Chryſoſtom.
bis.Secundus fit aqua tantũ,ſicut fuit baptiſmus Iohannis. Tertius ſpiritu tantum,de quo in Iohan.15
actibus apoſtolorũ ait diſcipulis Chriſtus:Iohannes quidem baptizauit aqua,vos autem ba Matt.3
ptizabimini ſpiritu ſancto.Quartus fit aqua & ſpiritu,iuxta illud Iohannis:Niſi quis rena- Iohan.1.
tus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei . Quintus fit ig- Act.1.
ne tribulationis & pœnitentiæ,ſecũdum illud Eſaiæ:Si abluerit dominus ſordes filiaꝝ Sion Iohã.3
ſpũ ardoris.Sextus fit per marytium, de quo nunc ſermo, de quo etiam Chriſtus loquutus Eſa.4

CAP. XII. eſt filiꝭ Zebedæi. Poteſtis baptizari baptiſmo, quo ego baptizor? Cõmuniter autem poni-
Marc. 10 tur triplex baptiſmus, videlicet fluminis, flaminis ac ſanguinis. Deinde ponitur modus per- D
ueniendi ad diuini perfectionem amoris. ⌊Putatis quia pacē veni dare in terram?⌋ quaſi di- »
cat: Nolite putare, quod ad hoc venerim, vt pacē carnalē, mundanā & inordinatā præſtem
hominibus, per quā concordēt in vitijs, & proſperitatē conſequātur terrenā. ⌊Nō dico vo- »
bis⌋ .i. talem pacē dare non veni, ⌊ſed ſeparationē⌋ hoc eſt, bonā ac ſaluberrimā diuiſionē »
ſpūalem, imò & corporalē, vt ſcilicet homines in me credentes amore dei, deſiderioq́ꝫ pacis
internæ diſſentiant à malis hominibus, & diſcedāt ab eis, qui eos à ſpirituali profectu & ſyn-
ceritate diuini amoris quærūt auertere, aut impedire nitūtur. ¶ Eſt igiť px ſpūalis interna &
bona, quæ eſt quies mentis in deo ſeu ordinata concordia, propter quam dandam Chriſtus
Lucæ. 10. potiſſimum venit, propter quod iuſſit diſcipulis: In quamcūqꝫ domū intraueritis, primum di
Johan. 14 cite: Pax huic domui. Et iterum: Pacem (inquit) relinquo vobis, pacem meam do vobis. De
Lucæ. 19 inordinata vero, falſaq́ꝫ pace, loquitur ad Hieruſalem. In hac die quę ad pacem tibi. Et pſal-
Pſal. 72 miſta: Quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatoꝝ videns, ſed de vera pace, quā apoſtolus ad
Galat. 5 Galatas inter fructus ſpūs computat, ſcriptum eſt apud Eſaiam: Nō eſt pax impijs, dicit do-
Eſaiæ. 57 minus. Ita etenim pax interna, eſt charitatis effectus, & imperturbatū quoddā gaudiū mētis
in deo, quę vocatur pax pectoris, & eſt inchoatio & prægustatio quædā pacis ſanctorum in
Pſal. 147 patria, quæ eſt pax ęternitatis, de qua fertur in pſalmo: Qui poſuit fines tuos pacē. ⌊Erūt eñ »
Marc. 16. ex hoc⌋ .i. de cętero, prę ſertim poſt euāgelicę legis diuulgationē vbiqꝫ ⌊quinqꝫ (perſonæ) »
in domo vna⌋ manētes ⌊diuiſi⌋ hoc ē diſſentiētes, ita quod boni nō conſentient malis. Nā »
⌊tres (erūt diuiſi) in duos⌋ .i. cōtra duos, & ſimiliter, ⌊duo (erūt diuiſi) in tres⌋ .i. contra tres »
⌊diuidentur⌋ prout conſequēter exemplificatur in textu. ⌊Pater in filiū, & filius in patrē.⌋ »
ita vt vnus eoꝝ diſcors erit ab alio, amore iuſtitiæ, potius volēs deo adhærere q̃ homini vi-
tioſo, quantumcūqꝫ propinquo, ſicq́ꝫ gratia in electis ꝑualebit naturæ, amorq́ꝫ ſpūalis amori E
carnali, iuxta eundem ſenſum ⌊mater (diuiſa erit) in filiā, & filia in matrē ſuā, ſocrus (quoqꝫ) »
in nurum ſuā, & nurus in ſocrum ſuam.⌋ Sed cur iam ſex pſonæ exprimuntur, quū ſupra de »
Ambroſius quinqꝫ facta ſit mentio? Ad quod reſpondet Ambroſius, ꝙ quàmuis ſex perſonæ exprimā-
tur, realiter tamen ſunt quinqꝫ, quia eadem pſona eſt mater & ſocrus. Quæ eñ eſt mater filij,
ſocrus eſt vxoris filij ſui. Deniqꝫ iſtud in primitiua eccleſia potiſſimum accidit, quādo in ea-
dem domo aliqui erāt fideles, aliqui infideles, & adhuc ſæpe cōtingit in tātum, vt filij & filiæ
inuitis parentibus religionē introeant. ¶ Pręterea quū Chrs de primo ſuo aduētu atqꝫ ſecū-
do, & de paſſione ſua ędidiſſet ſermonē, reprehendit Iudęos, incredulos pręſertim. ⌊Dice- »
bat aūt ad turbas: Quum videritis nubem oriētem ab occaſu⌋ hoc eſt, à plaga occidētali ex- »
urgentem, ⌊ſtatim dicitis: nymbus (.i. pluuia) venit⌋ hoc eſt cito pluet, ⌊& ita fit⌋ frequen- »
ter, quamuis non ſemꝑ propter cauſam contrariam, interdum emergētem. Ab occidente e-
nim pluuialis ventus exurgit, quia tunc calor ſolis debilior fit, ita vt vapores calidos eleuet,
& eoꝝ humiditatem non deficcet, propter quod pluuia generatur, ⌊& quū auſtrum⌋ id eſt, »
ventū auſtralē ſeu meridionalē, ⌊flantem videritis⌋ .i. cognoueritis vel tactu ſenſeritis. Vi- »
ſus eñ pro q̃libet ſeuſu accipiť, ⌊dicitis, q̄a ęſtus erit⌋ .i. calida aura, ⌊& ita fit⌋ quoniā ven- »
tus auſtralis eſt calidus, iuxta illud Iob: Nonne veſtimenta tua calida ſunt, quū pflata fuerint
Iob. 37. terra auſtro? ⌊hypocritæ⌋ ſicut in Matthæo ſcribiť: Chrūs potiſſimū hæc phariſæis, Sadu-
Matt. 16 cęisq́ꝫ dixit, qui pleni erāt hypocriſi, ⌊faciē (.i. diſpoſitionē) cœli (aerei) & terræ probare⌋ »
hoc eſt ꝑ pręfata ſigna pręconiecturare ⌊noſtis⌋ videlicet q̊d tēpeſtas erit aut calor, ⌊hoc au »
tem tēpus qūo nō probatis?⌋ .i. Quare ex oraculis prophetaꝝ non aduertitis neqꝫ probatis »
quodmodo impletū ſit tꝑs primi aduētus Chriſti vobis in lege & prophetis promiſſi? Quia
ex his, quæ in lege & prophetis ſcripta fuerūt, hoc debuerūt aduertere, potiſſimū phariſæi. F
Nam Chriſto iſta loquēte, ablatū fuit ſceptrū à Iuda, & alienigena imperauit Iudæis, ꝑ quod
Gene. 49 patuit eſſe tēpus primi aduētus Chriſti, quēadmodū in Geneſi Iacob ꝑdixit: Non auferetur
ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat q̃ mittēdus eſt, & ipſe erit expecta-
Daniel. 9 tio gentium. Similiter numerus hebdomadaꝝ, de quibus Daniel prophetauit, & infra quas
Chriſtum prædixit venturꝝ, tunc fuit completus. Chriſtus quoqꝫ fecit miracula, quæ Eſaias
Eſaiæ. 35. eum eſſe facturꝝ ꝑdixit: Ecce deus veſter (inq̄t) ipſe veniet & ſaluabit vos. Tunc aperientur
oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, tūc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lin-
gua mutoꝝ. Sed ne aliqui Iudæoꝝ de ignorātia ſcripturarum veteris teſtamenti ſe excuſa-
rēt, Chriſtus adiecit. ⌊Quid autem à vobiſipſis⌋ hoc eſt, cur ex naturali ratione veſtra, ⌊nō »
iudicatis quod iuſtum eſt?⌋ id eſt non concluditis me eſſe Chriſtum, quum per tot miracula »
me eſſe Chriſtum demonſtrem? Quum enim verbis proteſter me eſſe Chriſtum, ſi ita non
eſſet, eſſem peſſimus blaſphemator, nec poſſem operari miracula, proprię dicta ſoli deo poſ-
ſibilia, quum deus non ſit teſtis falſitatis, nec per impios agit miracula ad roborationē mē-
Iohan. 15 datiorum. Hinc in Iohanne Chriſtus fatetur: Si opera non feciſſem in eis, quę nemo alius fe-
cit, pec

A cit,peccatũ nõ haberẽt,imò Ieſus ex modo agendi miracula,vtpote tã authoritatiue & impe
perialiter atq; repẽte ea agendo,Chriſtũ dei filiũ ſe eſſe probauit.Dicit ꝑterea Origẽnes: Ni Origenes.
ſi eſſet nobis naturalr̃ inſitũ id quod iuſtũ eſt iudicare,nunq̃ ſaluator verbũ iſtud dixiſſet. Di- Baſi.uu.
cit quoq; Baſilius:Neceſſariæ ſunt hũanæ vitæ fideq; cõiecturæ,dũmodo quis vltra menſurã
nõ perquirat eoꝝ iudicia.Cõtingit ãt quædã de pluuijs futuris præ noſcere,plura q̃q; de æſti
bus & impetu ventoꝝ,q̃ta vero cõmoditas ex taliũ cõiectura vitæ humanæ præſtet quis ne-
ſcit?Pertinet nãq; ad nautã ꝑnoſticare procellaꝝ pericula,ad viatorẽ mutationem aeris,ad
colonum fructuum copiam.Præterea Chriſtus hortat̃ ad cautiſſimã periculoꝝ damnatio-
nis æternæ declinationem.⌊Cũ autẽ vadis cũ aduerſario tuo ad principẽ.⌋ Gregorius & Be
da per aduerſariũ iſtũ intelligunt verba ſacræ ſcripturæ ſeu diuinũ ſermonẽ,qui noſtris car- Gregorius Beda
nalibus deſiderijs cõtrariat̃. Auguſtinus aũt interdũ per aduerſariũ iſtũ intelligit conſcientiã Auguſtinus
remordentẽ.Origenes vero per aduerſariũ iſtũ intelligit diabolũ.Itaq; ſecundũ primã acce Origenes
ptionẽ,iſte eſt ſenſus:Cũ vadis cũ aduerſario tuo.i.cũ ſermone diuino ad principẽ.i.ad Chri
ſtum omniũ dominatorẽ.Nunc eñ habẽdo in nobis verba dei propinquamus ad Chr̃i tri-
bunal,properãdo ad mortẽ,⌊da operã(.i.ſatage)liberari ab illo⌋.i.ab eius accuſatione,hoc
eſt acquieſce & obediens eſto diuino ſermoni,ne per allegationẽ ipſius in diuino iudicio inue
niaris reus atq; dãnabilis,prout apud Iohannẽ loquit̃ Chr̃us:Sermo quẽ loquutus ſum iudi- Iohan.12
cabit eũ in nouiſſimo die,⌊ne forte trahat te apud iudicem⌋.i.ne tranſgreſſio diuini ſermo-
nis ſeu prẽnũciatio eius ſit cauſa,quod etiã inuitus cõpellaris corã Chriſto iudice cõparere,ſi
B cut ait Ap̃lus:Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti,Dicit aũt,forte,propter libertatẽ arbi- Roma 14
trij,qua poteſt homo malũ vitare,⌊& iudex tradat te exactori⌋.i.diabolo qui exigit tibi pę
nam pro culpa infligi,teq́; ſibi puniendũ adiudicari,⌊& exactor mittat te in carcerẽ,⌋ infer
nalẽ,de quo apud Eſaiã prædicit̃:Claudẽtur in carcere.⌊Dico tibi,⌋ nõ ſolũ cõtinuãdo,ſed Eſa.34.
etiã certiſſime prænũciando,⌊nõ exies inde⌋.i.de pœnis inferni nõ erueris,q̃uis in hora iu-
dicij localr̃ cõtingat exire ad modicũ tẽpus,vel interim ꝑ diſpẽſationẽ diuinã,⌊donec etiam
nouiſſimũ minutũ reddas⌋.i.pro minimis culpis debitas tuleris pœnas,q̃d nunq̃ implebitur
quia nunq̃ plenarie illud debitũ perſoluẽtur,eo ꝙ pœna æterna debeatur peccato mortali di
recte,ſed venialibus pc̃tis nõ debet̃ pœna æterna,inquantũ ſunt venialia,ſed rõne adiuncti
.i.peccati mortalis ſibi annexi.¶Deniq; ꝙ ait,donec,q̃uis frequẽter accipiatur incluſiue, hic
accipitur excluſiue,ſicut quũ dr̃,Iſte nõ receſſit à ſuo errore donec obijt.Sic quoq; ſumitur in
ſcripturis,quũ dicitur:Oculi noſtri ad dominum deũ noſtrum donec miſereatur noſtri. Et: Pſal 122
Non cognouit eam.ſ.Ioſeph Chriſtiferam virginem , donec peperit. Secundo exponitur: Matt.1
Quũ vadis cum aduerſario tuo.i.remurmurante conſcientia,ad principem Chriſtũ,da ope-
ram liberari ab illo.i.à remorſu conſcientiæ te expurga emendando quod conſcientia repre
hendit,ne trahat te ad iudicem.i.ex eius remorſu & teſtimonio contra te, inueniaris damna
bilis.Cætera ſicut iam dictũ eſt exponantur. Tertio ſic:Quũ vadis cum aduerſario tuo.i.dia-
bolo ad principem Chriſtum,quia durante hac vita,in qua viator es,tendens ad aliam vitã,
& ad diuinum examen,tentator te non deſerit,ſed inſidiando graditur tecũ,da operam libe
rari ab illo.i.ab eius tentamentis te excute,viriliterq́; reſiſte,ne trahat te apud iudicem.i.po-
C teſtatem,& ius habeat in te,ita vt poſſit te violenter trahere ad diuinũ tribunal,& iudex tra-
dat te exactori diabolo.Poteſt quoq; per exactorem intelligi angelus bonus, exigens iuſti-
tiam fieri contra iniquos,qui mittit in carcerem permiſſiue ſeu effectiue.Vnde in Matthæo
Chriſtus de angelis ſanctis profatur.In conſummatione ſeculi exibunt angeli,& ſeparabunt Mat.13
malos de medio iuſtorum,& mittẽt eos in caminum ignis.Poſtremo Origenes hic ait , quod
quilibet homo duos angelos habet,videlicet malum,qui hortatur ad vitia,& bonum,qui per Origenes
ſuadet ad bona ac optima.A malo autem angelo liberamur habendo virtutes,& ſi abſq; pec
cato fuerimus,ſecure ei poſſumus reſpondere. Nihil debeo tibi.

¶Expoſitio Cap.XIII.Aderant. Arti. XXXV.



AM præcedenti capitulo longam ſecit ſaluator de pœnis peccan- Luc.13
tium mentionem,ideo hac occaſione quidam aſtantium nunciaue
runt ei de occiſione quorundam,qui inique ſe habuerunt , quaſi al-
ludentes eloquio Chriſti.⌊Aderant autem quidam,⌋ hoc eſt Chri
ſto corporaliter affuerunt,⌊ipſo tempore,⌋ quo ſermonem præ-
cedenti capitulo ſcriptum deprompſit, ⌊nunciantes illi,⌋ ſcilicet
Chriſto,quaſi ipſe non oĩa ſciret,vel vt quid ipſe de materia pro
ponenda ſentiret callide explorarent,⌊de Galilæis quorum ſangui
nem Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorum,⌋ hoc eſt , quos Pilatus
occidit dum ſacriſicarent,ita quod ſanguis eorum & ſanguis victi-
ctimarum quas mactabant ſeu ipſa eorum ſacrificia ſe inuicem contingebant,vel iungebãtur

CAP. XIII Porrò, ſecundum Cyrillũ hi Galilæi ſequebãtur doctrinã Iudæ Galilæi, de quo in Actibus
Cyrillus Actoꝝ. 5 apoſtoloꝝ habetur, qui docuit nullum præter deũ debere dñm appellari, neq; Iudæos debe- D
re tributa ſoluere imꝑatori, nec pro imꝑatore, populoq́ꝫ Romano Iudæos debere ſacrificia
immolare. Hinc cõtra eos indignatus Pilatus, ipſos necauit. Et reſpondẽs (Ieſus) dixit illis⌋ »
ſibi hæc nuntiantibus. ⌊Putatis q̃d hi Galilæi⌋ à Pilato taliter interfecti, ⌊præ oĩbus Ga- »
lilæis peccatores fuerunt?⌋ hoc eſt grauioribus inuoluti criminibus, quia talia paſſi ſunt, eo
quod præ cæteris ſunt occiſi. Hoc eñi poſſet alicui apparere, eo quod pœna debeatur, pro-
portioneturq́ꝫ culpæ. Vnde qui grauius puniũtur, enormius peccaſſe vidẽtur. Sed in hac vi-
ta non ſemper ſic accidit, quia iudicia humana ſunt imperfecta, nec iudices huius mundi de
omnibus iudicant. Verum in diuino iudicio ſumme perfecto & omnia includente, ſemper
ſic eſt, quod maiori culpæ maiorem infligit pœnam, ſecundum iuſtitiæ ordinem poſt hanc
vitam, quando in hac vita non præceſſit correctio aliqua. Hinc ſubditur. ⌊Non dico vobis⌋ »
id eſt, præfati occiſi non fuerunt omnibus cæteris Galilæis peiores, quamuis iniqui fuerũt &
morte hac digni, ⌊ſed niſi pœnitentiam habueritis⌋ .i. dolorẽ veræ contritionis de veſtris »
peccatis, ⌊omnes ſimiliter peribitis⌋ hoc eſt æternaliter condemnabimini, quemadmodũ il »
li in ſuis ſacrilegis ſacrificijs deprehenſi atq; perempti. Vel ideo ait, ſimiliter peribitis, quia
& ipſi Iudæi, quia de Chriſti occiſione non pœnituerũt, poſtea à Romanis pro magna parte
occiſi ſunt, non obſtante quod tũc ſacrificia plurima deo pro ſua liberatione in Hieruſalẽ ob-
tuliſſent. ⌊Sicut illi decem & octo ſuper quos cecidit turris in Syloa.⌋ Syloa fons eſt in Hie- »
ruſalem, iuxta illud Eſaiæ: Pro eo quòd abiecit populus iſte aquas Syloe, quæ tranſeunt cum
Eſaiæ. 8. ſilentio. Et in Iohanne Chrũs loquitur cæco nato. Vade ad natatoria Syloe, iuxta hũc fontẽ E
Johan. 9. quidam Hieroſolymitatum turrim ædificauerunt, quæ ſubito cadens, decem & octo ex illis
oppreſſit, ⌊putatis, quia & ipſi debitores fuerunt⌋ hoc eſt trãſgreſſores, & talis mortis ſup- »
plicium promerentes. Peccator quippe eſt debitor pœnæ, vt eam luat, & pœna ei debetur,
vt ei infligatur, niſi emendet, ⌊præter omnes homines habitantes in Hieruſalem?⌋ .i. cæte- »
ris iſtis exceptis, ita quod iſti ſimilia aut maiora pati non meruerunt. ⌊Non dico vobis⌋ .i. »
ipſi ſoli non fuerunt illo mortis ſupplicio digni, deus eñi quorundã peccata in præſenti vlciſ-
citur, vt ſuam iuſtitiam, prouidentiamq́ꝫ oſtendat, atq; vt cęteri terreãtur, & vitã emẽdent,
vel vt per vltionem vitæ ꝑſentis, à grauioribus futuris eruantur ſupplicijs, vel ne diutius hic
viuendo, grauius peccent, & duriora ſibi parent tormenta. Quorundam vero peccata quã-
uis maiora, non vindicat in præſenti, ſuam in eis oſtendens longanimitatem, patientiã, pie-
tatem, & vt diu piiſſime tolerati, tandem ad cor conuertantur. Quod ſi facere neglexerint,
poſtea iuſtius condemnentur, grauiusq́ꝫ ęternaliter puniãtur, in q̃bus ſicut in cæteris multis
Roma. 11 apparet quàm incomprehenſibilia ſint ſublimis dei iudicia, quæ nec temere perſcrutari, nec
Prouer. 25. comprehendere velle licet conari, quia ſcrutator maieſtatis opprimetur à gloria, ⌊ſed ſi pœ »
nitentiam non egeritis⌋ ante exitum animæ de corꝑe, ⌊omnes ſimiliter peribitis⌋ deus e- »
Job. 24 nim peccatum inultum ire non patitur, Ideo in Eccleſiaſtico legitur: Si pœnitentiam nõ ege-
Eccle. 2 rimus, incidemus in manus dei, & non in manus hominum. ¶ Poſtremo conſtat ex his, q̃d
ea quæ caſualiter euenire videntur, & quæ per humana fiunt iudicia in punitione eorum, nu
tu & moderamine prouidentiæ diuinæ agũtur. ¶ Deinde ſaluator exemplo parabolico rui-
nam ſynagogæ prænuntiat. ⌊Dicebat aũt hãc ſimilitudinẽ⌋ volens humiliare Iudæos, qui »
ſemper ſe iuſtos putare, cæterisq́ꝫ præferre proni extiterunt. ⌊Arborem fici habebat quidã »
plantatam in vinea ſua⌋ Per arborem fici intelligitur ſynagoga, quæ olim fuerat deo valde »
grata, familiaris & chara, bonis ac dulcibus fructibus plena, quẽadmodum ficus primatũ ha- F
Deute. 7. bet in fructibus, vnde in Deuteronomio Moſes loquitur ſynagogæ. Te elegit dominus, vt
ſis ei populus peculiaris, de cunctis populis qui ſunt ſuper terram. Hanc arborẽ habuit Chri-
ſtus, qui ſecundum ſuam diuinitatem æternus eſt, & plebis illius creator. Vnde Iudas apoſto
lus ſcribit: Ieſus populum ſaluans de terra Aegypti, &c. Hanc itaq; ficum habuit Chrũs plã-
tatam in vinea ſua, hoc eſt, in populo Iudæorum, ita vt nũc per arborem fici intelligat plebs
Iudaica, habitans in Iudæa, de cuius euerſione per Romanos completa, Chriſtus iam fatur,
per vineam vero totus Iſrael populus per varia mundi climata ſegregatus ac habitans, quãdo
Chriſtus hæc dixit. Quod autem populus Iſrael, dei vinea nuncupetur, certiſſimum eſt: Scri-
Eſaiæ. 5 ptum eſt enim in Eſaia: Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt, Et apud Oſeam 2 Vitis
Oſee. 10. frondoſa Iſrael. Atq; in pſalmo: Vineam de Aegypto tranſtuliſti, ⌊venit⌋ filius dei, per hu »
Pſal. 79 manæ naturæ aſſumptionem, & inter Iudæos conuerſans, ſecundum illud Baruch: Poſt hęc
Baruch. 3. in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, ⌊quærens fructum⌋ id eſt, opera vir- »
tuoſa, ⌊in ea, & non inuenit⌋ non quod tempore aduentus Chriſti nulli Iudæorum fuerint
virtuoſi, ſed quia pauciſſimi, ita quod reſpectu aliorum quaſi nulli videbãtur, propter quod
Johan. 1. in Iohanne habetur de Chriſto: In propria venit, & ſui eũ nõ receperunt. ⌊Dixit autẽ (Chri »
ſtus) ad cultorem vineæ⌋ id eſt ad cętum & ordinem apoſtolorum, aliorumq́ꝫ diſcipulorum »
qui

A qui poſt Chriſti aſcenſionem ad tempus ſoli huic Iudæorum populo prædicauerunt. Huius
autem multitudinis fuit cor vnum & anima vna, ideo ſingulariter cultor vocatur. Nam ver- Act.4
bo prædicationis atq; exemplaris vitæ virtute, varijsq; miraculis, & precibus amoroſis ſyna
gogam à peccatis purgare, ad pœnitentiam ſcindere, virtutibus fœcundare, intra horreum
« dei, quod eſt eccleſia, congregare conati ſunt. ⌊Ecce anni tres ſunt ex quo venio, quærens
« fructum in ficulnea hac,⌋ id eſt ſatis diu plebis huius emendationem ſum præſtolatus, quia
per tria tempora cōdiſtincta, ſcilicet ante captiuitatem Babylonicam, & item poſt reditum
Iudæorum de Babylone, & nunc tertio, in meo aduentu quęſiui opera virtutum in plebe hac
« ⌊& non inuenio,⌋ id eſt hucuſq; non repperi, non quia nullo tempore bene ſe habuit ſyna-
goga, quum in libro Iudicum ſcriptum ſit, quemadmodum filij Iſrael tempore Ioſue & ſeni- Iudicū.2
orum qui longo poſt eum vixerunt tempore, domino ſeruierunt, ſimiliter tempore Dauid,
& alijs quibuſdam temporibus, vt ex libris Regum, Paralipomenonq; probatur, ſed quia cō-
paratiue loquendo, qui domino ſeruierunt, pauci fuerunt, & tempora quibus hoc contigit,
breuia erant, quemadmodum ex decurſu libri Iudicum & Regum oſtenditur, propter quod
deus per Hieremiam de Hieruſalem proteſtatur: In indignatione & in ira facta eſt ciuitas iſta Hiere.32
à die qua fundata eſt. Dicitur autem Chriſtus quærere, nec inuenire, non quod infœcundita-
tem malorum ignoret, ſed vt ſuam ad nos diligentiam, prouidētiamq; demonſtret, & vt hu
manam declaret ignauiam, ſeq; pro noſtra ſalute probet ſolicitum, & examinatorem totius
vitæ noſtræ, ſecundum id pſalmi: Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, vt vi- Pſal.13
« deat ſi eſt intelligens aut requirens deum. ⌊Succide ergo illam,⌋ hoc eſt, deſtruendam atq;
damnandam prænuncia, eo quòd non ſuſceperit Chriſtum, ſicut per Danielem prædictum Danie.9
B eſt: Ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo. Et in pſalmo: Fiat habi Pſal.68
tatio eorum deſerta. Iuxta hunc modum loquendi dominus loquitur per Hieremiam: Eijce
« illos à facie mea, id eſt eijciendos prænuncia. ⌊Vt quid etiam terram occupat?⌋ hoc eſt, cur
inaniter terram promiſſionis, quæ eſt omnium terrarum egregia immoratur? Terram nanq; Hiere.15
inutiliter, indigneq; occupat, qui locum ſuæ manſionis, bonis operibus nō adornat. Et ſicut
« talis indignus eſt pane quo veſcitur, ita indignus eſt terra qua ſuſtentatur. ⌊At ille,⌋ id eſt,
præfatus vineæ huius cultor, videlicet chorus apoſtolorum ac primitiuæ eccleſiæ in Hieruſa-
« lem congregatæ, ⌊reſpondens dixit illi (videlicet Chriſto) Domine dimitte illam & hoc an-
« no,⌋ hoc eſt, clementer differ hanc vltionem, quouſq; tempus prædicationis meæ in Iudæa
" re in mare,& obediet vobis,⌋ hoc eſt,ad orationem ſeu iuſſionem veſtram arbor huiuſmo-
di ſubito de terra euelletur,& in mari plantabitur,quū talis eradicatio ſubitanea ſit miracu-
loſa,& miraculoſior plantatio arboris in fluido maris loco. Sed oīa poſſibilia ſunt creden- Mar.9
ti,quia diuina virtute fiunt huiuſmodi,& frequenter angelico miniſterio. Porrò in Matthæo
& Marco Chriſtus exēplificat de monte: Dicetis (inquiens) huic monti,tollere & mitte te in Matt.21
mare,certumq; eſt beatiſſimos apoſtolos & alios multos ſanctos valde mirabiliora & præ- Mar.11
clariora feciſſe miracula quàm ſint iſta. Et quoniā Chriſtus ait: Dicetis huic arbori,quidā pu
tant,quòd quando hæc dixit,prope ſe huiuſmodi arborē vidit. Præterea quia ſaluator ſuis
electis excellentiſſima gratiarū chariſmata promiſit & contulit,præſtiturusq; fuit tam in do-
nis gratiæ gratum facientis,quàm gratiæ gratis datæ,ideo poſt prædicta ſaluberrime in-

 ſtruit

ſtruit eos de profunda & inconcuſſa humilitate ſemper in oĩbus conſeruanda, vt oĩe bo- D
num omnipotenti creatori iugiter aſcribatur, & tanto plus ei regratiemur, quanto copioſi-
ora gratiæ dona ab ipſo ſortiti fuerimus. Ad hoc igitur perſuadendũ aptiſſimam atq; planiſ-
ſimam introducit parabolã. ⌊Quis autem veſtrũ habens ſeruum arantem, aut boues paſcen-
tem, qui regreſſo (ſeruo) de agro dicat illi: Statim tranſi ad menſam, recũbe,⌋ id eſt quieſce,
ſeu comede, ⌊& non dicat (ei,) para quod cœnem,⌋ hoc eſt, ad cœnandũ præpara mihi ci-
bũ & menſam, ⌊& præcinge te & miniſtra mihi donec manducem & bibã,⌋ cibaria appo-
nendo & deponẽdo, ⌊& poſt hæc tu mãducabis & bibes? Nunquid gratiã habet ſeruo illi?⌋
.i. nũquid dominus habet grates agere illi ſuo miniſtro, ⌊quia fecit quæ ei imperauerat? Nõ
puto.⌋ Seruus eñi tenetur ad hoc & poſt laborẽ in agro habet laborare in domo, vt ſit aſſi-
Eccl. 33 due in labore, nec inſoleſcat, iuxta id Eccleſiaſtici: Cibaria & virga & onus aſino, panis & di-
Ibidem ſciplina & opus ſeruo. Itemq;: Seruũ inclinant operationes aſſiduæ. ⌊Sic & vos cũ feceritis
omnia quæ præcepta ſunt vobis⌋ à deo, ab eccleſia, à recta ratione, ⌊dicite,⌋ ex toto corde
Pſalm. 15 cũ plena humilitate, ⌊ſerui inutiles ſumus⌋ .i. noſtra ſeruitute nihil vtilitatis aut perfectionis
Iob. 35 deo attulimus, qui bonoꝝ noſtroꝝ non eget. Vnde & in Iob habetur: Si peccaueris, quid ei
nocebis: & ſi iuſte egeris, quid ei donabis? ⌊quod debuimus facere, fecimus,⌋ implendo præ
cepta. ¶ Hoc beatiſſimo documento auferr à nobis increata ſapientia dei omnẽ vanæ glori-
Iaco. 3 ationis, præſumptionis, ac pompæ occaſionẽ, cauſam, materiã. Si eñi hi ſe ſeruos inutiles re-
putare debent, qui oĩa impleuerunt præcepta, quid nobis incumbit, qui in tã multis offen-
Eſa. 64 dimus, & ea ipſa quæ forſan implemus præcepta, tã imꝑfecte implemus, ita vt (iuxta Eſaiã)
Ariſtoteles vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ ſint quaſi pannus menſtruatæ? Deniq; etiã ſecundũ philoſophum: E
Dĩs parentibus & magiſtris rependi nõ poteſt æquiualens: Quomodo igitur vero, omnipo
tentiq; deo aliquid poterimus condignũ rependere? Sed & quicquid ſumus, habemus ac agi
mus boni, ab ipſo eſt, & ipſius eſt, ipſiq; adſcribendũ tanquã datori & conſeruatori, dicente
1. Cor. 4 Apoſtolo: Quid habes quod nõ accepiſti? Itaq; eo ipſo quo totum quod habemus & ſumus à
deo ſuſcepimus, obligamur totũ hoc eius obſequio mãcipare, ad eius honorẽ & gloriã ordi-
nare atq; cõuertere, totũq; ei pro poſſe ſubijcere, & quo plura nobis dona contulerit, eo ad
regratiandũ, obediendũ, & obſequendum obligatiores conſiſtimus. Hinc viri ſancti quo ꝑ-
fectiores & gratioſiores, eo & humiliores fuerunt, ſuumq; imperfectum ſemper penſabãt, &
quicquid boni in eis fuit, deo humilime adſcripſerunt, ſeq; à ſeipſis nihil niſi deficere & pec-
care habere profitebantur. Hos ergo nos imperfectionibus pleni, ſequi conemur, iſtud Chri
Matth. 25 ſti ſapientiſſimũ documentũ iugi memoria reuoluentes. Sed quũ alibi dicat Chriſtus: Seruũ
inutilem proijcite in tenebras exteriores, quomodo iuſti vere ſe dicunt ſeruos inutiles? Et re-
pondendum, ꝙ hic dicuntur inutiles ſerui reſpectu dei ſecundum ſenſum præhabitum, alibi
vero reſpectu ſui vel proximi, qui nec propriam ſalutem ſunt operati, nec alijs exemplares
fuerunt. ¶ Deinde deſcribitur glorioſum à Chriſto peractum miraculũ, vel potius plura mi-
racula, quibus ipſius confirmabatur ſupernaturalis doctrina. Quemadmodum enim natura-
lis ſcientia probatur per argumenta atq; principia naturali ratione patentia, ſic ſupernatura-
lis ſapientia Chriſti in euangelio tradita per ſupernaturalia, ſoliq; deo poſſibilia roborata eſt
opera, per quæ deus teſtimonium perhibuit euangelicæ veritati. ⌊Et factum eſt dum iret in
Hieruſalem,⌋ id eſt verſus ciuitatem illam, in qua paulo poſt fuit paſſurus. Iſtud eñi parũ an-
te feſtum palmaꝝ certum eſt contigiſſe, ⌊tranſibat per mediã Samariam & Galilæã⌋ .i. per
medium prouinciaꝝ iſtaꝝ, in quibus plurima prædicauit & multa egit miracula. Per Hieru- F
ſalem, quæ pacis viſio interpretatur, ſuperna beatorum patria deſignatur, per Samariam au
tem, quæ interpretatur cuſtodia, intelligitur vita actiua, quæ in obſeruantia præceptorũ cõ-
ſiſtit, per Galilæam vero, quæ tranſmigratio interpretata eſt, contemplatiua exprimitur vi-
ta, quæ in ſpirituali tranſitu à viſibilibus ad inuiſibilia ſita eſt. Qui ergo ad ſupernam cupit ꝑ-
tingere patriam, primo in actibus ſe exerceat vitæ actiuæ, deinde in actibus contemplatiuæ
ad quam ducit vita actiua, ſicut ad habitaculum ianua. Porrò (vt quidam hic ſcribunt) Sama-
ria fuit terra Gentilium, Galilæa Iudæorum. Sed aduertendum, quòd Samaria multo tempo
re ad filios Iſrael pertinebat, quibus propter idololatriam à regibus Aſſyriorum vaſtatis, vi-
ctis, tranſlatis, prouincia illa gentilibus data eſt, quos rex Aſſyriorum ibi conſtituit, prout
4. Reg. 17 in libris Regum clare deſcribitur. ⌊Et quum ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt
ei decem viri leproſi.⌋ Non caſualiter, ſed viri illi cognita ex multoꝝ relatu Chriſti poten-
tia ad curandũ obſeruabant eius aduentũ, ⌊qui ſteterunt à longe,⌋ quia ſecundũ legem Mo-
Leuit. 13 ſi non debebãt inter alios cõmorari aut conuerſari, & propter reuerentiã Chriſti nõ acceſſe-
Theophilus runt ad eũ, de ſua immũditia ſecundũ Theophilũ verecũdantes & ſuſpicãtes ꝙ Chriſtus ſicut
& alij eos forſitan faſtidiret, ⌊& leuauerunt vocẽ ſuam dicentes,⌋ ex vehementi corporalis
ſanatiõis affectu, q̃s nos ſpũali lepra infecti .i. vitioꝝ feritate cõtaminati, ſectari debemus, di-
cẽdo ex ardẽtiſſimo cordis optatu q̃d illi dixerũt, ⌊Ieſu ꝑceptor⌋ ꝑcipere ꝑſertim ac ꝓpriiſ-
ſime

A ſimè competit Chriſto, ſecundum quòd deus eſt, ſed ſecundum naturam aſſumptam compe-
“ tit ei participatiuè & miniſterialiter quantum ad deum, excellenter tñ reſpectu alioꝶ dei ſer Hebr. 2
uoꝶ. Omnis nãq; creatura etiam Chri humanitati credit̃ eſſe ſubiecta ⌊miſerere noſtri⌋ .i.
compatere & compatiendo ſuccurre nobis infirmis, liberando nos ab hac pœnali miſeria,
quæ eſt lepra. ¶ Præterea quãto ratio mali amplius cõpetit malo culpæ, quàm malo pœnæ,
tanto plus exoremus tolli à nobis peccata, q̃ corporalia incõmoda, morbos ſiue aduerſa. Sed
heu multi plus dolent ac deflent mala exteriora, corpalia, & caduca q̃ interiora, ſpiritualia, &
“ æterna, quoꝶ valde obturatus eſt interior oculus ⌊Quos vt vidit⌋ Non ſolum exteriori aſpe
“ ctu, ſed interno cõpaſſionis affectu, mox in effectũ miſericordiæ extendẽdo, ⌊dixit: Ite, oſtẽ
“ dite vos ſacerdotibus⌋ Non dixit: Iubeo vos ſanari, aut curo vos, ſed oſtẽdite vos ſacerdoti-
bus, vt doceat nos omnẽ oſtentationẽ ſupbiamq́; vitare, ne magna agamus, aut agere cupia-
mus propter hominũ admirationẽ, applauſum ſeu laudem. ¶ Miſit quoq; eos ad ſacerdotes.
Primo, vt tunc futuroꝶ deſtrueret inſaniã hæreticoꝶ dicẽtium, legẽ Moſaicã non eẽ à deo
ſed à ſæuiſſimo quodam diabolo, quoꝶ præcipuus extitit immundiſſimus Manichæus. Se-
cundo, vt legẽ ſponte ſeruando humilitatis & obediẽtiæ nobis præberet exempla. Præceptũ
eñ fuit in Leuitico, vt emũdati à lepra, ſacerdotibus ſe præſentarẽt, primo quatenus ſacerdo Leuit. 14
tes iudicarẽt, an verè mundati eſſent, an non: ſecũdo, vt pro ſua curatiõe offerrẽt ſacrificiũ in
lege determinatũ. Legalia aũt vſq; ad Chri paſſionẽ, ac Euangelicæ legis diuulgationẽ cur-
ſum habebant. Tertio, propter myſticã rationẽ, videlicet ob poteſtatis clauiũ cõmẽdationẽ.
B Sacerdotũ etẽm nouę legis ẽ mũdos ſeu pœnitẽtes admittere, immũdos & impœnitẽtes ex-
“ cludere. ⌊Et factũ eſt dũ irẽt, mũdati ſunt⌋ ad oſtendendũ Chri pietatẽ atq; potẽtiã, & propter
fidei & obediẽtiæ meritũ commẽdandũ. Melior etẽm eſt obediẽtia q̃ victima. Itẽ, ne virtute 1. Reg. 15
“ legis, ſacrificij ve legalis, aut ſacerdotũ putarent̃ mũdati, ſed ſola ptãte diuina. ⌊Vnus aũt ex
“ illis vt vidit⌋ p experiẽtiam ac corporalẽ intuitum, carne ſua in colore ac diſpoſitione tã eui
“ denter ac mirabiliter ſubito immutata, ⌊quia (.i. quòd) mundatus eſt⌋ à lepra corporali, imò
“ & ſpiritali, quia vt credit̃, Chrus mẽte curauit, quos corporaliter ſanauit ⌊regreſſus eſt⌋ ad Ie
“ ſum ⌊cũ magna (.i. amoroſa, deuota, grata, iocũda, ſenſibiliterq́; ſonora, ſeu alta) voce⌋ gra
“ tiaꝶ actiõis & laudis ⌊magnificãs⌋ .i. ſpũaliter magnũ, vtpote oĩpotẽtẽ & piũ eſſe ꝓteſtãs,
“ & facto demõſtrãs ⌊deum⌋ cuius virtute tã mirabiliter ſe ſenſit eẽ curatũ. Er quis iſte nondũ
fortaſſe explicitè credidit Ieſum eſſe veꝶ deũ, credidit tñ ſanctũ hoĩem ac prophetã, q diuina
“ ptãte iſta egiſſet, ⌊& cecidit in faciẽ ſuã ante pedes eius⌋ .ſ. Chri, illi regratiãdo, ſeq; illi totis
“ viribus humiliando, cuius beneficio gratioſo tã clemẽter ac mirabiliter fuit curatus ⌊Et hic
“ erat Samaritanus⌋ .i. natiõe Gẽtilis, vtpote de illoꝶ progenie natus, q̊s Salmanaſar tranſlatis 4. Reg. 17
decẽ tribubus cõſtituit pro illis in terra Samariæ. Et forſan iſte fuit ꝓſelytus .i. ad iudaiſmũ iã
ante cõuerſus. Per hoc aũt q̊d dicit̃ Samaritanus fuiſſe, docet̃ ꝙ alij nouẽ erãt Iudæi. Rurſus p
hoc ꝙ ipſe ſolus ad Chrm reuerſus eſt grãs agẽs, ꝑfigurata eſt myſtice gẽtiliũ ad Chrm con-
uerſio, remanẽtibus in pfidia ſua Iudæis. ¶ Porrò alij nouẽ reuerſi non ſunt, quia ſuã curationẽ
adſcripſerũt obſeruantiæ legis. Vel ideo, qm̃ dixit ad eos: Oſtẽdite vos ſacerdotibus. Vel, qa
C à ſacerdotibus Chro inuidẽtibus ad hoc inducti ſunt, vt non virtuti & efficaciæ Chri, ſed le
“ gis ſuã adſcriberẽt ſanitatẽ. ⌊Reſpondẽs aũt Ieſus, dixit: Nonné decẽ (leproſi) mũdati ſunt,
“ & nouẽ vbi ſunt?⌋ quaſi dicat: Patet ad oculum magna ingratitudo eoꝶ ſeu impietas ſacer-
“ dotũ, qui eos taliter ſubuerterũt. ⌊Nõ eſt inuẽtus (de iſtis decẽ) q rediret (ad me) & daret glo
“ riam deo⌋ .i. de ſua miraculoſa curatiõe grãs ageret deo, eiuſq; potẽtiam glorificaret, ſeu me
“ dei filiũ verũq; deũ pro tãto bñficio honoraret, ⌊niſi hic alienigena⌋ .i. natiõe gẽtilis & alie-
nus à deo ac lege. Sicq; & Naamã Syrus curatus à lepra p Heliſæum redijt ad eũ, grãs deuo- 4. Reg. 5
tiſſime agẽs. ¶ Præterea quęrit̃, quõ iſti nouẽ reuerſi nõ ſunt, ſi à Chro nõ ſolũ corpaliter, ſed
& ſpũaliter curati fuerũt? Ad q̊d rñdere quis pt, ꝙ ſimul corpaliter ſpũaliterq; in via ad ſacer
dotes mũdati ſint, ſed poſtq̃ ſacerdotib⁹ ſunt locuti, ab eiſdẽ ſeducti fuerũt, ſicq; ingrati effe
“ cti ſunt, & recidiuauerũt. ⌊Et ait illi Ieſus: Surge⌋ à terra in qua iaces ꝓſtratus, atq; à priſti-
“ na in qua aliqñ iacuiſti conſuetudine inclinatiõeq; mala, ⌊vade⌋ ad loca tibi accõmoda, & de
“ bono in melius ac de via ad pãtriam ſalutis æternæ ⌊qa fides tua te ſaluũ fecit⌋ .i. actu fidei tuæ
“ meruiſti à me ita curari, & ſi nõ cõdigno, ſaltẽ de cõgruo. ⌊Interrogatus aũt à phariſæis,⌋
“ vel ex curioſitate, vel ex deriſione, ⌊qñ venit regnũ dei⌋ .i. quando cœleſtis beatitudo, quam
“ promittis & p̃dicas conferet̃, aut manifeſtabit̃. ⌊Reſpondit: Nõ venit regnũ dei cũ obſerua
“ tione⌋ hoc eſt, cũ certa tẽporis prætaxatione ſeu præcognitione, ita quòd obſeruari non va
let, neq; præſciri quando venturum ſit regnum iſtud. Tunc etenim veniet, cum hominibus
conferetur, quod erit in hora iudicij particularis, quãtum ad ſingulos, ſtolamq́; animæ. In ho-
ra vero iudicij vniuerſalis quantũ ad omnes electos, tunc corpore etiam glorificandos. Cum
ergo vtriuſq; iudicij dies, ſeu hora extet incognita, nec ſine reuelatione queat præſciri, certũ
eſt, quòd regnum præfatum non veniat cum obſeruatione, de quo regno oramus quotidie:

Matth. 6 Adueniat regnum tuum, ideo quilibet dies vitæ huius ordinandus & expendēdus eſt tanquā D
ſit vltimus, vt ſemp ſimus parati ad mortem. Vnde & Apoſtolis de hac re quærentibus Chri-
Acto. ſtus reſpondit: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua pote-
ſtate. Per quæ verba Chriſtus repreſſit digitos omnium de hac re prænoſticare & calculare
præſumentium. Hi quoq; qui tempus aduentus Chriſti ad iudicium determinate prædire-
Abbas Ioachim. re attentarunt, vt abbas Ioachim & alij quidam, erraſſe inuenti ſunt, quoniam tempora ab eis
determinata iam tranſierunt. ⌊Neq; dicent⌋.i. certitudinaliter prædicere non valebunt q-
cunq; ſint illi. ⌊Ecce hic aut ecce illic⌋ hoc eſt, in quo loco appareat Chr̄us ad iudicandū, ſed
tunc primo id innoteſcet, cum ipſe ſeipſm ad iudicandū præſentē oſtēderit. Iſtud quidā expo
nunt de præneſcientia tpis ſcd̄m quod dictū eſt: Alij de præneſciētia loci, quia licet in valle Io
ſaphat dicaſ futurū iudiciū, tñ determinatus locus in quo Chr̄us ſedebit, fertur ignotus. Ali-
qui quoq; per vallem Ioſaphat intelligunt vallem iudicij, non locū illū ad lr̄am, quia Ioſaphat
interpretaſ iudiciū. ¶ Conſequenter ſaluator tangit cauſam cur quæſtio iſta facienda non ſit,
vel cur ſibi credendū extiterit. ⌊Ecce eñ regnū dei intra vos eſt⌋.i. in veſtra poteſtate eſt cō
ſtitutū, vt illud promereri poſſitis, qa ſi feceritis quod in vobis eſt, deus gr̄am tribuet prome-
rendi. Vel, regnū dei intra vos eſt.i. ego Chr̄s rex cœlorū p quē venit ad regnū illud, q regno
in mentibus electorū inter vos ſum, vobiſq; loquor, qui mentiri non valeo, de quo apud Io-
Iohan. 1 hannem ait Baptiſta: Medius aūt veſtrū ſtat quē vos neſcitis. ⌊Et ad diſcipulos ſuos ait: Ve-
niēt dies quando deſideretis (.i. in quibus optabitis) videre vnū diem filij hominis⌋.i. famo-
ſum & præcipuum illum Chriſti diem quo ipſe in cœlo eſt regnaturus, qui eſt dies æternitatis
Pſalm. 83 & gloriæ, de qua prædixit Pſalmiſta: Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſup milia. Alij exponūt E
de die generalis iudicij, qui erit vnus, & deſiderabilis eſt electis, inquantū plenā beatitudinem
conſequenſ in eo. Quidam vero ita exponunt. Deſideretis videre vnum diem filij hominis.i.
Chriſtum quē nunc quotidie cernitis, ſaltem vno die habere corporaliter pro veſtra conſola
tione præſentē. Per hæc verba ſaluator inſinuauit diſcipulos multa paſſuros, & in perſecutio
1. Cor. 12 nibus poſitos, optare debere diem prædictū, quia & Paulus teſtaſ: Supra modū grauati ſumus
Phil. 1 ita vt tæderet nos viuere. Itemq;: Cupio diſſolui & eſſe cū Chriſto. Tale quoq; deſiderium ſæ-
Pſal. 119 Pſal. 41 pe oriſ ex feruēti amore, ſicut ait Pſalmiſta: Heu mihi qa incolatus meus prolongatus eſt &c.
Et: Quemadmodū deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus.
⌊Et non videbitis⌋ diem præfatum ſtatim ad libitum veſtrū, ſed tempore diuinitus præſtitu-
to. Per viſionem autem diei intelligiſ res optata in ipſo videnda. ⌊Et dicent vobis⌋ pſeudo-
prophetę, qui ante ſecundū Chriſti aduentū multos decipient. Ecce hic & ecce illic⌋ hoc eſt
Vnus dicet Chriſtū hic eſſe, ſeu de proximo apparere, alius dicet, q alibi ſit, & adhuc longe di
ſtet eius aduētus. Iſta dixit Chr̄us diſcipulis ſuis in pſona fidelium, qui poſtmodū erāt futuri.
Conſtat eñ q diſcipuli Chriſti qbus hęc dixit, ante horū impletionē trāſlati fuerūt ad patriā.
⌊Nolite credere⌋ talium erroribus, neq; ſectemini eos p vitæ conformitatē. ⌊Nam ſicut ful
gur choruſcās de ſub cœlo⌋.i. à nubibus in qbus generaſ, quę ſunt ſub cœlo ſtellato, & ſub q-
libet ſphæra cœleſti ⌊in ea quæ ſub cœlo ſunt (.i. ſup terram atq; in aere) fulget⌋ clare ac ſen-
ſibiliter ⌊ita erit filius in die ſua⌋.i. tam manifeſtus erit eius aduētus ad iudiciū, die ad hoc di-
uinitus præordinata, ita q nulli de hoc dubiū relinqueſ. Quidam ſępe authoritatē iſtam alle-
gant ad probandū, quod iudiciū illud finale celerrimè fiet ac finieſ, quēadmodū quaſi momen F
tanea eſt emicatio fulguris, p hoc reprobantes errorē Lactantij, aſſerētis q generale iudiciū
Thomas per tpa longa durabit, ſicq; Thomas iſtud interdū allegat. ⌊Primū aūt⌋ hoc eſt, prius quàm
ſecūdus compleaſ aduētus ⌊oportet⌋ neceſſitate cōditionata, & vult eſt pro ghis ſalute hu-
mani, ⌊illū multa pati⌋ videlicet diuerſa genera tormētorū, & plurimos, acerbiſſimoſq; do-
lores in corpore & in anima, in omnibus viribus atq; membris, ⌊& reprobari⌋.i. morti ad-
iudicari, contemni, opprobrijs affici, ⌊à generatione hac⌋ hoc eſt, à phariſęis me nunc deri-
dentibus, cæteriſq; Iudæis. ¶ Conſequēter Chriſtus p duo exempla oſtēdit, qualis erit ſecū-
dus eius aduētus ad iudicandū, vtpòte, celerrimus & incertus quantū ad pręſciētiam tpis, pro
pter quod intimorati vana ſecuritate falleñ & qui ſe modo non pparāt, etiā tūc imparati erūt
Gene. 6 & diſperibunt. ⌊Et ſicut factū eſt in diebus Noe⌋.i. tpe quo vixit, & deo iubēte archam con
ſtruxit, diluuiumq; futurū pdixit, ⌊ita erit & in diebus filij hoīs⌋.i. circa ſcd̄m Chriſti aduen-
tum, in quo ſuam potētiam mirabiliter declarabit, propter quod illud tēpus diciſ ſpecialiter
eſſe ipſius, quū tamē ipſe ſit dñs tpis vniuerſi. ⌊Edebāt & bibebāt (crapuloſe) vxores ducebāt
& dabanſ ad nuptias⌋ propter voluptatē magis q̄ propter prolis procreationē, ⌊vſq; in diē
in quo intrauit Noe in archā⌋ Non eñ crediderūt pdicatiōibus & cōminatōibus eius, ſed lu-
Gene. 7 dis, vanitatibus & carnalitatibus intēdebāt, ⌊& venit diluuiū⌋ ſicut in Geneſi legiſ: Anno ſe
xcenteſimo vitæ Noe, mēſe ſecundo, ſeptimo die mēſis venit diluuiū, apertiq; ſunt oēs fontes
abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertę ſunt & multiplicatæ ſunt aquę, & facta eſt pluuia ſup
terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & eleuauerūt aquę archam in ſublime.

Quindecim

A Quindecim cubitis altior fuit aqua montibus excelſis, obtinuerūtq; aquæ diluuij terram cen-
tum quinquaginta diebus,& requieuit archa ſup montes Armeniæ,⌞& tulit omnes⌟.i.vni-
uerſos q extra archā erāt,ſubmerſit. Octo quippe hoīes fuerūt in archa, videlicet, Noe cū cō-
iuge ſua, & tres filij ſui cū eoꝝ vxoribus. Propter q̃d Petrus ait: In archa paucæ.i.octo animę 1. Petr. 3
ſaluæ factæ ſunt ꝑ aquā. Illud em̄ fuit vniuerſale diluuiū. Cōformiter inundatio vitioꝝ, vt hæ
reſum ac ſchiſmatū eos q in eccleſiaſtica nō permanēt vnitate & charitate, operit, ꝑdit, con-
demnat. ⌞Similiter ſicut factū eſt in diebus Loth⌟ fiet circa ſecūdum aduentū filij hominis.
⌞Edebāt & bibebāt, emebāt & vendebāt, plantabāt & ædificabāt⌟.i. terrenis & carnalibus
rebus immoderāter cū falſa ſecuritate vacabāt, abſq; vllo timore peccātes, & quaſi diu victu-
ri cōiugia ędificiaq; agētes ⌞qua die aūt exijt Loth à Sodomis(.i.à ciuitate Sodomoꝝ)pluit⌟
deus ⌞ignē & ſulphur de cœlo(aereo, vnde & aues cœli dicunt)& oēs ꝑdidit⌟.i.habitato
res Sodomæ & Gomorrhæ & Adamæ & Seboim ignis & ſulphur peremit, prout in Geneſi Gene. 19
legit. ⌞Secundū hoc erit(.i.ſimili modo fiet)qua die filius hoīs reuelab[itur]⌟.i.in iudicio oībus
viſibiliter oſtendet, q̃a vſq; ad diem illū aut circiter aliq vitijs indurati in ſecura ſtultitia erūt
vtpote Antichriſto occiſo. Sed his obuiare videt cōmune dictū catholicoꝝ doctoꝝ dicentiū
ꝙ Antichriſto occiſo, eiuſq; fraudibus patefactis, oēs conuertent ad Chr̄m, & ei deuotiſſime
obſequent. Et reſpondendū, ꝙ nō ſimpliciter oēs ſic cōuertent, imò quidā duriſſimi in ſuis
impietatibus impęnitētes manebūt, dicētes, q̃uis princeps noſter.ſ. Antichr̄s occiſus ſit, nos
tn̄ pacē habemus, de q̃bus ſcribit Ap̄lus: Quom dixerint: Pax & ſecuritas, tunc repentinus eis 1. Theſ. 5
B ſuperueniet interitus. ⌞In illa hora⌟.ſ. tempore illo parum ante iudicium, non in ipſa iudicij
hora in qua omnes domus erunt diſtinctæ, ⌞qui fuerit in tecto, & vaſa eius (fuerint) in domo
ne deſcendat tollere illa⌟ hoc eſt, tantum erit periculum, horror, & acceleratio illius iudicij,
quòd tunc non vacabit, neq; expediet alicui circa temporalia occupari, quæ tunc penitus au
ferentur ab eo, & ipſum protinus oportebit ad tribunal Chriſti deduci. Vnde tunc curandū
non erit de minimis, cum inſtabit maxima & incomparabilis illa cauſa diſcriminis infiniti.
⌞Et qui in agro fuerit, ſimiliter nō redeat retro⌟ Hoc eſt, ad ſua terrena per amorem ſeu cor
poralem motum reuerti non curet, quum tūc omnia relinqui oporteat, ſed ſolum prouideat
ſibi quomodo iudici metuendo præſentetur ſaluandus. ⌞Memores eſtote vxoris Loth⌟ Id
eſt, penſando quid fœminæ illi acciderit, præcauete inordinatā ad temporalia affectionem,
ne ſimul cum illa tangat vos plaga dei. Nam ſicut illa contra præceptum dei retroſpiciendo Gene. 19
conuerſa eſt ſubito in ſtatuam ſalis, ſic qui immoderanter ad carnalia & terrena ſe vertūt, pe- Supra ca. 9
ribunt. Vnde alibi aſſerit Chriſtus: Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens re-
tro, aptus eſt regno dei. ⌞Quicunq; quæſierit animam ſuam ſaluam facere⌟ Hoc eſt, in præ-
ſenti vita voluerit eam à perſecutiōibus & aduerſis corporali ve nece eripere, malens Chri-
ſtum negare, ſeu æquitatem relinquere, quàm ſeipſum morti perſecutionibuſq; exponere,
⌞perdet illam⌟ hoc eſt, ſuo demerito & carnali timore ad æternam damnationem perducet
Poteſt & ita exponi: Quicunq; quæſierit animam ſuam ſaluam facere, æternaliter in futuro
perdet eam, hoc eſt, libenter ſuſtinebit aduerſa, & ſi opus fuerit etiam mortem pro Chriſto.
⌞Et qui perdiderit illam⌟ hoc eſt, vitam ſuam morti & tribulationibus expoſuerit propter
deū atq; iuſtitiam, ⌞viuificabit illam⌟ hoc eſt, vitam gloriæ ſibi acquiret merito fortitudinis
& conſtantiæ ſuæ. Vnde in Matthæo ait Chriſtus: Qui perdiderit animam ſuam propter Matt. 10
C me, inueniet eam. His conſonat quod in Iohanne dominus loquitur: Qui odit animam ſuam Iohan. 12.
in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. ⌞Dico vobis: In illa nocte erunt duo in le-
cto vno, vnus aſſumetur, & alter relinquetur⌟ hoc ē, hora iudicij etiam qui nūc proxime ſibi
inuicem copulantur, ab inuicem diuidentur, ita ꝙ vnus erit electus, & propter ſuas virtutes
aſſumetur ad numerum electorum, occurretq; Chriſto in aera, ſicut ait in taliū perſona Apo-
ſtolus: Nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chri 1. Theſſ. 4
ſto in aera. Alius reprobus erit, & ob ſua demerita relinquetur inter damnandos in terra cum
corpore graui. ¶ Spiritualius autem loquendo per lectum, quies ſeu ſtatus contemplationis
accipitur. Sicq; per duos iſtos deſignati ſunt qui in ſtatu contemplatiuorum ſunt poſiti, quo-
rum multi tunc frigidi erunt, ſicut & nunc ſunt, quia in omni ſtatu ſunt boni & mali, atque in
omni conditione & gradu optimis admixti ſunt peſſimi, vt aſſerit Auguſtinus. Et Grego- Auguſtinus
rio aſſerente, vbique Cain adiungitur Abel ad exercitationem. Tales ergo iniqui tunc relin- Gregorius
quentur. Nullus ergo præſumat aut ſtultam ſibi ſecuritatem promittat, imò beatus homo Prouer. 28
qui ſemper eſt pauidus, & ſecundum Auguſtinū, tunc erunt ſecuri, qui modo non ſunt ſecu- Auguſtinus
ri. ⌞Duæ erunt molentes in vnum(hoc eſt, pariter ſeu vna in mola)vna aſſumet, & altera re-
linquetur.⌟ Poteſt hoc literaliter accipi de mulieribus tunc circa temporalia occupandis,
quarum vna tanquàm bona erit ſaluanda, altera tanq̃ iniqua damnāda. Spiritualius vero per
mulieres molentes ſignantur perſonæ in vita actiua conſiſtentes, quæ temporalis ſolicitudi-
nis pondere velut quadam mola grauant, quaꝝ quædam tunc ſaluabuntur, aliæ damnabunt.

⌞Duo

⌊Duo erunt in agro, vnus aſſumetur, alter relinquetur.⌋ Per agrum deſignat eccleſia, in qua D
creſcunt lilia & violæ virginum, roſæ martyrum, lilia confeſſoꝝ, & vniuerſaꝝ fructus virtu
tum. Itaq; per duos exiſtentes in agro exprimuntur prælati & prædicatores, qui præſunt ec-
cleſiaſticis gregibus Chriſti, quorum quidam paſtorale officium debite implent, & quæ do
1. Tim. 5 cent operibus exequuntur, ideo ad beatitudinem aſſumentur. De quibus apud Timotheum
ſcribit Apoſtolus: Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè
qui laborant in verbo & doctrina. Alij negligenter & ſcandaloſe ſe habent, & quod ver-
Sapiæ. 6 bis docent, opere deſtruunt, ideo relinquentur. De quibus in libro Sapientiæ habetur: Iudi-
cium duriſſimũ in his qui præſunt, fiet. Tales quippe agrum eis commiſſum, hoc eſt, corda
ſubditorum ſuorum à ſpinis & tribulis, hoc eſt, paſſionibus & peccatis non purgant, virtu-
tũ ſeminibus non fœcundant, ſed incultum relinquunt, indecoꝝ & aridum, iuxta illud Pro-
Prouer. 24 uerbioꝝ: Per agrũ hominis pigri tranſiui, & per vineã viri ſtulti, & ecce totum repleuerant
vrtice, operuerant ſup faciem eius ſpinæ. ⌊Reſpondentes (diſcipuli) dicũt illi:⌋ Quomodo
dicũtur diſcipuli reſpondiſſe, cum interrogati non fuerint, & verba eorum ſequentia non ad
quæſtionem aliquam reſponſiua ſed interrogatoria ſunt? Ad quod dicendum, quòd multo-
ties in ſcripturis reſpondere ſumit pro correſpondenter ſeu apte proportionateq; loqui ad
verba ſeu facta alterius, ſicq; nunc ſumit. ⌊Vbi dñe⌋ .i. quo vnus aſſumetur, & alius relinquet.
⌊Qui dicit illis:⌋ ad vnum iſtorum dando reſponſum, ex quo patet alterius quoque ſolutio.
⌊Vbicunq; fuerit corpus⌋ hoc eſt, Chriſtus homo vere corporeus, qui in forma humanita
tis glorificata iudicabit ⌊illic congregabuntur & aquilæ⌋ .i. ſancti qui ſuperna ſunt cõtem-
plati, & per deſideria ſancta ad cœleſtia in terris poſiti volauerũt. Membra nãq; & ſerui ſuo
Iohan. 17 capiti ac dño cõiungẽtur. Hinc in Iohãne ait: Pr̃ quos dediſti mihi volo, vt vbi ſum ego & illi E
Iohan. 14 ſint mecũ, vt videãt claritatem meam. Et iterum ait Apoſtolis, omĩbuſq; electis. Vado para-
re vobis locũ, & iteꝝ veniam & aſſumã vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. ¶ Deniq;
de præfatis aquilis qui ſoli iuſtitiæ ſoliq; ſapiæ viſum mentis ſuæ per contemplationem infi-
Esa. 40. gunt in Eſaia legit: Qui ſperauit in dño, mutabũt fortitudinem, aſſumẽt pẽnas vt aquilæ, vo
labũt & nõ deficiẽt. Tales quoq; inſtar aquilaꝝ ſpiritualiter renouant, proficiẽdo in eſſe gra-
Ephe. 4 tiæ ac virtutum, per quod vitioꝝ abijciũt vetuſtatem, prout ad Epheſios monet Apoſtolus:
Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouũ hominem. Sic renouat qui pro ſpirituali
Psal. 102 bus bonis orãs diuinitus exaudit. Propter quod dixit Pſalmiſta de deo loquens animæ. Qui
replet in bonis deſiderium tuũ, renouabit vt aquilæ iuuentus tua. Iteꝝ: Sicut volatus aquilæ
in cœlo incertus celerrimuſq; conſiſtit, ſic interna ſanctoꝝ vita carnalibus eſt ignota, vehe-
1. Cor. 2 menterq; properat ad ſuperna. Carnalis enim homo, non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei ſe-
cundum Apoſtolum: Et tanto plus ad patriam feſtinamus, quanto ardentius deum diligi-
Prouer. 30 mus. In Prouerbijs quoq; Salomon loquit: Tria ſunt difficilia mihi, & quartũ penitus igno-
ro. Viam aquilæ in cœlo, viam colubri ſuper petram, viam nauis in medio maris, & viam vi-
ri in adoleſcentia ſua. ¶ Inſuper ſicut aquila in arduis ſibi nidificat, pulloſq; ſuos prouocat ad
volandum, ſic contemplatiui in altiſſimis ſibi locum & quietem præeligunt, vtpote in ſuper-
nis, & ad actus contemplatiuos prouocant alios.

ELVCIDATIO CAPITVLI DECIMIOCTAVI.

Dicebat autem &c. Arti. XLI.

QVIA oratio eſt efficaciſſimũ medium euadendi omne periculũ, & F
impetrandi omne bonũ, ideo Chriſtus in iſto caplo de ea ptractat,
& qualis eſſe debeat, pandit, videlicet cõtinua ſeu inſtãs & frequens
ac humilis. Ad quod apertiſſime declarandũ, inducit quaſdã vt pa-
tebit parabolas. ⌊Dixit aũt & parabolam ad illos⌋ .ſ. ad diſcipulos
ſuos, vt in eoꝝ pſona ad vniuerſos fideles, ⌊qm̃ oportet ſemp ora-
re, & nõ deficere⌋ ab oratione. Quod ait, ſemper, nõ denotat om̃i-
modam temporis cõtinuationẽ, ſed omnẽ horã optimã & debitam
1. Theſſ. 5 ſeu congruã ad orandũ. Sic & Apoſtolus ait: Sine intermiſſiõe orate
Acto. 10 Et in Actibus legit: Cornelius centurio vir religioſus & deprecans
1. Cor. 10 deũ ſemp. ¶ Deniq; æquiualenter ſemp orat, q ſemp aliqd boni agit, ſeu facit, in dei gloriam
propriamq; refert ſalutẽ, imò hoc modo nõ ſolũ religioſa vigilia & abſtinentia, imò ſomnus
atq; refectio meritorie eſſe poſſunt. Orationãq; ſcd̃m Damaſcenũ eſt petitio decentiũ à deo
Petit aũt aliqd nõ verbis dũtaxat, ſed & ſignis ac geſtis. Deinceps Chr̃us inducit parabolã de
vidua quæ ſua importunitate impetrauit à iudice crudeli q̃d petijt. Per locũ à fortiori, acqui
Eccl. 18 remus à Chr̃o iudice clementiſſimo quę inſtãter precamur, ſi implemus illud Eccleſiaſticis
Non impediaris ſemp orare, & ante orationem prępara animã tuã, & noli eſſe ſicut homo q
tentat deũ. ⌊Iudex qdam erat in ciuitate quadã qui deũ nõ timebat, & hoĩes nõ reuerebat.⌋
Ideo indignus fuit authoritate, officio, & nomine iudicis. Iudex enim dicitur quaſi ius di-

cens, q

A cens,qui ex om̃i parte debet eſſe iuſtitia decoratus,& timoratus,ne deum cuius ipſe miniſter
eſt in quocũq; offendat. Hinc iuxta philoſophum,iudex debet eſſe quaſi vna viua lex,& ani-
mata iuſtitia. Sed heu multi modo ſunt iudices huic cõſimiles, qui cupiditate cæcãtur,& mu
nera diligũt,affectionem quoq; magis quàm rationem ſequũtur, diuinum nõ formidãtes iu-
dicium,quibus dicit Sapiẽs: Audite & diſcite iudices terræ,qm̃ data eſt vobis à domino po- Sapię.6
teſtas,qui interrogabit opera veſtra,& cogitationes veſtras ſcrutabitur, quoniam cum eſſe-
" tis miniſtri illius,non recte iudicaſtis,neq; cuſtodiſtis legem iuſtitiæ. Cito & horrende appa
rebit vobis. ⌊Vidua autem quædam erat in ciuitate illa.⌋ Ideo exemplum ponit de vidua,
quia eſt perſona magis miſerabilis,quum deſtituta ſit viri ſolatio, propter quod crudelius eſt
ei nõ ſubuenire. Vnde per Eſaiam dñs loquitur: Defendite viduam. Itemq́; de iniquis prin- Eſa.1
" cipibus proteſtatur ibidem. Cauſa viduæ nõ ingreditur ad eos, ⌊& veniebat ad eum dicẽs⌋
" ſuppliciter: ⌊Vindica me(ſecũdum proceſſum iuris)de aduerſario meo⌋ mihi iniuriãte. Hoc
ex zelo iuſtitiæ licitum eſt poſtulare,idq́; peragere ad iudicem ſpectat,ſecũdum illud ad Ro-
manos: Miniſter dei eſt vindex in iram ei qui malum agit. Potiſſimũ vero ad iudicem ſpectat Roma.13
perſonis miſerabilibus recto ſubuenire iudicio, vtpote oppreſſis, viduis, pupillis, orphanis,
deſolatis,egenis,infirmis, & peregrinis. Talibus quippe deus præcipuè miſeretur, ſecũdum
quod in Deut. ſcribit: Deus magnus atq; terribilis facit iudiciũ pupillo & viduę amatq́; pere- Deut.10
" grinũ, ⌊& nolebat ꝑ multũ tp̃s⌋ in quo eius duritia & iniuſtitia patẽt cui cõformes ſunt,q cau
ſas ꝓlongãt dilatiõibus fruſtratorĳs,trahẽtes iniquitatem in funiculis vanitatis. Quo contra
" ſanctus Iob de ſeipſo fatet: Oculos viduæ ex[illegible]are nõ feci. ⌊Poſt hæc autem dixit intra ſe⌋ Eſa.5 Iob 31
B Nõ extra ne ſua iniquitas innoteſceret alĳs, & vt ex iuſtitia agere crederet, quæ acturus fuit
" ex tædio ſuſtinendi moleſtiam deprecãtis. ⌊Et ſi deum nõ timeo,nec hoĩem reuereor⌋ ita
" quòd nec propter deum,nec propter hoĩes iuſtitiã ſeruo, ⌊tamẽ quia moleſta eſt mihi hæc
" vidua,vindicabo illam⌋ Dictus em̃ fuit nõ pietate,ſed precum viduæ importunitate. Impro
" bus etem̃ labor om̃ia vincit ⌊ne in nouiſſimo(hoc eſt,ad vltimũ,ad me)veniẽs ſuggillet me⌋
hoc eſt,importunis ſuis clamoribus ſtrãgulet aut ſuffocet. ¶Deniq; ſimilitudo ſecũdum ſe ẽ
cauſa amoris,ideo ſimile ſuo ſimili ſe cõiungit atq; applaudit,interiores quoq; habitus animę
eam ad actus ſuos inclinãt. Hinc impĳ iudices,q a impietatẽ nõ odiũt,eam ſyncera intẽtione
nõ vlciſcũtur. Et ſi vlciſcũtur,hoc ex crudelitate aut cupiditate ſeu ſimili inordinato affectu,
potius q̃ ex æquitatis zelo efficiũt. Iuſti vero iudices quo fuerint iuſtiores, eo plus iniuſtitias
" deteſtãtur & perſequũtur. ⌊Ait aũt dñs(Ieſus Chriſtus exhortãdo, vt ſubdit) Audite⌋ .i. ſa-
" piẽter attẽdite ⌊quid iudex iniqtatis dicit⌋ .i. præfata iam verba iudicis huius iniuſti dicen-
tis,quia moleſta eſt mihi &c. Et ex hoc Chriſtus cõcludit intẽtum, videlicet, quòd multo ma
" gis deus iuſtiſſimꝰ ſuos exaudiet. ⌊Deus ãt nõ faciet(.i. imò vtiq; faciet) vindictã electoꝝ ſuo
" rum clamãtium ad ſe die ac nocte⌋ pro iuſta vltione. Deus em̃ per Moſen & Paulum hortat Deute.32
" Mihi vindictam,& ego retribuam. Nullum etem̃ malum impunitũ relinquit, ⌊& patiẽtiam Roma.12
" habebit in illis?⌋ .i. nõ ſuſtinebit electoꝝ ſuoꝝ iniuriã. ¶Circa hæc occurrũt dubia tria. Pri- Heb.10
mum, quomodo per iudicem iſtum iniquũ deus iuſtus valeat deſignari. Sc̃dm, quomodo ele
C ctis dei liceat pro vindicta clamare ad deum, quum alibi iubeat Chriſtus: Orate pro perſequẽ Matt.5
ribus & calumniãtibus vobis. Tertiũ, quomodo deus non differat neq; ſuſtineat iniuriam ele
ctorum,quum frequẽter cernamus ꝑſecutores iuſtoꝝ vſq; ad vltimã viuere ætatem ſane ac
proſpere. Ad primũ dicendũ,ꝙ in iſta parabola non ſit comparatio perſonæ ad perſonam,
ſed negotĳ ad negotium,non tam ſecũdum ſimilitudinem quàm ſecũdum exceſſum,vt præ-
inducta declarant. Ad ſecundũ dicendũ,ꝙ iuſti ſemper ſpiritualiter diligũt aduerſarios ſuos
in vita præſenti,nec ex odio orãt pro punitione illoꝝ,ſed potius ex ſpirituali amore, inquã-
tum expedit pro ſalute illoꝝ vt in vita hac corrigãtur,ne grauius aut diutius peccẽt,nec com
muni noceãt bono,vel vt per hoc miſericordiam cõſequãtur, aut in futuro mitius torqueant.
Hinc pœnæ vitæ præſentis medicinales dicuntur. Rurſus iuſti ſic orant ſæpe zelo iuſtitiæ,&
conformando ſe diuinæ iuſtitiæ. Ad tertium reſpondetur, quòd deus dicitur ſtatim vlciſci,
Vel quia interiori vindicta mox vindicat,gratiam ſubtrahendo aut peccantem durius relin-
quendo ac indurando, quemadmodum ait in Pſalmo: Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis Pſalm̃.80
eorum,ibunt in adinuentionibus ſuis,quæ eſt vtiq; metuendiſſima atq; grauiſſima dei vindi-
cta. Aut quoniam tempore præordinato,mox vindicat,iuxta quod in Deuteronomio teſta- Deute.32
tur: Mea eſt vltio & ego retribuam eis in tempore. Hinc rurſus dicitur: Dominus deus tuus, Deuter.7
ipſe eſt deus fortis, reddens odientibus ſe ſtatim, ita vt diſperdat eos, & vltra non differat.
" Protinus eis reſtituens quod merentur. Ideo Chriſtus ait: ⌊Dico vobis, quia cito faciet vin-
" dictam illorum.⌋ Quia & vita hæc breuis eſt, & poſt eam grauiſſima eſt vltio Dei, iuxta il-
" lud Eccleſiaſtici: Vindicta impĳ ignis & vermis. ⌊Veruntamen filius hominis veniens, pu-
" tas inueniet fidem in terra?⌋ Tanquàm dicat: Quãuis deus ſic zelet pro ſuis electis, attamen Eccle.10
Chriſtus veniens ad iudicium ſeu ad faciẽdam electoꝝ vindictã, paucos comparatiue loquẽ-

do inue

do inueniet vere fideles in terra, qui fide formata & fidelitate iuſtitiæ ſint fideles. Multi eñ D
Matt.22 vocati, pauci vero electi. Ideo per Micheam ſcribit: Perijt ſanctus de terra, & rectus in homi
Michę.7 nibus nõ eſt. Et Paulus fatet: Oẽs quę ſua ſunt quęrũt, nõ quę Ieſu Chr̃i. ¶ Inſup cũ humili-
Phil.2 tas ſit ſecuriſſimũ fundamentũ virtutũ, reddens orõnẽ deo valde acceptã, iuxta illud Eccleſia-
Eccle.35. ſtici: Oratio humiliãtis ſe nubes penetrabit, idcirco Chr̃s cõſequẽter ad humilitatẽ ſuos infor
mat exemplo. ⌊ Dixit aũt ad qſdã qui in ſe ⌋ .i. proprijs meritis potius q̃ in pietate & gr̃a dei
⌊ cõſidebãt tanq̃ iuſti ⌋ .i. quaſi vere eſſent iuſti & virtuoſi, quũ fuerint vani ſpũaliter'q; ſupbi,
& illi fuerũt phariſæi, qs modo ſequunt qui in ſeipſis inaniter gloriant, & de meritis ſuis p̃ſu-
munt, ſeu bona quę agũt proprijs viribus a laboribus magis q̃ gr̃æ dei adſcribũt, de qbus ait
Roma.10 Ap̃lus: Ignorãtes dei iuſtitiã, & ſuã quærẽtes ſtatuere, iuſtitiæ dei nõ ſunt ſubiecti. Contra qs
itez vociferat: Quid habes qd nõ accepiſti? Si aũt accepiſti, qd gloriaris quaſi nõ acceperis?
1.Cor.4 ⌊ & aſpernabant cæteros ⌋ tanq̃ iniuſtos & viles, quũ tñ ipſi ſola ſua ſupbia alijs eſſent viliores
quoniã ſola ſupbia deſtruit oĩa ſi comitet. ¶ Deniq; ipſa eoz aſpnatio oñdit q̃ vere iuſti nõ
Gregorius erãt, dicente Gregorio: Vera iuſtitia habet compaſſionem, falſa dedignationẽ. Non etiã attẽ
Eſa.5 debant illud Eſaiæ: Væ qui ſpernis, nõne & ipſe ſperneris? Cum fatigatus deſieris cõtemnere
contemneris. Huiuſmodi modo ſunt qui ſtulta ſingularitate lætant, nec in vero ſpũalis vitæ
fundamento ſe figunt, ſed religioſiores cupiunt apparere, & quum prorſus carnales ſint, ſpi-
rituales ſe arbitrant. De quibus Iudas Apoſtolus in ſua fatur canonica: Hi ſunt qui ſegregant
ſemetip̃os, animales, ſpiritũ nõ habentes: ⌊ Duo homines aſcẽdebãt in templum vt orarent ⌋
Ideo eñ eccleſiã intrare debemus, vt oremus, & cætera quæ ibi agenda ſunt diuina agamus. E
Idcirco væ illis qui templũ ingrediunt ad fabulandũ, ad inſpiciendũ mulieres, ad videndũ &
complacendũ hoĩbus ⌊ vnus phariſæus ⌋ Phariſæi erãt religioſi Iudæoz, ſicut nũc monachi
Chriſtianoz, erãt'q; phariſæi ab alijs in habitu, in obſeruãtijs multis, cultu'q; religionis diſtin
cti, p̃pter qd dicebant phariſęi .i. diuiſi, erat'q; ſecta eoz inter Iudæos celebris & famoſa. Vñ
in Actibus Paulus fatetur: Secundum certiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi phariſæus:
Acto.26 ⌊ & alter publicanus. ⌋ Publicani nominabant qui publicis occupabant negotijs, vectigalia
exigendo, ſeu conducendo, aut ſeculi huius lucra ſectando. Et quia talia raro fiunt abſq; p̃ctõ
publicani reputabant publici p̃ctõres. ⌊ Phariſæus ſtans ⌋ Quum tñ magis debuiſſet ſe in ter
ram proſternere ſeu genua flectere ad reuerentiam maieſtatis diuinæ, ſed ſtetit vt ab alijs vi-
Matt.6 deretur, ſicut & alibi ait de talibus Chriſtus: Amãt in ſynagogis & angulis plateaz ſtãtes ora-
Oratio quid. re, ⌊ hæc apud ſe orabat: ⌋ ſimulatoriè magis q̃ verè. Oratio eñ eſt deuota eleuatio mentis ad
Gregorius deum cum impetrãdi affectu, atq; vt ait Gregorius: Orare eſt in cõpunctione amaros gemi-
tus ex corde nõ compoſita verba ſonare. ⌊ Deus, gr̃as ago tibi, quia nõ ſum ſicut cæteri ho-
minum (vtpote) raptores, iniuſti, adulteri. ⌋ ¶ Mirum alicui poteſt videri, cur, vnde & quo-
modo iſte phariſæus fuit ſuperbus, qui bona ſua deo adſcripſit tanq̃ datori & ei gr̃as egit. Sed
multiplici laborauit ſuperbia. Primo, quia & ſi oẽ bonum cognouit eſſe à deo, bona tñ ſua
ſibi à deo præſtita æſtimauit nõ ſolum ex diuina clementia, ſed etiã pro ſua induſtria ſiue iu-
ſtitia. Secundo, quia & verbis gr̃as egit, tñ mente ad ſeip̃m reflectebat, videri cupiens & lau-
dari, imò & de ſua gr̃az actione vanitatem concepit. Tertio, qa de bonis ſuis ſuper alios inſi
pienter ſe extulit. Quarto, qm̃ alios temere iudicauit & ſpreuit, ſpecialiter publicanum cuius
Gregorius interiora nõ vidit. ¶ Porrò vt ait Gregorius quatuor ſunt ſpecies ſuperbię. Prima, dum bonũ
quod quis habet à ſeip̃o habere ſe putat. Secũda, quãdo & ſi ſibi deſuper datum credit, tamẽ F
pro ſuis meritis ſibi datum exiſtimat. Tertia, quãdo quod nõ habet habere ſe iactat. Quarta,
dum deſpectus cęteris ſinngulariter cupit videri habere quod habet. ¶ Præterea cũ in Prouer
Prouer.18 bijs Salomon dicat: Iuſtus in principio accuſator eſt ſui, phariſęus iſte inordinate exorſus eſt
à propria laude. Rectus ergo ordo orãdi eſt, primo ſeip̃m humiliter accuſare, deinde deum
ſuppliciter exorare, atq; ĩ fine gr̃as agere, ſicut ſacerdos in miſſa p̃mittit cõfiteor, poſtea orat,
& poſtremo in gr̃az actione cõſummat officiũ ⌊ velut etiã hic publicanus ⌋ Deſpectiue hoc
1.Cor.2 ait & temerarie iudicat: Quis eñ ſcit qd agat in homine niſi ſp̃us hoĩs? Ideo dicit Apoſtolus:
Roma.14 Tu quis es q iudicas alienum ſeruum? Suo dño ſtat aut cadit. Vnde abſolute & certitudinali-
ter iudicare aliquem eſſe in peccato mortali nõ poſſumus, niſi videamus aut certe noſcamus
eum eſſe in actu peccati mortalis, ſeu debiti actus omiſſione. Nõ igit faciliter iudicemus, nec
alios cõtemnamus, præſertim qa & ſi agnoſceremus quales iam ſint, ignoramus tñ quales fu-
turi ſint, aut in præſcia dei exiſtãt. Ideo formidoloſe putare habemus quod forte nos ſimus p̃-
Malach.2 ſciti & ipſi prædeſtinati. Hinc in Malachia habetur: Nunquid nõ pater vnus oĩm noſtrum?
Mala.6 Nunquid nõ deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſq; noſtrum fr̃em ſuum, vio
lans pactum p̃rm nõſtroz. Propterea ſapientiſſime monet Apoſtolus: Fr̃es & ſi præoccupa
tus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpũales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpũ lenitatis, cõ
ſiderãs teip̃m, ne & tu tẽteris. ⌊ Ieiuno bis in ſabbato ⌋ .i. in hebdomada quæ apud Iudæos ſic
vocabatur à ſabbato tanquã à celebriori. Tale eſt ieiunium ieiunãtium ventre à cibis, non
mente

A mente à vitijs,contra quos dñs per Eſaiam affirmat:Nunquid tale eſt ieiuniũ q̃d elegi?⌞de-
cimas do omniũ quæ poſſideo,⌟ q̃d magnũ nõ eſt,quũ omnia quæ habemus à deo ſumpſeri- Eſa.58
mus,propter q̃d Dauid rex deuotiſſime confitet:Quis ego & quis populus tuus dñe deus,vt
poſſimus tibi iſta promittere?Tua eñ ſunt oĩa,& quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. 1.para.29
⌞Et publicanus à longe ſtans⌟.ſ.in poſteriori parte tẽpli,reputans ſe indignũ appropinqua
re ſacratioribus locis,vt choro atq; altari.Per quod multoꝝ etiã nunc clericoꝝ ac ſacerdo-
tum impudentiſſima reprobatur præſumptio,qui quũ vitijs animæ & corporis pleni ſint,ſa-
cra loca ingredi nõ verent,pollutiſq; labijs pſallere deo,aut etiã celebrare,⌞nolebat nec ocu
los(corporales)ad cœlũ leuare,⌟ præ vitioꝝ & priſtinæ turpitudinis ſuæ pudore,erubeſcẽs
corã diuinæ ſanctitatis p̃ſentia apparere,& q̃ſi deũ nõ audẽs aſpicere habitantẽ in cœlis.Inte
riores tñ oculos raptim erexit ad deũ cœli.Sic & Eſdras populi ſui pctã deteſtãs ait:Deus me
us cõfundor & erubeſco leuare faciẽ meã ad te,qm̃ iniquitates nr̃æ multiplicatæ ſunt ſup ca- Eſd.9
put noſtrũ,& delicta noſtra creuerũt vſq; ad cœlũ,⌞ſed pcutiebat pectus ſuũ,⌟ præ cõtritio
nis dolore,& reprehendẽs cor ſuũ ꝙ tantoꝝ flagitioꝝ origo,cauſaq; fuit.Pectoris eñ pcuſ-
ſio eſt interioris prauitatis redargutio doloroſa⌞dicẽs:Deus ꝓpicius eſto mihi pctõri⌟Ora
tio breuis verbo,ſed magna virtute,modica q̃titate,ſed plena ſnia,q̃ de fonte pectoris Chri-
ſti proceſſit.Hæc nãq; eſt parabola nõ res geſta,quãuis frequẽter tale quid accidere quiuerit.
Vnde Chrũs aſſerit ſic publicanũ oraſſe,vt doceat nos ita orare.Frequenter ergo hæc verba
B corde humilimo ac feruẽti dicamus.Deinde ad noſtrã informationẽ ponif iudicis ſupni, vi-
delicet Chr̃i ſentẽtia.⌞Amẽ(.i.vere)dico vobis,deſcẽdit hic(publicanus)iuſtificatus⌟.i.de
iniuſto iuſtus effectus à deo p ſuã verã ac humilẽ pœnitẽtiã iuxta illud Ezechielis:Si impius
egerit pœnitentiã,omniũ iniquitatũ eius nõ recordabor amplius,⌞in domũ ſuã ab illo⌟.i.p̃ Ezech.18
phariſæo,q ſicut pctõr aduenit,ſic pctõr reuerſus eſt,imò maior pctõr q̃ ante,qa in templo
multa incidit pctã,vt patuit.⌞Quia oĩs q ſe exaltat,⌟ p ſupbiã.i.magnũ & p̃claꝝ vane ſe re-
putat,laudẽ cupit humanã,ad p̃lationẽ,honores,excellentiã ſuꝑpſius aſpirat,⌞humiliabif⌟
.i.à deo iudice deprimef,reprobabif,atq; in tartaꝝ deijcief poſt vitã p̃ſentẽ,niſi ſe interim p
pœnitentiã verã ſponte humiliet,⌞& q ſe humiliat,⌟ modo p peccatoꝝ ſuoꝝ confeſſionem
propriȩ imperfectionis,defectuoſitatis & fragilitatis recognitionẽ,per ſuꝑpſius ſub diuinæ
maieſtatis altitudine cordialẽ ac intimã inclinationẽ,depreſſionẽ,obedientialemq; ſubiecti-
onẽ,⌞exaltabif⌟ in p̃ſenti p gratiæ ſublimiꝝ incremẽta,& in futuro p dona gloriæ altiora,iu
xta illud Iob:Qui humiliatus fuerit,erit in gloria.Hinc in prouerbijs habef:Humilẽ ſpũ ſuſci Iob.22
piet gloria.Itẽq;:Superbũ ſequef humilitas.Quod conſonat Chriſto dicenti:Qui ſe exaltat Prou.29
humiliabif.Quemadmodũ eñ in materiali ſtatera vna parte depreſſa altera eleuatur,& ecõ
uerſo:ſic in diuinæ ſtatera iuſtitiæ eſt decretũ,vt qui in vita hac per ſuperbiam eleuantur,in
futura per pœnam confuſibilem deprimantur,& vice verſa.Hinc Petrus Apoſtolus hortaf: 1.Pet.5
Humiliamini ſub potenti manu dei,vt vos exaltet in tempore viſitationis.Et in Eccleſiaſti- Eccl.3
co edocetur:Quanto magnus es,humilia te in omnibus,& coram deo inuenies gratiã,quo-
niam ab humilibus honoratur.Quemadmodum enim aquarum fluenta ad vallium decurrũt
ꝓfunda,& quo vallis eſt decliuior,eo plus aquæ congregantur in ea,ſic diuinaꝝ chariſmata
C gratiarum ad corda deſcendunt humilium, qui quanto hũiliores extiterint,eo copioſioris
ſunt gratiæ ſuſceptiui.Propter quod ait ſcriptura:Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem 1.Pet.5
dat gratiam.Sic & philoſophi morales teſtati ſunt,quòd honor ſequitur fugientem.Væ igi- Iaco.4
tur ambitioſis & vanis hominibus,quia illius ſunt ſerui,de quo in Iob conſcriptum eſt: Ipſe
eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.Hinc Leo papa teſtatur:Tota Chriſtianæ ſapientiæ Iob.41
diſciplina non in abundantia verbi,non in aſtutia diſputandi,neque in appetitu laudis & glo Leo papa
riæ,ſed in vera & voluntaria humilitate conſiſtit;quam dominus Ieſus ab vtero matris vſ-
que ad ſupplicium crucis pro omni fortitudine & elegit & docuit.⌞Afferebant autem ad il-
lum & infantes,⌟ hoc eſt,parentes ſeu alij infantulos adduxerunt ad Ieſum,⌞vt eos tange-
ret.⌟ Ex miraculis enim Chriſti,& ex eminentia ſapientiæ,eloquentiæ,conuerſationiſq;
ſuæ,crediderunt eum eſſe eximiæ ſanctitatis,ſicq; ex eius contactu infantulos poſſe benedi-
ci ſeu gratiam conſequi,ſiue pro tunc,ſiue in poſterum,quoniam virtus Chriſti per corpus
ipſius redundauit ac diffundebatur in alios⌞Quod cum viderent diſcipuli,increpabãt illos⌟
qui infantulos adducebant,non ꝙ nollent infantes à Chriſto tangi & benedici,ſed quia pu-
tabant eum ex tali adductione infantium grauari,& offerentium importunitate laſſari.⌞Ie-
ſus autem conuocans illos,⌟ puta diſcipulos ſuos,⌞dixit:Sinite pueros venire ad me,⌟ quia
propter eorum innocentiam & naturæ in eis puritatem,deiq; in eis expreſſam ſimilitudinẽ
diligo eos,præſertim qui ab originali peccato mundati ſunt,& gratiam,charitatemq; habi-
tualem habent in anima,quales iſti infantes fuiſſe creduntur,vtpote circuncifi,⌞& nolite ve-
tare(.i.prohibere)eos⌟ ab acceſſu ad me.Talium eſt eñ regnum cœloꝝ.i.innocentũ,pioꝝ,
ſimplicium & mundorum,qui per pueros figurãtur,& pueris quantum ad bonas puerorum

CA.XVIII proprietates aſſimilantur. Sed & puerorum ab originali purgatorum eſt regnum cœlorum D
ſi ante vſum rationis decedant, aut poſtea ſuſceptam gratiam non amittant. ⌊Amē dico vo
bis, quicūq; nō acceperit regnū dei ſicut puer, ⌋ hoc eſt, qui per imitationem bonarum pro-
prietatum pueri non tendit ad regnum cœleſte, ⌊non intrabit in illud ⌋ Quemadmodū eñ
puer non perſeuerat in ira, ſed cito placatur, non aſpirat ad alta, ſed modicis cōtentatur, læ-
ſus non meminit, nec alteri inſidiatur aut detrahit, videns fœminam non inordinate affici-
tur, ita niſi quis iſtas proprietates per gratiam exercitium'q; ſequatur, damnabitur. Ideo mo
1. Cor. 14. net apoſtolus: Malitia paruuli eſtote. Et Petrus: Deponentes omnem malitiam & omnem
1. Petri. 2 dolum & ſimulationes & inuidias & detractiones, ſicut modo geniti infantes rationabiles, ſi-
ne dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem. In prouerbijs quoq; æterna ſapientia
Prouer. 9. ait: Si quis eſt paruulus veniat ad me. Et pſalmiſta: Declaratio ſermonum tuoꝝ illuminat, &
Pſal. 118. intellectum dat paruulis. ⌊Et interrogauit eum quidam princeps dicens: ⌋ Quidam dicunt
quòd princeps iſte fuerit legiſperitus, & princeps vocetur, quoniam diues fuit. Veruntamen
Marc. 10 Marcus Euangeliſta vocat eum adoleſcentem, ſimiliter & Matthæus. ⌊Magiſter bone, qd
Matt. 19 faciendo vitam æternam poſſidebo? ⌋ hoc eſt, æternam beatitudinem in æternum habebo.
Bonus magiſter fuit Chriſtus ob vitæ ſanctitatem, doctrinæ'q; veritatem. Et item: quia in
prædicando diſertiſſimus fuit, & ſupernaturalia ſua documenta ſupernaturalibus probatio-
nibus, puta miraculis ſoli deo poſſibilibus roborauit. Recte etiam interrogauit, quid facien-
do, nunquid loquendo, vitam æternam poſſidebo, quia non nudis verbis, ſed virtuoſis ope-
ribus vitam meremur æternam, dicente apoſtolo: Non in ſermone eſt regnū dei, ſed in vir-
1. Cor. 4 tute. Verba quippe comparantur folijs, opera fructibus. Quemadmodum ergo infructuoſa,
igni'q; apta eſt arbor folia producens non fructus, ſic homo qui verba abſq; operibus habet,
vanus & vacuus, æterno'q; igne dignus cenſetur. ⌊Dixit autem Ieſus ei: Quid me dicis bo-
num? Nemo bonus, niſi ſolus deus. ⌋ Quū ergo Ieſus fuerit bonus, optimus'q; magiſter, imò
eſſentialiter bonus ſecundum quòd deus, quur redarguit principem iſtum, qui vere loquutus
eſt? Et reſpondendum, quòd ideo eum redarguit, quia non omnifariæ bene ſenſit de Chriſti E
bonitate, æſtimans eum hominem purum, & nō niſi participatiue bonum, item ad innuen-
dum, quòd ſoli deo competit bonitas ſecundum perfectam & plenam bonitatis rationē, q-
niam deus eſt ipſa bonitatis eſſentia, & bonitas omniformiter pura, quomodolibet'q; perfe-
cta & infinita, in quo nihil eſt non boni nec priuatiue nec contrarie, nec cōtradictorie. Præ-
terea ad innuendum, quòd non ſine grandi & rationabili cauſa admittenda eſt laus propria,
Chryſoſtom⁹. præſertim coram frequentia plebis. Nam teſte Chryſoſtomo: Vir iuſtus & ſapiens quaſi in
faciem cæditur, dum manifeſte laudatur. Scit enim gloriam & honorē deo deberi, ſe'q; à ſe-
ipſo nil niſi defectuoſitatē & culpam habere. ⌊Mandata noſti ⌋ id eſt, mandata legis quæ e-
rāt triplicia, ſcilicet moralia, cæremonialia, iudicialia. Chriſtus vero de moralibus ſolū pro-
ſequitur, quoniam principalia erant, & de naturalis dictamine rationis atque in euangelica
lege ſeruanda. Hinc ſubditur. ⌊Non occides, ⌋ affectu aut opere, iuſſu, conſilio aut nō impe-
diendo quum poſſis. Occidere autem hominem nemo debet propria & priuata authorita-
te, ſed publica authoritate fieri poteſt, & loquendo de homine vt eſt reus, quū in Exodo ſcri
Exod. 19. ptum ſit: Maleficos non patieris viuere, ⌊Non mœchaberis, ⌋ corde aut facto, ⌊Nō furtum
Prouer. 19. facies, Non falſum teſtimonium dices ⌋ quia teſtis iniquus non erit impunitus. Talis eñ pec-
cat in deum mentiendo ſeu periurando, atq; in proximum ei nocumentū inſerendo, ſeu cau
ſam ipſius impediendo. ⌊Honora patrem tuum & matrem ⌋ id eſt, tam carnales quàm ſpiri F
tuales parentes eis reuerentiam exhibendo, obediendo, & in quibus indiguerint pro viribus
ſuccurrendo. ⌊Qui ait: Hæc omnia cuſtodiui à iuuentute mea ⌋ quod valde perutile eſt, cum
Threno. 3 in Threnis Hieremias teſtetur: Bonum eſt viro quum portauerit iugum ab adoleſcētia ſua.
Acceptiſſimum etenim deo eſt, quòd homo florem adoleſcentiæ ſuæ in diuino expēdit ob-
ſequio, quia paſſiones tunc fortius vigent, & homo huic mūdo tunc aptior eſt. Deniq; ado-
leſcens iſte verbum hoc vere protulit non iactanter. Fuit equidem virtuoſus. Vnde ſecundū
Marc. 10. Marcum præcucurrit ante turbam, & genuflexo interrogauit, dicēdo. Magiſter bonæ, ad-
dit'q; Marcus, intuit⁹ eum Ieſus, ſcilicet poſt reſponſionem iam poſitam, dilexit eū, vnde nō
ficte interrogauit, vt aliqui putauerunt, ſed intētione ſyncera. ⌊Quo audito Ieſus ait ei: Ad-
huc vnum tibi deeſt. ⌋ Quo verbo oſtenditur, quòd princeps ille vere loquutus ſit. Itaq; vnū
ei defuit, ſcilicet adimpletio conſiliorum, quod eſt opus ſupererogationis, nec neceſſarium
eſt ad ſalutem, niſi ei qui ſe ſponte obligauit ad hoc. Veruntamen ſanctus Hieronymus dicit
eum eſſe mentitum, quum paulo poſt legatur, contriſtatus, audito quòd omnia ſua dare de-
Hieronymus. beret pauperibus, ex quo concludit Hieronymus, quòd non dilexit proximū ſicut ſeipſum.
ſed hoc faciliter ſolueretur, dicendo quòd dilexit proximum ſicut ſeipſum, & eleemoſynas
tribuere conſueuit quantum diuina requirunt præcepta, non vt exigit conſiliorum perfe-
ctio, vnde & nunc ſunt aliqui boni Chriſtiani ſua pauperibus communicantes, qui tamē pa-

rati nō

A rati non ſunt om̄ia ſua propter Chriſtum vendere atq; pauperibus dare. Alioqui quoq; affir
mant, quòd princeps iſte om̄ia præcepta cuſtodiuit, quantum ad opus exterius, non quo ad
“ opus interius, quòd ſi verum eſſet, Chriſtus qui cordis eius fuit inſpector, ipſum tanquam bo
num & iuſtum non dilexiſſet. ⌊Om̄ia quęcunq; habes vende⌋. ſ. immobilia bona pręſertim.
“ nam pecunias quas habebat, & alia quædam ſimilia, poterat non vendita æque apte dare pau
paribus, ⌊& da pauperibus,⌋ pure propter deum, non diuitibus, nec propter fauorem, lau-
dem vel obſequiū hominum. Craton philoſophus, de quo legitur in vita beatiſſimi Iohan- Craton phs
nis apoſtoli, docuit diſcipulos ſuos temporalia vendere atq; contemnere, ſed non docuit ea
“ pauperibus elargiri, ſed potius ad captandam hominū laudem inutiliter diſpergere, Apo-
“ ſtolus tamen conuertit eundem cum ſuis diſcipulis, ⌊& habebis theſaurum,⌋ hoc eſt, præ-
mium copioſum, diuitiaſq; æternas, ⌊in cœlo,⌋ quæ eſt felix mercatio, ſapiens cōmutatio,
abundantiſſima remuneratio. Quod em̄ pauperibus propter Chriſtū donatur, ipſi Chriſto
confertur, ideo Chriſtus bona ſua cœleſtia danti rependit. Et qui dei amore terrena relin-
quit, merito cœleſtia recipit. Itaq; ſicut lex promittebat temporalium abūdantiam, ſic euan-
gelium conſulit illorum abiectionem, vt terrenorum amore, ſolicitudine, occupatione quo-
q; multiplici derelictis, aptior ſit ad diuinorum homo amorem, & expedita ſimplici ac li-
bera mente tendat quotidie ad æterna. Hinc ait Hieronymus: Si habes in poteſtate rem tuā, Hieronymus.
vende: ſi non habes, proijce. Et Bernardus: Gloria & diuitiæ in domo Chriſti ſuperna, ſed Bernardus.
“ paupertas non inueniebatur in ea, ſed in terra abundauit. Ideo Chriſtus eam elegit, vt ipſam
“ ſua æſtimatione nobis faceret pretioſam, ⌊& veni,⌋ per mentis ſpontaneam promptitudi-
“ nem, ⌊ſequere me,⌋ per vitæ imitationem. Chriſtus em̄ ductor infallibilis, ipſe via & oſtiū, Iohan. 14
perfectio & exemplar, iudex & præmium. ⌊His ille auditis, contriſtatus eſt,⌋ quia ex vna Iohan. 10
B parte graue ſibi fuit, cuncta ſua relinquere, atq; ex alia parte erubuit, graueq; ſibi fuit Chriſti
conſilio quod tam reuerenter genibus flexis petijt non parere, in quo patet bonitas eius &
“ imperfectio bonitatis ipſius. Habuit quippe affectionem aliqualiter immoderatā ad opes ſu-
as. Nam ſubditur, ⌊quia diues erat valde.⌋ Iudæi quoq; paupertatem nō mediocriter abhor
“ rebant, quū in Deuteronomio Moſes dicat: Omnino indigens & mēdicus nō erit inter vos. Deut. 15.
⌊Videns autem Ieſus illū triſtem factū,⌋ inordinata & exceſſiua triſtitia, quæ ex anima eius
redundauit in corpus ipſius, de qua in Eccleſiaſtico habetur: Triſtitiā nō des animæ tuæ. Ap
“ paruitq; in vultu illius, ſecūdum illud Eccleſiaſtici: Cor hominis immutat faciem illius, ſiue
“ in bono ſiue in malo, ⌊dixit: Quàm difficile eſt qui pecunias,⌋ id eſt diuitias quæ per pecu-
nias hic ſignātur, quia numiſmate om̄ia comparantur, ⌊in regnum dei intrabunt,⌋ hoc eſt,
valde difficile eſt hoc & rarum, quamuis non ſit impoſſibile, quia difficile eſt temporalibus
abundare, & ad ea inordinate nō affici, nec eis ſuperflue vti, potiſſimum his, qui non ſunt in
charitate perfecti. Obiecta em̄ huiuſmodi fortia mouent vires intenſe, & difficile eſt rationi
“ affectiones & operationes earum in om̄ibus moderari. ⌊Facilius eſt camelum per foramen
“ acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum dei.⌋ Hoc loco per diuitem communiter in-
telligunt expoſitores immoderatum diuitiarum amatorem, ita quòd eas plus amat quàm de
um. Talis enim eſt in mortali peccato, & rite auarus cenſetur, nec poteſt ſaluari, ſi manet hu-
iuſmodi ſecundum ordinatam dei potentiam, quum tamen deus poſſet camelum per fora-
C men acus tranſducere, tranſſubſtantiando quid modicum in camelum quod ire poſſet per
acus foramen. Si vero per diuitem intelligatur qui temporalibus rebus abundat, & ad eas ali-
qualiter inordinate afficitur, tamen citra deum, tunc vtrunq; iſtorum eſt deo poſſibile. Sed
quodammodo mirabilius agit deus talem diuitem a peccatis mortalibus præſeruando, æter
naliterq; ſaluando, quàm ſi camelum prætacto modo per foramen acus tranſduceret, ſecun-
dum quem modum (Auguſtino teſtante) mirabilior eſt iuſtificatio impij, quàm creatio mū- Auguſtinus
di, quæ non eſt minus incomprehenſibilis & miranda, quàm eſſet præfata cameli per acum
tranſitio. Metuenda ſunt iſta diuitibus, maxime his qui de patrimonio Chriſti diuites ſunt,
aut fieri quærunt, in beneficijs eccleſiaſticis, plus quærentes proprium commodum, quàm
diuinum obſequium, quibus om̄ibus penſandum eſt illud ſancti Hieronymi: Difficile, imò Hieronymus.
impoſſibile eſt vt præſentibus & futuris fruatur quis bonis, vt hic impleat ventrem & ibi mē
tem, vt de delicijs ad delicias tranſeat, vt in terra & in cœlo appareat glorioſus. Hinc ſacra-
tiſſimus Iacobus apoſtolus in ſua clamat canonica: Agite nunc diuites, plorate vlulantes in Iaco. 5
miſerijs quæ aduenient vobis. Sed (vt ait Bernardus) excuſant ſe quidam, dicentes: Abraham Bernardus
& Iſaac & Iacob terrenas diuitias habuerunt. Sufficit nobis eſſe tales, vt illi fuerunt.
Quid reſpondebimus, inquit, imitatoribus antiquorum ſanctorum? Imponant ſuper altare Pſal. 50
vitulos & immolent hircos. Hoc enim fecit Abraham & patres, quibus meliores non ſumus.
Sed dicunt, vbi reuelata eſt veritas iſta tranſierunt. Quid ergo ſi temporales diuitias vm-
bram fuiſſe dixerimus futurorū, & quid mirū ſi terrena poſſident, quibus ſola terrena promiſ-
“ ſa ſunt? ⌊Et dixerunt (diſcipuli Chriſti ad eū) qui hęc audierunt, Et quis poteſt ſaluus fieri?⌋

CA.XVIII hoc eſt, ſi tam arcta eſt via ſalutis, quis poterit beatitudinem adipiſci? præſertim ſi ſolus diuitia
Matt. 7. rum affectus facit eſſe damnabilem. Et Hieremias teſtatur: A minore vſq; ad maiorem omnes D
Hiere. 6. auaritiæ ſtudent. ¶ Porro difficultas conſequendi ſalutem faciunt quinq;. Primum eſt corru-
Sapiæ. 9. ptio naturæ ſeu vulneratio virium eius, quæ difficulter curať. Vnde in ſapiëtiæ lib. aſſerit: Cor
Geneſ. 8. pus quod corrūpitur, aggrauat animā. Et in Geneſi: Senſus & cogitatio cordis humani proni
Matt. 7. ſunt in malum ab adoleſcentia ſua. Secundū eſt arctitudo viæ, iuxta illud Matthęi: Arta eſt via
quæ ducit ad vitam. Difficile enim eſt in omnibus medium obſeruate, & neque ad dexteram,
neq; ad ſiniſtram declinare. Tertiū eſt repugnantia inuiſibilium hoſtium calidiſſimorum for-
tium & inſatigabilium, quibus reſiſtere tam difficilius eſt, quàm proprię carni & mundo, vt ad
Ephe. 6 Epheſios dicat apoſtolus: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduer
ſus principes & poteſtates, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Quartum eſt praua socie-
Pſal. 17. tas, quemadmodum ſcriptum eſt: Cum peruerſo peruerteris. Quintum eſt deſiderabilitas, ap
parensq; bonitas & delitioſitas in rebus creatis exiſtens, quæ fortiter allicit, mouet, accendit, ita
vt difficile extat reſiſtere. Sed hanc difficultatem recte viuendi, ſeruiendiq; deo mitigare de-
bent & tollere, atq; in facilitatem & delectationem cōuertere debet amor dei feruidus & ſyn-
cerus, cui cuncta quæ dei ſunt, facilia & iucunda videntur, exemplum Chriſti, omniumq; ſan-
ctorum magnitudo præmij æternalis, pauor incendij infernalis, formido diuini iudicij, odium
diaboli & om̄is peccati. ⌊Et ait illis: Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud »
deum.⌋ id eſt, quamuis homines proprijs viribus nequeant terrena ita deſpicere, vitia ſupera- »
re, & vitam mereri æternam, adiutorio tamen omnipotentis dei hæc poſſunt, ſicut ait apoſto-
Philip. 4 lus: Omnia poſſum in eo qui me confortat. Rurſusq;: Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram.
Roma. 8. Deo quippe proprium eſt in ipſam rationalis creaturæ voluntatem immediate agere, & eam E
pro ſuo libito immutare, conuertere, inflammare. Propter quod Salomon loquitur: Corre-
Prouer. 21 gis in manu dei eſt, quocūq; voluerit, inclinabit illud. ⌊Ait autem Petrus⌋ qui tanquam os apo »
ſtolorum, vertex collegij, futurusq; princeps, non ſolum apoſtolici chori, ſed & totius vniuer-
ſalis eccleſiæ, primus fuit in quærendo, primus in reſpondendo, primus in admiſſione cœleſti-
um ſecretorū, primus in excellentia miraculorum magnitudine beneficiorum, prælatiōe om̄i-
um chriſtianorum. Talem nāq; primatum decuit plenum Chriſti vicarium ſuper vniuerſam
eccleſiam. ⌊Ecce nos (apoſtoli) dimiſimus omnia⌋ temporalia propter te quantum ad domi- »
nium, & ſi non quantum ad vſum, ⌊& ſequuti ſumus te⌋ non corporaliter ſolum, ſed ſpiritua- »
liter quoque credendo, obediendo, amando. Non enim ſufficit exterior exteriorum relictio,
niſi adſit interior interiorum imitatio, vt diſcamus à Chriſto humilitatem, patientiam, man-
ſuetudinem, charitatem. Hæc dixit Petrus, cupiens de præmio informari à Chriſto. Vnde ſe-
Matt. 19 cundum Matthæum adiecit: Quid ergo erit nobis? ⌊Qui dixit eis⌋ ſcilicet cunctis illis in quo- »
rum perſona & pro quibus Petrus fuerat ſciſcitatus. ⌊Amen dico vobis: nemo eſt qui relinquit »
domum⌋ hoc eſt, locum natalem ſeu habitaculum aut familiam ſiue cognatos, ⌊aut parētes aut »
fratres⌋ per quos intelliguntur & ſorores, ⌊aut vxorem⌋ quæ poſt matrimonium cōſumma- »
tum, non eſt relinquenda niſi de communi amborum conſenſu, & ob religionis ingreſſum ſeu
aliam idoneam cauſam, quæ tunc relinquitur quantum ad thorum & domum, non quātum ad
vinculum coniugale, quum ſit ante mortem inſolubile. Poteſt quoq; exponi de muliere non-
dum habita, vel de habita ante matrimonij conſummationem, ⌊aut filios, & non recipiat mul- »
to plura in hoc tempore⌋ hoc eſt, præſtantiora abundantioraq; bona in vita præſenti, vtpote »
præcipua munera gratiarum, conſolationes internas, cōtemplationes ſynceras, quotidianum F
in ſpiritualibus rebus profectum, pacem internam, interiores diuitias. Fit quoq; de numero a-
micorum, filiorumq; dei, & omnes angeli ac beati atque deuoti, vt amicum & fratrem familia-
riter diligunt eum, quod tamen intelligendum eſt, ſi præfata relinquendo ſimul abijciat om̄es
Galat. 3 eorum carnales affectus, vitioſosq; motus, nec corde redeat in Aegyptum, priorem relinquē-
Apoca. 2. do feruorem, & quum ſpiritu cœperit, conſummando in carne. Alias externa illa relictio quid
prodeſſet? pauendumq; ei eſſet quod in Apocalypſi dominus comminatur. Habeo aduerſus
te pauca, quia charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque vnde excideris, & age
pœnitentiam, alioqui venio tibi cito, ⌊& in ſeculo futuro vitam æternam⌋ hoc eſt, beatificam »
dei viſionem, glorioſam ſuperbeatiſſimæ trinitatis fruitionem, facialem diuinitatis intuitum. »
Hoc eſt plenum & perfecte quietatiuum, contentatiuumq; præmium electorum, quo omnis
potentialitas eorum reducitur prorſus ad actum, increatæ & infinitæ beatitudinis participa-
Johan. 17. tio præoptanda delitioſa digniſſima, de qua in Iohanne loquitur Chriſtus ad patrem. Hæc eſt
1. Johan. 3 vita æterna, vt cognoſcāt te ſolū verū deū, & quē miſiſti Ieſum Chriſtū. Itēq; Iohannes. Quum
apparuerit, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt. Præterea verbis his datur conſola-
tio & fiducia maxima his qui euangelica ſectari conſilia elegerūt, & in clauſtris clauſtraliter cō-
uerſantur. Quod ſi tanta promittitur merces his qui reliquerunt domum aut parentes aut fra-
tres, &c. quanta erit merces eorum qui hæc omnia etiam in flore iuuentutis deſeruerunt, ſi ta-

A men in dei itinere non tepeſcant,ſed in anteriora iugiter extendant ſeipſos.¶ Poſtremo ad
voluntariã paupertatem multa inducunt. Primũ,quia nudi naſcimur in hunc mundũ,ideo di Phil.3
cit Apoſtolus:Nihil intulimus in hunc mundũ,haud dubiũ quia nec auferre quid poſſumus. Iob.1.
Secundũ,quoniam ſenſitiua & vegetatiua nil poſſidendo ſufficientiã ſortiuntur, propter qđ 1.Tim.6
ait ſaluator:Reſpicite volatilia cœli, quoniã non ſerunt neq; metunt,& pater veſter cœle-
ſtis paſcit ea. Et alibi:Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt. Tertium eſt ſacra ſcriptura Mat.6
ad hoc hortans. Quartum,quoniam Chriſtus & electiſſimi eius vitam pauperem elegerunt. Ibidem.
“ ⌊Aſſumpſit autẽ Ieſus duodecim diſcipulos ſuos.⌋ .i.apoſtolos inter quos tũc proditor vnus
“ fuit,qui tanquã Satan affuit inter filios dei,⌊& ait illis,⌋ ſecrete vt in Matthæo legitur,ad vi Iob.1.
tandum inquietudinem, turbationem & ſcandalum plurimorum, & quorundam aliorum Mat.10
“ diſcipulorum ſuorum qui apoſtolis infirmiores fuerunt.⌊Ecce,⌋ quod valde notabile eſt,&
mirum ,ꝙ ſcilicet vnigenitus filius dei ſponte locum ſuæ paſſionis acceſſit præcognoſcens,
“ ⌊aſcendimus Hieroſolymam,⌋ quæ in montanis ſita fuit, & ideo de Galilæa venientes ad
eam localiter aſcendebant,de qua Chriſtus prædixit: Non capit prophetam perire extra
“ Hieruſalem,⌊& conſummabuntur,⌋.i.ope implebuntur,⌊omia quæ ſcripta ſunt per pro- Luc.13
“ phetas de filio hominis,⌋ hoc eſt, quæ ad ſuam pertinent paſſionem & reſurrectionem, de
cuius paſſione tam clariſſime prophetatum legitur in Eſaia & Daniele ac pſalmo qui incipit: Eſa.53
Deus deus meus reſpice in me,vt potius videatur hiſtoria quàm prophetia. Deniq; quoniam Danie.9
Chr̃s tãtæ fuit dignitatis,eiuſq; paſſio tãtæ fructuoſitatis,ac cætera eius myſteria tã mirãda, Pſal. 21.
imò omnia illa quaſi incredibilia decentiſſimum & vtiliſſimum fuit ea diu & per multos ante
denunciari, vt ſuo tempore facta & fieri crederentur, ideo omnium prophetarum opus
B eſt Chriſtus,& vniuerſi prophetæ non ſunt loquuti niſi ſuper dies Meſſiæ,vt etiam Iudæo-
“ rum teſtantur magiſtri.⌊Tradetur eñ gentibus.⌋ Primo eñ ad capiendum eum venerunt
cohors & tribunus qui erant gentiles & miniſtri Iudæorum vt in Iohanne habetur,deinde
pontifices & eorum miniſtri tradiderunt eum Pilato,qui à ſuis militibus fecit eum flagellari Iohan.18
“ atq; illudi, ſicut ſubiungitur, ⌊& illudetur,⌋ dicentibus illis: Aue rex Iudæorum,⌊& fla- Iohan.19
“ gellabitur,⌋ vſq; ad coſtarũ pateſactionem, quod fuit nobiliſſimo atq; tenerrimo corpori Iohan.19
“ Chriſti pœna ineffabiliter magna,⌊& conſpuetur,⌋ ĩmundiſſimis canũ illorũ ſputis,quem- Mat.15
admodũ per Eſaiam ait:Corpus meũ dedi percutientibus,& genas meas vellentibus. Faciẽ Mat.27
meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me,quod totum Sibylla apertiſſime Eſa.50
“ pronunciauit,ſicut in libro de ciuitate dei commemorat Auguſtinus,⌊& poſtquam flagella- Sibylla
“ uerint,occident eũ,⌋ Iudæi procurando, Gentiles exequendo, Pilatus ſententiam dando, Auguſtinus
“ ⌊& die tertia reſurget.⌋ Hinc per Danielem prædictũ fuit: Poſt hebdomadas ſexagintadu-
as occidetur Chriſtus. Et per Sophoniã: Expecta me dicit dominus in die reſurrectiõis meæ
in futurũ. Itaq; Chriſtus paſſionem ſuam prædixit, vt ea impleta ex tali prænuntiatione ro- Dane.9
boraremur in fide,ſcientesq; ſciens & ſpontaneus venit ad paſſionem, item vt diſcipuli ſui Sopho.3
tempore ſuæ paſſionis minus turbarentur & ſcandalizarentur , reſurrecturũ quoq; confide-
“ rent. Iacula enim præuiſa minus lædunt.⌊Et ipſi nihil horum intellexerunt, & erat verbum
“ iſtud abſconditum ab eis,⌋ id eſt incognitum,⌊& non intelligebant quæ dicebantur , ⌋ à
Chriſto de ſua hac paſſione & reſurrectione,in quo patet magna & mira eorum ſimplicitas,
quum Chriſtus tam euidentiſſime loqueretur. Sed eius præſentiam tantum amabant,ꝙ ver
ba de ſua ablatione & morte corda eorum non intrauerunt,& denuo,quoniam Chriſtus eis
ſæpiſſime in parabolis loquebatur,etiam eum nunc aliquid parabolice loqui forte putabant.
“ ⌊Factum eſt autem quum appropinquaret Ieſus Hiericho,⌋ ciuitati,⌊cæcus quidam,⌋ qui
“ à Marco Barthymæus,id eſt filius Thimæi vocatur, ⌊ſedebat ſecus viam mendicans.⌋ In
C Matthæo legitur,Chriſtus duos cæcos illuminaſſe quum abiret à Hiericho, & Marcus ſcri- Mat.16
bit vnum cæcum illuminaſſe,quum à præfata vrbe diſcederet,ideo quidam dicunt, quòd iſte Mat.20
cæcus ſit alius ab illis,alij dicunt quòd ſit vnus illorum,& quod dicitur,quum appropinqua- Mar.10
ret,exponunt,adhuc non longe eſſet,ſeu prope exiſteret.⌊Et quum audiret turbam præter-
“ euntem.⌋ Multi nanq; ibant cum Ieſu,diuerſi diuerſas ob cauſas,videlicet auiditate viden-
“ di miracula,audiendi eloquentiſſima & ſapientiſſima eius verba, ſuſcipiendi corporalia ali-
menta,recipiendi conſolationem ex eius intuitu,& ædificationem ex eius vita & moribus,
“ quidam vero vt obſeruarent eũ & accuſarent,⌊interrogauit quid hoc eſſet⌋.i.cur tantus ibi
“ populus iret,& qui eſſent,⌊Dicebant autẽ,ꝙ Ieſus Nazarenus tranſiret,⌋ ideo alij ſecũ trãſi-
“ rent.⌊Et clamauit,dicens:Ieſu fili Dauid miſerere mei.⌋ Quamuis eñ Ieſum corporaliter
nunquam vidiſſet,tamen ex aliorũ relatu & fama eũ cognouit,Chriſtũq; credidit. Et quoni-
am tanta eũ audiuit perpetraſſe miracula,cũ grandi clamore,ex ardenti ſanitatis affectu cla-
mauit,vt ſibi ſuccurreretur. Filium quoq; Dauid vocauit,quoniam apud Iudæos vulgatum
“ fuit,& pene omnibus cognitum,quòd rex Meſſias ex Dauid ſemine naſceretur.⌊Et qui præ-
“ ibant⌋ Ieſum ſicut regem quidã præcedere ſolent,⌊increpabãt eũ vt taceret,⌋ vel attædiati

CA.XVIII clamoribus eius, vel metuentes ne Chriſtus eius clamoribus offenderetur, vel quia nolebant D
iter ſuum cũ Chriſto retardari. ⌊Ipſe vero multo magis clamabat: Fili Dauid miſerere mei.⌋
Tanto equidem eius affectio in ſeipſa incendebatur, & fortior, calidiorq́ꝫ fiebat, atqꝫ in valẽ-
tiorem vociferationem erupit, quanto maiorem contrarietatem ac reſiſtentiam ſentiebat,
quemadmodum quædam qualitates vt frigus & calor per antiparistaſin, hoc eſt, ſui appoſi-
Chryſoſtom⁹. tionem contrarij intenduntur. Propterea ait Chryſoſtomus, talis eſt natura fidei, vt quan-
to magis vetatur, eo magis accenditur, propter quod ſerui dei in perſequutionibus nõ vin-
cuntur, virtusq́ue fidei in periculis eſt ſecura, in ſecuritate vero periclitatur. Itaque dicendo:
Fili Dauid, commemorat generis dignitatem, vt captet ipſius beneuolentiam, & pij ac libe-
ralis patris, ſcilicet ſancti Dauid exemplo prouocet eum ad clementiam. ⌊Stans autem Ie-
ſus, iuſſit illum adduci ad ſe.⌋ Poterat vtique non adductum & remote ſedentem illuminare,
ſed ad gloriam dei, ædificationemq́ue populi, ad ſuæ etiam confirmationẽ doctrinæ, & cor-
roborationem fidei noſtræ, voluit iſtud miraculum manifeſte atque ſolẽniter exhibere.

¶ Denique hoc opus Chriſti ſectari deberent prælati principes & iudices noſtri, vtpote ſta-
re quum audirent aut cernerent pauperes conquerentes, & vocare illos ad ſe, ad audiendum
eorum querelas ac poſtulationes, vt facerent eis ſubuẽtionem atque iuſtitiam expedite. Sed
Eſaiæ.1 heu iam dici poteſt de illis illud Eſaiæ: Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur
ad eos, imò ſi ſæpenumero ingreditur, plus expendunt pauperes forte quam tota eorum va-
leat cauſa antequàm terminetur. ⌊Et quum appropinquaſſet⌋ cæcus iſte Chriſto corpora-
liter, cui & ſpiritaliter propinquauit per fidei ac deuotionis & bonæ affectionis augmentum
⌊interrogauit illũ,⌋ Ieſus oĩa ſciens, ⌊dicens: Quid tibi vis faciã?⌋

¶ Propter varias cauſas vnus interrogat alium. Primo, vt aliquid diſcat aut ſciat. Sic diſci- E
pulus magiſtrum interrogat, magiſter quoque diſcipulum, quia etſi ſciat quod quærit, forſi-
tan tamen ignorat an diſcipulus illud ſciat. Secundo vt inſtruat. Tertio, vt alterius ignoran-
tiam demonſtret. Quarto, vt culpam eius tangat & increpet, ſicut deus dixit, Adam vbi es?
Gene.3. Quinto, vt interrogati ſcientiam ad aliorum vtilitatem demonſtret. Sexto, propter myſti-
cam rationem, & hoc modo Ieſus interrogauit hunc cæcum, quod non ſolum ipſe Chriſtus
& cæcus, ſed & omnes qui aderant, cognouerunt. Itaque interrogauit, vt ex cæci reſponſi-
one glorioſior appareret ſua curatio, vt verba pandunt ſequentia, atque ad oſtendendum
quanta ſit vis piæ orationis, ac bonæ affectionis multoties repetitæ, rurſus ad inſtruendum,
quòd ad ſalutem neceſſaria ſit non ſolum cordis creditio, ſed etiam interdum oris confeſſio.
⌊At ille dixit: Domine vt videam,⌋ corporaliter, imò & ſpiritualiter. Senſus etenim viſus
præ cæteris exterioribus ſenſibus vtilior, appetitior, iucundiorq́ue conſiſtit, quia in pluribus
deſeruit ac neceſſarius eſt hominibus, & plurium rerum differentias nobis oſtendit. Vnde
Tobiæ.5. Tobias dixit: Quale mihi gaudium eſt, qui hic in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video?
Eccleſ.11 Et in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: Dulce lumen & delectabile oculis videre ſolem. ⌊At Ieſus di-
xit illi. Reſpice⌋ viſu exteriori & interiori. Quem enim corporaliter etiam ſpiritualiter illu-
ſtrauit. ⌊Fides tua te ſaluum fecit⌋ per modum cauſæ meritoriæ & diſpoſitiuæ, non princi-
paliter effectiue, hoc eſt, merito fidei tuæ illuminationem hanc procuraſti. Tanta ergo eſt fi
dei virtus, vt per eam obtineatur ſalus corporalis vt hic, ſalus ſpiritualis, vt in Maria Magda
Lucæ.7 lena, cui & hæc verba dicta ſunt, & ſalus æternalis ſecundum illud Marci: Qui crediderit &
Marci.16 baptizatus fuerit, ſaluus erit. ⌊Et confeſtim vidit⌋ in quo patet poteſtas & magnificẽtia ſal F
uatoris, cuius iuſſionem mox ſequebatur ſupernaturalis effectus tanquàm poteſtatiue mira-
cula facientis, cui ſecundum quòd deus eſt & infinitæ potentiæ, competit agere in inſtanti
Hilarius. quando voluerit, ſicq́ꝫ inter ipſius dictum & factum non extitit medium ſecundum Hilari-
um, ⌊& ſequebatur illum⌋ ſcilicet Ieſum ſuum illuminatorem corpore ſano & corde deuo-
to atque gratiſſimo, ⌊magnificans deum⌋ id eſt, omnipotentiam atque clementiam dei in
ſeipſo materialiter repreſentans in ſua curatione, & corde ac ore magnitudinem dei in oĩ
perfectione & gloria hilariter profitens, alios quoque ad idem inflammans ſecundum quod
ſubditur. ⌊Et omnis plebs⌋ quæ aderat, ⌊vt vidit⌋ miraculum iſtud, in quo modus agendi
mirabilior fuit quam opus, quia tam imperialiter fecit hoc Chriſtus, ⌊dedit laudem deo⌋ ad
quod tenebatur. Hoc enim deus à nobis requirit, & iuſtum eſt, vt ei in oĩbus offeramus glo
riam & honorem, tanquàm omnium principaliſſimæ cauſæ independenti & nullo egenti.
Eſaiæ.42. Propter quod per Eſaiam teſtatur: Ego dominus, hoc eſt nomen meum, gloriam meam al-
teri non dabo, & laudem meam ſculptilibus: Pſalmiſta quoque zelo diuini honoris ſuccen-
Pſal.113 ſus precatur: Non nobis domine nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Non igitur nobis in-
iuſte aut vaniſſime horum aliquid vſurpemus, quæ ſoli deo debentur, ne diuini fures hono-
ris tanquàm ſacrilegi reprobemur. Si autem hic cæcus & plebs hæc crediderunt explicite Ie
ſum eſſe verum deum, tunc nomine dei ipſum dominum Ieſum intelligebant, ſi vero hoc nõ
credebant explicite intendebant, ꝙ Ieſus diuina vtiqꝫ hæc egiſſet virtute.

A ¶Præterea intelligentiam ſpiritualem tangendo, per Hiericho quæ interpretatur luna, Spũal' ſenſus
quæ in mutatione extat continua, humanæ mortalitatis ſignificatur defectus, cui quum fili-
us dei per incarnationis myſterium propinquaſſet, aſſumendo noſtras pœnalitates abſque
peccato, cæcus quidam, hoc eſt, genus humanum vitijs obtenebratum ſecus viam ſedebat,
quia pro maiori ſui parte extra iter ſuit ſalutis, cui tamen pro aliqua ſui parte per propheta-
rum vaticinia, alijſq́ modis inſtructum appropinquauit expectando ſaluatoris aduentum.
Quem quum in terris videri & inter homines conuerſari audiſſet, pro gratia illuminationis Baruch.3.
internæ cœpit ſuppliciter exclamare, ſicut in euangelicæ hiſtoriæ conſtat decurſu, quemad-
modum à principio natiuitatis Chriſti ex virgine quidam cognouerunt eius aduentum, &
tam pro ſe quàm pro totius humani generis deprecabantur ſalute, vt Zacharias qui dixit: Il- Lucæ.1.
luminare his qui tenebris & in vmbra mortis ſedent. Hoc conſpicientes ſpiritus maligni, q
Chriſti in corda noſtra aduentum per anticipationem impedire nituntur, immittendo co-
gitatus, affectuſq́ vitioſos, increpabant taliter exorantes ad oppoſitum inſtigando, ſimili-
ter Iudæi increduli, cernentes gentilium conuerſionem ad Chriſtum increpabant eos, ne no-
men ipſius inuocarent aut honorarent, ſicut in actibus Apoſtolorum docetur, quibus con- Actor.13
ſimiles ſunt omnes qui alios à bono conantur retrahere. Sed electi tanto fortius clamauerũt
ad dominum, quanto illi impudentius reſtiterunt. Nos quoque quanto grauius experimur
nos impugnari, tanto feruentius atque conſtantius enitamur, & exclamemus ad deum quo-
uſque cum pſalmiſta dicere valeamus. Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt faucẽs meæ. Stãs Pſal.68
B autem Ieſus iuſſit illum adduci ad ſe, quia per apoſtolos, eorumq́ coadiutores iuſſit prædica-
ri vbique, & genus humanum ſibi per ſidem adduci & incorporari. Sed & nunc quoque quo-
tidie ſpiritualiter cæci per prelatos atque doctores eccleſiæ ad Chriſtum ſunt reducẽdi. Ad-
ducti vero ad Chriſtum per ſidem, quum peterent illuminationem internam pleniorem, il-
luſtrati ſunt eminenter donis ſpiritus ſancti, ita vt reuelata facie gloriam domini cum apo- 2.Cor.3
ſtolo ſpecularentur, quo ſacto, totis præcordijs deo gratias obtulerunt, quod potiſſimum in
primitiua fiebat eccleſia, quod vt omnis plebs per quatuor terræ plagas diſperſa cognouit,
illorum amplexata eſt ſidem, deditq́ue deo laudem. Vnde & nos inceſſanter deum pro illu-
minatione ſua copioſa continua ac ſuperpijſſima deprecemur, ne vnquàm obdormiamus in Pſalm.12
mortem peccati, ſed deo ſuperexcelſo quotidie alacrius obſequamur. Sic enĩ ad Epheſios ait Ephe.1.
& orat apoſtolus: Pater gloriæ det vobis ſpiritũ ſapientiæ in agnitione eius.

¶EXPOSITIO CAPITVLI DECIMINONI.

Et ingreſſus perambulabat. Articulus XLII.

CAPVT. XIX.

IN præcedentis capituli fine deſcriptum eſt quod Ieſus appropin- Lucæ.18.
quans ciuitati nomine Hiericho cæco præſtitit viſum, nunc autem
hiſtoriam proſequens Euangeliſta teſtatur. ⌊Et ingreſſus (vrbem
hanc Hiericho) perambulabat Hiericho⌋ tranſeundo per eam, do-
cens terrena eſſe pertranſeunda, hoc eſt, non immorandum eiſdem
C per immoderatum affectum, ſed ſummo & incommutabili bono iu
giter debere nos adhærere. Per Hiericho enim præſens ſeculũ va-
riationibus plenum ſignatur, quoniam Hiericho luna interpreta-
tur, quæ quotidie variatur. ⌊Et ecce vir nomine Zachæus.⌋ Za-
chæus inter alios aderat ibi, qui nominatim exprimitur, quoniã ex-
emplare & virtuoſum eſt quod de ipſo hic recitatur, fuitq́ de numero electorum, ⌊& hic e-
rat princeps publicanorum⌋ id eſt, eorum qui publicis negotijs intendebant, videlicet exa-
ctõibus tributorum, & theloneis, vectigalibusq́ leuãdis, quæ negotia implicare ſolent pec-
catis, & tales homines erant communiter peccatores ⌊& ipſe diues⌋ in temporalibus. Iſta de
ipſo narrantur, vt eius conuerſio gratioſior, mirabiliorq́ appareat, & ne magni peccatores
deſperent, nec diuites contemnantur, ſed huius Zachæi imitentur exemplum. ⌊Et quærebat
videre Ieſum quis eſſet⌋ hoc eſt, Ieſum corporaliter intueri optauit, quia de eius ſapientia,
eloquentia, ſanctitate atque miraculis multa audiuit, eſtq́ naturale hominibus tales homines
libenter aſpicere, ſicut & cætera magna & rara ac noua. Vnde & infra habetur, quòd Hero- Lucæ.23.
des multo tempore fuit cupiens videre Ieſum, & viſo eo gauiſus eſt valde, ⌊& non pote-
rat præ turba,⌋ Ex omni enim parte fuit Ieſus grandi turba ſtipatus, multis milibus ſe-
cum pergentibus. Denique à ſpirituali intuitu Chriſti multos quotidie impedit turba ho-
minum incompoſitorum, ſecularium'q́ curarum, carnalium quoq́ ſantaſmatum ac carnali-
um propinquorum, ideo ad vacandum deo aptiſſimus eſt locus ſecretus. Propter quod ait
pſalmiſta: Ecce elongaui fugiens & manſi in ſolitudine. Et de electa anima dñs ait p Oſeam: Pſal.54.
Ducam eam in ſolitudinem & loquar ad cor eius. Abbati quoq́ Arſenio deſuper dictum eſt: Oſee.2.

Fuge, tace, quieſce, ⌊quia ſtatura puſillus erat⌋ hoc eſt, corpore paruus, ſicut econtrario Saul,
& alij quidã magni ſtatura fuiſſe ſcribunt. ⌊Et præcurrens aſcendit in arborem ſycomoræ,⌋
Sycomorus eſt arbor in folijs moro conſimilis, & in alijs ficui, ſed ſtipite diſtans & altitudi- D
ne maior, per quam ſignificatur crux Chriſti propter mori rubiginem & ficus dulcedinem.
Si ergo Chriſtum mente aſpicere volumus, ad crucem ipſius confugiamus, eamq́ per dile-
ctionem, meditationem, & imitationem aſcendamus, conſiderãdo quid pro nobis paſſus ſit
Chriſtus, & eius ſectando veſtigia, ſicq́ illuminabimur gratioſe à deo, & Chriſtum contem
Gala.2 Gala.6 plabimur radioſe. Talis fuit Paulus qui ait: Chriſto confixus ſum cruci. Itemq́: Ego ſtigma-
Lucæ.10 ta domini Ieſu in corpore meo porto, ⌊vt videret illum⌋ Beati etenĩ oculi qui Chriſtũ fide-
liter aſpexerunt ⌊quia inde (.i. per viam illam) erat tranſiturus⌋ In hoc patet vehemens fer-
uor Zachæi ad Chriſti aſpectum, & q̃ non erubuit in arborem ſcandere quum eſſet princeps
tam opulentus. ⌊Et cum veniſſet ad locum (illum) ſuſpiciens⌋ hoc eſt, ſurſum ad arborem il-
lam aſpiciens, ⌊vidit illum Ieſus,⌋ corporali intuitu, magis tamen interno pietatis aſpectu.
quo & mentem Zachæi miſericorditer præuenit, tetigit, emolliuit, illuminauit, accendit, &
quicquid Zachæus foras fecit, Chriſtus intra ſe vidit, ⌊& dixit ad illum: Zachæe⌋ Proprio
nomine enim appellat, quem forte corporaliter ante non vidit, nec nominare audiuit, ſed ipſe
omnia in luce Sapientiæ ſuæ cognouit, ⌊feſtinans deſcende⌋ quia opera bona cum feruore
& animo prompto ſunt peragenda, ⌊quia hodie in domo tua oportet me manere,⌋ hoc eſt,
tua deuotione hoc meruiſti, vt in materiali domo tua tecum ſim hodie per corporalem præ-
ſentiam atq́ in ſpirituali domo tua, hoc eſt, in mente tua permaneam per gratiæ inhabitatio
Ephe.3 nem, ſicut dicit Apoſtolus: Chriſtum per fidem habitare in cordibus noſtris. Si ergo & nos
gratioſam Chriſti quærimus inhabitationem, ipſum cum feruore quæramus, hominumq́ re-
linquentes tumultum, in altum aſcendamus virtutum, carnalia deſideria aſpernantes. Vnde E
1.Cor.1 de increata ſapientia quæ Chriſtus eſt, ſcriptum eſt in libro Sapientiæ: Clara eſt & quæ nun-
Sapiæ.6 quàm marceſſit ſapientia, & facile videtur ab his qui diligunt illam, & inuenitur ab his qui
quærunt illam, præoccupat eos qui ſe concupiſcunt.

¶ Porrò quàm verum ſit hoc, innoteſcit in hoc opere Chriſti, qui nondum inuitatus à Za-
chæo inuitauit ſe apud eum, quia affectum ipſius cognouit, & plus illi exhibuit, quàm ille au-
ſus fuit rogare, quia ſeipſum præbuit illi ad commanendum & conueſcendum. Chriſtus
quippe pietatis ſuæ abundantia, & merita ſupplicum excedit & vota, & quanto ardentius pe
titur, tanto ſeipſum ſuaq́ dona copioſius impartitur, quoniam feruor amoris quaſi hiantem
apertam & patulam facit mentem amantis ad ſuſceptionem amati. ⌊At ille feſtinans deſcen-
dit⌋ Tanquàm perfecte obediens, & priſtini tumoris altitudinem derelinquens. Nemo enim
Ambroſius (vt ait Ambroſius) cum deſidia Ieſum quærit. Et, vt ait Bernardus: Verus obediens moras ne-
Bernardus ſcit, nec mandatum procraſtinat, oculos parat, vel viſui, iuſſioni, aures auditui, manus operi,
pedes itineri, & ſeſe totum recolligit intus, vt imperantis iuſſionem impleat foris. Et iſtud
deo gratiſſimum eſt, quia nil acceptabilius ei offerre valemus, quàm propriam voluntatem
plenarie. ⌊& excepit illum in domum ſuam gaudens⌋ hoc eſt, gratias maximas agens, quòd
talis ac tantus ad ipſum diuertere dignabatur, in interiori quoque domo ſua ſuſcepit eum læ-
tiſſimè. Per hoc quòd Chriſtus mentem illius tam benigniſſime illuſtrauit ad conſiderandum
ea quæ dei ſunt, & ad veram ſpectant ſalutem atque diuino inflammauit amore. Ita & nos F
Chriſtum intus hilariter ſuſcipiemus, conſolationes experiemur cœleſtes, ſi exhortationi-
bus ac iuſſionibus eius ac vicariorum ipſius obedientes prompte fuerimus ab altitudine pro-
priæ reputationis totaliter deſcendentes. ⌊Et cum viderent omnes⌋ Quòd Ieſus ad Zachæ
um cum ſuis iret diſcipulis, ⌊murmurabant, dicentes: quòd ad hominem peccatorem di-
uertiſſet⌋ Quaſi dicant: Hoc indecens fuit. Iſti fuerunt phariſæi, & alij quidã in proprijs ocu
lis inſti, multipliciterq́ indiſcreti. Primo, temerarie iudicando, tam de Zachæo qui iam per
Rome.18 veram contritionem fuit conuerſus & iuſtificatus, & de Chriſto qui quum animarum me-
dicus eſſet, peccatores vitare non debuit, ſed accedere vt eos conuerteret, nec tali cauſa cum
peccatoribus ſe miſcere fuit prohibitũ in veteri lege. Zachæus quoque per ſuam pœniten-
tiam iam à Chriſto meruit viſitari. Potiſſimum autem præſumptuoſum periculoſumq́ue
eſt ſuperiorum, & meliorum, ac ſapientiorum facta faciliter diiudicare. ⌊Stans autem Za-
chæus⌋ vt cum debita reuerentia loquetetur ad Chriſtum, & bonum ſuum propoſitum pub-
lice proteſtando oſtenderet, quòd Saluator non indecenter ad ipſum diuertiſſet, ſicq́ mali-
gnorum reprimeret verba, ⌊dixit ad dominum (Ieſum) Ecce dimidium bonorum meorum
domine do pauperibus⌋ pure propter deum, & vt mihi mea dimittãtur peccata, etiam quã-
Eccl.3 tum ad pœnã atq́ gratiã conſequar ampliorem quoniã teſte ſcriptura: Sicut aqua extinguit
ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatũ. In his verbis patet magna & mira Zachæi conuer-
Psal.76 ſio, ita quòd de ea potuit dici: Hæc mutatio dexteræ excelſi. Nam ille qui pauloante tam aua-
rus fuit in acquirendo, & retinendo terrena, ſubito factus eſt tam promptus & liberalis

in dan-

A In dando. Non enim dixit dabo ſed do, tanquàm nunc paratus ad hoc, vt ſi quid aliquem de-
« fraudaui⌋ id eſt, per fraudem ſeu alio modo contra iuſtitiam alicui quid ſubtraxi. Er per hoc
quod ait, ſi quid aliquem, &c. innuit, ꝙ ſibi conſcius non fuit ſe multos aut plurima defrau-
« daſſe, ⌊reddo quadruplum⌋ paratus plus reddere ſi tu iubes. Non dixit reddam aut reſtitui
faciam, quia ſecundum Auguſtinum tenetur homo ſtatim reſtituere bona iniuſta ſi poteſt, & Auguſtinus
ſemper iudicandus eſt in mora quouſq; reſtituatur res quę reddi debet & poteſt nec redditur
neq; ante hoc agitur pęnitētia ſed ſimulatur, nec dimittitur peccatum niſi reſtituatur abla-
tum. Sed ſunt quidam qui quàm diu viuunt aut quàm diu viuere poſſe confidunt, reſtituere
differunt, ſed lætaliter infirmantes aut ſenectute confecti diſponūt de reſtitutione, quorum
vita & mors periculoſiſſima extat. Deniq; lex Moſi in aliquibus iuſſit reddi duplum, in ali-
quibus quadruplum, in quibuſdam vero quintuplum, vt in Exodo habetur: Salomon quoq; Exod. 22
in prouerbijs ait de fure: Deprehenſus reddet ſeptuplum. Vnde Zachæus videtur loqui de Prouer. 6.
reſtitutione per erogationem, ita quòd ſciuit ſe talem defraudationem non cōmiſiſſe in qua
plus quàm duplum reddi iubetur, vel per vnam hanc mediam quam expreſſit aliæ intelligū-
tur extremæ. Sed & pœna furti ſecundum temporum varietatē & cauſæ exigentiam potuit
« apud Iudæos eſſe diuerſa. ⌊Ait autem Ieſus ad eum: Quia hodie ſalus domui huic facta eſt.⌋
id eſt, in hoc die gratia conuerſionis & meritum veræ ſalutis conceſſa ſunt deſuper patriſami
lias huius domus & eius domeſticis, qui illius exemplo pœnituerunt, fuitq; in cordibus illo-
rum factus dies ſpiritualis, lucente in eorum mente ſole iuſtitiæ, qui tenebras vitiorum & no
« ctem peccati inde fugauit, ⌊eo quòd & ipſe (Zachæus ſit) filius Abrahæ.⌋

B ¶ Circa hoc dicunt Beda, Gloſſa & Gorrha, ꝙ Zachæus dicit̃ filius Abrahæ, nō carnis propa Beda.
gatione, ſed virtutū imitatione, ita ꝙ natione fuit gentilis, quod & Ambroſius ſentire vide- Ambroſius.
tur, dicendo: Zachæus nulla ingenitæ dignitatis nobilitate ſublimis exiguus meritis ſicut po
pulus nationum. Sed quibuſdam magis apparet, ꝙ fuerit natione Hebræus, alias Iudæi mur-
murando potius dixiſſent contra Chriſtū, ꝙ ad hominē gentilē diuertiſſet, q̃ quòd ad homi-
nem peccatorē. Deteſtabilius enī reputabāt accedere gētiles quàm peccatores Iudæos. Pro-
pter quod in actis loquitur Petrus: Vos ſcitis quomodo abominatū ſit viro Iudæo cōiungi Actoꝝ. 10.
aut accedere ad alienigenā. Deinde q̄a gentiles non tenebātur, niſi ad reſtitutionē ſimpli, niſi
forte in aliquo caſu, & ſic ſi Zachæus fuiſſet gentilis, nō dixiſſet de redditione in quadruplū.
Quid horum ſit verius, certum non reor, quanq̄ hoc certum ſit, quòd iſta argumēta nihil cō
cludant, quia & Iudæi vocabant gentiles cōmuniter peccatores. Nā & Paulus: Nos (inquit) Galat. 2.
natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Zachæus quoq;, vt dictū eſt, ex deuotionis fer-
« uore per modū ſupererogationis mentionē fecit de reſtitutione in quadruplū. ⌊Venit enī⌋
« in hūc mundū per incarnationis myſteriū, ⌊filius hominis⌋ id eſt, Chrūs filius virginis, ⌊q̄-
« rere⌋ docēdo, & ꝑ diuerſa loca eundo ad hoīes, ⌊& ſaluū facere⌋.i. à pc̄tis & pęnis æternis e-
« ripere, atq; ad felicitatē cœleſtē reducere, ⌊q̄d perierat⌋.i. genus humanū in primo parēte
originaliter vitiatū, & ob originale pc̄m̄ gr̄a & gloria priuatū, multis q̄q; actualib9 & pſona
libus poſterorum peccatis infectū ac perditū. Idcirco dicit apoſtolus: Fidelis ſermo & oīni 1. Timo. 1
acceptione dignus, quia Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Et Eſaiæ. 53.
per Eſaiam de Chriſto prædictum eſt: Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros Matt. 1.
ipſe porauit. Angelus quoq; dixit ad Ioſeph: Ipſe ſaluū faciet populū ſuū à peccatis eoꝝ. Ec-
ce iſte Zachæus oīnibus nobis in exemplū eſt poſitus, vt eius pœnitentiā, feruorē, liberalita-
tē & pietatē ſectemur. Quod ſi quis paratus nō eſt iniuſte habita in quadruplū reddere, ſaltē
in ſimplū reſtituat, & ſi alter ex ſua defraudatione damnū perpeſſus eſt, nō in ablato dūtaxat,

C ſed etiā in alijs quæ ꝑ licitū vſum ablati quiuit, lucrari ſtudeat pro poſſe ſatisfacere atq; refun
dere. Vnde & mora in reſtituendo eſt periculoſa ac vitioſa, quū alter dānum patiatur ex ea.
« ⌊Hæc illis audiētibus⌋.i. diſcipulis Chriſti cæteris quoq; q̄ aderāt, audiētibus ꝙ Chrūs di-
« xit ſe veniſſe ad quærendū atq; ſaluandū quod perijt, ⌊adijciēs (quæ ſequūtur) dixit parabo-
« lam⌋ quæ ſtatim ſubiungitur, ⌊eo ꝙ eſſet prope Hieruſalem⌋ id eſt, ciuitati illi propinqua-
« ret, ⌊& q̄a æſtimarēt⌋ diſcipuli eius ac alij, ⌊quod cōfeſtim⌋.i. mox quū Ieſus in Hieruſalē
« aduenisſet, ⌊regnū dei manifeſtaret̃⌋ hoc eſt, regnū quod deus ꝑ prophetas Chriſtū habitu
rū prædixit euidēter poſſideret̃ & haberetur à Chriſto, iuxta illud Eſaiæ: Super ſoliū Dauid Eſaiæ. 9
& ſuper regnū eius ſedebit. De quo & angelus dixit ad virginē. Dabit illi dominus deus ſedē Lucæ. 1.
Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternū. Iudæi quippe imò & diſcipuli Chri
ſti ante ipſius aſcenſionem credebant Chriſtum in primo ſuo aduentu temporaliter in hoc
ſeculo, cum maxima opulentia & magnificentia regnaturum, promiſſa prophetarum de
Chriſti regno loquētium ad literā carnaliter intelligentes. Propter q̄d apoſtoli in die aſcē-
ſionis loquuti ſunt Chriſto: Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Et quia Hie- Actoꝝ. 1.
ruſalem fuit Iudeæ vrbs metropolitana ac regia, putabant Chriſtum in ea ſuum ſolium poſi
turum, ſtatim quum hac vice eam fuiſſet ingreſſus, præſertim quia iam tot ac tanta fecit

miracu-

Matth.21 miracula, ita quòd à plurimis credebatur eſſe Meſſias rex Iſrael, multaq́ꝫ millia ſequebantur, D
Iohan.12 eum, tanq̃ parata ipſum acceptare in regem. Vnde & paulopoſt ſcilicet in die Palmaꝝ occur
rerũt ei cũ mirabili reuerentia quaſi regi Meſſiæ. ⌊Dixit ergo⌋ ſequentem parabolã, ad ex- »
cludendum ab eis iſtum errorem. ⌊Homo quidam nobilis,⌋ hoc eſt, Chriſtus ſcd̄m vtranqꝫ »
ſuam naturã prænobilis, quia ſcd̄m diuinitatem ex patre æterno æternaliter natus, & ſecun-
Pſal.114 dum humanitatẽ ex virgine regiæ ac dauiticę ſtirpis ortus, ⌊in regionẽ longinquã⌋ hoc eſt, »
de hoc mundo in cœlum empyreum, de quo fertur in Pſalmo: Placebo domino in regione
viuorum. ⌊accipere ſibi regnum⌋ ſuper vniuerſos ordines angelorum, qui licet ab exordio
mundi fuerint Chriſto ſubiecti ſecundum quòd deus eſt, tamen in ſua aſcenſione cœpit ſpe-
ciali modo ſuper eos regnare etiam ſcd̄m ſuam humanitatem vt verbo vnitam. Omnes enĩ
angelici ſpiritus ſubduntur ac ſeruiunt homini Chriſto, & purgantur, illuminantur, ac per-
Dionyſius ficiuntur ab eo, imò & ab eius humanitate ſeu anima ſecundum diuini Dionyſii documen-
ta, ⌊& reuerti⌋ in die iudicij ad dandum ſingulis quod merentur, quemadmodum in Apo- »
Apoca.22 calypſi fatetur: Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt dare vnicuique ſecundum opera
ſua. ¶Poteſt autem & ita exponi: Homo quidam abijt in regionem longinqnam, hoc eſt,
Pſalm.18 de ſummo cœlo venit in hunc mundum inferiorem, quemadmodum ſcriptum eſt: A ſum-
Iohan.3 mo cœlo egreſſio eius. Propter quod Chriſtus apud Iohannem loquitur de ſeipſo: Nemo
aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis qui eſt in cœlo, accipere ſibi re-
gnum, hoc eſt, ex electis Iudæis & Gentilibus colligere ſibi populum in quo regnaret per gra
Pſalm.2 tiam. Vnde in Pſalmo pater loquitur filio: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem E
Zacha.9 tuam &c. Per Zachariam quoque de Chriſto prædictum eſt: Poteſtas eius à mari vſque ad
mare, & à fluminibus vſqꝫ ad terminos terræ, & reuerti, in fine mundi, vel paulo ante, quan-
do per eius virtutem & gratiam Iudæi generaliter conuertuntur ad fidem per prædicatio-
Malach.3 nem Heliæ, vt in Malachia legitur, de quo & Paulus ad Romanos teſtatur: Cæcitas ex par-
Roma.11 te contigit in Iſrahel, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrahel ſaluus fieret.
⌊Vocatis autem decem ſeruis ſuis,⌋ Hoc eſt, cunctis credentibus qui per decem ſignantur »
propter decalogi adimpletionem, per quam digni ſunt ſerui dei vocari. Vel, quia denarius
eſt primus limes numerorum, ſequentesq́ꝫ numeri ſunt replicationes ipſius, ac partium eius.
Poſſunt quoque per ſeruos iſtos ſpecialiter accipi ordo prælatorum, prædicatorum, ſiue do-
ctorum, ⌊& dedit illis decem mnas⌋ hoc eſt, varia dona tam gratiæ gratumfacientis, quàm »
gratiæ gratis datæ, nec omnibus æquè multum, ſed vnicuiqꝫ ſecundum ipſius virtutem, ſeu
1.Cor.12 capacitatem. Hinc ait Apoſtolus: Alij per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcien-
tiæ, alij gratia ſanitatum, alij operatio virtutum, alij genera linguarum, alij diſcretio ſpiritu-
1.Cor.7 um, alij interpretatio ſermonum. Itemq́ꝫ: Vnuſquiſque proprium donum habet à Deo.
¶Porro ſecundum gloſſam mna decem drachmas appendit ſeu valet: ⌊Et ait ad illos: Nego »
tiamini dum venio⌋ Hoc eſt, beneficijs doniſq́ꝫ dei vobis conceſſis fructuoſe vtamini, creſcẽ »
do in eis, & multiplicando ea per opera bona ſeu merita, ſicq́ꝫ per bona vitæ præſentis mer-
cando bona gloriæ vitæ futuræ, & hoc per totum tempus vitæ iſtius vſqꝫ ad finem ſeculi, in
quo ad iudicandum redibo. ¶Interim nanqꝫ eſt ſtatus merendi ac demerendi. Hæc eſt nego
tiatio ſpiritualis ac bona, qua regnum cœlorum emitur paupertate, quies æterna temporali F
labore, honor & gaudiũ regni cœleſtis, confuſione & dolore incolatus terreſtris. Hinc apud
Matth.13 Matthæum ait ſaluator: Simile eſt regnum cœlorum homini negotiatori. Eſt autem & ne-
Iohan.2 gotiatio ſecularis, quæ in loco ſacro prohibetur, de qua dicit Chriſtus: Nolite domũ patris
mei facere domum negotiationis. ⌊Ciues autem eius⌋ puta Iudæi, de quorum terra & po- »
pulo ſecundum carnem natus eſt Chriſtus, ⌊oderant eum.⌋ Nam & Pilatus ſciuit, quòd »
Matth.27 per inuidiam tradidiſſent eum. Et apud Iohannem aſſerit Chriſtus: Odio habuerunt me gra
Iohan.15
Pſal.68 tis, imò intantum oderant eum, quòd grauis fuit eis ad videndnm, cuius cauſa in libro Sapi-
Sapiẽ.2 entiæ clariſſime aperitur, vbi in eorum perſona aſſeritur. Tanquàm nugaces æſtimati ſumus
Ibidem ab illo, & improperat in nos peccata legis, & abſtinet ſe à vijs noſtris tanquàm ab immun-
Prouer.15 dicijs, & diſſimilis eſt alijs vita illius. Impletumq́ꝫ fuit in eis, quod in Prouerbijs Salomonis
legitur: Non amat peſtilens eum qui ſe corripit. Quorum peruerſitatem nunc multi ſequun-
tur, qui ab animarum ſuarum reſpuunt curari vulneribus, & indeſinenter vulnerant ſemet-
ipſos, ⌊& miſerunt legationem poſt illum,⌋ hoc eſt, poſt Chriſti aſcenſionem conati ſunt »
Euangelicam fidem, ac legem, regnumq́ꝫ Chriſti in terra deſtruere. Ad quod faciendum
Acto.9 quoſdam hinc inde miſerunt, quorum ad tempus vnus extitit Paulus, tranſiens ad Dama-
Hiere.11 ſcum ad perſequendum ibidem Chriſtianos. Hinc in Hieremia dicitur: Eradamus eum
de terra viuentium, & nomen eius non memoretur vltra. ⌊dicentes: Nolumus hunc re- »
gnare ſuper nos,⌋ Hoc eſt, Ieſus iſte non eſt Meſſias in lege & prophetis promiſſus. Vnde »
apud Iohannem dicitur: Non habemus regem niſi Cæſarem. De quibus à Daniele legitur
Iohan.19
Danie.9 prophetatum. Non erit eius populus qui eum negaturus eſt. ⌊Et factum eſt vt rediret⌋ id eſt »

ad ge

A ad generale iudicium,ad quod in fine ſeculi veniet Chriſtus,⌊accepto regno⌋ quia ante finē
ſeculi pene totus mundus conuertetur ad Chriſtum, præcipue Iudæi per Heliam,& cæteri po
“ tiſſimū Antichriſto occiſo,propter quod per Danielem ſcribitur· Dedit ei ſcilicet pater Chri- Daniel. 7
“ ſto poteſtatem ,& regnum,& honorē,& omnes populi tribus & linguæ ſeruient ei, ⌊& iuſſit
vocari ſeruos,quibus dedit pecuniam⌋.i.credentes iubebit ad iudiciū ſuū adduci per angelos
dicente apoſtolo: Omnes nos ſtare oportet ante tribunal Chriſti, ⌊vt ſciret⌋.i. per retribu- 2. Cor. 5
tionis effectū,& iudicialem ſuā ſentētiā eos ſcire atq; ab alijs ſciri faceret,iuxta quē modū ſcri- Roma.14
ptum eſt in Exodo:Dixit dominus ad filios Iſrael. Iā nunc depone ornatū tuū ,vt ſciam quid
“ faciā tibi,⌊quātum quiſq; negotiatus eēt⌋.i.quantū in bonis operibus fructificaſſet, ſpūaleq; Exodi.33
lucrū de donis dei ſibi cōceſſis feciſſet.Cui enim plus datū eſt,plus requiretur ab eo,& qui ad al Lucæ.12.
tiora ſe obligauit, ad pfectiora tenetur. Vñ de prælatis & prædicatoribus hæc ſpecialiter poſ-
ſunt exponi,de quibus tūc duriſſimū fiet iudiciū,quia cōmiſſæ ſunt eis animæ ,pro quarum ſa-
lute Chriſtus dignatus eſt crucifigi,tūcq; potētes potēter patiētur tormēta,& fortioribus for- Sapiæ.6.
“ tior cruciatus inſtabit,vt dicitur in libro ſapientiæ. ⌊Venit autem primus dicēs:Domine mna
“ tua decē mnas acquiſiuit.⌋ Per hūc primū ſeruū diuino tribunali in die iudicij præſentādū in-
telligūtur,qui maiora gratiæ dona ſortiti ſunt,atq; eiſdē fructuoſæ ſunt vſi,ſicut qui vltra præ-
cepta ſeruāt cōſilia,vel paſtorale officiū digne adimplēt.Itaq; primus dixit.Domine mna tua
id eſt,gratia mihi à te præſtita decem mnas acquiſiuit,hoc eſt,copioſum fructū et cooperante
“ produxit,ſicut apoſtolus proteſtatur:Gratia dei in me vacua non fuit. ⌊Et ait illi:⌋ Chriſtus 1. Cor. 15
“ infallibilis iudex. ⌊Euge ſerue bone⌋.i. virtuoſæ,qui bonitatē tibi cōceſſam diffudiſti,cōmu-
B nicaſti,auxiſti. Bonū enim eſt ſui diffuſiuum, vt ſanctus Dionyſius effatur: Euge , hoc loco eſt
interie ctio deſignans affectum cōmendātis nō inſultātis,ſicut in pſalmo quo fertur:Ferāt cō- Psal.39
“ feſtim cōfuſionem ſuam qui dicūt mihi euge euge, ⌊quia in modico fuiſti fidelis⌋ id eſt,bonis
vitæ præſentis,quæ cōparatione futurorum bonorum,parua &pauca ſunt , laudabiliter vſus
“ es ad gloriam dei,ædificationēq; proximi,& tuijpſius ſalutem, ⌊eris poteſtatem habens ſuper
“ decē ciuitates⌋ hoc eſt,abundātiorē felicitatē atq; honorem ſortieris in cœlis, & pro omni-
bus ac ab omnibus,quibus fuiſti cooperator ſaluationis,glorificaberis in ſupernis. Nā & poſt In beatis or
iudicium manebit in beatis ordo dignitatis, ac cōgrue ad inuicem honorationis . Vnde dicit do dignitatis.
apoſtolus:Quæ eſt ſpes noſtra aut gaudium aut corona gloriæ? Nonne vos ante dominum? 1. Theſſ.2.
⌊Et alter venit dicēs:Domine mna tua⌋ hoc eſt gratia tua mihi collata , ⌊fecit quinq; mnas⌋
id eſt,cōpetentem & mediocrē fructum produxit. Per hunc intelliguntur qui diuina præcepta
“ ſeruare contenti ſunt. ⌊Et huic ait: Et tu eſto ſuper quinq; ciuitates⌋ hoc eſt, proportionatū,
tibiq; debitum ſuſcipe præmium &honorem in cœlo,vbi omnes ſunt reges,vtpote gloria &
“ honore coronati. ⌊Et tertius venit,dicens:Domine,ecce mna tua quā habui repoſitā in ſuda-
“ rio⌋.i.donum quod à te ſuſcepi,& quo fructuoſæ vſus non ſum illud multiplicādo tibi repor
to. Porro ſudarium dicitur veſtis quo facies à ſudore detergitur,vel mortuorum corpora in-
uoluūtur. Per hoc ergo ꝙ dicit ſe mnam in ſudario poſuiſſe,ſignatur ꝙ à bonis operibus mor
tua fuit,vel propter vitam carnalem,nec ſibi nec alijs profuit. Quo cōtra dicit apoſtolus : Hor 2. Cor. 6
tamur vos ne in uacuum gratiam dei recipiatis. Itemq;: Noli negligere gratiam dei quæ in te 1. Timo.4
“ eſt, ⌊Timui enim te,⌋ Si vere timuiſſet timore filiali,vitaſſet peccata amore iuſtitiæ,& ne dei
C offenſam incurreret,ſi vero timuiſſet deum timore ſeruili,vitaſſet ſaltem quodammodo quę
dam peccata timore pœnarum. Poteſt tamen hic timor intelligi puſillanimitas bene agendi,
“ qua quidam retrahuntur à bonis operibus, ⌊quia homo auſterus es.⌋ Chriſtus nāq; in iudicio
terribilis erit & rigoroſus,nunc quoque ipſe qui in ſeipſo pius & dulcis eſt,quibuſdam peruer-
ſis videtur auſterus,inquantum præcipit quæ eis dura ſeu difficilia apparent ac diſplicent,eaq;
“ prohibet quæ eis delectabilia extant & complacent, ⌊tollis quod non poſuiſti⌋ hoc eſt,plus re
“ quiris quam contuliſti, ⌊& metis quod non ſeminaſti,⌋ id eſt,tibi aſcribis & adſcribi requiris
quod perſonaliter non effeciſti. Hoc ſeruus iniquus ideo dicit,quoniā Chriſtus de donis gra-
tiæ quæ donauit ſpirituale lucrum vt dictum eſt,exigit, totumq; bonum quod operatur ho-
mo per gratiam eius,ſibi principaliter iubet adſcribi,dicens: Sine me nihil poteſtis facere. Et Iohan.15.
per Oſeam: Perditio tua ex te,in me tantummodo auxilium tuum . Hæc autem Chriſtus iu- Oſee.13
ſtiſſime facit,quia ad hoc nobis habitus donorum atque virtutum largitur , vt per eos proce-
damus in actum , nec ſic totum ſibi attribuit, quin opera bona imputet nobis ad meritum, &
“ pro eis copioſiſſimum conferat præmium,remunerans vltra condignum. ⌊Dicit ei,⌋ iudex,
“ ⌊de ore,⌋vel ſecundum quoſdā ex ore ⌊tuo te iudico⌋ hoc eſt proprijs verbis tuis iam con-
tra me dictis te reprobo , reumque comprobo,ſicut ait ſcriptura : Ex verbis tuis iuſtificabe- Matt.12
ris ,& ex verbis tuis condemnaberis. Vnde in Iob legitur : Os tuum condemnabit te , & non Iob.15.
“ ego,& labia tua reſpondebunt tibi, ⌊ſerue nequam⌋ quia fraudulentus in dominum tuum,
& ei calumniam irrogans,piger ad bene agendum,pronus ad impie accuſandum, proteruus
ad emendandum. Itaque quod pro ſui excuſatione ſe apte dixiſſe putauit , vertitur ei ad
culpæ

Bernardus culpæ augmentum. Ideo grãdis fatuitas eſt propria excuſare peccata, quia (vt ait Bernardus) D
in animam ſuam peccat qui ſeipſm excuſat, tanq̃ à ſe indulgentię medicinam repellens, & vi-
tam grẽ ſibi ore proprio intercludens. Quæ em̃ maior nequitia, imò & maior ſtulticia, quàm
contra propriam armari ſalutem, & linguę mucrone ſemetipſm confodere? Ideo orat Pſalmi
Pſal. 140 ſta: Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Aga-
Iob. 13 mus ergo quod ſanctus Iob ait: Vias meas in conſpectu dei arguam, & ipſe erit ſaluator meus.
⌊ ſciebas quia homo auſterus ſum, tollens quod nõ poſui, & metẽs quod non ſeminaui ⌋. i. ſi
durum & rigoroſum me noueras, quare cognitio iſta nõ induxit te ad timoratius fructuoſi-
usq́ viuendũ, attendendo q̇ mea diligentius eſſem exacturus? ⌊ & quare nõ dediſti pecuniã
meã ad menſam ⌋. i. quur donum grẽ tibi conceſſum nõ expẽdiſti ad alioꝝ ſpũalem refectio
nem, inſtructionem, ſeu ædificationem, ⌊ & ego veniẽs ⌋ ad iudicium vniuerſale, vel particu
lare. i. per actum iudicialem te viſitãs ⌊ cũ vſuris vtiq́ ⌋. i. ſpũalibus lucris profectibus ſeu me
ritis tuiſpſius vel ipſius alterius qui ex te ædificatus eſt ſeu profecit, ⌊ exegiſſem eam ⌋. i. ratio
nem de ea quæſiſſem & præmiũ contuliſſem. Hoc em̃ exigit Chriſtus, vt de bonis quæ præſti
tit, proficiamus nobiſpſis ac aliis. Per hũc ſeruũ intelliguntur negligẽtes rectores & inſructuoſi
doctores, inutilesq́ fideles, q nec ſibi nec aliis ſunt fideles ac vtiles, imò magis nociui, de qbus
2. Tim. 3 ait Apl'us: Mali hoĩes proficient in peius, errantes & in errorẽ mittentes. ⌊ Et aſtãtibus ⌋. ſ.
angelis qui deo ad obediendum, miniſtrãdum, laudãdum, cõtemplandũ, atq́ fruendũ indeſi
Dan. 7 nenter aſſiſtũt ſeu àdſtant, iuxta illud Danielis: Millia milliũ miniſtrabant ei, & decies millies
centena millia adſiſtebãt ei, ⌊ dixit: Auferte ab illo (nequam ſeruo) mnam ⌋. i. donũ grẽ ſibi
collatum, quod dicitur auferri quantum ad habitum, vel quantũ ad vſum ſeu fructũ. Angeli ve
ro hoc auferũt, ſuam adminiſtrationem nõ amplius impendendo hoĩbus poſt hanc vitã, vel E
oſtendendo, q̇ homo iuſte priuetur grã ſibi data, vel executioni diuini iudicii cooperãdo, ſecun
Matth. 13 dum illud Matthæi: Mittet filius hoĩs angelos ſuos, & eos qui faciũt iniquitatem mittẽt in ca
minum ignis, ⌊ & date illi q habet decem mnas ⌋. i. qui abũdãti grã ſibi donata, cum abundãti
fructu optimẽ vſus eſt. Quãto em̃ quis in ſpũalibus bonis plus quotidie proficit, tanto ampli
tius grã ei' augetur, & cunctę eius virtutes perficiuntur. Nam grã bono ipſius vſu meretur augeri, vt
Tullius aucta mereatur & pfici. Tullius quoq́ ait: Scia eſt nobilis animæ theſaurus, q̃ diſtributa recipit
incrementum, & auarum dedignatur poſſeſſorem, & niſi publicetur, elabitur. Cui concordat illud
Eccl. 41 Eccleſiaſtici: Sapia abſcõdita & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſq́? ¶ Porrò grã ab vno
auferri, & alteri dari aſſeritur, nõ quòd eadem numero ſic tollatur & detur, quum accidens nõ mi-
gret de vno ſubiecto in aliud, ſed quia in ſpecie ſimilis ſic confertur, & fructum grẽ quem vnus
ſi benẽ vixiſſet cõſecutus fuiſſet, conſequitur alter. Angeli vero dant grãm talem alicui diſponẽ
do & cooperãdo ſeu illuminãdo, ſeu ipetrãdo. ⌊ Et aiũt (angeli) ei: Dñe decẽ mnas habet ⌋. i.
grãꝝ chariſmata copioſa. ⌊ Dico aũt vobis (ego Chr̃us oĩm iudex) q̇ oĩni habẽti dabitur ⌋. i. ha
bẽti grãm cũ vſu fructuoſo ipſius maior grã adiicietur, ⌊ & abundabit (in ſpũalibus bonis) ab eo
aũt qui nõ habet ⌋ vſum ſeu actum gratiæ ad quem gratia ordinatur, vtpote à ſeruo accidioſo.
Vel qui nõ habet. i. in comparatione quorundã electoꝝ parũ aut quaſi nihil grẽ habet, quia
quod modicũ eſt pro nihilo, ſcd̃m philoſophum reputatur, ⌊ etiam quod habet ⌋. i. ipſm habi-
tuale ſeu modicum grẽ donum, ⌊ auferetur ab eo, ⌋ Ipſe em̃ peccãdo illud amittit, ſeipſmq́ il-
lo priuat, & ſibi id aufert quodammodo effectiue, deus vero ſeu angeli permiſſiue. ⌊ Verun-
tamẽ inimicos meos (. i. infideles pcipuẽ Iudæos incredulos) qui noluerũt me regnare ſup ſe ⌋
Iohan. 19 Pilato quippe dicente: Regem veſtrũ crucifigã, reſponderũt indurati Iudæi. Non habemus F
Hiere. 5. regem niſi Cæſarem. De quibus apud Hieremiam habetur: Præuaricatione præuaricata eſt in
me domus Iſrael, & domus Iuda ait dñs: Negauerũt dñm, & dixerũt, Non ipſe eſt, de qbus ve-
Oſee. 7 rificatur quod per Ozeam dominus loquitur: Receſſerũt à me, & ego erudiui eos, & roboraui bra
chia eoꝝ, & in me cogitauerũt malitiã, ⌊ adducite huc ⌋. i. ad meum tribunal. In die nãq́ iudi
cii, angeli ſancti deferent reprobos reſuſcitatos ad iudicii locum, prout in Matthæo aſſerit
Matth. 13 Chriſtus: In conſummatione ſeculi exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum
⌊ & interficite ante me ⌋ hoc eſt, in conſpectu meo in ignem æternũ proiicite, æternaq́ mor
te per approbationem dignos iudicate. Hæc eſt mors æternæ pœnæ atq́ miſeriæ, de qua in
Apoca. 21 Apocalypſi inducitur: Timidis aũt & incredulis & excæcatis & omnibus mendacibus pars il
loꝝ erit in ſtagno ardenti ignẽ & ſulphure quod eſt mors ſecunda, in quã infeliciſſimã, acer-
biſſimã & indeficientiſſimã mortẽ angeli ſc̃ti pariter trudent atq́ proiicient vniuerſum illũ
reproboꝝ triſtiſſimũ cumulum. ſ. in infernũ, vt dictũ eſt. Quidã exponũt hæc de interfectio-
ne Iudæoꝝ per Titum & exercitum Romanoꝝ, quæ in vltionem ſanguinis Chriſti facta eſt
quadrageſimo ſecũdo anno poſt paſſionem ipſius, ad quam impioꝝ occiſionem deus inſti-
gauit Romanos, in quantũ fiebat in ſanguinis Chriſti vindictam, q̃uis Romani hoc ignora-
Hiere. 5 rent, atq́ ob aliam cauſam id perpetrarent, quemadmodum per Hieremiam & Ezechielem
Ezech. 18 aſſeruit ſe adducere Chaldæos contra Iudæos prauiſſimos prędictoꝝ tpibus prophetaꝝ, vt
patet

A patet in libris eoꝝ.⌊Et his(parabolice)dictis ꝓcedebat,⌋ diſcipulos verbis & factis inſtruẽs
eos ad animi fortitudinẽ atq; conſtantiã, vt eſſent parati ad mortẽ pro fide ſeu iuſtitia ſuſti-
“ nendã,⌊aſcendens Hieroſolymã,⌋ in qua ſe ſtatim paſſuꝝ præſciuit & ꝑnarrauit,ſicq; facto
monſtrauit quod verbis ꝑdixit, in quo exemplũ dedit ꝑlatis volũtarie præeundi ad pœnam
& mortẽ pro ſalute gregis eis cõmiſſi, aut etiam alioꝝ, quũ fuerit opportunũ, prout in libris
Machabæoꝝ de quodã ſic ſcribitur: Eleazarus ætate prouectus, glorioſiſſimã mortẽ magis 2.mach.6
q̃ odibilem vitã cõplectens, voluntarie præibat ad ſuppliciũ. Hinc in epiſtola Iohannis ſcri-
ptũ eſt: In hoc cognouimus charitatẽ dei, quoniam ille animã ſuam pro nobis poſuit, & nos 1.Johan.3
“ debemus pro fratribus animas ponere.⌊Et factum eſt quũ appropinquaſſet Ieſus ad Betpha
“ ge & Bethaniam ad montem qui vocatur Oliueti.⌋ Secundũ gloſam, Betphage fuit villa ſeu
“ viculus ſacerdotũ prope montem Oliueti. Habebant eñi ſacerdotes veteris teſtamenti vicos
extra ciuitatem ad alendũ pecora ſua. Bethania quoq; villa fuit, nõ longe à latere montis præ-
fati. Sciendũ vero ꝙ Lucas non obſeruat hic ſtricte ordinem rei geſtæ. Primo etenim venit
Chriſtus in Bethaniam .ſ. ſabbato ante ramos palmarum, & ibi tunc factũ eſt conuiuium, de
quo in Iohanne legitur, in quo Lazarus vnus fuit diſcumbentiũ, & Martha miniſtrabat. Die Johan.12
autem ſequenti veniens Ieſus à Bethania ad Hieruſalẽ, tranſiuit per Betphage quæ erat in me
dio, & ſic venit ad montem Oliueti, qui ideo ſic vocatur, quoniam multæ oliuæ creſcebant
“ in eo,⌊miſit duos diſcipulos ſuos,⌋ Eiſdem rationibus miſit duos, quibus(vt in expoſitione Luc.10
decimi cap. dictum eſt)miſit diſcipulos ſuos binos ad prædicandum, dicuntq; aliqui ꝙ ſecun
B dum Chryſoſtomũ duo iſti fuerunt Petrus & Philippus, quorũ alter, ſcilicet Petrus, Corne- Chryſoſtom⁹.
lium quaſi aſinum, Philippus Samariam quaſi aſinam per fidem adduxit ad Ieſum ſiue con-
uertit. Sed iuxta hoc iſtud de Philippo apoſtolo non poſſet intelligi, quoniam ipſe Samari-
am non conuertit, ſed de Philippo vno de ſeptem primis diaconibus, qui conuertit Samari-
riam, vt in actibus deſcribitur, prout ibidem expoſitores teſtantur. Veruntamen Chryſoſto Act.8
mus illud nõ aſſerit, ſed in expoſitione cuiuſdam perhibet ſe legiſſe. Et ſi rite recordor, legi ꝙ
Origẽnes hoc dixerit. Qui vero hi duo diſcipuli fuerint, ſcriptura non exprimit nec certum Origenes
“ eſt,⌊dicens: Ite in caſtellũ,⌋ hoc eſt, in ciuitatem Hieruſalẽ, quæ vel deſpectiue vocatur ca-
ſtellum, quia non fuit in ea vera vnio ciuium, ſed magna diſſenſio atq; inuidia, vel propter ſi-
tum loci, quia in montibus poſita erat, & ob fortitudinem murorũ, munitionumq; eius. Po-
teſt quoq;(vt aliqui putant)per caſtellũ intelligi aliqua domus lapidea ſeu fortalicium iuxta
“ murũ, in qua vel prope quam aſina fuit,⌊quod contra vos eſt,⌋ id eſt ex oppoſito veſtri ſe-
cundũ localem diſtantiam, vel contra vos, quia me veſtrum dominũ ac magiſtrum habitato
“ res eius nitũtur occidere, voſq; diſpergere,⌊in quod introeuntes, inuenietis pullũ aſinæ alli-
“ gatum,⌋ præſepi aut alteri rei, ne vagando diſcurrat,⌊cui nemo vnquam hominũ ſedit,⌋
hoc eſt, ſuper quem nullus huc vſq; ſedit ad viam agendam, ob pulli iuuentutem & teneritu-
“ dinem,⌊Soluite illum & adducite mihi.⌋ In Matthæo habetur, ꝙ Ieſus dixit: Inuenietis aſi-
nam alligatam & pullũ cum ea, ſoluite & adducite mihi. Vnde elicitur quod vtrunq; animal Mat.21.
“ fuit ligatũ, & à Chriſto iuſſum adduci.⌊Et ſi quis vos interrogauerit, quare ſoluitis pullũ, ſic
“ dicetis ei, Quia dominus operam eius,⌋ id eſt miniſtrationẽ⌊deſiderat,⌋ non ob ſuam ne-
ceſſitatem abſolutã, ſed propter ſcripturæ verificationem, & ad noſtram informationem ac
C myſticam rationẽ, quia per pulli ſeſſionẽ figurabatur, ꝙ Chriſti imperio gentilitas eſſet ſub-
denda, ita quod illud Apoſtoli adimpleret: Glorificate & portate deum in corpore veſtro, 1.Cor.6
“ ⌊Soluentibus aũt illis,⌋ duobus Chriſti diſcipulis,⌊pullũ, dixerunt domini eius,⌋ ſcilicet
pulli .i. cuſtodes vel eo frequẽter vtentes, ſi non ad ſedendũ, tamen ad aliqua alia. Vt eñi com
“ muniter fertur, pullus & aſina communibus hominũ vſibus deputabant.⌊Quid ſoluitis pul-
“ lum?⌋ ſuper quem nullus vſq; nũc ſedit.⌊At illi dixerũt, quia eum dominus neceſſarium ha-
“ bet,⌋ ſecundũ modum prædictũ & propter cauſas iam tactas. ¶Sed quid ſciuerunt illi quẽ
diſcipuli Chriſti deſignarent nomine domini? Ad quod reſpondetur, ꝙ forte iam audierũt
Ieſum Nazarenũ illuc venire, & ex habitu ſeu alijs ſignis notabant quod illi duo eſſent diſci-
puli eius, fuitq; tunc rumor communis, ꝙ Ieſus eſſet rex Meſſias, vnde per dominũ intellige-
“ bant Ieſum.⌊Et duxerunt illum,⌋ ſcilicet pullũ ſimul cũ aſina,⌊ad Ieſum, Et iactantes ve-
“ ſtimenta ſua ſuper pullũ,⌋ imò & ſuper aſinam ſecundũ Matthæũ, vt Ieſus mollius, decenti- Mat.21
“ uſq; ſederet,⌊& impoſuerũt Ieſum⌋ ſuper pullum reuerentialiter miniſtrando. ¶Circa hæc
multa quæri poſſent ac dici, vtpote de myſtica ſignificatione caſtelli & pulli ac aſinæ, & an
Chrũs ſucceſſiue ſuper vtrũq; animal ſedit, de quibus, quia ſuper Matthæũ hæc ſcripſi, nunc
“ nihil dicam.⌊Et quũ appropinquaret iam ad deſcenſum montis Oliueti, cœperũt omnes
“ turbæ deſcendentiũ⌋ cũ Ieſu de altioribus locis circa montem hũc, Vel deſcendentium .i. de
Hieruſalẽ, quæ altius ſita fuit ei obuiantiũ, quia ſicut in Iohanne legitur: Turba multa quæ ve Johan.12
nerat ad diem feſtũ, cum audiſſet quia venit Ieſus Hieroſolymam, acceperunt ramos palma-
“ rum & proceſſerunt obuiam ei,⌊gaudentes,⌋ ſpũali iucunditate de omnipotentia dei &

CAP.XIX. mirabilibus eius factis per Chriſtum,⌊laudare deum voce magna⌋ id eſt, deuota ac ſono-
ra,⌊ſuper omnibus quas viderant virtutibus⌋ hoc eſt,vniuerſis Chriſti miraculis diuina vir D
tute peractis,quæ corporalibus oculis fieri conſpexerunt,dicẽtes:⌊Benedictus⌋ id eſt,omi
bona dictione ſeu appellatione dignus & ſanctus ſiue laudatus eſt & ſit,⌊qui venit in nomi »
ne domini⌋ id eſt in deo,videlicet in virtute & ſecundũ voluntatem ipſius atq; ad gloriam »
eius,⌊pax in cœlo⌋ hoc eſt,in cœleſti regno eſt pax æternitatis,pax impturbabilis & cõ- »
pleta,hoc eſt ſempiterna tranquillitas,delitioſiſſima,inconcuſſibilis & conſummata quieta
tio mentis omnium beatorum in deo.¶Porrò per hoc quod dicunt,pax in cœlo , deſigna-
tur reconciliatio generis humani cum deo & angelis ſanctis facta per Chriſtum,quemad-
Coloſſ.1 modum de Chriſto ait apoſtolus:Pacificans per ſanguinẽ crucis eius,ſiue quæ in terris ſunt
ſiue quæ in cœlis,ſicq; exponi poteſt ,pax,id eſt,pacificatio eſt in cœlo dei ,& angelorum
Lucæ.2 ad homines. ¶Præterea quæri poteſt,quur Chrõ naſcente angeli cecinerũt,pax in terra ho
minibus,nunc vero ipſo ad paſſionem tendente clamitant turbæ,pax in cœlo? Ad quod di
citur,quia in Chriſti incarnatione & natiuitate pax vera,ſcilicet Chriſtus de cœlo in terrã
deſcendit,ſed per paſſionem ipſius aſcendit,pax iſta in cœlum,⌊& gloria in excelſis⌋ id eſt
honor,glorificatio,beatitudo,lætitia ſit deo in cœleſtibus habitanti,cui debetur omnis ho-
Ibidem. nor & gloria,vnde & ſupra angeli cantaſſe leguntur:Gloria in altiſſimis deo,vbi hæc pleni-
us exponuntur.⌊Et quidam phariſæorum de turbis⌋ id eſt,inter populos iſtos tunc exiſtẽ »
tes,⌊dixerunt ad illum(ſcilicet Chriſtũ)Magiſter⌋ Non audebant ei irreuerenter loqui ti- »
more plebis,⌊increpa diſcipulos tuos⌋ id eſt,iſtos qui te tam excellenter collaudant, vel »
diſcipulos tuos,qui iſtud præ cæteris faciũt,ſeu alios ad hæc inducũt.Hoc ex inuidia pro-
tulerunt,quoniam Chriſtũ ſpernebant,nec regem Iſrael eſſe credebant , nec à deo veniſſe. »
⌊Quibus ipſe dixit:Dico vobis,quia ſi hi tacuerint,lapides clamabũt⌋ tanquàm dicat Hũc »
diẽ præordinaui,vt in ea debitus mihi honor exhibeatur,& quis ac qualis ſim oſtẽdatur,ne
per ignorãtiam vos excuſare poſſitis quod mihi non creditis.Idcirco ſi homines mea non E
loquerentur præconia,ſaxa aliquibus ſignis ,ſciſſuris aut motionibus maieſtatẽ meã mirabi
liter declararent,quod etiam in Chriſti cõſtat paſſione completũ:Nã ipſo in cruce pendẽ-
Matt.27. te petræ ſciſſæ ſunt,ſuisq; ſciſſionibus creatori ſuo quaſi compatiebãtur, eiusq; eminẽtiam
ipſo facto ſunt proteſtatæ.¶Poſſunt quoq; p lapides dura gentilium corda intelligi , quo-
Marc.15 rum quidã,puta Centurio & ei cõſimiles,videntes mirabilia quæ in Chriſti paſſione fiebãt,
glorificauerũt deum dicentes:Vere hic homo filius dei erat.⌊Et quum appropinquauit,vi »
dens ciuitatem,fleuit ſuper illam.⌋ Corporaliter vrbi Hieruſalem appropinquauit,à qua »
& corporis circumſcriptione diſtabat,qui ſecundũ ſuã diuinitatẽ vniuerſum inceſſabiliter
mundum implet.Deniq; quum eam corporalibus oculis aſpexiſſet,ſignum præcipue com-
paſſionis monſtrauit,præſentem ciuitatis iniquitatẽ atq; futurã ipſius calamitatẽ ac pœnã
deflendo,qui nõ ſolum ſecũdum quòd deus,ſed etiã ſecũdum ſciẽtiam ſuam creatam ac in-
ditam,ciuitatem illam,omnemq; eius proprietatem & qualitatem ab incarnatiõis exordio
infallibiliter vidit intellectuali intuitu,ſed hac vice ſenſibiliter ea viſa præcipue compaſſio-
nis motum ſponte aſſumpſit,quã & materialibus lachrymis tanq̃ ſigno certo oſtendit.
¶Præterea lachrymatus eſt Ieſus.Primo in ſua natiuitate ſecũdum ſanctos doctores.Secũ- F
Bernardus. do in ſua circũciſione,ſecundum Bernardum & alios.Tertio,in Lazari ſuſcitatione,vt fer-
Iohan.11. tur apud Iohannem.Quarto in hac proceſſione.Quinto inſtante ſua paſſione,quando & ſu
Lucæ.22 dor eius factus eſt ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.Vnde ad Hebræos dicit: Cũ
Heb.5. clamore valido & lachrymis preces offerens.Sexto in ſua paſſione ,in qua & ſæpius præ a-
cerbitate dolorum ſponte plorauit.Itaq; videns vrbem præfatam,eiusq; pulchritudinẽ ex-
teriorem,defleuit ipſius culpam & pœnam tam temporalem quàm æternam. Nomine au-
tem ciuitatis habitatores eius intelliguntur,⌊dicens:Quia & ſi cognouiſſes⌋ id eſt, ſi miſe- »
Prouer.2 riam & euerſionem tibi imminentem cognoſceres,⌊& tu⌋ vtiq; fleres,quæ modo infelici »
ter excæcata lætaris quum maleféceris,& exultas in rebus peſſimis,quia propriã peruerſita- »
tem non penſas,& pœnas tibi debitas ac inſtantes non præuides. Hoc modo quotidie ho-
mines virtuoſi prauorum,excæcatorumq; hominum obtenebrationem internam ac dam-
Ibidem. nationem æternam deplorant,qui neſciunt cur defleantur,de quibus Salomon proteſtatur:
Relinquunt iter rectum,& ambulant per vias tenebroſas.Hanc Chriſti pietatem ſectari de
bemus,quia & ipſe tanquàm piiſſimus etiam inimicæ ciuitatis calamitatem defleuit . Vnde
& nos non ſolum amicorum,ſed etiam inimicorũ mala deflere,& pro ipſis orare debemus,
dicente apoſtolo:Quis infirmatur,& ego non infirmor?Quis ſcandalizatur,& ego nõ ſcã-
1.Cor.11 dalizor?Sic & ſanctus Iob ait:Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat,& compatieba-
Iob.30. tur anima mea pauperi.Induratis vero in vitiis & cunctis iniquis condolendum eſt iugiter.
Eccle.22 Propter quod in Eccleſiaſtico aſſeritur : Luctus mortui ſeptem dies,fatui autẽ & impii oẽs
Auguſtinus. dies vitæ illorum.Refert Auguſtinus in libro de ciuitate dei,quemadmodũ quidam prīceps
militiæ

A miliciæ Romanorum ciuitatem Syracuſanam opulentiſſimam atq; pulcherrimam mox ca-
“ pturus & oppreſſurus primo in eminenti ſtans loco ruinã illius deplanxit. ⌊Et quidem in hac
“ die tua,⌋ hoc eſt in tempore paruo & labili quo tuis vanitatibus, non creatoris tui viuis ho-
“ nori & cultui, ⌊quæ ad pacem tibi,⌋ id eſt ea habes quæ ad tuam carnalem, fallacem'q; perti-
nent pacem. Hoc modo filij ſeculi huius, qui in concupiſcentijs ſuis ac proprijs voluntati-
bus ambulant, qui temporaliter proſperantur, hac carnali & deceptoria pace fruuntur, qui
in tranſitorijs ac ſenſibilibus rebus ſibi finem conſtituunt, atq; in talibus mente vtcunq; qui-
eſcũt, de quibus ait Pſalmiſta: Quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns, de qui- Pſal.72
bus in Iob habetur: Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga dei ſuper illos, du- Iob.21
cunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcendunt. Eſt autem & alia pax vera
ſpiritualis interna, quæ eſt tranquillitas mentis in deo, qua carent iniqui, iuxta illud Eſaiæ: Eſa.57
Non eſt pax impijs dicit dominus, de qua in Iohanne ait ſaluator: Pacem relinquo vobis, pa Iohã.14
cem meam do vobis, quam inter fructus ſpiritus ponit Apoſtolus ad Galatas, dicens: Fru-
“ ctus autem ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, ⌊nuhc autẽ abſcon- Gala.5
“ dita ſunt ab oculis tuis,⌋ hoc eſt aduerſa tibi imminentia nunc te latent, quia & mihi ea tibi
prænuncianti credere aſpernaris. Horum periculoſiſſimam ſecuritatem multi ſectantur, qui
ex longanimitate & patientia dei audentius peccant & deteriores redduntur, in conſuetudi-
nem peccati ruentes. Propter quod in Eccleſiaſte dicitur: Quia non cito profertur con- Eccles.8
tra malos iudicium, abſq; vllo timore filij hominum perpetrant mala. Item'q;: Sunt impij qui
B ita ſecuri ſunt quaſi iuſtorum facta habeant. Iſtis competit illud Sapientiæ: Dixerunt impij, Ibidem
apud ſe cogitantes non recte. Venite fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam Sapiæ.2
“ in iuuentute celeriter, ⌊quia venient dies in te,⌋ id eſt contra te, ⌊& circundabunt te inimi
“ ci tui,⌋ puta Romani, videlicet Titus & Veſpaſianus cum exercitu Romanorum, ⌊vallo,⌋
id eſt aggere, quia (vt legitur) tres aggeres circa Hieruſalem ad eam capiendam fecerunt, vel
vallo, id eſt exercitu ſuo inſtar valli per gyrum vrbis diſpoſito, ſecundum illud Eſaiæ: Cir- Eſa.29
“ cundabo quaſi ſphæram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem, ⌊& coanguſtabunt te
“ vndiq;,⌋ hoc eſt, ſic obſidebunt, vt egredi nec poſſis nec audeas, ſed fame & ſiti ac alijs mo-
dis grauiſſime affligaris. Ad tantam enim anguſtiam habitatores Hieruſalem deuenerunt, vt
“ mulieres proprios pueros comederent, vt libro de bello Iudaico Ioſephus refert, ⌊& ad ter- Ioſephus.
“ ram proſternent, quia tam homines quàm ædificia Hieruſalem proſtrauerunt Romani, ideo
“ ſubditur, ⌊& filios tuos,⌋ id eſt ciues, ⌊qui in te ſunt.⌋ Ciuitas nanq; ſeu communitas per
modum matris ſe habet, reſpectu particularium perſonarum contentarum in ea, quas fouet
“ & protegit, ⌊& non relinquent in te lapidem ſuper lapidem,⌋ hoc eſt, funditus te ſubuer-
tent. Hoc tamen per modum hyperbolicæ loquutionis intelligi poteſt, quemadmodum in
Iudicum libro leguntur filij Beniamin ita ad certum fundis ieciſſe lapides, vt capillum tan- Iudicũ.19
gere potuerint. Legitur quoque, quòd Tito ac Veſpaſiano deſtructa Hieruſalem ad ſua re-
uerſis, Iudæi qui timore Romanorum in ſpeluncis & ſyluis ſe abſconderunt, redeuntes, cœ-
perunt ciuitatem Hieruſalem reparare, & ſacra loca venerari. Quo cognito, miſerunt
Romani Helium Adrianum, qui poſtea fuit Imperator, à quo ciuitas Hieruſalem fuit tunc
omnino ſubuerſa, ita quòd lapis ſuper lapidem non remanſit.

C ¶Denique quoniam pœnam deus infligit propter culpam, & pœnam grauiorem pro-
pter culpam maiorem, conſequenter Chriſtus ſubiungit cauſam & culpam, propter quam
“ tot mala pœnalia fuerant infligenda, ⌊eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ,⌋
hoc eſt, non aduertiſti, neque cognoſcere voluiſti iſtis diebus me regem Meſſiam eſſe miſ-
ſum ad te, nec credis me eſſe Chriſtum, nec meum agnoſcis aduentum. Nam & ſi ad
tempus aliqualiter iſta nouerunt, tamen tempore procedente, & Chriſto eos acriter incre-
pante propria ſunt inuidia excæcati. Itaque viſitatio Chriſti ſumitur hic in bono, & fuit
eius in mundum hunc miſſio, incarnatio, & inter homines conuerſatio, prædicatio, de
qua ſupra loquutus eſt Zacharias: Benedictus dominus deus Iſrael, quia viſitauit & fecit
redemptionem plebis ſuæ. Item'q;: Per viſcera miſericordiæ dei noſtri, in quibus viſita- Luc.1.
uit nos oriens ex alto. Ad hanc Iudæorum excæcationem applicatur illud Eſaiæ prophe- Ibidem
tæ: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem me non co- Eſa.1.
gnouit, & populus meus nõ intellexit. Et illud Hieremiæ prophetæ: Miluus in cœlo cogno Hiere.8
uit tempus ſuum, populus autem meus non intellexit iudicium domini. ¶Præterea Chriſtus
filius dei, deus & homo viſitauit genus humanum, ſicut creator creaturam, ſicut dominus ſer
uum, ſicut medicus ægrum, ſicut redemptor captiuum, ſicut ſaluator damnatum, ſicut vita
mortuum, ſicut magiſter ignarum. Vnde per Zachariam prophetam hortatur: Lauda & læ Zacha.2
tare filia Sion, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui. Sed heu reprobi & ingrati filij
hominum non cognouerunt creatorem, ſaluatorem, doctorem, & medicũ ſuum, imò inſtar

CA. XIX. phreneticorum & tanquàm furioſi infirmi, inſilierunt in eum,& manus ſacrilegas iniecerunt in D
Iohan.1 ipſum,iuxta illud Iohannis: Lux in tenebris lucet,& tenebræ eam non cognouerunt. In pro-
Oſee.7. pria venit,& ſui eum non receperunt. In quibus impletum eſt quod per Oſeam dominus pro-
teſtatur:Ego redemi eos,& ipſi locuti ſunt contra me mēdacia. Et ego erudiui eos,ipſi autem
receſſerunt à me,& in me cogitauerunt malitiam. ⌊Et ingreſſus in templum.⌋ Quum enim
Lucæ. 2. intraſſet ciuitatem Hieruſalem,primo ingreſſus eſt. Primo,quia vt ipſemet dixit. In his quæ pa
tris ſui erant oportuit eum eſſe,hoc eſt,in templo & actibus ſacris quos in templo exercuit. Ita-
Iohan.8. què primo hoc fecit,propter patris ſui honorem,quemadmodum ait apud Iohānem:Ego ho
norifico patrem meum. Secundo,propter noſtram ædificationem,vt ſcilicet ciuitatem quan-
cunque ingrediendo primo intremus eccleſiam,adoremuſq; dominum. Hinc ait Chryſoſto-
Chryſoſtom⁹. mus: Tu Chriſte imitator quum ingreſſus fueris aliquam ciuitatem,ante omnem actum ad ec-
cleſiam curras. Tertio, vt abuſiones quæ erant in templo corrigeret, & zelum dei atque iuſti-
tiæ nos habere doceret contra peccata. Nam ſubditur, ⌊cœpit eijcere ementes & vendentes
Iohan.2. in eo.⌋ Apud Iohannem legitur,quòd flagello de funiculis facto illos eiecit. Veruntamen Io-
hannes loquitur ibi de alia eiectione,illa videlicet quæ contigit paſchali ſollennitate,primo ſe-
quenti poſt mutationem aquæ in vinum,ideo non videtur tam certum an iſta quoq; eiectio
Origenes. per flagellum tale ſit facta. Vtraque tamen valde mirabilis fuit,atque (vt aſſerit Origenes) mi-
rabilior mutatione aquę in vinum, ſuſcitationeq; Lazari,quia tot hominum mentes compeſ-
cere,vires ligare,ingenia immutare,mirabiliſſimum fuit. Egrediebatur quippe quidam diui-
nus ſplendor ex vultu & oculis vnigeniti dei,quo territi,non audebant neque valebant reniti.
Ex quibus probatur,quòd ſeculares actus non debent in eccleſia exerceri. E

¶ Fecerant autem principes Iudæorum in primo atrio templi ex auaritia tria loca venalibus,
in quorum vno ſedebant vendentes,in alio nummularij,in tertio alij, ex hoc ideo,vt nullus ſe
poſſet excuſare ab oblatione. Si enim non detulerunt ſecum offerenda,inuenerunt ea ibi ve-
nalia,& ſi pecuniam non habebant,inuenerunt ibi nummularios ad mutuandum paratos, qui
tamen in hoc commoda & emolumenta propria quæſierunt. Nam quia ſub manifeſta vſura
concedere prohibiti erāt fratribus ſuis Iudæis,mutuabant eis propter quædam munuſcula fru-
Gorrha. ctuum. Dicit hoc loco Gorrha: Per iſtos vendentes & ementes deſignantur ſeptem gene-
Septē genera hominum ab eccleſia expellēda ra hominum ab eccleſia expellenda. Primi ſunt ſecularibus actibus dediti. Hinc placita non
debent in eccleſia fieri. Secundi ſunt tumultuoſi, ne deuotionem impediant diuini offi-
2.Timo.2. cij. Tertij ſunt clerici negotiatores,quia non licet eis negotiari,dicente Apoſtolo:Nemo mi-
litans deo implicat ſe negotijs ſecularibus. Quarti ſunt ſimoniaci. Quinti excommunicati. Se-
xti interdicti. Septimi contentioſi. Ad quorum omnium eiectionem, iam vix ſufficerent fu-
Chryſoſtom⁹. nes magni,quum multi ſint vitijs his infecti. Dicit quoque Chryſoſtomus: Qui voluerit eſſe
Pſal.70 mercator,proijcitur de eccleſia,dicente pſalmiſta: Quoniam non cognoui negotiationes in-
Caſſiodorus. troibo in potentias domini. Et ſimile huic Caſſiodorus ait: Ex quibus videtur negotiatiōis of-
Eſaiæ.vlt. ficium eſſe omnino illicitum,quod ſecundum Thomam in ſecunda ſecundæ verum eſt de nego-
tiatione quæ ſolum atq; finaliter fit intuitu lucri,nō propter finem licitum & honeſtum. Itaq;
Chriſtus eiecit de templo vendentes & ementes,& ne videretur hoc irrationabiliter agere,al-
legauit ſcripturam, ⌊dicens: Scriptum eſt⌋ in Eſaia,in perſona dei dicentis: ⌊Domus mea,⌋
hoc eſt,templum ſeu materialis eccleſia diuino cultui conſecrata, ⌊domus orationis vocabit.⌋
id eſt,locus diuini officij,non ſecularium,illicitorumq; actuum aut confabulationum. Enormi F
ter igitur peccant,qui ſacris locis abutuntur,& eis irreuerentiam irrogant,vt qui intrant eccle-
ſiam vt īſpiciant fœminas & fœminæ intrantes,vt videant viros,& qui ibi laſciue hinc inde aſ-
piciunt,aut libidinoſe ac ſceleratiſſime concupiſcunt,aut alijs ſe oſtentent,& qui ibi fabulatio-
nibus,ſcurrilitatibus,iocis,riſibuſq; intēti ſunt. Nec in cœmiterijs debēt ludis aut alijs actibus va
nis,ſed dei laudibus,orationibus,contemplationibus,prædicationibus & ſacris oblationibus
ibidem cum omni reuerentia & deuotione vacare, ne alia ibi fiant niſi propter quæ conſtru-
ctus ac deo dedicatus eſt locus,cui & propter dignitatem ſacramenti honor debetur præcipu-
2.Para.24. us, ⌊vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.⌋ id eſt, ſimilem tali ſpeluncæ,tot ſcelera ex-
Hiere.7. ercendo in dei domo,in qua & animas ſpiritualiter occidiſtis,aliquos forſitan corporaliter tru
cidaſtis,ſicut in primo templo lapidatus fuit Zacharias filius Iorada. Vnde per Hieremiam lo
quitur dominus:Nunquid ſpelunca latronum facta eſt domus iſta? ⌊Et erat quotidie docens
in templo.⌋ Hoc verum eſt,quantum ad certum tempus,quia in die palmarum & duobus die-
bus ſequentibus,non autem feria quarta, quia tunc manſit in Bethania, & proditor vendidit
eum. Itaque Chriſtus paſſione ſua inſtante,à prædicationibus & ſanctis increpationibus non
ceſſauit,quo docemur, ne timore mortis aut cuiuſcūq; incommodi ceſſemus à ſpiritualibus a-
ctibus debitis,per quod etiam quorundam increpatur pigritia,qui dum ſeneſcunt, exponunt
ſe otio & corporali quieti,cum adhuc gregi ſibi commiſſo,ac alijs multis poſſint prodeſſe,imo
tunc cum maiori reuerentia audirentur. Aduertant hi quod ait ſaluator: Qui perſeuerauerit
vſq;

A vſq; in finem, hic ſaluus erit. ⌊Principes ſacerdotũ,⌋ puta pontifices, ⌊& ſcribæ,⌋ id eſt le- Mat.14
gis doctores, ⌊& principes plebis,⌋ videlicet inferiores rectores & ſeniores populi, ⌊quæ-
rebant illum perdere,⌋ id eſt Chriſtum occidere, ⌊& non inueniebant quid facerent illi,⌋
hoc eſt, modũ exequendi ſuam maliciam nõ inuenerunt, quoniam ex timore communitatis
non audebant in Ieſum mittere manum, Ideo ſubditur. ⌊Omnis em̃ populus ſuſpẽſus erat⌋
id eſt mente valde attentus ad doctrinam atq; miracula Chriſti, ⌊audiens illum⌋ prædican- Mat.21.
tem auribus mẽtis & corporis, nempe (vt Euãgeliſta Matthæus teſtatur) Chriſtus eadẽ ho-
ra multos cæcos, aliosq; curauit infirmos. ¶ Ecce qualiter inuidia mentẽ excæcat, quomodo
ambitio parit inuidiam, qualiter paſſiones rationem ſubuertunt, & quanta eſt cordis huma-
ni malitia. Nam quanto ſaluator præclariora egit miracula, quo glorioſius prædicauit, quo
plures habuit audientes, quo magis honorabatur à populo, tanto infeliciſſimi principes, ſcri
bæ, phariſæi, ſenioresq; Iudæorũ vehemẽtius torquebant inuidia & accẽdebant, nõ aliud co
gitãtes, niſi qualiter eũ poſſent opprimere, qui eos ſapientia, eloquẽtia, fama, ſanctitate, mira
culis ſuperauit. Erant nanq; valde ambitioſi, auari & vani, idcirco ſuum magiſteriũ paruipẽ- Iohan.12
di cernentes, & Chriſtum magnificari ab om̃ibus grauiter affligebantur. Vnde dixerũt: Vi-
detis quia nihil proficimus. Ecce totus mũdus abijt poſt eum. Et prohdolor hominũ peruer
ſitatem multi ſequũtur, inter quos ſunt zelus & contentio, detractio & infelicium ſuſpitionũ
tumultus, dum vnus veretur ne alius eũ in honore præcedat, qui vtinam mutuo in veris vir- Pſal.4
tutibus ſuperare ſtuderent, quibus recte clamat propheta: Filij hominũ vſquequo graui cor-
de, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendaciũ? Verum, vt idem fatetur: Beatus vir cu- Pſal.39
B ius eſt nomen domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.
¶ Poſtremo, iuxta tropologicũ intellectũ, quemadmodũ dominus Ieſus videns ciuitatẽ Hie- Tropologicus
ruſalem eam defleuit, ſic vnuſquiſq; veraciter Chriſtifidelis conſiderans deformitatẽ ac rui- ſenſus.
nam militantis eccleſiæ ſeu cuiuſcunq; eccleſiaſticæ perſonæ aut animæ ex charitatis frater-
næ cõpaſſione eam deplorat, pro ipſa precatur, ei ſubuenire conatur, eiq; loquitur, quia ſi co-
gnouiſſes. i. rite attenderes quæ & quãta tibi inſtent pericula, quãta ſuſtinebis (niſi pœniteas)
ſupplicia, & tu fleres, teipſum ac vitã tuam corrigeres, quæ modo nõ penſas, quoniã ſeculari
proſperitate & pace carnali perfrueris, & per eas ac cæteras tuas iniquitates ſic obtenebraris
ac falleris, ꝙ ad ſalutem tuam ſpectantia non perpendis. Sed venient dies in quibus hi ab in-
uiſibilibus hoſtibus ſuis circundabuntur, impugnabuntur, anguſtiabuntur, vincentur, id eſt,
ad æternalia pertrahentur tormenta. Quod totum in hora mortis præcipue agitur. Circun-
dabunt nanq; dæmones peccatorem, ad eius deiectionem concorditer propinquando, val-
lumq; ei parant, varias decipiendi calliditates ei ponẽdo, impugnãt eum, vitia ſuggerendo,
anguſtant eum dire alliciendo aut per aduerſa terrendo, vincunt & ad terram proſternunt,
ad conſenſum ac praua opera perducendo, & non relinquunt in eo lapidem ſuper lapidem,
id eſt virtutem vnam alteri innitentem, quia dum homo ad mortale ruit peccatum, mox gra
tiam & virtutes infuſas amittit, quarum vna corroborat aliam, & vna innititur alteri, quem-
C admodum in exercitu bene diſpoſito vnus alteri præbet ſubſidium. Vnde ſecundum vnam
conſiderationem fides dicitur fundamentum virtutum, ſecundum aliam, humilitas, ſecun-
dum aliam, charitas, ſine qua nullius virtutis actio extat meritoria. At vero quoniam domus
dei eſt anima vere deuota, quæ eſt ſedes & thronus ſapientiæ increatæ, videamus ne anima
noſtra fiat ſpelunca latronum, id eſt habitatio dæmonum, vitijs inhærẽdo, aut alicui detra-
hendo ſeu inuidẽdo, ne etiam fiat domus negotiationum, ita vt pro bonis quæ agimus, lau-
des requiramus humanas aut commoditates carnales, ſed ſoli deo placere & ſemper adhæ-
rere, æternaliterq; vniri quæramus.

¶ ELVCIDATIO CAPITVLI VICESIMI. Articulus. XLIII.

CVM in ſacratiſſimo die palmarum audiſſent principes, ſcribę, pha
riſæi & ſeniores Iudæorũ Ieſum à populo regem Iſrael, id eſt Meſ-
ſiam vocari, & maximis commendari præconijs, vidiſſentq; eum
cum ingenti honore pene ab omnibus ſuſcipi & in ciuitatem Hie-
ruſalem introduci, quem ſtatim poſt reſuſcitationem Lazari con-
corditer diffinierunt occidere, vehementiſſime ſunt turbati, plu-
resq; modos excogitauerunt, quibus eum poſſent circumuenire &
capere, prout partim in præſenti tangit capitulo Euangeliſta.
⌊Et factum eſt in vna dierum,⌋ videlicet feria ſecũda poſt palma-
rum, vt patet ex his quæ à Matthæo ſcripta ſunt. ⌊docẽte illo.⌋ .ſ. Mat.23
Chriſto populum communẽ, qui eum reuerẽter audiuit in templo, ⌊& euãgelizãte⌋. i. bo-
na æternæ beatitudinis nunciante, docuit enim eos moralia, vtpote vitia fugere, virturum

CAP. XX. exercitijs inhærere,& euãgelizauit eis æternã ſalutem eſſe eis præſtãdam,ſi ſuis obedirent do- D
ctrinis, ⌞conuenerũt principes ſacerdotum⌟ id eſt, pontifices,in qbus fuit maior authoritas,
⌞& ſcribæ⌟ hoc eſt doctores,in qbus fuit maior ſcientia legis ſecũdum aliquem modum , ⌞cũ »
ſenioribus⌟ in qbus fuit maturior ætas,& ſucceſſerunt ſeptuaginta ſenioribus,q̃s deo iubente »
Nume.11. inſtituit Moſes,vt ſecũ onus populi ferrẽt. Iſti oẽs vidẽtes tantã eſſe Chriſti ſapientiam,facun-
diam,efficaciã atq; conſtantiã, ꝙ facile ſuperari nõ poterat,ſimul venerũt,vt ſua eum multitu-
dine,authoritate,excellentia,peritia,obruerẽt,terrerẽt ac vincerẽt, ⌞& aiunt, dicentes ad illũ: »
Dic nobis,in qua poteſtate hæc facis?⌟ id eſt,qua authoritate aſſumis tibi iſtud prædicandi of- »
ficium,& attrahis tibi populum,& increpas eos q̃s vis,quæ omnia ſpectãt ad noſtrã authorita
tem nobis legitime datam:⌞Aut qs dedit tibi hanc poteſtatem?⌟ quaſi dicant. Cum tu nõ ſis »
deus,propter q̃d à teipſo poteſtatem iſtam non habes,volumus à te audire,à quo habeas eam.
Non enim habes eam à nobis,nec ab imperatore,neq; à ſenatu,nec de ſacerdotali es tribu,nec
credimus ꝙ à deo habeas eam. Videtur ergo ꝙ vſurpatorie facias iſta,& præſumptuoſe ad ea
te ingeras dæmone inſtigante. Iſti potiſſimum Chriſto fuerant inuidentes. Nam ſacerdotes
apud ſe cogitauerũt. Nos eramus quaſi columna populi noſtri,& nunc populus innititur huic
tanquam columnæ. Scribæ quoq; dixerunt. Nos eramus quaſi viua & ſonans lingua ſcriptu-
ræ,& iam iſte facundiſſime ſonat,nec amplius reſonat muſa noſtra. ⌞Reſpondens autem Ie- »
ſus dixit ad illos: Interrogabo & ego vos vnum verbum⌟ complexum , videlicet vnam quæ- »
ſtionem,ſeu vnum verbum,id eſt,vnam rem verboꝝ complexu ſignificatam. Sæpe eñ ver-
bum pro ſermone aut re ipſa per verbum ſignificata accipitur. Vnde in libris Regum loqtur
4.Reg.20 Ezechias: Non fuit verbum in domo mea,q̃d non oſtenderim eis, ⌞reſpõdete mihi⌟ ad vnũ »
verbum ſeu vnam interrogationem,vos q duas mihi quæſtiones propoſuiſtis. ¶ Chriſtus ſa- E
1.Cor.1. pientia patris omnium cordium archana conſpiciens,ſciens illos non deſiderio inſtructionis,
ſed malitioſe interrogare,non reſpondit eis euidẽter ad interrogata,ſed quaſi clauo clauũ re-
tundens ſic eis reſpondit,ſicut promeruerunt,& talem eis propoſuit quæſtionẽ,ex cuius ſolu-
tione fuiſſent confuſi & victi,& ex cuius ſolutione omiſſa,nihilominus cõfundebant. Itaq; in-
terrogauit. ⌞Baptiſmus Iohãnis de cœlo erat,an ex hominibus?⌟ hoc eſt,an ex diuina autho- »
ritate & commiſſione cœleſti Iohannes Baptiſta populum baptizauit,an ex humana tantum-
modo inſtitutione,commiſſione aut præſumptione? Vocat aũt baptiſmus Iohãnis quaſi mi-
niſtri,& qa in illo baptiſmo gratia non dabat,ſed totũ quod fiebat in eo fecit Iohãnes,quoniã
tãtum erat ibi exterior lotio ex parte baptiſmi,ideo à Iohãne denominatur. Porro in Chriſti
baptiſmate datur gratia ex vi ſacramẽti,idcirco denominat à Chr̃o ſeu deo, nõ ab apoſtolis,
cæteriſve miniſtris. ⌞At illi cogitabãt intra ſe dicẽtes:⌟ verbo mẽtali. ⌞Si dixerimus (baptiſ- »
mũ Iohãnis) eſſe de cœlo⌟ .i. diuino,cœleſtiq; inſtituto, ⌞dicet nobis: Quare ergo non crédi- »
Iohan.3 diſtis ei?⌟ mihi teſtimoniũ phibẽti atq; dicẽti de me. Qui de cœlo venit ſup omnes eſt. Et ecce »
Iohan.1 agnus dei,q tollit peccata mũdi. Imo tãdẽ negauerũt & ipſum Iohãnẽ eſſe prophetã, aſſerẽtes
ꝙ eẽt ſeductor,iuxta illud Matthæi: Venit Iohãnes nõ mãducãs neq; bibens, & dicũt,dæmo-
Matt.11. nium habet. ⌞Si aũt dixerimus ex hominibus⌟ hoc eſt,inſtitutione ſeu adinuentione humana »
eſſe Iohãnis baptiſmum, ⌞plebs vniuerſa⌟ à Iohãne baptizata, ⌞lapidabit nos⌟ Cõmunis eñ »
populus fuit pro maxima parte à Iohãne beatiſſimo baptizatus,iuxta illud Marci: Egredieba-
Marci.1 tur ad eum omnis Iudeæ regio & Hieroſolymitæ vniuerſi, & baptizabantur ab illo in Iorda-
ne,vnde & ſupra dictum eſt: Factum eſt vt baptizaretur omnis populus. ⌞Certi ſunt eñ⌟ id »
eſt,pro certo tenent, ⌞Iohãnem eſſe prophetam⌟ Ad hoc quippe firmiter ſentiendum indu- »
Lucæ.1 cebantur ex recordatione miraculoſe conceptionis ſancti Iohannis & mirabilium quæ fiebãt F
circa patrem Iohannis,q angelo ſibi apparẽte factus eſt mutus,& nato Iohãne recepit loquelã,
ex ſanctiſſima quoq; conuerſatione Iohannis,q à puerilibus annis hæremiticam duxit vitam,
& conſtantiſſimus fuit zelator iuſtitiæ, vnde & tantæ reputationis extitit apud eos, quòd cre-
Matt. 3. diderunt eum eſſe Chriſtum.
Lucæ. 3.
Marci.1 ¶ Itaq; duæ cauſæ incitaſſent plebẽ ad lapidationẽ iſtoꝝ,ſi dixiſſent baptiſmum Iohãnis ex in-
Lucæ.3 ſtitutione veniſſe humana. Prima eſt,qa hoc reputaſſent eſſe in derogationẽ Iohãnis, imo &
Matt.14. dei,qa ſi ex hominibus fuiſſet eius baptiſmus,tũc Iohãnes fuiſſet pſeudopropheta & p̃ſumptuo
Marc. 6 ſus. Secũda ẽ,qa hoc reputaſſent eẽ in derogationẽ ſui,qa ex hoc ſeq̃ret ꝙ fuiſſent decepti, acci
Lucæ.7. Actoꝝ.13 piendo Iohãnis baptiſma. ⌞Et reſponderũt ſe neſcire vnde eẽt⌟ Iohãnis baptiſmus. Hoc di- »
xerunt ex timore lapidatiõis ſuæ à populo aut cõfuſionis ſeu deuictionis à Chr̃o, vt conſtat ex
dictis,& tamẽ propria malignitate obtenebrati,putabãt iã baptiſmũ Iohãnis eẽ ex hominibus
nõ ex deo,& prædicationẽ eius qua teſtimoniũ phibuit ſaluatori eſſe mendoſam. Veruntamẽ
in exordio baptizationis ac prædicationis ſancti Iohannis potius putauerunt eum eſſe verum
prophetam,& eius baptiſmum eſſe de cœlo,ſed tempore procedente Iohanne Chriſto teſti-
monium dante,ab eo auerſi ſunt aliterq; ſenſerunt. ⌞Ait illis Ieſus: Nec ego vobis dico in qua »
poteſtate hæc facio⌟ qa malitioſe interrogaſtis,& plana reſponſione eſtis indigni, nec crede- »
retis

A retis mihi ſi veritatē quæſiti vobis proferrem. Aliunde quoq; hoc aduertere debuerunt. Nam
ante hanc interrogationem Chrūs tam præclara, ſoliq́; deo poſſibilia fecit miracula publice ꝙ
ex illis euidenter agnoſcere debuerāt eum deſuper eſſe miſſum, atq; diuina docere ac operari
virtute. Itaq; non ex impatientiæ motu, ſed zelo iuſtitiæ Chrūs ſic peruerſis illis reſpondit.
¶ Subinde dominus Ieſus per introductionem parabolæ oſtendit beneficia dei patris circa Iu
“ dæos, & ingratitudinem ac maliuolentiam Iudæoꝝ, præſertim pontificum & ſcribaꝝ. ⌊Cœ
“ pit autem dicere ad plebem parabolam hanc.⌋ Plebs nāq; eum gratanter audiuit, & maiores
iam confutauit. ⌊Homo qdam plantauit vineam.⌋ Quamuis per vineam poſſit eccleſia vni-
uerſalis militans deſignari, tamen hoc loco ad literam per vineam intelligitur ſynagoga, vi- Vinea hic ſyn
delicet populus veteris teſtamēti, quæ in ſcriptura veteris teſtamenti multotiens vinea appella nagogā deſig
tur, ſicut in pſalmo: Vineam de Aegypto tranſtuliſti. Et in Oſea: Vitis frondoſa Iſrael. Atque nat. Pſal. 79.
in Eſaia: Vinea domini Sabaoth domus Iſrael eſt, & vir Iuda germen delectabile eius. Dicitur Oſee. 10.
autem ſynagoga & item eccleſia vinea per ſimilitudinem, quoniam inſtar vineæ profert dul- Eſaiæ. 5.
cem, pretioſumq́; fructum, vtpote filios ſpirituales & actus virtutum. Hanc vineam quidam
“ homo, i. deus pater, qui dicitur homo, non quòd corporalia habeat liniamenta aut humana,
ſed quia humanus, hoc eſt, pius ac mitis, & intellectualis naturæ ac ratio ſumma, ⌊plantauit,⌋
ſpūaliter & corporaliter, quoniam corda eorum fundauit in lege & gratia ſua, potiſſimū quā-
“ tum ad electos, atq; in terra promiſſionis eos conſtituit, ac varijs beneficijs radicauit eos ibidē,
“ ⌊& locauit⌋ hoc eſt, ſub promiſſione & ſpe beatifice remunerationis regendam & excolen-
dam commiſit, ⌊eam agricolis⌋ hoc eſt, prælatis atque rectoribus ſynagogæ, videlicet Moſi,
B Aaron, cæteriſq́; prophetis, regibus, iudicibus ac doctoribus Iudaicę plebis. Vnde ait ad Hie- Hiere. 1
remiam: Conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas & diſſipes & ædifices & plantes. Eſaias
quoq; ſynagogæ ſe eſſe agricolam pandens, ait ad eam: Tritura mea & filia areæ meæ quæ au- Eſaiæ. 2
diui à domino exercituum reuelaui tibi. ¶ Præterea quæri poteſt, quomodo eccleſia aut ſyna-
goga dicta ſit vinea, cum apud Iohānem dicat ſaluator de ſe: Ego ſum vitis vera? Quomodo Iohan. 15
rurſus prælati & doctores vocantur agricolæ, cum ibidem aſſerat Chrūs: Pater meus agricola
eſt? Et reſpondendum, quòd per eandem rem ſecundum diuerſas ipſius proprietates ſignifica
ri poſſunt diuerſa, ſicut per leonem ratione fortitudinis exprimitur Chriſtus, ratione crudeli-
tatis, diabolus. Chriſtus itaque vitis ſeu vinea appellatur ſecundum naturam ſuam humanam,
quam deus pater, totaq́; trinitas ſuperbenedicta per dona gratiæ rexit, floridam fecit ac fœ-
cundauit. Synagoga vero propter cauſam prætactam dicitur vinea, ſimiliter eccleſia. Por-
ro deus pater ſeu trinitas ſumma appellatur agricola principalis, quia interius operatur, vitia
“ extirpando, gratiam & virtutes infundēdo. Prælati vero & vicarij dei extant agricolæ inſtru-
“ mentales, extrinſecus operando, atque ad gratiam diſponendo, ⌊& ipſe peregre fuit multis
diebus⌋ hoc eſt deus pater diu quaſi abſentem ſynagogæ ſe exhibuit, plebem Iudaicam liber- Eccle. 15
tati propriæ relinquendo, iuxta illud Eccleſiaſtici: Deus ab initio conſtituit hominem, & reli-
C quit eum in manu conſilij ſui, hoc eſt, in poteſtate proprij, liberiq́; arbitrij, eius quoque pœni-
tentiam expectando, atque iudicium differendo, ſecundum illud Eſaiæ: Propterea expectat Eſaiæ. 30
“ dominus, vt miſereatur veſtri. Vel dicitur diu peregre defuiſſe quātum ad negligentes, quia vt
“ Salomon conteſtatur: Longe eſt dominus ab impijs. Hinc ait Ambroſius: Qui vbiq; præſens Prouer. 15 Ambroſius.
“ eſt diligentibus, abeſt negligentibus. ⌊Et in tempore vindemiæ miſit ad cultores ſeruum ſu-
um⌋ Quidam per tempus vindemiæ intelligunt tempus iudicij vniuerſalis aut particularis, qa
tunc eſt tempus colligendi fructum operum virtuoſorum, cui expoſitioni non videntur con-
ſonare ſequentia, in quibus deſcribitur deus miſiſſe ad vineam iſtam tempore vindemiæ ſer-
uos diuerſos per temporum interualla, per quos intelliguntur Moſes & Aaron & poſteriores
rectores atq; doctores ſynagogæ, & tandem filium ſuū regē Meſſiā. Aptius ergo per tempus
vindemiæ videtur intelligi tempus vitæ præſentis, in quo certis horis tenentur fideles inſiſtere
bonis operibus, & fructum proferre virtutum. Itaq; in tempore vindemiæ, id eſt, tēpore col-
ligendi fructum, vnde apud Matthæum habet: Cū aūt tēpus fructuū appropinquaſſet, miſit ad Matt. 21
cultores, id eſt, præfatos agricolas vineę ſeruū ſuū, videlicet Moſen Iudæoꝝ legislatorē & pri-
mum eorum in deſerto prælatum, vt de fructu vineæ darent illi, hoc eſt, opera virtuoſa, ad quæ
“ tenebatur ſynagoga Moſi aſſignarent, oſtendendo eidem ſe obſeruare legem eis deſuper da-
tam. Prælati namq; opera bona à ſuis exigunt ſubditis. ⌊Qui cæſum dimiſerunt eum inanē,⌋
hoc eſt, Moſen multipliciter afflixerūt, nec obtemperauerunt, ſed rebelles ei fuerunt, iuxta illud
“ pſalmi: Vexatus eſt Moſes propter eos, qa exacerbauerunt ſpiritum eius. Propter quod dixit Pſal. 105
“ ad dn̄m: Quid faciam populo huic? Adhuc pauxillū & lapidabit me. ⌊Et addidit alteꝝ ſeruum Exodi. 17
mittere⌋. i. poſt Moſen miſit ad ſynagogā aliū ſeruū, p quem qdam intelligunt Dauid regem
“ & poteſt etiam per eum Samuel propheta intelligi, quorum vterq; multum diligens fuit pro di
rectione & ſalute Iſraeliticæ plebis. ⌊Illi autem hunc quoq; cædētes & afficientes cōtumelia,
dimiſerunt inanem.⌋ Nam Samuelem eiecerūt ex principatu, dicentes: Conſtitue nobis regē 1. Reg. 8

Similiter perſecuti ſunt Dauid, adhærentes eius filio Abſalon, voluerunt'q; ſanctum Dauid D
1. Regum. 15. 16 priuare vita & regno, vt in libris Regũ habeť. Nihilominus p hunc ſeruum ſecundũ, poteſt in
17. 18 telligi chorus ſeu vniuerſitas iudicum, qui præſuerunt plebi poſt Moſen, quorum quoſdam
Iudic. 8 iniuſtiſſime afflixerunt, quemadmodum Effratæi inſurrexerunt contra Gedeonem & Iepte,
Iudic. 9 & viri Sychimorum ingratiſſimi extiterunt beneficijs Gedeonis. Similiter tribus Iuda vinxit
Iudic. 12 Sampſonem vt traderet eum in manus Philiſtinorũ. ¶ Porrò Samuel vltimus iudicum fuit,
Iudic. 15 & om̃ia iam prætacta in libro iudicum ſunt conſcripta. ⌊ Et addidit tertium mittere. ⌋ Poſt
illos miſit ad ſynagogam chorum ſeu multitudinem prophetarum, qui ſub Samuele & Da-
uid ac alijs regibus primo ad vnicum totum regnum, deinde ad vtriuſq; regni populos miſ-
ſi, puta ad regnum Iuda ac decem tribuum. Populum erudierunt, & regum ac ſubditorum
vitia acriter increpauerunt. ⌊ Qui & illum vulnerantes, eiecerunt. ⌋ Hoc eſt, non ſolum verbis
ſed & verberibus reſtiterunt prophetis, & quoſdam interfecerunt, videlicet Eſaiam, Hiere-
Hiere. 26 miam, Amos, Vriam, & eos à ſuo eiecerunt conſortio. Vnde beatus Stephanus dixit: Quem
Acto. 6 prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? ⌊ Dixit autem dominus vineæ. ⌋ Hoc eſt, de-
us pater omnipotens, legislator ac dñs ſynagogæ. ⌊ Quid faciam? ⌋ Quòd ait: Quid faciã, nõ
loquiť dubitãdo, ſed maximã populi puerſitatẽ inſinuãdo, & quaſi eis compatiẽdo, & de eo-
rum ingratitudine quaſi admirãdo, tanq̃ dicat: Tam iniquè ſe habent, vt mirum ſit, & quid
reſtet agendum, quaſi per modum deliberantis inquiram, iuxta quem modum ait in Geneſi
Gene. 18 de Sodomitis: Deſcendam & videbo an iuxta clamorem qui venit ad me, perſiciant, an non,
Exod. 33 vt ſciam. In Exodo quoq; dixit ad filios Iſrael idololatrantes: Iam nunc depone ornatum tu
um vt ſciam quid faciam tibi. ¶ Deniq; deus dicendo, quid faciam, docet nos vt ſuo exemplo E
Tobi. 4 in arduis deliberemus & conſulamus quid agere debeamus. Vnde Thobias monet conſi-
Ecc. 12. lium ſemper à ſapiente perquirere. In Eccleſiaſtico quoque: Sine conſilio nihil facias, & poſt
factum non pœnitebis. ⌊ Mittam filium meum dilectum, ⌋ Hoc eſt, vnigenitum meum per
Matth. 15 incarnationis myſterium mittam ad ſynagogam. Vnde & filius in Euangelio proteſtatur:
Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. ¶ Porro Chriſtum ſecundum dei-
tatem diligit pater, amore prorſus immenſo, non vtique minus quàm ſeipſum, ſecundum na
turam quoq; aſſumptam plus diligit eum, quàm totum reſiduæ creaturæ, quia hypoſtatico
eſſe verbi æterni, coniunxit immediate Chriſti humanitatem. ⌊ forſitan cum hunc viderint
verebuntur. ⌋ hoc eſt, dum vnigenitum meum incarnatum inter eos corporaliter conuerſari
miraculis, ſapientia, eloquentia, ſanitate, præ om̃ibus radiare conſpexerint, timebunt eundẽ
nec perſequi eum audebunt. ¶ Quęri poteſt cur pater om̃ia certiſſimè ſciẽs ait, forſitan quod
dubitationis eſt ſignum, qui etiam dixit, verebuntur filium meum, cum aliter fuerit atq; eue-
nerit, vt protinus ſubditur? Reſpondetur ꝙ ait forſitan nõ ambigẽdo ſed libertatem humani
arbitrij deſignando, & quòd ait, verebuntur filium meum, non dicit, quia ſic erat futurũ, ſed
Hieronymus. quia merito ſic fuiſſet. Ex hoc loco ſancti doctores Hieronymus & Auguſtinus ſumpſerunt
Auguſtinus contra impijſſimos hæreſiarchas Arrium atq; Eunomium argumentum, quia dixerunt filiũ F
non eſſe deum verũ, eo ꝙ dicat ſe diem ignorare iudicij, nam & deus pater ait hoc loco, forſi-
tan verebunť filium meum, cum tamen quod ait forſitan exponi non poſſit tanq̃ dubitatiue
prolatum, neq; quòd ait: verebunť filium meum tanquã aſſertorie aut ignoratiue expreſſum.
Conformiter quod filius loquiť ſe diem iudicij ignorare, nõ dixit ignorãtiam aliquã in ſe inſi
nuando, ſed quaſi per modum ignorãtis ſe habẽdo, qm̃ inter ſuos conuerſans de illa hora eos
non informauit, ſicut de alijs quæ quærebãt. ⌊ Quem cũ vidiſſent coloni. ⌋ Hoc eſt, p̃fati agri-
colæ & cultores, videlicet pontifices, ſcribæ, & ſeniores, ⌊ cogitauerũt intra ſe dicẽtes. ⌋ ver-
bo mentali, qm̃ non audebant plebi maniſeſtare machinationes ſuas aduerſus Chriſtũ, tamẽ
ſibi inuicem indicauerũt ſuos conceptus, vt ſubdiť: ⌊ Hic eſt hæres. ⌋ Hoc eſt, verus rex Iſrael
Acto. 3 & Meſſias in lege promiſſus, dñs ſynagogæ. Ex quo videť, ꝙ cognouerũt Ieſum eſſe Chriſtũ
1. Cor. 2 ac filiũ dei. Cum tamen princeps Apoſtolorũ teſteť: Fratres, ſcio quia per ignorantiam feci-
ſtis, ſicut & principes veſtri. Et Paulus: Si cognouiſſent, nunq̃ dñm gloriæ crucifixiſſent. Ad
quod ſupra plene reſponſum eſt. Et ſuper Matthæum circa hunc locum inde diffuſius ſcripſi
Vnde nunc tantum tangi ſufficiat, quod ad tempus aliqualiter cognouerũt Ieſum eſſe Meſſi
am ſcientia coniecturali probabili, ſed tempore procedente Chriſto eos publice & acerrime
reprehendente, intolerabilem contra eum inuidiam ac diſplicentiam conceperũt, ex quibus
excæcati ſunt corde, & om̃ia facta eius interp̃tabanť in peius, ac priorẽ de Chr̃o notitiã pdi-
derũt, ⌊ occidamus eũ, vt nr̃a fiat hæreditas. ⌋ .i. principes & rectores ſynagogę manebimus,
Iohan. 11 nec terrã ac plebẽ perdemus. Hinc in Iohãne legiť: Collegerũt põtifices & phariſęi cõſiliũ &
dicebãt: Quid facimus? quia hic hõ multa ſigna facit, ſi dimittimus eũ, ſic oẽs credẽt in illũ, &
veniẽt Romani & tollẽt nr̃m locũ & gẽtẽ. Tũc'q; audito cõſilio Caiphæ ex illo die cogitaueťt
Pſalm. 40 interficere eum. Vnde in Pſalmo ait Saluator: Aduerſum me ſuſurrabant om̃es inimici mei,
aduerſum me cogitabant mala mihi. ¶ Propterea quippe Chriſtum occiderũt, ne perderent

hære

A hæreditatem,id eſt templum,terram & ſubditos,& tamen quia Chriſtum interſecerunt,per-
diderunt om̃ia illa,& puenit in eos ira dei vſq; in finem ſecũdũ apoſtolum. Propter q̃d Chri- 1.Theſſ.2
ſtus ait in pſalmo:Effunde ſuper eos iram tuã,& furor iræ tuæ comprehẽdat eos, fiat habitatio Pſal.68
eorum deſerta,quoniam quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt, & ſup dolorem vulnerum meoꝝ
“ addiderunt.⌊Et eiectum illum extra vineam occiderunt,⌋ hoc eſt,Chriſtũ extra ciuitatẽ Hie
ruſalem quæ fuit metropolis ſynagogæ ſeu plebis Iudaicę, crucifixerunt,iuxta illud ad Hebræ- Heb.13
os:Ieſus vt ſanctificaret populum extra portã paſſus eſt, vel eiectum extra vineã,id eſt, de cor-
dibus Iudæoꝝ excluſum,quia auerterunt populum quaſi totum à Chriſto,præſertim in die pa Matt.27.
raſceues,quãdo vniuerſus populus exclamauit:Sanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros.
Credentes quoq; in Chriſtum excommunicauerunt,ſecundum illud Iohannis: Iam cõſpira- Iohan.9.
“ uerãt Iudæi,vt ſi q̃s eum confiteret̃ eſſe Chriſtũ,extra ſynagogã fieret. ⌊Quid ergo faciet illis
“ dñs vineæ⌋.i.quam pœnã pro tanto facinore infliget illis deus dñs ſynagogæ.Hoc Chrũs in-
terrogauit,vt alios faceret magis attẽtos,atq; vt enormitatẽ exceſſus illoꝝ oſtẽderet, q̃a occi-
ſio filij dei fuit ſingulare,ſummũ & incõparabile ſcelus,propter q̃d meruerũt vſq; in finẽ relin-
qui, & corporaliter,ſpũaliter'q; vaſtari ac trucidari. Hinc Chrũs pſonaliter ad interrogationẽ
“ ſuã reſpõdet.⌊Veniet⌋ nõ locũ mutãdo,ſed vltionẽ debitã exercẽdo⌊& pdet colonos iſtos⌋
id eſt,tradet in manus Romanoꝝ & ab inuiſibilibus hoſtibus pmittet eos penitus excęcari,atq; Hiere.7.
ad ſempiterna ſupplicia ptrahi,ſic'q; ĩ eis ĩpletũ ẽ illud Hieremiæ:Induc ſup eos diẽ afflictiõis,
& duplici cõtritione cõtere eos dñe. Hoc & à Daniele aptiſſime eſt prædictũ, vbi poſtquã di- Daniel.9
ctũ eſt:Poſt hebdomadas ſexagintaduas occidet̃ Chr̃us,& nõ erit eius populus, q̃ eũ negatu-
rus eſt,protinus ſubdit̃:Ciuitatem & ſanctuariũ diſſipauit populus cum duce venturo. Vnde
præcedenti capitulo dixit ſaluator:Non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo q̃ nõ co-
“ gnoueris tempus viſitationis tuæ,⌊& vineam dabit alijs⌋ hoc eſt,ſynagogam quãtum ad ele-
B ctos ex ea cõmittet regẽdam apoſtolis,q̃ poſt Chriſti paſſionẽ & miſſionem ſpũs ſancti multa
milia Iudæoꝝ conuerterũt ex eis primitiuã eccleſiã cõſtruentes,ſicut in actibus apoſtoloꝝ de-
“ ſcribitur.⌊Quo audito dixerũt illi,⌋ puta præfati coloni,⌊abſit.⌋ ¶Circa hæc duplex oritur
quæſtio. Prima,quõ Lucas affirmet ipſummet Chriſtũ reſpõdiſſe hæc verba, perdet colonos
illos,cũ in Matthæo coloni ſcribãtur ſic reſpõdiſſe:Malos male perdet,&c.Secũda,quomodo Matt.21
Lucas ſcribat illos dixiſſe.Abſit,cum Matthæus referat eos dixiſſe verba prætacta affirmatiue
Malos male perdet,& vineam ſuam locabit alijs.Ad hoc reſpondet̃ ſecũdum Auguſtinum li- Auguſtinus
bro de concordantia euãgeliſtaꝝ, q̃d Chriſtus dixit parabolam iſtam in præſentia ſacerdotũ
& ſcribarum ac plebis,in qua multi erant Chriſto fauentes,qui etiam parabolam iſtam plena-
rie non intelligentes,primo reſponderũt: Malos male perdet,q̃rum reſponſionẽ Chriſtus ap
probando repetijt eam,& tunc ſacerdotes & ſcribæ intelligẽtes ad ſe ptinere parabolam,cõ-
ſcientia remordẽte dixerũt.Abſit:Si autem obijciatur,quia ſecũdum Mattheum ſacerdotes &
ſcribæ reſponderũt:Malos male perdet. Dicẽdum q̃ verba Euãgeliſtæ Matthæi determina-
te non exprimunt hoc,quia dicitur in Matthæo:Aiunt illi,tamẽ ex ordine & cõtextu verboꝝ
ſatis apparet,q̃ ipſi coloni ſcilicet ſacerdotes,& ſcribæ hoc reſponderũt.Illo cõceſſo, dici po-
teſt,q̃ q̃dam eoꝝ ſimul cũ plebe ſic reſponderunt,& paulo poſt q̃dam acutius cõſiderãtes ſen
C ſum parabolæ dixerunt. Abſit: Porro Chryſoſtomus aliam præſtat reſponſionem dicen- Chryſoſtomus
do,quod Iudæi ſiue coloni corde reſponderũt,q̃d ſcribit Matthæus,videlicet:Malos male p-
det,ore autem dixerunt oppoſitum,prout recitat Lucas:Scriptura autẽ frequẽter cogitatiões
cordis refert quaſi dicta ſermonis.Dicit q̃ppe Chryſoſtomus q̃ddam notabile.Poſuit(inq̃es) Nota bene.
quendam ſpiritum ſcientiæ boni & mali deus in hominibus,vt q̃tienſcũq; peccemus ſpũs ille in
ſilentio factum noſtrum accuſet,& tacite loq̃tur ad animam,hoc eſt malum,& tunc homo cõ-
ſcientia ſua diſcuſſa,corde ſe peccaſſe fatet̃,quãuis ore neget, quẽadmodũ ſeruus in furto de-
prehenſus,quãuis interrogatus an dignus ſit cædi reſpõdeat ore, non, cõſciẽtia tamẽ dicit op
poſitum. At vero p ſpiritum ſcientiæ boni & mali, Chryſoſtomus,vt reor,intelligit ſyndere-
“ ſim,malo ſemp remurmurãtẽ,ſic & iſti Iudæi aliter loquuti ſunt corde, & aliter ore.⌊Ieſus au
“ tem aſpiciens eos ait:⌋id eſt,ad ſacerdotes & ſcribas corpalem viſum ſuum ſpecialiter dirige-
bat.Primo,ad innuendum q̃ eos notauit.Secũdo,ad increpandũ eos per talem aſpectum,q̃d
tam peruerſe & contra conſcientiam reſponderũt,& ſic zelo iuſtitiæ fuit eis iratus, quẽadmo-
dum fertur & apud Marcum pro alia vice.Contriſtatus ſuper cæcitate cordis eoꝝ, circũſpi-
ciens eos cum ira. Tertio,q̃a eorum errori ac calamitati futuræ condoluit,ſicut & videns ciui- Marci.3
“ tatem fleuit ſuper eam.⌊Quid eſt ergo hoc q̃d ſcriptum eſt⌋ hoc eſt,ſi vt vos dicitis vinea nõ Lucæ.19.
eſt alijs danda,eo quòd coloni eius occiderunt hæredem ſeu Chriſtũ quẽ ſignificat,aut qualiter
“ verum eſt q̃d propheta ait in pſalmo:⌊Lapidẽ quẽ reprobauerũt ædificãtes,⌋ id eſt, Chriſtus Pſal.117.
lapis vocatus quem præfati coloni ædificãtes,id eſt,populum inſtruentes,& ad virtutum ope- Matt.21
“ ra exhortantes,reprobauerunt eum vituperando,& non Chriſtum,ſed ſeductorem eſſe aſſe-
rendo,⌊hic factus eſt in caput anguli.⌋ hoc eſt,conſtitutus eſt principium, in quo duo po- Iohan.7.
puli

puli vtpote Iudæi & Gentiles per fidem coniuncti ſunt ad conſtituendam vnam eccleſiam & D
per hoc Chriſtus ſimilis factus eſt lapidi angulari, in quo duo connectunt parietes. Vnde fi-
Ephe.2 delibus ſcribit Apoſtolus: Superædificati ſup fundamentũ Apoſtolorum & Prophetarum ipſo
1.Petr.2 ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. De quo princeps Apoſtolorum ait: Ad quem accedentes
lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à deo autẽ electũ, & honorificatum. De
Dan.2 hoc lapide habet apud Danielem: Lapis qui abſciſus eſt de mõte ſine manibus factus eſt mõs
Eſa.28 magnus, & impleuit vniuerſam ſuperficiem terrę, de quo & per Eſaiam loquitur deus pater:
Ecce ego mittam in fundamentis Syon, lapidem angularem, probatum, pretioſum. ¶ De-
1.Cor.10 nique Chriſtus lapis vocatur, dicente Apoſtolo: Petra erat Chriſtus. Primo, propter ſuam
immobilem fortitudinem, atq; in omni aduerſitate patientiã firmã & inconcuſſam. Propter
Eſa.50 quod p Eſaiam conteſtatur: Poſui faciem meã vt petrã duriſſimã. Vnde Ezechieli prophe-
Ezech.3 tæ loquitur deus: Vt adamantem & ſilicem dedi faciem tuã. Secundo, propter operationis
ſuæ inſuperabilem poteſtatem, idcirco de lapide iſto in Daniele aſſeritur: Quod cõminuit ſta
Dan.2 tuam. Tertio, propter ædificationis ſup ipſum aptitudinem ſummã, de quo Paulus teſtatur:
1.Cor.3 Fundamentum aliud nemo ponere poteſt pter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.
⌊Omnis qui ceciderit ſuper lapidem illum, conquaſſabitur, ſup quem autem ceciderit, conte ,,
ret illum.⌋ Quicunq; mortaliter peccat, grauiter cadit. Fideles aũt dũ peccant, dicunt cade- ,,
re ſuper lapidem angularem præfatum, videlicet Chriſtũ, quia & ſi charitatẽ ac gratiam p-
dant, tamen manent in fide & ſpe informi, & ita non penitus conteruntur, quãuis ſpirituali-
ter lædantur ſeu conquaſſentur. Sed frequenter pœnitendo reſurgunt, & cautiores, fortio-
Roma.5 resq; fiunt, ſicut ait Apoſtolus: Vbi abundauit delictum, ſuperabundat & gratia. ¶ Porro in- E
fideles peccando penitus conteruntur, quia nequaquàm per fidem in Chriſto fundantur,
ideo nec reſurgunt. ¶ Itaque omnis qui ceciderit ſuper lapidem illum, hoc eſt, omnis Chri-
ſtianus mortaliter peccans conquaſſabitur, quia deſinit ſpiritualiter eſſe in fide & ſpe perſiſtẽ
do aliquid boni habet, aptitudinemq; ſortitur ad pœnitendum. Super quem autem cecide-
rit lapis iſte ſeu Chriſtus, tñ infidelis mortaliter peccans, ſuper quem irruet Chriſtus iudex
per iudicij ſui rigorem, & conteret illum per finalem damnationem, quemadmodum de
Hiere.7 Iudæis incredulis in Hieremia legitur: Duplici contritione contere eos domine deus noſter.
¶ Sed ex his ſequi videtur, quòd grauiora ſint infidelium quàm impiorũ Chriſtianorum pec
cata atq; ſupplicia, quoniam plus eſt conteri ſeu prorſus comminui, quàm conquaſſari, cum
tamen huius oppoſitum communiter aſſeratur, & in multis exemplis legatur. Præſertim di-
1.Timo.1 cente Apoſtolo: Ideo miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.
Quo conſtat, quòd ignorantia incredulitatis aliquo modo alleuiat culpam. Et reſponden-
dum, quòd quàmuis eodem genere peccati, & cæteris paribus, malus Chriſtianus peccando
grauius peccet quàm infidelis, iuxta quod ait Saluator ſupra duodecimo capitulo: Seruus
qui cognouit voluntatem domini ſui, & non fecit, plagis vapulabit multis, qui autem non
cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Nihilominus infidelitas ipſa eſt culpa gra-
uiſſima, & pondus offenſionis peccati infidelitatis præponderat diminutioni aliorum vitio-
rum, propter incredulitatis ignorantiam, ideo infideles peccando penitus conteruntur. Et
quàmuis fideles (vt dictum eſt) abſolute loquendo grauius peccent. Tamen propter confor-
mes fidem & ſpem in eis manentes aptiores & propinquiores ſunt ad ſpiritualiter reſurgen F
dum. Et etiam aliqua bona ex genere agunt ſecundum præcepta dei atque eccleſiæ, quàmuis
non faciunt ea meritoriè. Vnde & per talia ſæpe diſponuntur ad gratiam. ⌊Et quærebant ,,
principes ſacerdotum & ſcribæ mittere in illum manus (violentas) & timebant plebem.⌋ ma ,,
gis quàm deum. ⌊Cognouerunt enim quòd ad ipſos dixerit (Chriſtus) ſimilitudinem iſtam⌋ ,,
de vinea, & ita ipſo facto deſiderauerunt verificare verba Chriſti occidendo hæredem, &
oſtendendo ſe eſſe prauiſſimos agricolas ac colonos, qui de charitatiua inſtructione, pia cõ-
minatione, vera concluſione, deteriores effecti ſunt. Quibus aſſimilantur impatientes, &
omnes qui de ſalubri correptione, & iuſta correctione efficiuntur peiores, ſe mendaciter ex-
cuſando, aut indignando, obloquendo, ſeu qualitercunque nocendo, quibus competit illud
Amos: Odio habuerunt corripientem, & loquentem perfecte abominati ſunt. De talibus
Amos.5 Eſa.30 fertur in Eſaia: Dicunt aſpicientibus, nolite nobis aſpicere ea quæ recta ſunt. Loquimini no-
1.Timo.4 bis placentia, videte nobis errores. Apoſtolus quoque: A veritate (inquit) auditum auer-
Prouer.26 tent, ad fabulas autem conuertentur. In quibus impletur & illud: Quaſi qui apprehenderit,
cum auribus canem, ita qui corripit impatientẽ. ¶ Hic quæri poſſet: Vtrum & qualiter pfati
Matth.21 Iudæi Chrm nouerũt, de q̃ qa ſupius & itẽ ſup Matthęũ diffuſe tractatũ ẽ, idipm ptermitto.
¶ Inſup qm ſacerdotes, ſcribę & phariſæi nõ audebãt violẽtiã Chro timore plebis inferre, ex-
cogitauerũt aliã viã circũueniẽdi eundẽ, queadmodũ ſubdit: ⌊Et obſeruãtes.⌋ i. verba & fa
cta Chri ad repħẽdendũ nõ ad credendũ & imitandũ cõſiderãtes & explorãtes, quorum ſecta-
tores ſunt multi q pximos ſuos obſeruãt ad accuſandũ & calũniãdũ, & pprios defectus, atq;
excessus

A exceſſus pẽſare ac plangere negligũt, quibus Salomon loquiť: Qui obſeruator eſt maloꝝ, op- Prouc. 11
“ primeť ab eis. Et rurſus ait ſcriptura: Stultitia eſt homini auſcultare ꝑ oſtium, ⌊miſerũt ſimu- Eccle 21
latores, qui ſe iuſtos ſimularent, vt caperent eum in ſermone⌋ id eſt, ex verbis & reſponſioni-
bus Chři reprehẽdere poſſent eum, vt quem veritate vincere nõ valebãt, circũuenirẽt & vin-
cerent calliditate, nõ attẽdentes neq; vertẽtes illud Iob: Simulatores & callidi prouocãt iram Iob.36.
dei. Nec illud prouerbiorum: Vir verſutus odioſus eſt. Itaq; non acceſſerũt in ꝑſona propria, Proue.14.
“ ſed vt in Matthæo aſſeritur: Miſerunt ad eum diſcipulos ſuos cum Herodianis, quatenus ab il Matt.22.
“ lis obſeruaret ſe minus, ⌊& traderent illum principatui⌋ id eſt, dominationi Herodis, & po-
teſtati præſidis⌋ puta Pilati, vel vtrũq; referť ad præſidem, intelligendo ꝑ principatum domi-
nationem ſiue militiam eius, ꝑ poteſtatem vero iudiciariam eius authoritatem. Sic & quidam
verſipelles ac impij proximos ſuos obſeruant, & ficte ac callide ſciſcitanť, vt eos valeant accu-
ſare, quibus continget: Qui fodit foueam, incidet in eam, & qui diſſipat ſepem, mordebit eum Eccles.10.
“ coluber. De talibus loquitur Hieremias: Sagitta vulnerans lingua eorum, in ore ſuo pacẽ cum Hiere.9.
“ amico ſuo loquitur, & occulte ponit ei inſidias. ⌊Et interrogauerunt illum dicentes: Magiſter
“ ſcimus, quia recte, id eſt, vere ac iuſte, ⌊dicis⌋ ſeorſum loquendo, ⌊& doces⌋ publice prædi-
“ cando. Porro, vt ait Anſelmus, veritas eſt rectitudo ſola mente perceptibilis, ⌊& non accipis Anſelmus.
perſonam⌋ hoc eſt, nullius intuitu aut amore recedis à veritate & æquitate, nec cõtra iuſtitiam
alicui parcis, vnde in actibus apoſtoloꝝ aſſerit Petrus: In veritate comperi, quoniam nõ eſt ꝑ- Actoꝝ.10
ſonarum acceptor deus. Huius contrarium agunt quidam prælati, principes, iudicesq; iniuſti,
vni delinquentium, præſertim potentioribus, charioribus, propinquioribusve parcentes, &
B alterum puniẽtes. Propter quod quidam philoſophus leges principum telis comparauit ara-
nearum, quæ imbecilliores capiunt muſcas, & fortiores euadere ſinunt. Similiter peccant, qui
“ non ex charitate & zelo iuſtitiæ, ſed ex praua radice, videlicet odio, indignatione, impatien-
tia, ira, cupiditate, corripiunt ac puniunt reos, ⌊ſed in veritate viam dei doces⌋ id eſt, diuina
præcepta, documenta atq; conſilia, quibus de peregrinationis huius exilio ad ſummæ ſalutis
pertingitur patriam veraciter, abſq; falſitatis admixtione proponis ac inſtruis. Hanc adulatio
nem præmiſerunt, vt emollirent & vane delectarent ac ſibi allicerent mẽtem Chři ad reſpõ-
dendum pro voluntate eoꝝ. Iſtud quippe hypocritis & verſutis eſt propriũ ſimulatorie com-
mẽdare, placẽtia loqui, apparatu, verbo ac ſignis blande ſe applicare, ſicq; alterius animũ ener-
uare, abducere, & ad beneplacitum ſuum attrahere, quemadmodũ beſtiæ, q̃ poteſtate nequeũt
“ comprehendi, blanda fricatione ac variis ſimulationibus capiunť. Vnde mox quæſtionẽ pro-
ponunt. ⌊Licet nobis tributum dare Cæſari an non?⌋ Pompeius princeps Romanus Iudæã Pompeius.
ſubiugauit Romanis, & extunc Romani exegerunt à Iudæis tributum quod & Iudæi ſoluerũt.
Poſtmodum ſcribis & phariſæis viſum eſt, Iudæos, vtpote populũ dei peculiarem, nõ debere
tributum dare terrenis principibus, nec legibus ſubiacere humanis, quia diuina lege regeban-
tur, atque in templo decimas, primitiasq; ſoluebant. Quibuſdam vero Iudæis videbať oppo-
ſitum, eo quod Romani pro pace militabant communi. Ideo Chřo propoſuerunt quæſtionẽ
iſtam determinandam, quatenus quicquid reſponderet, reprehendereť. Si eñ diceret, nõ eſſe
ſoluendum, mox eum accuſarent præſidi, tanquam rebellem Romano imperio, ſi vero reſpõ-
diſſet eſſe ſoluendum, iudicarent eum diuino derogare honori & legi, & affectabant vt Chřs
“ diceret tributum Cæſari non eſſe ſoluendum, non ideo principaliter vt videreť à debito ſo-
“ lutionis illius immunes, ſed vt accuſare poſſent ac morti tradere ſaluatorem. ⌊Conſiderãs au-
C tem dolum illoꝝ,⌋ videlicet ſimulationẽ inuidioſam. Ipſe eñ ſciebat quid eſſet in homine, &
“ omnium cordiũ ſecreta & quicquid in creaturis eſt cognouit, nõ ſolum vt deus ſciẽtia increata
“ ſed etiam ſecũdum aſſumptam naturam in verbo ęterno creata ſciẽtia, ⌊dixit ad eos: Quid me
tentatis⌋ id eſt, fruſtra & irrõnabiliter me decipere conamini ꝑ ficta & adulatoria verba. De-
niq; adulatio eſt graue peccatum, & qui aliũ laudat incaute aut ei ficte blandiť, grandi eũ expo- Auguſtinus
nit periculo, vtpote gloriæ vanæ, quo omnẽ quã habet gratiã & virtutẽ amittat. Hinc Augu-
ſtinus: Duo (inqt) ſunt ꝑſequẽtium gña, vnũ eſt vituperãtiũ, aliud adulantium. Magis ꝑſequiť
lingua adulatoris, quàm manus interfectoris. Adulator equidẽ perimit animã, corpus occiſor. Pſal.5.
Merito igiť ait pſalmiſta: Viꝝ ſanguinum & doloſum abominabiť dñs. Et rurſus: Sicut noua-
cula acuta feciſti dolum. Quemadmodũ nãq; acuta nouacula crines abſcindit, ſic adulator tol- Pſalm.51.
lit virtutẽ. Hinc zelo iuſtitiæ cõtra adulatores & bilingues propheta ſuccẽſus teſtať: Loquunť
pacem cum proximo ſuo, mala aũt in cordibus eoꝝ. Deinde precať: Da illis ſecundum opera Pſal.27.
eoꝝ, & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſoꝝ. Propterea dominus Chriſtus iſtos adu-
latores ac fraudulentos dure redarguit. Primo, vt adulationes & fraudes ſemp vitemus. Secũ-
do, vt adulatores ſtrennue refellamus, cum propheta pſallentes: Corripiet me iuſtus in miſeri Pſal.140
cordia & increpabit me, oleũ aũt peccatoris nõ impinguet caput meũ. ⌊Oſtendite mihi dena-
“ rium⌋ qui ad imꝑatoris præceptum ſoluiť pro tributo. Cũq; oſtẽdiſſent Chřo denarium in-
“ terrogauit, ⌊cuius habet imaginem & inſcriptionem?⌋ i. ſuperſcriptionẽ exaratam in nũmo,

Non

Non ex ignorantia hoc quæſiuit, ſed vt ex eoꝝ reſponſione daret eis irreprehenſibilem ſolu- D
tionem. Ideo ſubdiſ: ⌊Reſpondentes dixerunt: Cæſaris⌋ puta Tyberij, quo imperãte paſſus
eſt Chriſtus. ⌊Et ait illis: Reddite ergo quæ Cæſaris ſunt Cæſari,⌋ Hoc eſt, ea quæ ei ex ra-
tionabili inſtitutione debetis, puta cenſum, tributum, obſequiũ. Hæc nãq; ſpirituali libertati
& ſubiectioni ſub deo ad quas ordinaſ lex diuina, nõ derogant, quia ſpũalis libertas, eſt immu
Ephe.6 nitas à ſeruitute peccati, ac iugo diaboli. Propter quod ſacratiſſimi Apoſtoli Petrus & Pau
Titum.3 lus in ſuis epiſtolis hortanſ ſeruos fideles, vt infidelibus quoq; dominis fideliter obſequantur
1.Pet.2 ⌊& quæ ſunt dei deo⌋.i. quæ deo tenemini, ſcilicet oſeruantiã præceptoꝝ ei iugiter exhibe-
te, imò voſipſos diuino cultui totaliter mancipate, q̃m totũ quod eſtis, dei eſt, & eius imagine
inſigniſ. Quemadmodũ eñ denarius Cæſaris eſt metallum eius imagine decoratum, ita nũ-
miſma dei eſt homo ſummæ Trinitatis expolitus imagine. ¶Præterea non ſic intelligenda
ſunt verba Chriſti prętacta, quaſi aliquid ſit imperatoris, quod non ſit creatoris, qui iure crea
tionis omniũ dñs veriſſime perhibeſ, ſed idcirco ſic dixit ſaluator, quoniam aliqua ſpeciali-
ter deputanſ terreno præſidi, & aliqua creatori. ⌊Et non potuerunt verbum eius⌋ Hoc eſt,
Prouer.21 præſcriptam Chriſti reſponſionẽ, ⌊reprehendere corã plebe⌋ Non eñ (vt Salomon ait) eſt
Iob.5. ſapia, non eſt ſcia, non eſt conſiliũ, contra dominũ. De quo in Iob aſſeriſ: Qui comprehendit
ſapientes in aſtutia eoꝝ, & conſiliũ prauoꝝ diſſipat, ⌊& mirati in reſponſis⌋ hoc eſt, verbis
reſponſalibus ⌊eius, tacuerũt⌋ vidẽtes ſe non poſſe ei cõcludere, imò quò amplius eũ interro-
gauerunt, eo plus glorificabant eũ, & confundebant ſeipſos. Itaq; mirabanſ quod tam irreſp-
henſibiliter mox reſpondit, & quod inſidiandi calumniãdiq; locũ nõ reppererũt. ¶Conſequẽ E
ter deſcribiſ quæſtio à Sadducæis Chriſto propoſita, per quã voluerũt Sadducæi Phariſæos
cõfundere, & Chriſti ſapientiã explorare. ⌊Acceſſerũt aũt q̃dam Sadducæoꝝ, qui negãt eſſe
reſurrectionẽ⌋ De triplici ſecta inter Iudæos exiſtẽte, videlicet Eſſæoꝝ, Phariſæoꝝ, ac Sad
ducęoꝝ, & diſtinctione eoꝝ ab inuicẽ dictum eſt ſupra. ¶Porrò Sadducæi inter illos grauiſ-
ſime errauerunt, quia nec angelum, nec ſpiritũ, nec futuram generalẽ reſurrectionẽ eſſe crede
bant, imò aĩas hoĩm inſtar brutoꝝ dixerunt eſſe mortales, receperũtq; libros Moſi nõ ꝓphe
taꝝ: cũ tamẽ ex Moſi libris luce clarius conſtet angelos eſſe. Et interrogauerunt eũ videlicet,
Sadducæi Chriſtũ, ⌊dicentes: Magiſter, Moyſes ſcripſit nobis⌋.i. in Deuteronomio nobis
deo iubente præcepit. ⌊Si frater alicuius viri mortuus fuerit habẽs vxorẽ (vſq; ad mortẽ) &
hic ſine filijs fuerit⌋.i. abſq; legitima prole obierit, vt nomine filioꝝ intelligantur & filiæ, ſi-
cut dum pater & filius correlatiue dicunſ, cum pater quis vere ac relatiue dicaſ, etiam filio ca-
rens nõ filia: Si filius denotat ſexum, ⌊vt accipiat eam frater eius vxorẽ, & ſuſcitat ſemẽ fra-
tri ſuo⌋ hoc eſt, de fœmina illa procreet prolem, quæ aſcribaſ marito defuncto, voceturq;
Deute.25 filius eius legalis, quãuis ſit filius carnalis mariti ſequẽtis. Prima & literalis cauſa huius præce-
pti fuit, ne nomen atq; memoria viri prioris de ſuo tribu remouẽtur. Secunda vt familiaꝝ ac
tribuum maneret diſtinctio. ¶Myſtice vero ꝑ iſtud pręceptũ ſignificabaſ, quod fratre mor-
tuo.i. Chriſto propter nos crucifixo frater ipſius, videlicet Eccleſiaſticus prælatus, debet ei
ſuſcitare ſemẽ ſpirituale, aliquos conuertẽdo ad ipm̃, & bonos ad ſpiritualem inducẽdo pro-
fectum. ⌊Septẽ ergo fratres erant (Iſraeliticæ ſtirpis) & primus accepit vxorẽ & mortuus ẽ
ſine filijs, & ſequẽs (.i. ſecundus frater) accepit eam (poſt mortẽ prioris) & ipe mortuus eſt ſi-
ne ſilio, & tertius accepit eam, ſimiliter & oẽs ſeptẽ (.i. reliqui om̃es) & nõ reliquerũt ſemẽ, &
mortui ſunt. Nouiſſima omniũ mortua eſt & mulier.⌋ Iſtam quæſtionẽ propoſuerunt Sad-
ducæi, ad demonſtrandũ quòd reſurrectio mortuoꝝ non eſſet poſſibilis, quia rationabiliter
dici non poſſet, ad quẽ prædictoꝝ frattum ſpectaret vxor in reſurrectione futura, ideo ſub- F
ditur: ⌊In reſurrectione ergo cuius eoꝝ erit vxor? Siquidẽ ſeptem (fratres) habuerunt eam⌋
ſucceſſiue ⌊vxorem⌋ ideo qua ratione ꝑtineret in futura reſurrectõe ad vnũ, ꝑtineret quoq;
ad alium. Quo dato fratres ſimul & ſemel haberent eandẽ vxorem, quod eſt legi contrarium.
Marci.6 Vnde beatiſſimus Iohãnes Baptiſta dixit miſerrimo impijſſimoq; Herodi: Non licet tibi ha-
bere vxorẽ fratris tui. ¶Porrò Sadducæi in quæſtione hac præſupponebant, vnum menda-
cium, quod tamẽ à phariſæis reputabatur verum, vtpote quod poſt reſurrectionẽ erit vſus ci
boꝝ ac venereoꝝ. Vnde & Nicolaus de Gorra teſtaſ, quòd phariſæi poſt reſurrectionem
credebant ſe habituros vxorẽ ac ſobolem, opulentiamq; terrenã, & auream, ac gemmatam
Hieruſalem deſuper concedendam per mille annos, atq; poſt mille annos ſe eſſe in cœlum
feliciter transferendos, quorum errorem dñs pandit ſicut ſubiungitur: ⌊Et ait illis Ieſus: Filij
huius ſeculi (.i. qui generanſ in mundo iſto, & filij ſunt generis humani) nubunt⌋ hoc eſt, vxo
res accipiunt, ⌊& traduntur ad nuptias⌋ etiam anteq̃ ſint prouectæ ætatis ac ſui iuris, quòd
neceſſe eſt, vt ſpecies ꝑſeueret, quoniã vita iſta mortalis eſt, propter quod dixit philoſophus
Ariſtoteles Ad hoc generatio animalibus data eſt, quatenus eſſe, qḋ ꝑpetuari non poteſt in indiuiduo, cõ
ſeruetur in ſpecie ꝑ generationũ vel ſucceſſionẽ. ⌊Illi vero qui digni habebunſ ſeculo illo⌋.i.
electi & iuſti, quos deus dignos miſericorditer reputabit duratione ac habitatione futurę feli

citatis

A citatis & reſurrectionis ex mortuis.i.felici immutatione ac reſurrectiōe de morte naturæ ad
" vitã gloriæ,⌊neqꝫ nubēt.⌋.i.fœminæ nō maritabunt,⌊neqꝫ ducēt vxores,⌋ viri,cuius ratio
" veriſſima ſubdit,⌊neqꝫ enī vltra mori poterūt,⌋quia nec mors naturę,neqꝫ mors culpæ,nec
" mors miſeriæ,locū habere poteſt in eis.⌊Aequales enī angelis ſunt⌋.i.angelis erūt æquales,
" quia ad diuerſos angeloꝝ ordines aſſumentur,iuxta exigentiā diuerſitatis meritoꝝ ſuoꝝ,⌊&
" filij ſunt dei,⌋filiatione perfectæ adoptionis ꝑ ſimilitudinē gloriæ,& perceptiōe hæreditatis æternæ,dicēte Apoſtolo:Si filij & hæredes,hæredes quidē dei,cohæredes aūt Chriſti.Et Roma.8 Pſal.15
Pſalmiſta:Tu es qui reſtitues hæreditatē meā mihi.Hæc aūt hæreditas eſt eſſentiale præmiū
beatoꝝ,deinde eſt & ꝓmium accidentale,vnde ait Aplus:Oculus nō vidit,nec auris audiuit, 1.Cor.2
" nec in cor hominis aſcenderūt,quæ ꝑparauit deus diligētibus ſe,⌊cū ſint filij reſurrectiōis⌋
beatificæ.i.beatæ immutationis,quæ proprie reſurrectio appellatur,nā impij ad maiorē calamitatē reſurgent.¶Deniqꝫ ex his æternæ,increatæ & infinitæ ſapiētiæ verbis,patet ꝑfidia
ſceleratiſſimi Machometi,falſitas Alchorani,error Sarracænoꝝ & Iudæorum ac Tartaroꝝ.
Totius etenī ſignifer falſitatis ꝑfidiſſimus Machometus in ſuo Alchorano ſæpiſſime proteſtatur,ꝙ poſt reſurrectionē generalē iuſti erunt in paradiſo terreſtri,& cibis,potibus atqꝫ venereis abundātiſſime in ꝑpetuū perfruentur.Et mira eſt cæcitas illius ꝑditiſſimi Machometi,
quia frequenter fatetur,ꝙ deus miſit Moſi teſtamentū,Dauidi Pſalteriū,Chriſto Euangeliū,&
B ſibi Alchoranū,cū tamen in Alchorano quaſi innumerabilibus vicibus cōtradicat ſcripturis
veteris teſtamenti & pſalterij ac euangelij,quēadmodū in tractatu,quē cōtra ꝑfidias Alchorani & contra ſingulos ſinguloꝝ capituloꝝ eius errores cōpegi,luce clarius demonſtraui. Nec
dubiū,quin etiā ſit contra omnē naturalē philoſophiā,beatitudinē hominis in voluptatibus
conſtituere guſtus & tactus.¶Deinceps veritas ſpecialiter reprobat Sadducæoꝝ errorē,ne-
" gantiū reſurrectionē.⌊Quia vero reſurgūt mortui⌋.i.mortuos eſſe reſurrecturos,⌊& Mo
" ſes oſtendit ſecus Rubū⌋.i.docet ac innuit,deſcribendo verba quæ deus per angelū loqueba
" tur ad ſe circa Rubū,de cuius medio angelus loquebatur ad eū,vt patet in Exodo,⌊ſicut di- Exo.3
" cet dominū deum Abraham & deū Iſaac & deum Iacob,⌋ ſecundū quod ibi Moſes recitat,
ꝙ ipſe omniū dominus & creator vocauit ſe deum hoꝝ trium patriarchaꝝ. Ex quo probatur,
ꝙ aliquo modo viuant,puta in anima,cum eoꝝ corrupta ſint corpora.Cum etenim Moſes interrogaſſet nomē dei,& deus dixiſſet:Ego ſum qui ſum.Hæc dices filijs Iſrael, protinus
addidit,Dominus deus patrum veſtroꝝ,Deus Abraham & deus Iſaac & deus Iacob,miſit
me ad vos.Hoc nomen eſt mihi in æternū,& hoc memoriale meū in generationem & generationem.Præterea(prout ſanctus Sylueſter papa diſſeruit)deus voluit ſe hoꝝ trium patri- Sylueſter papa.
archaꝝ deum vocari,& ſub cōmemoratione nominū eoꝝ exorari,ad inſinuandū ſuperbeatiſſimæ trinitatis myſterium.Sunt & aliæ cauſæ.Prima,quia hi patriarchæ fuerunt primi &
generales progenitores Iſraeliticæ plebis.Secunda,quia eximiæ ſanctitatis fuerūt,& in multis excellentiam aliquam ſortiuntur.Tertia,quia ad eos de Chriſti aduentu facta eſt repromiſſio manifeſta,vt patet in Geneſi.Quarta,vt filij Iſrael generis ſui dignitatem aduerterēt,
ſicqꝫ idololatriam euitando,verum colerent deum,& deo grati conſiſterent.Quinta,vt horum patriarchaꝝ virtutes cunctis eorum poſteris in exempla proponerentur.¶Inſuper,ꝙ
" ex præallegatis Moſi verbis ſequitur hos viuere patriarchas,probat ſaluator.⌊Deus aūt non
" eſt mortuorum,ſed viuorum.Omnes enim viuunt ei.⌋ Sed contra hæc verba poteſt fieri triplex obiectio.Prima,quia deus dicitur iudex viuoꝝ & mortuoꝝ, ergo ſimiliter dici poteſt
C deus eoꝝ.Secunda,quia præfatę patriarchæ vere ſunt mortui, quemadmodū ſcriptura deſcribit.Tertia,quoniā impij non viuunt deo,ſed propriæ potius voluntati & corā deo mor- Act.10
tui perhibentur.Et reſpondendū ad primū,ꝙ aliquid dicitur dupliciter mortuū.Primo, om- Gene.25
nino ſecundū corpus & animā,& ita non eſt deus mortuoꝝ deus aut iudex.Secundo, quan- Gene.35 Gene.49
tum ad corpus tantū:ſicqꝫ mortuoꝝ deus & iudex eſt dominus.Ad ſecundū ex eodem patet
reſponſio,quia præfati ſunt vere mortui quantū ad corpus.Ad tertium eſt dicendū,quod impij ac damnati non viuunt deo.i.ſecundū legem diuinam,nihilominus viuunt deo,id eſt ad
ſuę iuſtitię declarationem,ſiue ad ſuę maieſtatis honorem,quia in eis oſtenditur omnipotentia creatoris & æquitas eius,imò pietas eius aliquo modo,quoniam citra condignum puniūtur damnati,& impij in ſeculo iſto interdum miſericorditer conuertuntur,& pie à deo tolerantur,ac varia eius beneficia ſortiuntur.¶Sed poſſet quis dicere:Qualiter ex his verbis probatur reſurrectio mortuoꝝ,cum non aliud ex eis conſequi videatur,niſi quòd immortalis ſit
anima rationalis?Reſpondetur,quòd Chrus loquebatur Sadducæis, qui ideo reſurrectionē
negabant,quoniā animas dixerunt eſſe mortales,ideo immortalitate animę demonſtrata,ꝓbata eis fuit reſurrectio corporꝝ,& etiam idem ex alijs poteſt inferri.Primò cū anima ſit na- Reſurrectio mortuorum probatur.
turaliter corporis forma,naturalē habet inclinationē ad reunionē cū ipſo.Secūdo,qm̄ ſicut anima meruit atqꝫ demeruit,ita & finaliter remuneranda.Quemadmodū ergo in corpore meruit ac demeruit,ita in ipſo vltimate eſt præmianda. Tertio, quoniam anima cū ſit naturaliter

pars alicuius totius,non poteſt in ſeipſa ſubſiſtentiam habere perfectam, ergo nec plenam D
felicitatem. Quarto,quoniã ſenſitiuæ vires radicaliter manent in anima,idcirco ad corpus
naturalem habet affectũ,nec abſq; illo plene quieſcit aut contentatur, vnde & Platonici dixe
runt animas corporibus reuniendas,ſed errabant in hoc quod eas dixerunt corporibus de-
nuo morituris vniri. ¶ Poſtremo ex modo loquendi ipſius Moſi in quinq; libris ſuis clariſſi-
me innoteſcit animas hominum eſſe perpetuas, Frequenter etenim ait,eos qui obierunt eſſe
Gene.37 collectos ad patres ſuos. Et Iacob patriarcha: Deſcẽdam(inquit)ad filium meum lugẽs in in-
fernum, Abrahę quoq; perhibuit deus: Merces tua magna eſt nimis. Temporalia autem nõ
Gene.15 poſſunt eſſe ſufficiens retributio operũ charitatis & gratiæ,quæ ſunt opera ſupernaturalis,
ac præſtantiſſimæ dignitatis,temporalium rerum valorem ac dignitatem incomparabiliter
excedentia. Deniq; multi iuſti & ſancti veteris teſtamenti in vita pſenti aduerſitatibus ma-
ximis & diuerſis vſq; ad finem vitæ affecti ſunt,& tandem pro iuſtitia interfecti,vt de ſeipſo
Hiere.20 recitat Hieremias,& de multis conſtat prophetis,de quibus certũ eſt,ꝙ in vita præſenti non
Hiere.26 ſunt pro ſuis meritis remunerati,ergo poſt vitam hanc. ⌊ Reſpondentes autẽ quidam ſcriba »
Hiere 32
Hiere.36 rum, ⌋ qui erant legis doctores, ⌊ dixerunt. ⌋ Sed quomodo reſpondiſſe dicũtur, qui inter- »
Hiere.38 rogati non erãt? Dicendũ, ꝙ reſponderũt.i.ad præinducta verba Chriſti apte & correſpon
denter loquuti ſunt. ⌊ Magiſter bene dixiſti ⌋ .i. veraciter reſpondiſti. ⌊ Et amplius non au- »
debant eũ quicquã interrogare ⌋ phariſæi & Sadducæi,quia quo plus Chriſtũ interrogaue- »
runt,eo ſapientia eius clarior apparebat & maior,& ipſi plus cõfutabantur,ſi autẽ pia inten-
tione deſiderio proficiendi interrogaſſent dominũ Ieſum, quo ipſe celerius ac ſapientialius
reſpondiſſet,eo ipſi auidius atq; indeſinentius ſciſcitati fuiſſent. Itaq; nõ audebãt magiſtrum
veritatis amplius interrogare ad tẽpus.ſ.die iſto,tamen paulo poſt tẽpore paſſionis ſępe in-
terrogauerũt eundẽ. Ex quibus elicitur inuidiã rationabiliter conuictã acrius malignari. Et E
quoniã non audebant Chriſtũ magis interrogare,ipſe eos charitatiue interrogauit,vt eorum
errorẽ excluderet,quia ſciebat eos mala ſentire de rege Meſſia,vtpote ꝙ purus exiſteret ho
mo. ⌊ Dixit autẽ ad illos, ⌋ videlicet ſcribas & phariſæos. ⌊ Quomodo dicũt Chriſtũ filium »
Dauid eſſe? ⌋ .i. qualiter ſcribæ & phariſæi, cæteriq; cõmuniter affirmant Chriſtũ de Dauid »
regis ſemine naſcituꝝ,& eius filium appellandũ,ita ꝙ ſecundũ eos erit dũtaxat filius Dauid,
& nõ dominus eius. ⌊ Et ipſe Dauid dicit in libro pſalmoꝝ: Dixit dñs(.ſ.deus pater) domi- »
Psal.109 no meo(vtpote Chriſto)ſede à dextris meis ⌋ .i. mihi æqualis eſto ac reſide,ſecundũ quod de »
us es,atq; ſecundũ naturã tuam humanã in potioribus bonis & beatitudine ampliori in cun-
ctis beatis conſiſte,vtpote præ omni pura creatura mihi valde propinquior, quia in donis
gratiæ & gloriæ omnibus illis inæſtimabiliter es præfulgens. Itaq; Chriſto ſecundũ vtranq;
ſuam naturã competit ad dei patris dexterã reſidere,ſed diuerſimode,vt eſt tactum, ⌊ donec »
ponã inimicos tuos, ⌋ omnes videlicet incredulos,impios & reprobos, ⌊ ſcabellũ pedũ tuo- »
rum ⌋ .i. eos tibi perfecte ſubijciã ſubiectione coacta per dijudicationẽ & condemnationem, »
quod erit in finali iudicio & inferno. Porrò domino ſaluatori quantũ ad ſuã humanitatẽ da-
ta eſt omnis poteſtas,& omniũ creaturaꝝ dominium ab incarnationis ſuæ exordio,quantũ
ad authoritatem & poteſtatis huius poſſeſſionẽ, Nam eo ipſo quo Chriſti humanitas vnita
eſt verbo æterno hypoſtatica vnione, prælata eſt omni creaturæ, vnde & ante paſſionẽ di-
Iohã.3 xit: Pater diligit filiũ,& omnia dedit in manu eius. Et rurſus: Dedit ei poteſtatẽ iudicium fa-
Ioh.5 cere,quia filius hominis eſt. In reſurrectiõe autẽ data eſt Chriſto homini iſta poteſtas quan
tũ ad eius manifeſtationẽ,quia extunc cœpit Chriſti maieſtas publice prædicari, & omnibus F
Matth.28 notificari. In vltimo vero iudicio dabitur ei poteſtas hæc quantũ ad plenã ipſius executio-
nẽ,quando(iuxta Eſaiæ oraculũ)ad eũ venient,& confundent omnes qui repugnãt ei. ⌊ Da- »
Eſa.45 uid ergo dominũ eũ vocat,& quomodo filius eius eſt? ⌋ Tanquã dicat, Ex quo Dauid,q fuit »
præpotens rex,eximiusq; propheta,atq; pcipuæ ſanctitatis Chriſtũ nominat dominũ ſuũ,
innuit Chriſtũ eſſe plus q̃ prophetã ac regem. Quomodo ergo filius eius eſt? Ad hoc nullus
iſtoꝝ Chriſto poterat reſpondere,vt in Matthæo habetur: Si autẽ cognouiſſent duplicẽ eſſe
Mat.22 in Chriſto naturã ac generationẽ,facile reſpondiſſent,quod ſecundũ naturã diuinã & gene-
rationẽ æternã eſſet dominus Dauid,& filius eiuſdẽ Dauid ſecundũ naturã humanã & gene-
rationẽ temporalẽ. ⌊ Audiente autẽ omni populo, ⌋ qui pdicationi interfuit, ⌊ dixit diſcipu »
lis ſuis: Attendite ⌋ .i. vos pſeruate & cuſtodite, ⌊ à ſcribis qui volunt ambulare in ſtolis ⌋ .i. al »
bis ac candidis veſtibus, vt videant cæteris ſanctiores,quo cõſtat quod amabãt vanã oſtenta
tionẽ, ⌊ & amant ſalutationes in foro ⌋ .i. ſalutationes publicas & cũ reuerentia ac capitis incli »
tione exhibitas,pſertim à magnis perſonis,ſicq; humanũ requirebant fauorẽ, ⌊ & primas ca »
thedras ⌋ .i. honorabiliores ſedes in ſynagogis,quo innoteſcit eoꝝ ambitio, ⌊ & primos diſ- »
cubitus(.i.ſuperiora loca)in conuiuio, ⌋ p quod eoꝝ guloſitas atq; ſuperbia deſignat, ⌊ qui »
deuorant domos viduaꝝ, ⌋ hoc eſt facultates earum guloſe conſumunt, ⌊ ſimulantes lon- »
gam orationem, ⌋ id eſt prolixe orantes,cum tamen ore,non corde orarent,nec ex vera vir
tute

A tute,ſed cupiditate & vanitate orabant,vt ab hominibus p̄ſertim à viduis aliquid habētibus reputarentur ſancti,ſicq́ꝫ copioſa à viduis acquirerēt munera,quia ad dandū deuotis ſunt vi-
“ duæ magis pronæ ac libetæ q̃ fœminæ maritatæ.⌊Hi⌋ ſcribæ,in quibus fuit ſcientia infor-
“ mis & inflans,⌊accipiunt dānationem maiorē⌋.i.grauius punientur in ſempiternū, ſecun-
“ dū quod alijs enormius peccauerunt.¶O q̃ multi etiā modo in eccleſia hoꝝ ſcribaꝝ & phariſæoꝝ vitia imitantur,non dei honorē & gloriā, ſed propriā cōmoditatē & venerationē, laudem & famā quærentes,carnalitati deſeruientes,ambicioſi & ſimulatores,ac ſpūalia propter tēporalia exhibentes,quemadmodū quidā preſbyteri propter oblationes multiplicāt miſſas. Væ ambicioſis prælatis carnalibus,cupidisq́ꝫ doctoribus & vniuerſis ſuperbiæ filijs. *En inſatiabilē ſacerdotū auaritiam.* Deniqꝫ circa præhabita dicit Chryſoſtomus: Dū Iudaicos ſacerdotes Chriſtus confundit, etiā Chriſtianos preſbyteros monet,ne cū viduis cōmorentur magis q̃ cū cæteris fœminis, *Chryſoſtom⁹.* quia & ſi voluntas mala non eſt,tamen ſuſpitio mala eſt. Et iteꝝ ait:Non ſolum corpore in nouiſſimo loco ſimus,ſed & animo nouiſſimos omnium nos reputemus.¶Poſtremo poſſet hic quæri,cur fons ſapientiæ verbū dei in excelſis,cuius omnis actio eſt noſtra inſtructio,clerū Iudæoꝝ,videlicet ſacerdotes,ſcribas & phariſæos corā vulgo publice increpabat? Et reſpondendū,quod certum eſt eū hoc diuino feciſſe inſtinctu propter diuerſas cauſas. Primo, *Ecc.1.* quia illoꝝ vitia publica erant,Secundo,quoniam ſcandalizatiua fuerant plebis. Tertio,pro informatione diſcipuloꝝ,quatenus & maiores auderent corripere. Quāuis autē omnis Chriſti actio ſit Chriſtianoꝝ inſtructio,non tamen illa inſtructio eſt ſemper ad imitandū,ſed in-
B terdū ad fidei firmitatē aut morū reformationē ſeu alia quædā. Hæc autē increpatio ſcribaꝝ & phariſæoꝝ à Chriſto multo diffuſius deſcribitur à Matthæo in quo & Chriſti iuſtitia de- *Mat.23* claratur,quia dū eius reſponſionē cōmendaſſent ſcribæ,non eſt reprehenſibiliter emollitus, ita vt cōtra iuſtitiam ab eoꝝ correptione taceret,ſed protinus eos dure corripuit,à cuius imitatione labuntur,qui humano fauore,adulatione,laude,aut munere,mente ſic eneruant,vt à fraterna correptione,aut paterna correctione delinquentiū retrahant. Alij vero econtra nō ex charitate ac zelo iuſtitiæ,ſed ex ira,impatientia,auerſione aut alia paſſione, ad correptionē ſeu correctionē proximoꝝ mouent,& dū alios vident velle curare,grauius lædūt ſeipſos.

¶Elucidatio Cap.XXI. Reſpiciens autem. Arti. XLIIII. *Cap. XXI.*

“ R Eſpiciens autē⌋ Ieſus.i.populū ſuas oblationes in templo facientē conſiderans,vt aliquod ſpirituale proponeret documentū,& p exteriorē illū aſpectū inſinuauit,ꝙ eos qui bonis operibus ſunt inten-
“ ti libenter attendit,atqꝫ eoꝝ deuotioni cōgratulatur,⌊videbat eos
“ qui mittebant munera ſua⌋.i.oblationes ſuas ponebant ſeu proij-
“ ciebant,⌊in gazophylaciū⌋ diuites.i.in repoſitoriū taliū oblationū. Et dicitur gazophylacium à gaze quod eſt diuitiæ & phylaxe, quod eſt ſeruare, quaſi reſeruatoriū diuitiaꝝ, etatq́ꝫ gazophylaciū *Gazophylaciū* triplex. Vnū,in quo ponebant oblationes ac donaria regū, quod in *triplex.* libris Regū muſac ſabbati appellat. Secundū,in quo ponebant obla *4.Reg.16* tiones ſacerdotū,vocabaturq́ꝫ carbonan. Tertiū,in quo vulgi oblationes reponebant, quod *Mat.27*
C cōmuni nomine gazophylaciū nominabatur,quod ſecundū Auguſtinū fuit archa,in qua po- *Auguſtinus* nebantur oblationes ad ſuſtentationē miniſtrorum templi,vel etiam ad reparationē ædiſiciorū ipſius. Interdū quoqꝫ gazophylacium dicitur locus in quo erat huiuſmodi archa, iuxta illud Iohannis: Hæc verba loquutus eſt Ieſus in gazophylacio docens in templo,interdū do- *Iohan.8* mus ſacerdotū ac leuitaꝝ prope templū, nonnunquā horreū collocationis primiciaꝝ ac decimaꝝ. Spiritualiter vero archa dei ſit anima noſtra,in qua deo quotidie offeramus ſacrificium laudis,timiama deuotæ orationis, ignem feruidoꝝ affectuū charitatis & contēplationū ex-
“ ceſſus.⌊Vidit autē & quandā viduam pauperculā mittentem(in gazophylaciū)æra minuta
“ duo⌋.i.duos exiguos obulos factos de ære,non de argento aut auro,quin ſecundū Chryſo-
“ ſtomū valebāt quartā partem denarij vſualis,⌊& dixit: Vere dico vobis(diſcipulis meis)qa *Chryſoſtom⁹.*
“ vidua hæc pauper plus q̃ omnes miſit⌋ .i.cæteris oīibus hic modo offerētibus plus obtulit Plus inquā,non per reſpectum ad magnitudinē rei oblatæ in ſe,ſed per reſpectū ad interiorē deuotionē & animi promptitudinē, atqꝫ diuinā acceptationē & muneris qualitatem,quia
“ de neceſſarijs ſibi. Hinc ſubditur.⌊Nam omnes hi(ſcilicet diuites)ex abundanti ſibi miſerūt
“ in munera dei⌋.i.ex copioſa ſua ſubſtantia poſuerunt aliquid in gazophylaciū inter oblata, quæ dicuntur munera dei. Primo,quia à deo hominibus ſunt collata, quemadmodū Dauid loquitur domino: Tua ſunt omnia,& quæ de manu tua accepimus,dedimus tibi. Secūdo,qa *1.Para.29* deo ab hominibus offeruntur,ideo viliora non ſunt domino offerenda,ſed meliora, quēadmodū in Geneſi legit,ꝙ Abel obtulit deo de primogenitis gregis ſui,adipibusq́ꝫ eoꝝ, Cain *Gene 4* vero de fructibus terræ. In Malachia quoqꝫ habet: Si offeratis claudū aut languidū,nōne ma *Mala.1.* lū eſt? Offer illud duci tuo,ſi placuerit ei. Quaſi dicat, Terrenus princeps tuus tibi indignaret

ſi ei offerres quod vilius eſt. Et iterum dicitur ibi: Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo D
maſculū, & votū faciens immolat debile domino, ⌊hæc autē ex eo quod deeſt illi,⌋ .i. vidua »
iſta paupercula ex terrena ſubſtantia quā non habet, ⌊omnē victū ſuū quē habuit miſit,⌋ .i. »
idipſum modicū quod habuit ex quo ſe aliquantulū ſuſtentare potuit, obtulit: ſicq; modicum
iſtud fuit pars terrenæ ſubſtantiæ cōmuniter ſumptæ, de qua ipſa parū quid habuit. Et quod
ait, omnē victū ſuū, &c. intelligi poteſt ſiue ſimpliciter, ita ꝙ de numiſmate nihil retinuit ſi-
bi, aut per modū hyperbolicæ loquutionis, quo aliquid dicitur per exceſſum. Si autē obijcia-
tur, quomodo Chriſtus laudet viduā iſtā de huiuſmodi oblatione, cū virtus circa mediū di-
Virtus quomodo conſiſtat in medio catur conſiſtere? Reſpondetur, ꝙ virtus conſiſtit circa mediū in his quæ ſunt neceſſitatis, nō
ſemper in his quæ ſunt ſupererogationis, in quibus ſæpe omnimoda tēporaliū derelictio cō-
mendatur, vt patet in paupertate & caſtitate religioſorū. Præterea aduertendū, ꝙ cum ſit du-
plex proportio, vtpote geometrica & arithmetica, ſecūdū alterā harū proportionū dicitur
vidua iſta plus alijs obtuliſſe, quia per reſpectū ad ſubſtantiolam ſuam plus obtulit q̃ diuites,
per cōparationē ad ſuas poſſeſſiones. Deniq; & nos cū vidua iſta offeramus deo duo minuta,
videlicet corpus & animā, & quicquid poſſumus ac habemus. ⌊Et quibuſdā dicentibus de tē- »
plo⌋ .i. aliquibus diſcipulis Chriſti dicentibus ei de templo Hieruſalem, ⌊quod de lapidibus »
bonis & donis ornatū eſſet,⌋ quod ex aptis lapidibus eſſet conſtructū, & pretioſis vtenſilibus »
ſeu donarijs decoratū, & pulchre formatum, ⌊dixit⌋ ſaluator diſcipulis iſtis adhuc rudibus, »
quibus nunc multi aſſimilantur, qui magis reſpiciunt ad ornatū eccleſiæ corporalem q̃ ſpiri-
tualem, ad pulchritudinē ædificiorū q̃ ſanctimoniam miniſtrorū, ad redditus q̃ virtutes, vn-
de & magis eligunt in prælatos eos qui corporalia illa q̃ qui ſpiritualia iſta poſſunt procura-
re, augere, defendere, idcirco eccleſia ad deflendam deuenit ruinam. Hinc Chriſtus reſpon-
dit diſcipulis. ⌊Hæc (templi ædificia) quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur la- »
pis ſuper lapidē, qui non deſtruatur.⌋ Hoc quadrageſimo ſecundo poſt Chriſti paſſionē an- »
Luc. 19 no per Titū pro magna parte eſt factū, deinde per Adrianū completū, vt ſupra plenius dictū E
⌊Interrogauerunt autem illum dicentes: Magiſter quando hæc erunt⌋ .i. quando tam fundi- »
tus deſtruetur Hieruſalem, ⌊& quod ſignū (apparebit) cum fieri incipient?⌋ Iſti diſcipuli, vt »
Mar. 13. dicitur in Marco, fuerunt Petrus, Iacobus, Iohannes & Andreas, qui ſecreto ſciſcitati ſunt
Chriſtū, non ſolum de iſtis, ſed & de finali iudicio, cōſummationeq; mundi, iuxta illud Mat-
Mat. 14 thæi: Acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt, & quod ſi-
gnum aduentus tui & conſummationis ſeculi. ⌊Qui dixit: Videte ne ſeducamini (à pſeudo »
ac impijs.) Multi enī venient in nomine meo dicentes, quia ego ſum⌋ .i. in nomine meo ve- »
nire ſe dicent, & nomen meum mendaciter ſibi aſcribent, ita ꝙ vnuſquiſq; eorū dicet ſe eſſe
Act. 8 Chriſtum vel aliquem magnum, vt hæreſiarchę. Porrò Symon Magus dixit ſe Chriſtum &
dei virtutem ac verbum, ſimiliter Symon Eſſæus dixit ſe eſſe Meſſiam ac liberatorē Iudæos à
Ioſephus tributo atq; dominio Romanorū, vt Ioſephus refert, & iſti deſtructionem Hieruſalem præ-
ceſſerunt. Similiter ſecundū Chriſti aduentū præcedēt tales iniqui. ¶ Præterea Chriſtus de-
terminate non exprimit tempus præfatæ deſtructionis Hieruſalē, aut ſecundi ſui aduentus,
conſummationiſq; mundi, ſed ſigna quædam, quatenus tēporis incertitudo reddat nos cau-
Luc. 12 tos ac timoratos, & ſignorū euentus ſolicitos ac paratos, vnde alibi ait ſaluator: Vigilate, qa
qua hora non putatis filius hominis veniet, ⌊& tēpus appropinquabit.⌋ Hoc dupliciter po- »
teſt exponi. Primo, ꝙ pſeudo illi dicent, tēpus appropinquabit, videlicet tēpus ſaluationis fi- F
endæ per eos ſeu finalis iudicij. Secundo, vt ſit verbū Chriſti, ita ꝙ poſt illorū falſariorū aduē-
tum appropinquabit ruina Hieruſalē aut conſummatio ſeculi. ⌊Nolite ergo ire poſt illos,⌋ »
.i. nec corporaliter eos ſequamini, nec eis credatis aut conſentiatis. Circa hæc ſcribit doctiſ-
Gorrha ſimus Nicolaus de Gorrha: Multi hodie ſequunt Symonē Magū. Pauci nāq; ſunt benefici-
ati, niſi aut prece aut pretio aut temporali ſeruitio, vel intuitu ſanguinis aut amore, timoreve
principis, multi quoq; ſequunt Antichriſtū, qui propter auaritiā deſerūt Chriſtū. Chriſtus
quippe in vna perſona habuit tres naturas, videlicet corpus, animā, deitatē. Ambicioſi vero
in vno ſubſiſtēte, plures cōgregāt perſonatus ſiue præbēdas. ⌊Cū aūt audieritis prælia,⌋ quę »
inferent ab extraneis, ⌊& ſeditiones,⌋ quæ cōcitabūtur à cōciuibus, ⌊nolite terreri⌋ inor- »
Prou. 28 dinato & mūdano timore rationē turbāte. Iuſtus nāq; quaſi leo cōfidens abſq; terrore erit,
Prou. 12 nec cōtriſtabit iuſtū quicquid ei acciderit, vt Salomon cōteſtat. ⌊Oportet primū hæc fieri⌋ »
.i. ante deſtructionē Hieruſalē, ſeu ſeculi finē hæc neceſſe eſt euenire, nō abſoluta & fatali ne-
ceſſitate, ſed neceſſitate cōdicionata & cōſequētiæ, in quantū à deo p̄uiſa ſunt, quāuis in ſeip-
ſis ſint cōtingentia. Rurſus oportet ea accidere, nō deo cogēte, ſed hominū malicia exigente,
vel oportet, quia opportunū & aliquo modo expediēs eſt ea cōtingere, iuxta quem modū ait
1. Cor. 11 Apoſtolus: Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant, ⌊ſed nōdū ſtatim finis⌋ »
.i. eis euenientibus nō determinate cognoſci valebit tēpus & hora vaſtitatis Hieruſalē, nec p̄-
tinus finis mūdi inſtabit. ⌊Tūc dicebat illis,⌋ ſigna p̄tacta magis in ſpeciali exprimēdo, ⌊ſur- »
get

A get gens cõtra gentẽ⌋.i.populi minoꝝ prouinciaꝝ cõtra ſe inuicẽ ꝓliabunť,⌊& regnũ ad-
uerſus regnũ⌋.i.maiores prouinciæ ſeu regiones & reges eaꝝ aduerſus ſe cõpugnabunt⌊&
terræmotus magni erũt ꝑloca,& peſtilẽtiæ,& fames,terroresq́;,& ſigna de cœlo⌋.i.grãdis
terror incutieť hominibus ex his quæ apparebũt in cœlo aereo & cœleſti atq; angelica fiẽt Joſephus
virtute,nẽpe vt recitat Ioſephus,imminẽte deiectione Hieruſalẽ,igneæ acies, currus, equi-
tesq́; armati in aere diſcurrẽtes apparuerũt ac ꝓliantes,ſtella quoq; formã gladij habẽs ꝑ an-
nũ pepẽdit ſuꝑ Hieruſalẽ,⌊& ſigna magna erũt⌋.i.ſuꝑnaturales, immutationes, inſolitiq́;
euẽtus,vnde & tunc vitula inter immolantiũ manus peperit agnã.¶Præterea quærit cũ ꝓlia
ſeditiões,terræmotus,peſtilẽtiæ,fames,atq; terribiles,ac diuerſæ exhalatiões, impreſſiones,
figuræ,& alteratiões,vt ſunt cometæ,dracones volãtes,capræ ſaltãtes,caſtra,ac conſimilia,
de q̃bus in libro methereoꝝ agiť,naturalr̃ fiant,q̃uo poſſunt eſſe ſigna futuroꝝ,ꝓſertim natu Gregorius
raliter,nõ præſcibiliũ,imò qualiter ſigna cõſiſtere queunt,cũ(teſte Gregorio)ſigna nõ ſint q̃
naturalr̃ accidũt?Reſpondet ſanctus Gregorius,ꝙ Chrũs loquiť de ꝓinductis,ſecundũ ꝙ ſu-
ꝑnaturaliter veniẽt,& ordinẽ tẽpoꝝ nõ obſeruant,vnde & alij aſſerũt,ꝙ ꝓdicta abundãtius
euenerũt inſtãte deſtructiõe Hieruſalẽ,& adhuc multo abundãtius eueniẽt mundi fine inſtã
te,q̃ naturaliter ſoleant, & ita ſunt ſigna.Deniq; q̃a hæc ſigna tã ad deſtructionẽ Hieruſalẽ
q̃ ad ſecundũ Chriſti aduentũ valent referri,nec certũ eſt in q̃ãta abundantiæ maioritate ſeu
mẽſura cõtingent mũdi termino imminẽte,ideo ex eoꝝ euẽtu prænoſci nõ poteſt determi- Auguſtinus
natũ tempus aduẽtus Antichri,conſummationiſq́; ſeculi,prout Auguſtinus probat diffuſius.
⌊Sed ante hæc omnia⌋.i.priuſq̃ memorata eueniant ſigna,⌊inijcient vobis manus ſuas⌋.i.
violentiam inferent,⌊& perſequenť,⌋de loco ad locũ fugando,verbera & conuitia inferen
B do,ſeu aliter moleſtãdo,⌊tradentes in ſynagogas⌋.i.in publica ſua cõuenticula vos adducẽ
tes,⌊& cuſtodias⌋.i.in carceres⌊trahẽtes⌋ vos violenter & irreuerenter,tanq̃ ſacrilegos,
⌊ad reges & ꝓſides propter nomen meũ⌋.i.ob hoc quod Chriſtiani eſtis,& meã ſidem ac le
gem euangelicã prædicatis.Quod autẽ hæc omnia in Chriſti apoſtolis ac diſcipulis realiter
ſint impleta poſt Chriſti reſurrectionẽ ante deſtructionẽ Hieruſalem,ex libro actuũ apoſto
lorũ clariſſime demonſtratur,Ibi nanq; leguntur apoſtoli à Iudæis capti,in conſilium eorum Act.5
adducti,incarcerati,flagellis cæſi,multipliciterq́; afflicti,quod tamen cũ gaudio pertulerũt.
Petrus quoq; apoſtoloꝝ prælatus & vertex,& Iacobus maior coram Herode rege fuerũt ad Act.12
ducti,& Paulus ante diuerſos præſides extitit præſentatus,videlicet coram Felice & Feſto, Act.13
ac alijs.Nihilominus poſſunt hæc ſub perſona & nomine apoſtoloꝝ exponi de fidelibus cir- Act.25
ca finem mundi futuris,imò de alijs,præſertim de ſanctis martyribus,⌊Continget aũt vobis Act.26
in teſtimoniũ⌋.i.vniuerſa perſequutio pręinducta eueniet vobis in ſignũ & atteſtationẽ,q̃d
vere diſcipuli mei fideliſſimi eſtis,& quod illi impie contra vos egerũt,ac iuſte damnenť,q̃a
ſpreuerunt & afflixerunt vos,nec credere voluerunt prædicationibus veſtris,per diuina mi-
racula confirmatis.⌊Ponite ergo in cordibus veſtris⌋.i.firmiter proponite,⌊nõ præmedi-
tari quemadmodũ reſpondeatis⌋ aduerſarijs legis & fidei, quam tradidi vobis.⌊Ego eñ,⌋
qui ſum æternus & omnipotens deus,verbum dei patris,fons ſapiẽtiæ,& ſapientia increata Johan.1.
ac genita,⌊dabo vobis os,⌋id eſt efficaciam,conſtantiamq́; loquẽdi,⌊& ſapiẽtiam,⌋ad in- Ecc.1.
C telligendũ quæ dei ſunt & fidei Chriſtianæ,atq; ad reprobandã idololatriã & omnẽ hæreti-
cam prauitatẽ,⌊cui(ſapientiæ)nõ poterunt reſiſtere,⌋rationabiliter reſpondẽdo,⌊& con-
tradicere,⌋veraciter obijciẽdo ac replicando,⌊omnes aduerſarij veſtri,⌋videlicet Iudæi &
hæretici ac pagani,qui in Apocalypſi deſignãtur per tres ſpũs immũdos, qui in modũ rana-
rũ de ore beſtiæ exierunt.Hinc quoq; in actibus legiť,ꝙ Iudæi nõ potuerũt reſiſtere ſapiẽtię Apo.16
& ſpiritui qui loquebať per Stephanũ.Et in beatiſſimis vtriuſq; ſexus innumerabilibus mar- Act.6
tyribus iſtud copioſiſſime ac mirabiliſſime eſt impletũ,qui inter immaniſſima ac multiplicia
ſupplicioꝝ genera tam promptiſſime, ſapientiſſime, cõſtantiſſime, tranquilliſſime, inſupe-
perabiliter reſponderũt,quaſi nõ ipſi,ſed in eoꝝ perſona alij ſuſtinuiſſent tormẽta,vel quaſi
non ipſi,ſed alius formaſſet verba per eos,quod & vtiq; ita fuit,ſecundũ ꝙ Chriſtus alio lo-
co dixit:Non eñ vos eſtis qui loquimini,ſed ſpũs patris veſtri qui loquitur in vobis,& erat Mat.10
ſupermirabile in multis illuſtriſſimis,teneriſſimiſq́; puellis valde iuuenculis, quę ſua facundia,
ſapientia,cõſtantia,tyrannos & mũdi ſapientes penitus cõfuderunt ac deuicerunt,quod ſine
ſupernaturali dei auxilio fieri nullatenus potuiſſe luce clarius conſtat.Eſtq́; hoc ipſum verita
tis Chriſtianæ fidei indubitabile argumentũ,potiſſimũ quia & martyres glorioſi in ſuis paſ-
ſionibus,ac poſtea tot & tantis coruſcabãt miraculis.Itaq; quoniã fidem catholicã defenſa-
re & contra eius aduerſarios præliari ac pro ea pati & mori,eſt pugna dei,ideo Chrũs ſuis di
xit martyribus,ne anxia aut ſolicita præmeditatione ſe arment,ſed deo ſuam cõmittant cau
ſam,& eius inuocent opem,quatenus eos in omni aduerſitate confortare & conſeruare di-
gnetur,& totam ſpem ſuam figant in eo,de ſuis viribus nil præſumentes.¶Poſtremo,ſi quis
beatiſſimoꝝ martyꝝ,Dionyſij,Ignatij,Laurentij,Vincentij,Catharinę,Agathæ,Agnetis,

Eulaliæ, Chriſtinæ,& aliorum prorſus innumerabiliū geſta & paſſiones perſpicaciter legat, D
ſciet q̄ vera ſint iſta. ⌊ Trademini aūt à parentibus,& fratribus,& cognatis,& amicis,& mor- »
te afficient ex vobis ⌋.i.multos veſtrū occident,& hoc auxit ſuppliciū,quod à tā propinquis »
& ante tā amicabilibus tradebant & occidebant. Moleſtius quippe ferunt aduerſa,quæ à pro
pinquis & familiaribus,de quoꝝ præſumebatur amicitia,infliguntur,quia vltra corporalem
tribulationem inflictā,mens de amiſſa charitate,& propinquoꝝ ac amicoꝝ infidelitate affli-
Pſalm.54 gitur. Propter quod Chriſtus de ſuo loquitur traditore: Si inimicus meus maledixiſſet mihi,
ſuſtinuiſſem vtiq;. Tu vero homo vnanimis,&c. Porrò in exordio primitiuæ eccleſiæ, Iu-
dæi & Gentiles paſſim conuertebantur ad Chriſtū, parentibus, cæteriſq; cognatis inuitis,&
ita tradebantur ab eis,& ſæpe occidebantur, quemadmodū ſacratiſſimā virginē Barbarā pa
Mat.10 ter ipſius manu propria decollauit, prout Chriſtus in Matthæo prænūciauit: Tradet frater
Mar.10 fratrem in mortē,& pater filiū,& ſurgent filij in parentes,& morte afficient eos. Et rurſus:
Nolite (inquit) arbitrari ꝙ venerim mittere pacē in terra, Non veni mittere pacem, ſed gla-
diū. Veni em̄ ſeparare hominē aduerſus patrē ſuum,& filiam aduerſus matrem ſuam,& nu-
rum aduerſus ſocrum ſuam,& inimici hominis domeſtici eius, ⌊ & eritis odio omnibus ho- »
minibus ⌋.i.quibuſdam de omni genere hominū, vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorum »
non pro ſingulis generꝝ, vel dicit omnibus hominibus, propter multitudinē odientium eos,
Phil.2 iuxta quem modū ait Apoſtolus: Omnes quæ ſua ſunt quærūt, non quæ Ieſu Chriſti, ⌊ pro- »
pter nomen meū ⌋.i.propter prædicationem, confeſſionē & cultum nominis mei & legis ac »
Therētius fidei Chriſtianæ, nēpe vt Therētius proteſtatur: Sicut obſequiū parit amicos, ſic veritas odi-
1.Cor.10 um. ¶ Sed obijci poteſt illud Apoſtoli: Ego per om̄ia omnibus placeo. Reſpondetur, ꝙ idem E
Apoſtolus loquitur: Si hominibus placerē, Chriſti ſeruus non eſſem. Itaq; aduertendū, ꝙ ſcri
Gala.1. ptura loquitur de homine dupliciter. Primo, ſecundū id quod ſupremū & melius eſt in homi
ne, vtpote ſecundū rationem & virtutē,& ita vocatur humanū, quod rationabile eſt & piū,
1.Cor.15 ſic Apoſtolus dicit: Si ſecundū hominem, id eſt rationabiliter ad beſtias, id eſt contra beſtia-
les homines, pugnaui Epheſi, id eſt diſputaui in Epheſo,& hoc modo ait Apoſtolus: Ego ꝑ
omnia omnibus placeo. Secundo loquitur ſcriptura de homine ſecundū id quod carnale &
prauum extat in eo quod & in maiori hominū parte prædominatur, quoniā maior pars ho-
Gala.1. minum ſenſualitatem, errores,& vitia ſequitur,& ita nunc loquitur Chriſtus,& item Apo-
Odij cauſa ſtolus vbi ait: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Porrò cauſa odij huius, eſt
diſſimilitudo quæ eſt inter ſeruos Chriſti & ſeculi, inter ciues Hieruſalem & Babylonis. Pro
Iohan.16 pter quod in Iohanne aſſerit Chriſtus apoſtolis: Si de mundo eſſetis, mūdus quod ſuum erat
diligeret. Quia vero de mundo nō eſtis, ſed ego elegi vos de mūdo, propterea odit vos mun-
dus. ⌊ Et capillus de capite veſtro non peribit. ⌋ Non eſt hoc ita accipiendū, ꝙ in reſurgen- »
tibus erunt om̄es capilli qui fuerunt in eoꝝ capitibus, ſed tot, quot ad capitis perfectionem
& ornatū ſpectabit. Poteſt & ita intelligi, Nihil ad corporis veritatem, integritatem, deco-
tem pertinens deerit in reſurrectione electis. Si em̄ non peribunt capilli, multo minus mem-
bra, carnes & oſſa. Spiritualiter vero capilli ſunt cogitatiōes, affectioneſq; animæ, quæ ſi bo-
næ & charitatiuæ fuerunt, nō carebunt beatitudinis præmio. ⌊ In patientia veſtra ⌋.i.virtu- »
te & merito patientiæ veſtræ, ⌊ poſſidebitis animas veſtras ⌋.i.eas ſalubriter cuſtodietis,& »
à varijs præſeruabitis vitijs, quæ per impatientiā incidit homo, eaſq; rationi & deo ſubiectas
Prou.14 habebitis, per impatientiā vero perdit homo animā ſuam, cū Salomon dicat: Qui impatiens F
Iob.18 eſt, operatur ſtultitiam. Iob quoq;: Quid perdis animam tuam in furore tuo? Tāta autem eſt
Iaco.1. patientię virtus, vt Iacobus dicat. Patientia opus perfectum habet. Et Salomon: Melior eſt
Prou.16 patiens viro forti,& qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbiū. Eſt autem patientia vir
tus moralis, per quam homo moderatur ac frenat paſſionem triſtitię, ne ſcilicet in aduerſis
immoderate triſtetur, imò potius gaudeat in eiſdem, propter multiplicem fructū inde pro-
uenientem. Propter quod in exordio ſuæ canonicę Iacobus monet: Omne gaudiū exiſtima
Iaco.1. te fratres, cum in diuerſas tentationes incideritis. Deniq; omniū virtutū, ſpiritualiumq́; pro-
fectuum, patientia eſt probatrix, nec melius experiri poteſt an homo ſit vere humilis, chari-
tatiuus, manſuetus, patiens, quàm per patientiam in aduerſis, in quibus ſi impatiens fuerit, pa
tet imperfectio eius. Idcirco in Eccleſiaſtico legitur: Vaſa figuli probat fornax,& homines
Eccl.27 iuſtos tentatio tribulationis. Patientia nanq; in aduerſis, eſt ſignum extirpationis priuati a-
moris, qui omnium eſt vitiorum origo. Eſt quoq; humilitatis indicium, impatiētia vero eſt
ſignum priuati amoris & elationis. Recte ergo diſſeruit Salomon: Qui patiens eſt, multa gu-
Prou.14 bernatur prudentia, qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. Inſuper (teſte Grego-
rio) patientia vera eſt aduerſa ęquanimiter perpeti,& contra eum qui iniurias irrogat, nul-
lo dolore morderi.

¶ Declaratio reſiduę partis huius capituli: Cum autem videritis.
Articulus quadrageſimuſquintus.

Deinceps

DEinceps ſaluator ponit propinquum deſtructionis Hieruſalem ſignũ. ⌊Cum aũt
videritis circũdari ab exercitu Hieruſalẽ⌋.i. ciuitatẽ Hierl'm ab exercitu Roma-
A norum ſub Veſpaſiano & Tito vndiq; obſideri, prout quadrageſimoſecundo poſt
Chri paſſionẽ factũ eſt anno ⌊tũc ſcitote quia appropinquabit deſolatio eius⌋.i.
ruina & pſſura grauiſſima, q̃ a tũc ptinus capta eſt. ⌊Tũc qui in Iudæa ſunt, fugiãt in mõtes,⌋
.i. ad occulta & remota latibula mõtiũ, ⌊& q in medio eius(.i. in Hierl'm habitãtes) diſcedãt⌋
ex ea anteq̃ obſideant tam grauiter, ⌊& qui in regionibus⌋.i. habitãtes in Iudæa, Galilæa, Sa
maria, ⌊nõ intrẽt in eam⌋.i. in Hierl'm, vt in ea ab hoſtibus defendant, cuius rñ oppoſitũ p-
egerũt q̃plurimi, & in ipſa Hieruſalem perierũt ⌊quia dies vltionis hi ſunt⌋.i. dies obſidionis
& captionis, ac deſtructiõis Hierl'm ſunt dies, in q̃bus deus ex ſua iuſtitia decreuit punire Hie
ruſalem propter ſua peccata, & vindicare ſanguinem Chri ac diſcipulorum ſuorum in Hieruſalẽ, Lucæ.19
& in Iudæa iniuſte effuſum, vt ſupra plenius dictũ eſt, ⌊vt impleant om̃ia quę ſcripta ſunt⌋.i.
de vaſtatione Hieruſalem, & punitione Iudæorum p prophetas ſunt prænũtiata, quia de hac vl
tima ac finali maxima Iudæorum deiectione, deſolatiõe, ac derelictiõe, in Eſaia, & in libro Pſal
morum, & in Ozea, ac Hieremia, alijſq; prophetis, pſertim in Daniele multa ſunt prophetata, Dan.9
ſicut eſt illud: Ciuitatẽ & ſanctuariũ diſſipabit populus cũ duce venturo & finis eius vaſtitas,
& vſq; ad finẽ pſeuerabit deſolatio. Atq; in Pſalmo: Fiat habitatio eorum deſerta, & in taberna Pſalm 68
culis eorum nõ ſit qui inhabitet. In Hieremia quoq;: Reliqui domũ meam, dimiſi hæreditatem Hiere.12
meam. ⌊Væ aũt prægnãtibus & nutrientibus in illis diebus⌋.i. mulieribus vicinis partui, &
etiã eis quæ pepererunt aut puulos nutriũt, erit tũc ſpecialis calamitas, & væ multiplicis tem-
B poralis afflictionis, quia ex vehementi mœrore atque formidine interdum patiunt abortiuum,
aut ſuo tpe nequeunt parere, nec fugere poſſunt tam expedite vt alij, & iſtud ſpecialiter
fuit in obſidione & captione Hieruſalem à Romanis, qñ q̃dã fœiæ pprios ex magnitudine
famis legunt comediſſe infantulos, & ipſi infantes perimebant. ⌊Erit em̃ preſſura magna ſup
terram⌋ hoc eſt, in regno Iudææ, & maxime in Hieruſalem erit afflictio prorſus grauiſſima,
⌊& ira populo huic(.i. iuſta caſtigatio populo Iudæorum ppter exceſſus eorum) & cadent in ore
gladij⌋.i. gladio occident, ſicut ore cõſumit cibus, ⌊& captiui ducent in om̃es gẽtes.⌋ Etem̃
multa milia Iudæorum fuerũt à Romanis occiſa, multaq; milia fame perempta, multa quoq;
milia vendita, intantũ quod ſicut pro triginta denarijs venditus fuit Christus, ſic triginta Iu-
dæi pro vno denario vẽdebant, & ex eis fuerũt quidã hinc inde p cũ̃cta regna ſeu climata mũ
di diſperſi, quod tamen p modũ hyperbolicæ locutiõis poteſt intelligi, ad inſinuãdum, quod
p valde multas gentes Iudęi diſpſi ſunt. ¶Deniq; diſperſio hæc Iudæorum deo ordinãte facta ẽ
ad cõfirmationẽ fidei Chrianæ & maiorẽ memoriã nõis Chri, dũ cõuerſi ex gẽtibus, aduerſa
rios ſuos inter ſe vidẽt morãtes, ex quorum libris probãt quę credũt, & in quorum tã longa & gra
ui captiuitate ac deſolatõe vidẽt ad oculũ eſſe impleta, quę de eorũdẽ captiuitate ac diſperſio
ne pdixerũt prophetæ, atq; incredulos intuẽdo Iudæos, memores fiũt dñicæ paſſionis. Hinc
fertur in Pſalmo: Deus oſtẽdit mihi ſup inimicos meos, ne occidas eos, ne qñ obliuiſcant po- Pſalm 58
puli mei. Diſperge illos in virtute tua, & depone eos ptector meus dñe, ⌊& Hierl'm calcabit
à gentibus⌋.i. alienigenarum poteſtati tradet, vel à gẽtilibus ad fidem cõuerſis inhabitabit,
⌊donec impleant tpa nationũ⌋ Verbũ iſtud obſcurum eſt, q̃d rñ primo pt hoc mõ intelligi, tã-
C diu Hierl'm à gẽtilibus poſſidebit, quouſq; gẽtes om̃es ad fidẽ cõuerſę ſint, aut circiter, q̃a vt
ait Apl'us: Cũ plenitudo gẽtiũ intrauerit, tũc om̃is Iſrael ſaluus fiet. Tunc em̃ & Iudæi cõuer- Roma.11
tent ad Chrõi. Secũdo videt ſic poſſe intelligi, q̃ Hierl'm ſeu terra ſancta à gẽtilibus nõ con-
uerſis vtpote Sarracenis ĩhabitabit, quouſq; tpa nationũ impleant.i. quouſq; veniat tempus
debellatõis ſeu expulſionis Sarracenorum à terra ſctã, & ipſa reddat cultui Chriano. ¶Deinde
ſaluator prænũtiat mũdi excidiũ, & ſigna pceſſura generale iudiciũ. ⌊Et erũt ſigna in ſole &
luna & ſtellis⌋ Quæ erũt hæc ſigna, in Matthæo exprimit Chrus dicẽdo: Statim poſt tribula Matth 24
tionẽ dierum illorum, ſol obſcurabit, & luna nõ dabit lumẽ ſuũ, & ſtellæ cadẽt de cœlo. Quocirca
dicũt expoſitores, q̃ poſt terminationẽ pſecutõis Antichri & eo occiſo, deus cõcedet deceptis
ab Antichro q̃dragintaq̃nq; dies vel circiter ad pœnitẽdum, ſcd̃m q̃d hoc ex Daniele trahit, Dan.12
quibus expletis, erũt ſigna in ſole & luna Chri aduentũ imminere teſtãtia, quæ ſigna triplici-
ter poſſunt intelligi. Primo, q̃d ſol & luna in ſeipſis nõ obſcurabunt, ſed p interpoſitionẽ cor-
porum opacorum obſcurari videbunt, quia nõ licebũt hominibus, ſicut fit in eclipſi, & aliq opinã
tur, q̃ luna ſupponet tũc ſoli, tamen ex hoc ſolo nõ ſequeret vniuerſalis eclipſis ſeu totius ob-
ſcuratio terræ. Secũdo intelligi poſſunt ſigna illa, q̃ obſcurabit ſol & luna ſolũ cõparatõe verę
& maioris lucis, videlicet Chri, quẽadmodũ ſtellæ obſcurabunt ſole naſcẽte. Nã tãta tũc erit
claritas iudicis ad iudicium veniẽtis, vt eius cõparatõe cętera oĩa obſcurãda dicant, & hoc di
cit Hieronymus, & poteſt ſaluari, ſi intelligat p ipſo momẽto aduẽtus Chri ad iudicandũ, vt Hieronymus.
ſup quartũ ſnĩarum Thomas fatet. Tertio poſſunt illa ſigna intelligi, ita q̃ ſol, luna, & cætera lu- Thomas
minaria cœli, ſeu aſtra, vere in ſeipſis obſcurabunt ad tẽpus, ad incutiẽdũ terrorẽ hoibus, vt

 Raba-

Rabanus Rabanus aſſerit,& hoc ipſum Thomas allegat ac approbat,quod nil prohibet dici ſolem,lu- D
nam & ſidera,ſuo lumine tūc vere eſſe priuāda,ita ꝙ erūt tūc denſiſſimę,& quaſi palpabiles te
nebrę ineffabiliter horridæ.¶ Porrò ſtellæ dicunt̄ de cœlo caſurę,nō vere ſed apparēter,quia
tot igneę exhalatōes ac ſcintillatōes apparebūt & deſcēdēt in aere,ꝗd aſtra cadere videbunt̄,
⌊ & in terris(erit realiter)preſſura gentiū ⌋.i. anguſtia hoim,vel etiā cōpreſſio mutua ex ſup- »
abundāti cōcurſu eoꝝ q à ſuis māſionibus fugiēt,⌊ præ cōfuſiōe ſonitus maris & fluctuū ⌋.i. »
ex pauore quē habebūt,ꝓpter fragores horribiles,& impetuoſas cōmotōes ac ſonitus aquaꝝ
maris,alioꝝꝗ fluminū. Vnde inter qndecim ſigna quę (vt fertur)ꝓcedēt iudiciū,ſunt & iſta,
quod mare extra naturalē ſuū eleuabit̄ locū tam alte,ꝙ quadraginta cubitis erit altius monti-
bus,deinde tā profunde deprimet̄ ſub terra,vt videri vix queat. Et ſi iſtud neget̄,aut incertū
dicat̄,nihilominus certū eſt,ꝙ vltra omnē æſtimationē & cōſuetudinē erūt procelloſiſſimæ
inundationes ſonitus & fragores in mari & aquis,⌊ areſcentibus hoibus,ꝓ timore & expecta »
tione(afflictionū & periculoꝝ) quæ ſupuenient vniuerſo orbi ⌋.i. cunctis hominibus,pſer- »
tim iniuſtis,qa præ magnitudine formidinis & mœroris corpalis armonia quādā deſiccatio
Prouer.17 nem & extenuationem incurret in eis,ſicut & Salomon loquitur:Spiritus triſtis exiccat oſſa.
⌊ Nam virtutes cœloꝝ(.i.angelicæ poteſtates,& angeli vniuerſi)mouebunt̄ ⌋ motu reuerē- »
tiæ & admiratōis cuiuſdā,ex tam incōſuetis ac ꝓhorrēdis iuſtitiæ diuinæ effectibus. Vel,mo-
Job.26 uebunt̄,quia ad modū formidantiū ſe habebūt,iuxta illud Iob: Columnæ cœli cōtremiſcunt
& pauent ad nutū ipſius.¶ Inſup mouebunt̄ in obſequiū iudicis,& cum eo deſcendent,quaſi
Chryſoſtom⁹. in expeditionē cōtra hoſtes ipſius. Hinc ait Chryſoſtomus: Si rex terrenus cōtra aliquē pro-
cedit,expeditionē mādat in populo,i dignitas oīs mouet̄,exercitus cōcitat̄,ciuitas feruet, E
quanto magis rege cœleſti exurgēte,iudicare viuos & mortuos,virtutes mouent̄ angelicæ?
Quidam p virtutes cœloꝝ intelligūt angelos mediȷ ordinis mediæ hierarchiæ angelicæ,ad
quos ſpectat(vt dicunt)miracula facere,idcirco tūc mouēdi dicunt̄,quia ꝓ ſolito ꝓgredient̄
ad faciendū ſupnaturales trāſmutatōes in creaturis. Itaqꝫ ſicut terreno principe ac p̄refamili
as iraſcēte,offenſo,& ſe ad vltionē diſponēte,cōturbat̄ eius familia,ac plebs ſubiecta,& ꝓpa-
ratio fit armoꝝ,ſic rege ſuperno in fine ſeculi iraſcēte & iudicare volēte,fient in creaturis im-
mutatōes ꝓtactę,& opationes miraculoſæ,ac cōſurrectōes in impios. Vnde in ſapiæ libro ha
Sapiæ.5 bet̄:Armabit deus creaturā ad vltionē inimicoꝝ,& pugnabit ꝓ eo orbis terraꝝ cōtra inſen
ſatos ⌊ Et tūc videbūt filiū hominis venientē in nube ⌋.i. oēs boni ac mali,oculo corpali vide »
bunt Chriſtū iudicem ad iudicandū veniētem in nubibus luciſluis cum oīi ciuium ſupernoꝝ
Gregorius exercitu. Qui & angeli ſancti tūc oīes viſibiliter apparebūt ſcd̄m Gregoriū. Vnde in Apo-
Apoca.1 calypſi aſſerit̄:Ecce venit cum nubibus,& videbit eum oīis oculus. Sicut eñ aſcendit in nu-
Acto.1 be,ita in nube ad iudicandū deſcēdet,iuxta illud Actuum:Quemadmodū vidiſtis eum aſcen
dentem in cœlum,ita veniet ⌊ cū poteſtate magna ⌋ hoc eſt, vallatus oīi beatoꝝ exercitu, »
⌊ & maieſtate ⌋.i. claritate,& gloria,ac omni potentia,cui nullus valebit reſiſtere.¶ Deinde »
ponit Saluator iuſtoꝝ cōſolationem. ⌊ His autē(ſignis prætactis)fieri incipiētibus,reſpici- »
te(ea)& leuate capita veſtra ⌋ hoc eſt,corda ad deū erigite,in ipſo cōſidite,atqꝫ per ſpem ani »
mas veſtras exhilarate,⌊ qm̄ appropinquat redemptio veſtra ⌋.i. pfecta ſaluatio à pręſenti »
exilio ac ſalus ęterna.¶ Deniqꝫ Chr̄s hęc dixit ſub pſona diſcipuloꝝ ſuoꝝ ad electos & iuſtos
qui erūt in fine mundi. Qui tunc deſuper cōfortationem & cōſolationem accipiēt,quibus & F
propria conſcīa bonū teſtimoniū perhibebit.⌊ Et dixit illis ſimilitudinē ⌋ aptā ad intelligē- »
dum quod dixit de fine ſeculi,cōſiderandā ex ſignis ꝓhabitis.⌊ Videte ficulneā & oīes arbo »
res,cū producūt iam ex ſe fructū ⌋ puta in vere,dum folia,flores,& alia qdā ex arboribus ꝓdu »
cunt̄ ⌊ ſcitis(ex naturali tēpoꝝ curſu)qm̄ propè eſt ęſtas ⌋ & loquit̄ Chr̄us iuxta cōſuetudinē »
patriæ & nomine fructus poteſt intelligi quicqd ex arbore producit̄. ⌊ Ita & vos cū videritis »
hæc(ſigna iā recitata)fieri,ſcitote qm̄ prope eſt regnū dei ⌋.i.cœleſtis p̄riæ cōſummatio vlti »
mata,qua totus prædeſtinatoꝝ numerus erit cōpletus,& hoīes ſancti in corpe & anima glo-
rificabunt̄. Vel,prope eſt regnū dei.i. de proximo inſtat hora qua regnū cœleſte cōicabit vo
Matth.25 bis,& ad cœleſtem pducemini patriā,audietiſꝗ vocē illā dulciſſimā:Venite benedicti patris
Matth.6 mei,poſſidete paratū vobis regnū à conſtitutōe mūdi. Hinc oramus quotidie: Pater noſter
qui es in cœlis,adueniat regnū tuū.⌊ Amen dico vobis,quia non ꝑteribit generatio hæc ⌋.i. »
genus humanū ſeu plebs Iudæoꝝ nō deficiet ſup terram in toto,⌊ donec oīa fiāt ⌋ quæ añ »
iudiciū dixi futura.⌊ Cœlū & terrā trāſibūt ⌋.i. eſſe ceſſabūt quantū ad modū ſubſiſtēdi,& ad »
accidētalia quædā,qa cœloꝝ motus ac influētia deſinēt,& orbes cœleſtes ac elemēta innoua
Apoca 21 bunt̄,iuxta illud Apocalypſis: Vidi cœlū nouū & terrā nouā. Primū eñ cœlū & prima terra
abijt,ſed quantū ad ſubſtātiale eſſe incorruptibiliter pmanebūt,⌊ verba aūt mea nō trāſibūt ⌋ »
hoc eſt,veritate & adimpletōe nō ceſſabūtur,ꝗuis verba vocalia ſonādo trāſierūt,ſicut & cæ-
tera ſuceſſiua,qbus eſt idē eſſe & fieri.⌊ Attēdite aūt vobis ⌋.i. cuſtodite vos & cōſiderati ſitis »
⌊ ne forte grauent̄ corda vr̄a in crapula & ebrietate ⌋.i. vitijs gulę,ſeu imoderātia cibi & potus »
quibus pri

A Quibus primo grauatur corpus, & ex conſequenti cor, ratio, voluntas, interioresq́; ſenſus
grauant, et à virtutũ operibus, à cõtemplationibus diuinorũ, ſpiritualibusq́; affectibus im-
pediunt. Diuerſa etẽm vitia oriunt ex gula, vtpotè loquacitas, ſomnolentia, accidia, laſciuia,
negligẽtia, hebetudo, ſed & diuerſi morbi ac indiſpoſitiões ex ea naſcunt in corpe, ꝑpter q̃d
plures dicunt perire gula, q̃ gladio, ideo ait Aplus: Si ſcd̃m carnẽ vixeritis, moriemini. Et rur- Roma.8.et 13.
ſus: Nõ comeſſatõibus & ebrietatibus. Et ſaluator: Væ vobis q ſaturati eſtis. Et iterũ ait ſcri- Sup:a ca.6
ptura: In multis eſcis erit infirmitas. Propter crapulã multi obierũt, q abſtinẽs eſt adijciet ad Eccl.37
vitã. Specialr quoq; nocet ſupfluus potus, quẽadmodũ maximè ꝓdeſt potus moderatus, iu-
" xta illud: Sanitas aïæ & corpis ſobrius potus. ⌊ Videte aũt ne corda vr̃a grauent curis huius Eccl.31
" vitæ ⌋ i. ſolicitudinibus circa carnalia & terrena, pro quorũ adeptione & cõſeruatione, non
eſt immoderata & anxia ſolicitudo habẽda, quę eſt diffidẽtię filia, ſed in deo tanq̃ in pijſſimo
ac ꝓuidiſſimo pr̃e ſperandũ eſt, ſicut de hoc ſupra, plura ſunt introducta. Vnde in Matthæo Lucæ.12
loquit Chr̃us: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinũ, ſcit eñi pater veſter cœleſtis, quia his oĩbus in- Matth.6
" digetis. Itaq; vitia iſta cauete ⌊ ne & ſupueniat in vos repentina dies illa. ⌋ i. ne in die iudicij
" inueniamini imparati. ⌊ Tanq̃ laqueus eñi ſupueniet in oẽs qui ſedent ſup faciẽ oĩs terræ ⌋
hoc eſt, improuiſe ac ſubito dies illa inuoluet tam eos qui tunc in mundo q̃ eos qui nunc ſedẽt
ſup ſuperficiem terrę, videlicet amatores ſeculi, qui in terra ſedere dicunt: Quia pro patria di
ligunt eam, nec ita ſe habent vt peregrini & exules, qui vtunt hoc mundo, non eo fruunt, ſed
mente quieſcunt in deo tanq̃ in vltimo fine. Vnde Apoſtolus proteſtat: Cum dixerint pax,
& ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet eis interitus. Et Chriſtus in Matthæo loquit: Sicut fu- 1. Theſſ.5
B it in diebus Noe & cętera. His conſonat illud Eccleſiaſtes: Neſcit homo finem ſuũ, ſed ſicut Matth.24
piſces capiunt hamo, & aues laqueo, ſic capiunt homines tempore malo, cum eis ſuperuene- Eccl.9
" rit. ⌊ Vigilate itaq; omni tempore orantes ⌋ Quod ait oĩi tẽpore, referri poteſt ad verbum
vigilate, atq; ad participium orantes: Omni ergo tpe opportuno, & quantũ fragilitati huma
næ extat poſſibile, vigilare & orare debemus. Sicut & paſſione inſtante dixit Chriſtus Apo-
ſtolis: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Nam & corporalis ſancta & diſcreta Matth.26
vigilia valde eſt fructuoſa, & paſſiones debilitat, ad orationes, meditationes, cõtemplationes
diſponit. Oratio quoq; indeſinẽs nobis neceſſaria ꝓhibet, qui tot periculis, tot inuiſibilibus,
atrociſſimis infatigabilibus hoſtibus circũuallamur. Propter q̊d beatiſſimus princeps Apo-
ſtolorum in ſua Canonica: Sobrij (inquit) eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus 1. Pet.5
tanq̃ leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Et in Eccleſiaſti- Eccl.31
co habet: Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet ſomnum. Et rurſus: Eccl.39
Sapiens cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum & in conſpectu
altiſſimi depcabitur. ¶ Porrò ſomnus ſupfluus maximè indecens eſt Chriſtiano, & corpori
ac animæ eſt nociuus, grauat naturam, hebetat ſenſum, rationem obfuſcat, & vitia nutrit.
Propter quod Catho bene locutus eſt: Plus vigila, ſemp ne ſomno deditus eſto. Nam diutur
na quies, vitijs alimenta miniſtrat. Et Salomon dicit: Vſquequo piger dormies, quando cõ- Prouer.6
ſurges de ſomno tuo. Et rurſus: Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ſic piger in lectulo ſuo. Prouer.26
Et iterũ monet ſcriptura: Noli diligere ſomnũ, ne te egeſtas opprimat. O quàm multa negli Prouer.20
gunt bona, & q̃ depcabiliter tempus ſuũ expendũt ſomnolenti & pigri, & qui de ſero in vitijs
C vigilias protrahũt, propter quod tarde ſurgunt. Non eſt hoc arta via ſalutis, nec cõuerſatio
pœnitentialis, nec cordis cuſtodia, nec coram deo diligẽtia vera. Vnde Saluator nũc ſubdit:
" ⌊ vt digni habeamini fugere oĩa iſta, quæ futura ſunt ⌋ hoc eſt, diuino iudicio poſſitis eua-
" dere vniuerſa mala pœnalia reprobis in die iudicij infligenda, ⌊ & ſtare ante filiũ hominis. ⌋
hoc eſt coram ſummi iudicis tribunali ſecuri cõſiſtere. Quemadmodũ Sapiens aſſerit: Stabũt Sapie.5
" iuſti in magna conſtãtia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt. ⌊ Erat (aũt Chriſtus) diebus do-
" cens in templo ⌋ quia in die Palmarũ & duobus diebus ſequẽtibus prædicauit in tẽplo Hieru
" ſalem, ⌊ noctibus vero exiens, morabatur in mõte qui vocatur Oliueti ⌋ hoc eſt, de Hieruſa-
lem ante veſperam egrediẽs, moram protraxit in mõte Oliueti, ibi orationibus vacans, de-
" inde Bethaniam pergẽs, atq; in domo Marthæ cum diſcipulis ſuis conſiſtens. ⌊ Et oĩs po-
" pulus ⌋ videlicet plebs communis diluculo, id eſt, mane & celeriter ⌊ veniebat ad eum in tem-
" plo, ⌋ ſecunda & tertia feria poſt Palmarum. Nam quarta feria in Bethania manſit. Similiter
" quinta feria vſq; poſt prãdij horam ⌊ audire eum ⌋ quia re vera delectabile valde erat audire
dei ſapientiam, verbum patris æterni, vnigenitum dei, deum verum incarnatum in perſona
propria prædicantem. Propter ſuæ doctrinæ profunditatem, ac ſaluberrimam vtilitatem.
Et propter ſuæ eloquentiæ gratioſiſſimam venuſtatem, ſed & propter præclara ac copioſa
miracula, eius prædicationem comprobantia.

¶ Præfatio in expoſitionem dominicæ paſſionis ſecundum Lucam.
Articulus XLVI.

Chriſtus

Ephe 4 CHRISTVS DILEXIT NOS ET tradidit ſemetipſum
pro nobis,oblationem & hoſtiam deo,in odorem ſuauitatis. Hæc
ſunt verba beati Pauli apoſtoli in quibus tria tanguntur,primũ eſt,
cauſa originalis atq; motiua,quæ Chriſtũ induxit, inflammauit, ac
mouit ad ſuſtinendũ amariſſimam ac ſaluberrimam mortẽ pro no
bis,cum dicitur: Chriſtus dilexit nos, Chriſtus quippe ex ſumma,
Iohan.15 gratuita,atq; puriſſima dilectione ſua ad nos, voluit pati pro nobis
propter quod ipſemet apud Iohannẽ proteſtatur maiorẽ hac dile-
ctionẽ nemo habet, vt animã ſuã ponat quis pro amicis ſuis. Et ad
Galatas ait apoſtolus: Quod aũt nunc viuo in carne,in fide viuo filij
Gala.2 dei,qui dilexit me,& tradidit ſemetipſum pro me. Secundo in themate tangitur ipſa tradi-
tio,qua Chriſtus ſeipſum ad paſſionẽ ſpontaneè obtulit,& paratiſſima mente exhibuit,ſicut
Eſai.53 Eſaias prædixit: Tradidit in mortẽ animã ſuã. Et denuo: Oblatus eſt,quia ipſe voluit. Hinc
Ibidem
Iohan.10 Chriſtus in Iohanne profitetur: Nemo tollit animã meã à me,ſed ego pono eã. Et iterum:
Ibidem Ego(inquit)ſum paſtor bonus,& animã meã pono pro ouibus meis, in quibus verbis anima
accipi poteſt pro vita humana,animali ſubſtantia ac corporali, quæ per mortẽ crucis fuit in
Chriſto extincta. Tertio in themate tangitur fructuoſiſſimus finis ſeu copioſiſſimus fructus,
dñicæ paſſionis, videlicet placatio dei pr̃is,& reconciliatio gñis humani cũ deo p mortẽ vni-
geniti filij eius,cũ dr̃,oblationẽ & hoſtiã deo in odorẽ ſuauitatis. Chr̃us nãq; fuit oblatio pa-
cifica.i.pacẽ faciens inter deũ & hoĩes, patrẽ æternũ placando hoĩbus, iuxta illud Apoſtoli
Ephe.2 Pauli: Ipſe eſt pax nr̃a,q fecit vtraq; vnũ,p crucẽ diſſoluẽs inimicitias in ſemetipo. Chr̃s q̃q;
fuit hoſtia ꝓ pctõ.i.ſatisfactoria ꝓ pctis reconciliãdo hoĩes deo ꝓut ad Romanos dicit Apl̃s
Recõciliati ſumus deo p mortẽ filij eius. Et alibi: Deus erat in Chr̃o mundũ reconcilians ſibi.
Roma.5 De his itaq; tribus in p̃ſenti collatione quantũ ſpũs ſanctus p̃ſtiterit loqui intendo. Sed quia in
2.Cor.5 his om̃ibus primo ac ſumme neceſſariũ eſt nobis auxiliũ ſpũs ſancti,dicẽte Apl̃o: Nõ ſumus
2.Cor.2 ſufficiẽtes cogitare aliq̃d ex nobis quaſi ex nobis,ſed ſufficiẽtia nr̃a ex deo eſt,& ip̃e ſpũs adiu
uat infirmitatẽ noſtrã,conſtat ꝙ ad digne ac meritorie loquẽdũ ac audiẽdũ de paſſiõe dñi nr̃i
Ieſu Chr̃i tãto plus neceſſariũ nobis eſt auxiliũ ſpũs ſancti,quãto hęc paſſio bñdicta,ſalutifica
atq; ſanctiſſima,p̃ſtãtius opus dei ẽ,& magis ſalubre ac cordialius recordandũ,p̃ſertim cũ di-
cat Apl̃s: Nemo p̃t dicere dñm Ieſum niſi in ſpũ ſctõ.i.nemo p̃t attẽte,amoroſe ac meritorie
1.Cor.12 noĩare dñm nr̃m Ieſum Chr̃m,niſi p gratiã & inſpirationẽ, ac motionẽ internã ſpũs ſancti.
Hinc ergo locuturi & audituri de paſſiõe & morte vnigeniti filij dei,inuocemus in primis deuo
tiſſime ſubſidiũ ſpũs ſancti, vt ip̃e corda nr̃a purgare, illuſtrare, ac inflãmare dignet̃,ita vt di
gne,affectuoſe & meritorie de paſſione ſaluatoris noſtri loquamur ac audiamus.
¶Porro vt auxiliũ iſtud gratiæ ſpũs ſancti citius ac plenius cõſeq̃mur,matrẽ pietatis & gratiæ
beatiſſimã atq; dulciſſimã virginẽ Mariã aduocatã & dominam noſtrã cordialiter inuoce-
mus,angelica ſalutatione ſalutantes & honorantes eandem,dicentes mente pia, Aue Maria.
Lucæ.1 ¶Chriſtus dilexit nos &c. vt ſupra. Antequàm textũ & hiſtoriã dñicæ paſſionis,iuxta ordinẽ
Ephe.5 rei geſtę ediſſerã, primo vidẽdũ ẽ,cur neceſſariũ fuit Chr̃m filiũ dei pati ꝓ mũdi ſalute, ſcd̃o
videndũ eſt p quẽ modũ & q̃ iuſtitia genus hũanũ recõciliatũ ẽ deo pr̃i p mortẽ ſeu paſſionẽ
vnici filij eius. Circa primũ igit̃ agnoſcẽdũ, ꝙ in hũano gñe tã quo ad eius primã cõditionẽ,
q̃ ad eius finẽ,ob quã creatũ ẽ aliter docet ſacra ſcriptura q̃ naturalis phõrũ doctrina,ſeu gẽti
liũ ſecta. Q̃uis enĩ meliores ac ſubtiliores & doctores,philoſophi ac gẽtiles ſciuerunt & faſſi
ſint totũ mũdũ ac genus humanũ à ſummo deo, quẽ noĩauerũt primã cãm,in eſſe ꝓceſſiſſe &
depẽdere ſeu cõſeruari,vt patet ex libris Platonis & Ariſtotelis,ſequaciũq; illoꝝ,nihilominꝰ
putauer̃t mũdũ ab ęterno fuiſſe,ſicut ſi ſol ab ęterno fuiſſet,radius q̃q; ipſius ęternal̃r extitiſſet
& tñ fluxiſſet à ſole. Inſup putauerũt hoĩem in ſolis naturalibus original̃r ꝓcreatũ,& non niſi
ꝓpter naturalẽ btĩtudinẽ factũ imò nõ ſciuer̃t, ꝙ hoĩbus neceſſarius eẽt ſaluator ac mediator
vz Chr̃us ꝓut fides catholica tradit,ſed ſacra ſcriptura diuinitus inſpirata aliter docet vz ꝙ
mũdus ex tp̃e à deo creatus ẽ,& hõ primus à deo plaſmatus ẽ,nõ in naturalibus donis dũta-
xat,ſed etiã in ſupnaturalibus grẽ donis,atq; poſt ſuã plaſmationẽ mox in paradiſo ẽ colloca
tus,& ꝓpter ſupnaturalẽ btĩtudinẽ factus,vz ad vidẽdũ deũ in regno cœleſti p ſpẽm,p clarã
æternã,fruitiuam'q; viſionẽ,quã viſionẽ beneficã,facialẽ & iocũdiſſimã putauer̃t philoſophi
nõ ſolũ mẽti hũanę,ſed angelicis q̃q; ſpiritibus,q̃s intelligẽtias noĩant, impoſſibile eſſe. ¶Eſt
igit̃ fides Chriſtiana,ꝙ deus om̃ipotens & æternus hoĩem primũ creauit in originali iuſtitia,
p quã corpus eius ſubditum fuit animæ ſuæ,& ſenſualitas rõni,ac ratio deo, ita quòd corpus
& ſenſualitas prompte & abſq; difficultate parebãt animæ & rationi,ſimiliter ratio & volũ-
tas deo. ¶Deniq; hęc originalis iuſtitia ſic fuit primo nr̃o parẽti collata,ꝙ ſi ip̃e in ea mãſiſſet,
eandem in ſuos poſteros trãſfudiſſet, & tam ip̃e q̃ poſteri eius in paradiſo mãſiſſent terreſtri.
Rurſus ita fuit primo conceſſa parenti, ꝙ quàmdiu ratio eius maneret deo obediens ac ſubie

cta tam

cta, tam diu corpus ſenſualitasq́; ipſius manerent animæ ac rationi eius obedientialiter ſub-
dita. Quoniam ergo primus homo diuinum mandatũ tranſgreſſus eſt, ita vt ratio eius & vo- Gene.3
luntas fuerint deo inobedientes, ideo originalem amiſit iuſtitiam, & caro eius ac ſenſualitas,
ſtatim cœperũt animã aggrauare, rõni reniti. Nec ſolum amiſit originalem iuſtitiam ſibi, ſed
& toti ſuæ poſteritati. Et ſicut transfudiſſet in eam, niſi ipſe peccaſſet, originalem iuſtitiam,
ſic quia peccauit, transfudit in poſteros ſuos originale peccatum, quod ſecundũ Anſelmũ eſt
carentia originalis iuſtitiæ debitæ in eſſe. Itaq; propter illud primum ac originale peccatum
Adæ, tam ipſe quàm poſteri eius iuſto dei iudicio æternali, & ſupernaturali beatitudine pri-
uati fuerunt, ita quòd ad eam redire atq; perduci non valebant, niſi pro peccato illo originali
ſatisfieret deo. Quàmuis autem in voluntate & poteſtate poſterorum non fuit originale pec
catum Adæ, non tamen fit eis iniuria, dum propter illud ipſi priuãtur felicitate æterna, quia
nec illa felicitas debebatur eis aliunde, ſeu ex aliqua dignitate, aut proprietate naturæ, ſed ex
ſola munificentia creatoris, creati fuerunt ad eã ſecundum modum prædictũ, & huius exem-
plum aſſignant ſanctus Thomas & Egidius de Roma: Si princeps terrenus conferret alicui Thomas
militi bonum feudale aut caſtrum ea conditione, quod ſi miles principi ſuo maneret fidelis, Egidius
bonum illud ac donum ſibi maneret ac poſteris eius, ſi vero inobediens fieret principi ſuo,
tam ipſe quàm poſteri eius priuarentur bono prædicto. Si itaque miles ille fieret domino ſuo
inobediens ac rebellis, eiusq́; aduerſario conſentiret, certum eſt, quod tam ipſe quàm ſobo-
les eius præſcripto bono iuſte penitus priuarentur. ¶ Pręterea cum primus homo origina-
lem amiſiſſet iuſtitiã, tam ſibi quàm ſuæ poſteritati, non potuit eam ſibi ac poſteritati recu- Cur nulla crea
perare, imò neceſſarius fuit toti generi humano ſaluator ac mediator, qui genus humanum tura potuerit
ab originali peccato redimeret, atq; eidem gratiam redeundi ad originalis iuſtitiæ conformi humanũ genus
tatem mereretur, ſicq́; genus humanum deo altiſſimo reconciliaret, & ad beatitudinem redu ab originali libe
ceret ſempiternam deleto obſtaculo perueniendi ad eam, videlicet reatu originalis peccati. rare peccato
¶ Præterea multæ ſunt cauſæ quare nec primus homo, nec aliqs purus homo, nec aliquis an-
gelicus ſpiritus, nec aliqua pura creatura fiat idonea totum genus humanum à peccato redi-
mere, atq; eidẽ gratiã ac gloriã promereri. Prima eſt grauitas ipſa peccati. Tanto equidẽ ma
ior eſt enormitas culpæ, quo ille in quem committiť amplioris eſt dignitatis, & quo plura be
neficia eſt largitus aut largiri paratus. Cum ergo deus ſublimis & benedictus infinite prorſus
dignitatis ac ſanctitatis atq; incõparabilis benefactor, à quo ſortiti ſumus qcquid boni habe
mus aut ſumus, à quo & indefinenter ineſſe conſeruamur ac prouidemur, qui & æternam no-
bis beatitudinem præparauit, promiſit, & dare paratus eſt, dummodo obicem non ponamus
conſtat ꝙ peccatũ mortale quo ipſe offendiť, ſit quodãmodo enormitatis immenſæ, ideo à
peccato ſuo genus humanũ liberari nequiuit, niſi ꝑ redemptorem dignitatis & efficaciæ infi-
nitæ. Pura autem creatura infinitę dignitatis eſſe non valet, ideo ſaluatorẽ noſtrum oportuit
eſſe deũ & creatorẽ. Hinc peccatũ eſt infinitæ fugibilitatis etiam veniale peccatum, ita vt pro
nulla re homo venialiter peccet, ſed potius mortem ſubeat, quàm veniale committat pecca-
tum: præſertim cum homo debeat deum viuum & verum naturaliter bonum incomparabi-
liter infiniteq́; plus amare, q̃ ſeipſum, aut totum mundum. Secũda cauſa ad idem, eſt dignitas
gratiæ gratũ facientis, quæ cũ ſit ſupernaturalis quædã ſimilitudo diuinæ eſſentię, ponens ani
mã ineſſe ſupnaturali atq; idoneo ad promerendũ felicitatẽ æternã, nõ potuit toti generi hu
mano promereri aut recuperare, niſi ꝑ mediatorẽ & ſaluatorẽ dignitatis immenſæ, quẽ deũ
eſſe, nec eſſe eſt. Tertia cauſa eiuſdẽ eſt ineffabilis dignitas felicitatis & gloriæ ſempiternæ
quã peccãdo ꝑdidimus. Hæc nãq; beatitudo cũ ſit immediata & clara viſio ſummæ & increa
tæ veritatis, diuinæq́ue pulchritudinis, quæ eſt ipſa eſſentia diuina & plena fruitio immenſæ
bonitatis atq; dulcedinis dei, eſt quodãmodo infinitę dignitatis, pretioſitatis & excellentiæ,
ideo nulla pura creatura potuit ad eam genus humanũ reducere, aut eam hominibus prome-
reri. Quarta eiuſdẽ cauſa aſſignať, eo ꝙ natura humana ſit quodãmodo incõmutabilis, ideo
infinitũ totam redimere, liberatori interminatæ dignitatis cõpetit ſolũ, ſic igiť patet cur ne-
ceſſariũ fuit Chr̃m pati pro mũdi ſalute. ¶ Deinde dicendũ per quem modũ aut qua æquitate
genus humanum reconciliatum eſt deo patri ꝑ paſſionem & mortem vnigeniti filij eius. Vi-
detur enim quod filio dei ab hominibus tam crudeliſſime ac impiiſſime interfecto, deus pa-
ter plus debuit hominibus iraſci quàm ante, præſertim cum occiſio filij dei fuerit multo ma-
ius peccatũ, q̃ originale peccatũ hominis protoplaſti, propter quod deus toti generi huma-
mano iram ſuam inflixit. ¶ Præterea ſicut infra patebit, propter Chr̃i occiſionem intantum
offenſus atq; iratus eſt deus pater Iudæis, quod ira ipſius ꝑuenit in eos (vt ait Apoſtolus) vſq;
in finem. Itaq; apparet, quod genus humanum ꝑ Chr̃i paſſionem non ſit deo reconciliatum, 1.Theſſ.2
ſed magis odibile factum. Poteſt quoq; huius exemplum induci, quia ſi inter principem ter-
renum eiusq́; vrbem ſeu cõmunitatem diſcordia eſſet, & princeps ad vrbem illam vnigeni-
tum ſuum mitteret, vt eam ad obedientiã concordiamq́; principis ſui reduceret, ſi tunc ciues

 huiuſ-

huiuſmodi filium principis audire cōtemnerent, imò & trucidarent, princeps hoc facto plus
prouocaret contra vrbē illam, quàm ante fuerat prouocatus. ¶Huic demū exemplo concor
Matt.21 dat quod in Euangelio Chr̄us loquit in parabola de pr̄efamilas, qui vineam quam plantauit,
Marc.12 locauit agricolis, qui tandem filium patriſfamilias occiderunt, propter quod perierunt. Ad
Lucæ.20 iſta reſpondēdū, quia (vt dicunt ſancti doctores) mors, ſeu paſſio, vel occiſio Chriſti pijſſima
fuit & impijſſima, crudeliſſima, & miſericordiſſima, amoroſiſſima, & inuidioſiſſima, ſummè
meritoria patriq́ꝫ placatiſſima, & ſumme demeritoria, patriq́ꝫ offenſiua. Fuit etem̄ pijſſima,
miſericordiſſima, amoroſiſſima, ſumme meritoria, & deum pr̄em placans ex parte patientis,
videlicet Chriſti, inquantum paſſionem illam ſponte ſuſtinuit ex perfectiſſima charitate, cle
mentiſſima compaſſione, atque promptiſſima obedientia, qua charitate Chriſtus dilexit de-
um patrem & nos, & ex charitate, & pietate ſua ad nos compaſſus eſt noſtræ damnationi,
qua etiam obedientia factus eſt obediens deo pr̄i vſqꝫ ad mortē, mortē aūt crucis, contēptibi
lē, amariſſimā, & horrēdā. ¶Porro paſſio Chriſti, impijſſima, crudeliſſima, inuidioſiſſima, &
maxime demeritoria, patriſq́ꝫ offenſiua fuit ex parte inferentis, hoc eſt, Iudæoꝝ & aliorum,
qui Chr̄m interfecerunt, quia èx ſumma inuidia, crudelitate, impietate fecerunt hoc. ¶Itaqꝫ
Iohā.8 qm̄ Chr̄us ſcd̄m q̄d homo pr̄i in om̄ibus obediuit, docēdo & increpādo Iudęos, ꝓut deus pa
ter ſibi ꝑcepit, & ex hoc Iudæoꝝ incurrit inuidiam, qui veritatē odio habuerunt, ita vt moti
& inflammati ſunt occidere eum, & Chriſtus illam occiſionem pro iuſtitia patiētiſſime tulit,
imò & ex ardētiſſima charitate & obediētia acceptauit ac ꝑtulit, ordinās eā ad pr̄is placatio-
nē & honorationē, hoīmq́ꝫ recōciliationē cū pr̄e, idcirco paſſio Chr̄i ſcd̄m q̄d ex iſta radice à
Chr̄o accepta eſt, & ad ꝑdictū finē relata, placentiſſima, atqꝫ gratiſſima, ſeu acceptiſſima fuit
pr̄i, & eum generi placauit humano, ita ꝙ virtute & merito paſſiōis Chr̄i toti generi huma-
no dimiſit originale pc̄tm̄, cætera quoqꝫ pc̄tā, dūmodo meritū dn̄icę paſſionis eis applicetur
per ſacramēta eccleſiæ, ſeu alio modo, puta ꝑ fidem in Chr̄m, ſeu aliter ſcd̄m q̄d in lege natu-
ræ & lege ſcripta Moſaica homīes diuerſimode Chr̄o oīm electoꝝ capiti vniebant, vt do-
cet Hugo in libro de ſacramentis. Cum em̄ Chr̄us ſit caput oīm hoīm electoꝝ, hoīes meriti
Ephe.5 paſſionis Chriſti participes fieri nequeunt, niſi Chriſto aliquo modo iam tacto vniant, & ſic
paſſio Chriſti vniuerſa deleuit peccata, quia virtute ac merito eius deus vniuerſis ignoſcit, q
Chr̄o ꝑ baptiſmū ſeu aliter vniunt vt capiti. Vnde Auguſtinus teſtat, ꝙ Chr̄i ſanguis ſic fuſus
eſt in remiſſionē oīm pc̄tōꝝ, vt delere poſſet etiā illoꝝ pc̄tā, qui ipm̄ fuderūt, & ipm̄ peccatū
quo fuſus eſt, quia illi qui Chriſtū occiderunt, merito paſſionis Chr̄i veniā & ſalutem adepti
ſunt, dummodo in Chriſtum credere eiusq́ꝫ baptiſmū ſuſcipere voluerint, imò vtiqꝫ multi il
lorum ita ſaluati ſunt, redempti ipſo ſanguine quē fuderunt, vt loquit Auguſtinus: Illos quip
Iohan.8 pe Chriſtus in turba conſpexit, eiſq́ꝫ dixit paſſione inſtante. Cum exaltaueritis filium homi-
nis, tunc cognoſcetis quia ego ſum. Qualiter autem hoc ipſum impletum ſit ſanctus Lucas
Acto.2 in Actibus Apoſtoloꝝ deſcribit, recitans qualiter ad prædicationē beatiſſimi Petri apoſtoli
Acto.3 in die Pentecoſtes conuerſa ſunt tria milia Iudæoꝝ, deinde quinqꝫ milia, cum claudum natū
Petrus curaſſet, & ꝑter hæc quotidie tunc multi Iudæoꝝ conuertebant ad Chr̄m, in tantum
ꝙ etiam multa turba ſacerdotum ad fidem conuerſa ſit, vt recitat Lucas. ¶Ex his patet, qua
æquitate ſaluatū ſit genus humanum ꝑ Chr̄i paſſionē. Decuit em̄ bonitatem, pietatemqꝫ dei
pr̄is, ꝑ talem ac tantam dilectionem, obedientiā & paſſionē vnigeniti atqꝫ chariſſimi filij ſui
Roma.5 placari, ac indulgere, & gr̄am īpartire. ¶Deniqꝫ decuit, vt ſicut ꝓpter vnius hominis inobe-
i.Tim.2 dientiā deus iratus fuit toti generi humano, ſic ꝓpter Chr̄i mediatoris dei ac hominū obediē
tiam, deus recōciliaret hominibus. ¶Præterea decuit, vt ſicut humanū genus dānationē in-
currit ꝑ diabolicæ inuidiæ deceptionē, vtpote primo hoīe nr̄o parēte aliūde decepto, ſic ge
Gene.3 nus humanū aliunde miſericorditer iuuaret, & Chr̄i charitate ac ope redimeret. Ruſus cha
ritas facit om̄ia eſſe cōia, ideo Chr̄us ꝑ ardentiſſimā & maximā dilectionē ſuam ad nos meri-
tum ſuum nobis potuit cōicare. ¶Poſtremo, etiā in terrenis principibus cernimus, ꝙ rex ſeu
princeps terrenus propter dilectionem, meritū, inſtantiamq́ꝫ vnius ignoſcit alteri, tāto vtiqꝫ
plenius atqꝫ facilius, quo ille qui rogat pro reo, eſt maioris dignitatis, & principi magis dile-
ctus. ¶Sed tunc oritur quæſtio, qūo ꝑ mortem, Chr̄i particularē ac tēporalē, liberatum ſit ge
nus humanū, à morte generali ac æterna. Et reſpondendū, quòd tanta fuit dignitas perſonæ
Chr̄i, vt eius obediētia ac paſſio tāti fuerit meriti & acceptabilitatis corā pr̄e æterno, vt mors
Chr̄i temporalis ac particularis fuerit vere ſufficiens, ineffabiliterq́ꝫ ſuperſufficiens ad redi-
mendū om̄e genus humanum ab om̄i malo, & non ſolū à morte cōmuni ac æterna ſeu dā-
natione infernali, ſed etiā à morte tpali, omniq́ꝫ defectu, & corruptibilitate corpali. Vnde in
reſurrectione futura merito paſſiōis Chr̄i om̄es electi, corporis quoqꝫ incorruptibilitatē, im
paſſibilitatem, & glorificationem conſequant. Fuit quoqꝫ paſſio Chr̄i ſumme idonea, efficax
& ꝑdigna ad promerendū generi humano dona gr̄æ in præſenti, & munera gloriæ in futuro,
imò nō ſolū paſſio Chr̄i, ſed & tota conuerſatio eius in ſeculo iſto fuit ad hoc ſumme idonea.

Contem

A Contemplandũ eſt eñ, ꝙ Chriſtus in vnitate perſonæ eſt deus & homo, itaꝙ promereri &
obedire ac pati conueniebãt ei ratione ſuæ humanitatis, idoneitas vero ac dignitas ad prome
rendũ ac ſatisfaciendũ pro hominibus conueniebat ei ex parte ſuæ diuinitatis. Cũ ergo Chri
ſtus ſit verus deus, conſtat ꝙ fuit infinitæ idoneitatis ac dignitatis ad ſatisfaciendum ac pro-
merendũ per ſuam humanitatem ratione ſuæ ſuperdigniſſimæ deitatis, ideo dici ſolet & ve
re ſic eſt, ꝙ minima gutta ſanguinis Chriſti ſeu minima paſſionis ſuæ particula fuiſſet ſuffici-
ens ad totius mũdi liberationem. ¶ Præterea quo maior fuit ſanctitas, dignitas atq; pfectio
humanitatis Chriſti, eo etiam ex parte ipſius fuit ſua obedientia ac paſſione meriti amplio-
ris. Tanta autem eſt ſanctitas, dignitas & perfectio humanitatis Chriſti, vt ipſa ſola excedat Dignitas hu-
ſanctitatẽ, dignitatẽ, & pefectionem, omnium creaturarũ, videlicet omniũ ſanctorũ & ele- manitatis Chri.
ctorum, tam angelorũ q̃ hominũ, vniuerſiq́; entis creati, & hoc potiſſimũ cõpetit humanitati
Chriſti ratiõe ſuæ hypoſtaticæ ſeu perſonalis vnionis cũ verbo æterno, ſcilicet vero deo, &
etiã ideo, quoniã gratia humanitati Chriſti collata, infuſa, & indita fuit, & eſt quodãmodo
infinita, habuitq́; virtutes & dona & cæteras gratiæ perfectiones ac munera in maxima, in-
cõparabiliq́; excellentia, propter quod Iohãnes Baptiſta dixit de Chriſto: Nõ ad menſuram Iohan. 3
dat deus ſpiritũ homini. i. gratiã & dona ſpũs ſancti Chriſto, ſecundũ ꝙ homo eſt. Itaq; inno
teſcit, ꝙ Chriſtus nõ ſolũ ratione ſuæ diuinitatis, ſed etiã ex parte ſuæ humanitatis tam perfe-
ctę ac virtuoſę fuit ineffabilis idoneitatis ad promerendũ. Adhuc autẽ quo Chriſtus fuit deo
patri magis dilectus, eo efficatior fuit ad ſatisfaciendum pro noſtris peccatis, & eo omnis ſua
conuerſatio, oratio, obedientia, ac paſſio pro nobis in hoc mũdo fuit exhibita deo patri am-
B plius grata ac placens, magis quoq; idonea ad ſubueniendũ hominibus, ſeu meriti amplioris
ſed deus pater diligit Chriſtũ ſecundũ ſuã diuinitatẽ amore penitus infinito, & tantũ vtique
ſicut ſeipſum, quia diuinitas Chriſti ſicut eſt infinitæ bonitatis, ſic & infinitæ amabilitatis cõ-
ſiſtit. Diligit quoq; pater Chriſtũ ſecundũ ſuã humanitatẽ magis q̃ totũ vniuerſum, omnesq́;
ſimul ſumptas puras creaturas. Diligere quippe eſt alicui bonũ velle. Vnde deus tãto plus di Ibidem
ligit rẽ, quãto maius bonũ ei largitur. Cũ ergo deo patre volẽte, & verbo æterno aſſumente, Diligere qđ ſit
aſſumpta ſit Chriſti humanitas ad increatũ & hypoſtaticũ eſſe verbi æterni, ita ꝙ in eodẽ eſſe
perſonali ſubſiſtit Chriſti humanitas, in quo verbũ æternũ æternaliter eſt ſubſiſtẽs, clarũ eſt,
ꝙ maius bonũ datũ ſit humanitati Chriſti, q̃ ſit totũ vniuerſum creatũ, ideo magis deo dile-
cta eſt. Itaq; Chrũs etiã ex hac parte fuit ineffabiliter idoneus & acceptus, ad operandum &
orandũ ac patiendũ pro nobis. ¶ Præterea ſicut docẽt ſancti patres atq; doctores, quamuis
deus om̃ipotẽs & æternus potuit per om̃ipotentiã ſuã, ſimpliciter loquẽdo, genus humanũ
alio modo redimere, q̃ per vnigeniti filij ſui incarnationẽ ac paſſionẽ, nullus tamẽ extitit ali-
us modus ita cõueniens ſicut iſte, itaꝙ decentiſſimũ fuit filiũ dei propter noſtrã ſalutẽ incar-
nari ac mori, quod primo probaẽ dei incarnatione, quia in incarnatione filij dei, deo patri æ-
qualis p̃cipue demonſtraẽ, atq; relucet bonitas dei, eo ꝙ ſe ſuæ creaturæ tã copioſiſſime com
municauit, & infirmitatẽ proprij plaſmatis nõ contẽpſit, ſed naturã à ſe creatã, puta humani
tatẽ, ad ſuũ hypoſtaticũ eſſe aſſumpſit. Proprietas equidẽ boni eſt eſſe cõmunicatiuũ, diffuſi-
uumq́; ſui. Inſup in incarnatione filij dei, ineffabil'r, pulchre oſtendiẽ & pateſcit dilectio dei
ad nos. Amor eñ eſt virtus vnitiua, idcirco in hoc ꝙ deus noſtrã naturã ſibi tã propinquiſſi-
C me vniuit ac intime, patet ꝙ vehemẽtiſſime ac ſpecialiſſime nos dilexit. In incarnatõe quoq;
monſtraẽ miſericordia & dignatio dei ad nos, ꝙ tã clemẽtiſſime ſuã maieſtatẽ ad paruitatẽ,
vilitatẽq́; noſtrã inclinauit, & tã miſericordiſſime nobis auxiliari dignatus eſt, noſtris igno-
ſcens ſceleribus, nec illã aſpernãs naturã aſſumere, à cuius primo indiuiduo, cæteriſq́; ſuppo-
ſitis tam multipliciter atq; enormiter fuit offenſus. Rurſus in incarnatione filij dei potiſſimũ
declaratur omnipotẽtia dei, quia naturã diuinã & humanam in vnitate copulauit perſonæ,
cũ tamen in ordine intellectualiũ ſubſtantiarum anima rationalis ſit ima ac infima, & pręſer-
tim corpus humanũ à ſuperſimpliciſſima deitate inæſtimabiliter diſtat, ideo hæc hypoſtati-
ca vnio eſt diuinę potẽtiæ q̃ maxime declaratiua, imò magis, vt aliqui aſtruũt, q̃ totius mũdi
creatio. Sed & iuſtitia dei in incarnatiõe verbi oſtendiẽ, quia non vi deus eripit hominẽ, nec
aliũ facit ſuperare tyrannũ q̃ hominem, ſed ſicut homo eſt victus, ſic homo vicit, vt aſſerit Da- Damaſcenus
maſcenus tertio libro. Similiter in incarnatione verbi oſtẽditur ſapiẽtia dei, ꝙ tam difficili-
mi negotij, tam decẽtiſſimã ſolutionẽ inuenit. Difficilimũ nẽpe apparuit, qualiter genus hu
manũ, ſalua dei iuſtitia ac veritate, poſſet ſaluari, ſed ſapiẽtia dei inuenit aptiſſimũ modum ad
hoc, ita hominem ſaluãs, vt nec diuinæ veritati atq; iuſtitiæ, neq; diuinæ miſericordiæ dero-
garetur. ¶ Præterea neceſſariũ dupliciter dicitur. Primo, ſine quo aliud eſſe nõ poteſt, vt ho-
mo ſine anima, & ſic deũ incarnari ad redimẽdum genus humanũ, nõ fuit neceſſe, quia & alijs
modis potuit deus hoc facere, cui nõ eſt impoſſibile, imò neq; difficile omne verbum, prout
Gabriel angelus & Hieremias propheta teſtãtur. Secũdo dicitur neceſſarium, ſine quo non Luc. 1.
cõuenienter ſeu tam apte eſſe nõ valet, ſicq́; ad redimẽdum genus humanum fuit neceſſe dei

Auguſtinus ſilium incarnari, quia (vt. 13. de trinitate loquitur Auguſtinus) ſanādæ noſtræ miſeriæ nullus D
fuit alius conuenientior modus. Per hoc nanq; potiſſimū fides catholica roboratur, ꝙ ipſemet deus incarnatus nobis in euāgelio loquitur ac teſtat. Per hoc quoq; permaxime ſpes ad deum augetur, & charitas in ipſo accenditur, ꝙ deum propter nos ex nimia ſua ad nos dilectione cognoſcimus incarnatū, imò fiducialiſſime deū accedimus & oramus, dum ipſum pro nr̄a ſalute incarnatū fatemur, quia tanta nobis deus per incarnationē verbi largitus eſt vt ex ipſa incarnatione accēdamur dei amore. ¶ Inſuper ſicut decentiſſimū fuit filiū dei noſtrā redemptionē inchoare per ſuam incarnationem, ſic decentiſſimū fuit, vt eandem noſtram redemptionem cōpleret per ſuam ſacratiſſimā paſſionem. Ex hoc em̄ quod filius dei propter nos paſſus eſt, maxime innoteſcit, quāta ſit peccati enormitas, & quantū deus peccata abhorreat, pro quorū ablatione & ſatisfactione ipſemet vnigenitus filius dei tanta perpeſſus eſt. Ex
Roma. 8 paſſione etiam Chriſti agnoſcimus, quàm ineffabilis ſit dei patris iuſtitia, qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis om̄ibus tradidit illū, malens tā acerbiſſimā mortē pati, q̄ pecca-
Culpæ pœna debetur ſecūdū iuſtitiam. ta hominū remanere inulta. Culpæ em̄ pœna debetur ſecūdū iuſtitiā. Et quia per noſtra peccata æternas pœnas meruimus, hoc fuit infinitæ miſericordiæ dei patris, ꝙ per tēporalem ſui filij paſſionē nos ab æterna eripuit pœna, hoc vero fuit infinitæ iuſtitiæ eius, ꝙ ſuperdilectiſſimū filiū ſuū maluit pati & mori, q̄ peccata noſtra impunita manere. Deniq; ex hoc ꝙ deus pater permiſit vnicū filiū ſuū innocentiſſimum atq; ſanctiſſimū à ſceleratiſſimis, viliſſimiſq; hominibus taliter capi, tractari, affligi, occidi propter nos liberandos, clariſſime patet incōprehēſibilis dilectio eius ad nos, ſimiliter dilectio perfectiſſima Chriſti ad nos. Hinc manifeſtatur, ꝙ tanta ac talia propter nos ſponte ferre dignatus eſt. Inſuper Chriſtus per ſuam E
paſſionē dedit nobis perfectiſſimū omniū virtutū exemplar, vt proſequendo hiſtoriā paſſionis patebit. ¶ Rurſus ex hoc ꝙ Chrūs propter nos paſſus eſt, euidētiſſime eluceſcit, quanta ſit infernaliū pœnarū acerbitas, & q̄ delicioſiſſima, maxima, ac præſtātiſſima ſit electorū in cœlo felicitas, cū ideo paſſus ſit filius dei, vt nos ab illis erueret pœnis, & æternę beatitudinis gaudia reportaret. ¶ Poſtremo per hoc ꝙ Chriſtus pro nobis tā amariſſimā perpeſſus eſt mortē, noſtræ paupertati ac indigētiæ copioſiſſimā opē impēdit, quia paſſio illa quo amarior, eo & magis meritoria fuit, totūq; meritū illud Chriſtus cōmunicat nobis, illudq; meritū eſt theſaurus eccleſiæ, ex quo indulgentiæ cōceduntur, & propter quod nobis quotidie relaxantur peccata, varia quoq; cōferuntur gratiarū charifmata, vnde tēpus euangelicæ legis & Chriſti tēpus gratiæ nūcupatur. His igitur de Chriſti paſſione p̄miſſis tanq̄ p̄ambulis ad declarationē fidei Chriſtianæ, cuius ſumma eſt ſapiētia, & vt ea quæ de Chriſti paſſione dicēda ſunt clarius intelligātur, deuotius quoq; & amoroſius, imò & cū ampliori cōpaſſione & operis imitatione audiātur, cōſequenter ad prædicationē & expoſitionē dominicæ paſſiōis eſt accedendū. Intēdo aūt paſſionē ſecundū Lucam exponere, & ea quæ ipſe omittit atq; ab alijs conſcripta ſunt Euāgeliſtis, inſerere huic ſeromni, ad laudem & gloria dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt ſuper omnia deus ſublimis & benedictus. Amen.

¶ Expoſitio Cap. XXII. Appropinquabat. Arti. XLVII. F

APpropinquabat autē dies feſtus azymorū qui dicitur paſcha, & quęrebāt principes ſacerdotū & ſcribæ quomodo Ieſum interficerēt. ⌋ „ „
Cū filius dei dn̄s noſter Ieſus Chriſtus tēpore à ſuperbenedicta trinitate æternaliter p̄ordinato, noſtrā aſſumpſiſſet naturam, modico tēpore inter hoīes cōuerſatus eſt in hoc mūdo, videlicet trigintatri-
Baruch. 3 bus circiter annis, & tribus circiter annis vltimis vitæ ſuæ in ſeculo iſto p̄dicauit atq; miracula fecit. Cūq; in p̄dicando ac miracula faciendo oēs ſanctos q anī fuerūt glorioſe excederet, à populorū cū grādi auiditate audiebat. Sed qm̄ ſtatim poſt p̄dicationis ſuæ exordia cœpit errores & vitia ſacerdotum & ſcribarū ac phariſæorū iuſte & acriter increpare, illi ſtatim cœperūt inuidiam cōtra eū concipere, eiq; detrahere, & oīa facta
“ cunt) ſtetit in cāpo iuxta villam præfatā. L Secuti ſunt aūt illum, & diſcipuli eius ⅃ Hoc eſt, vn
decim Apoſtoli ſimul cū magiſtro ſuo egreſſi ſunt, & vt legit gregatim propè eū iuerunt, ſi-
cut pulli iuxta gallinā. Vt aūt Theophilus ait: Poſt cœnā nequaq̄ inertia & iocus ac ſomnus Theophilus
“ occupāt dñm, ſed oratio & doctrina, qd prælatis pſertim eſt imitādum. L Et cū puenſſent
“ ad locū (puta in hortū prædictū) dixit illis: Orate ne intretis in tētationē ⅃ Non ait, orate ne
tentemini, quia hæc vit a ſine tentatione nō agit, cū ſcriptū ſit: Militia eſt vita hominis ſuper Job 7
terrā, ſed ait: Orate ne intretis in tētationem .i. ne tētatio vos capiat, includat, ſeu vincat, ad
cōſenſum, vel opus ſui debiti operis omiſſionem vos ptrahēdo. Initiū quippe tentationis eſt
ſuggeſtio culpæ, mediū eius eſt cōſenſus in delectationē. Conſummatio eſt opus iniquū, aut
debiti actus omiſſio. ¶ Deniq; oratio eſt fortiſſimus contra tentationem clypeus & protector
cū orō ſcdm Damaſcenū ſit aſcenſus mētis in deū, ſicq; mentē eleuat à terrenis deoq; coniū- Damaſcenus
git, & eius opem meret. Orandū eſt aūt fiducialiter, feruide, & inſtāter ſeu indeſinēter, quēad Oratio quid
modū eñ fur audito clamore fugit, & amici atq; vicini pperāt ad ſuccurſum, ſic clamor ora
“ tionis feruētis fugat diabolū, angelos prouocat ad iuuamē atq; à deo fortit auxiliū. L Et auul
“ ſus eſt ab eis quātū iactus eſt lapidis ⅃ .i. tāto ſpacio ab Aplis receſſit, q lapis leuis pijci poſſet,
volēs ſegregatim orare, nō φ eius mens p aliorū pſentiā à dei cōtemplatōe & orōnis attētio-
ne īpediri potuerit, cū cerneret deitatē per ſpēm, ſed vt ſuo nos informaret exēplo, tpe orō-
nis libere fugere publicū, & oīa quę mētis recollationē in deo impediuit, qñ corde attēto &
mēte trāquilla, colloqndū ē deo ſublimi & bñdicto. Inſup (teſte Matthęo) Chrus aſſumpſit Matth. 26
Petrum

Petrum & filios Zebedæi Iacobum & Iohannem, cum eis ab aliis octo Apoſtolis paꝝ proce D
Marc.14 dens, cœpitq́ cõtriſtari, & mœſtus eſſe, pauere etiã & tædere, ſcd̃m Marcũ, & ait illis: Triſtis
eſt aĩa mea vſq; ad mortẽ. Suſtinete hic & vigilate mecũ, progreſſus quoq; puſillũ ab eis, videlicet quantũ iactus eſt lapidis, procidit in faciem ſuã orãs. Sed Lucas nũc ſubdit: ⌊ Poſitis ge- »
nibus orabat, dicẽs: ⌋ Idcirco dicẽdum, ꝙ vtroq; modo ſeu ſitu orauit. Et probabile eſt, ꝙ »
primo genua flexit, deinde ſe in terrã proſtrauit, deo patri ſe ſummè humiliãs, ac intentiſſime ſupplicãs, quod tantum ſibi competebat ſecũdum naturã humanã tũc mortalem & paulopoſt dire paſſuram: ⌊ Pater ſi vis transfer calicem iſtũ à me ⌋ Orauit Chriſtus, vt pater ca »
licem iſtũ.i. amariſſimã hãc paſſionem auferet à ſe, nõ aũt orauit hoc orõne abſoluta, & ſcd̃m rationem deliberatiuã, aut voluntatem ſimpliciter dictã, ſed cõditionaliter, & ſecũdum naturalem ſenſitiuumq́ appetitũ, quo mortem tam violentã ac pœnaliſſimã naturã eius tenerri
Auguſtinus Damaſcenus mã inferior ſenſitiua naturaliter abhorrebat. Oratio quippe (vt aiunt Auguſtinus ac Damaſcenus) eſt interpres ac nuntia deſiderii, ideo quòd licet appetere, licet orare. Vnde eo modo quo Chriſtus appetiit nõ occidi, orauit calicẽ ſibi auferri, nõ aũt appetiit hoc ſcd̃m voluntatẽ ſuam diuinã & increatã, quã habet vt deus, quæ in ipſo & in patre ac ſpiritu ſancto vna eſt numero, ſicut in tribus pſonis eſt vna eſſentia, nec appetiit iſtud ſecũdum voluntatem ſuam humanam deliberaturã ſuperiorem & intellectiuã, quæ proprie atq; ſimpliciter nominaẽ voluntas, nec ſecũdum rationem. Hę cẽi voluntas & ratio animæ Chriſti fuerũt diuinæ & increatę voluntati ſemp conformes, tam in volito, quàm in modo ac cauſa volendi. Talis nãq; voluntas ſecũdum ſe eſt indeterminata ad vnum, & libere mouetur ad vtrũlibet oppoſitoꝝ,
ſed in Chriſto fuit à primo inſtãti confirmata in bono & diuinę voluntati perfecte ſubiecta E
ac conformata, ideo Chriſtus appetiit iſtud ſolum ſecũdum appetitũ naturalem ac ſenſitiuũ, qui eſt determinatus ad vnum oppoſitoꝝ, inquãtum eſt naturalis tãtum, nec libere fertur in vtrũq;, idcirco nõ poteſt ſemp conformari voluntati diuinæ in volito, quia non poteſt velle niſi vnum aut alteꝝ oppoſitoꝝ, nõ tamẽ in Chriſto aut cæteris ſanctis fuit omĩno aut proprie loquendo voluntati diuinæ ac ſuperiori cõtraria, quia appetiit ſicut deus voluit eam appetere. Itaq; ſecũdum hãc voluntatem naturalem & ſenſitiuã, quæ tamẽ proprie nominatur voluntas, optauit atq; orauit Chriſtus calicem iſtum auferri à ſe, fuitq́ iſta ratio appetitus ſenſitiui, vt mouentes ad proponẽdum, & rationis vt proponentis, quemadmodũ allegatio aliqua coram iudice, diciẽ partis vt mouentis, & aduocati vt ꝓponẽtis. ¶ Deniq; omĩs oratio Chriſti, quam fudit ex ratiõe & voluntate intellectuali deliberatiua, fuit ſemp exaudita, & talis oratio diciẽ proprie ac abſolute oratio, oratio autem quã fudit ex appetitu naturali ac ſenſitiuo diciẽ quodammodo nõ exaudita, ſcilicet quoad materiã, ſed illa oratio nõ fuit abſoluta & ſimpliciter dicta oratio. Itaq; patet ꝙ omĩs orõ Chriſti proprie dicta oratio fuit exaudi
Iohan.11. ta. Propter quod ipſemet ait in Iohãne: Gratias ago tibi pater quoniã audiſti me, ego autem
Hebrę.5 ſciebam, quoniã ſemp me audis. Apoſtolus quoq; ad Hebræos fatetur, ꝙ Chriſtus cum clamore valido & lachrymis orationem offerẽs, exauditus eſt pro ſua reuerentia. ¶ Sed obiici
Pſalm.21 pteſt, quòd in pſona Chriſti fertur in Pſalmo: Deus meus clamabo per diem & nõ exaudies. Ad quod reſpondendũ, quòd hoc intelligendũ ſit de petitione Chriſti ſecũdum quid, ſcilicet de oratione eius quæ improprie appellatur oratio, & ex ſenſitiuo appetitu originem ſum-
pſit. ¶ Inſup Chriſtus ita orauit, quòd tamen nouerat fieri nõ debere. Primo, vt oſtenderet F
in ſe veram eſſe humanitatem, & naturales eius affectiões. Secundo, vt demonſtraret nobis licitum eſſe aliquid ſecũdum naturalem appetitũ optare, quod deus nõ vult. Tertio, vt monſtraret hoĩem debere ſuã voluntatem ſemp diuinæ voluntati ſubiicere. Quarto, vt doceret nos in omĩ neceſſitate ad deũ orãdo confugere. Quinto, quia q̃d alios docuit, ipſemet facere
Chryſoſtom⁹. voluit, puta orare. Dicit autem Chryſoſtomus: Conſidera quàm magnum & mirum fuit audire, quòd ineffabilis deus omnem intellectũ trãſcendens, voluit in vtero virginis cõcipi, lac ſugere, & humana quęq́ pati, quoniã ergo fere incredibile erat, ꝙ erat futuꝝ. Primo pręmiſit prophetas hoc nuntiãtes, poſtea ipẽ indutus carne, veniẽs, vt nõ phantaſma putareẽ, quòd ſic
Matth.4 permittit carnem ſuã ferre naturales defectus, eſurire, ſitire, laborare, dormire, affici, & anxia
Lucæ.4 ri, ideo & mortem naturali horrore recuſat, variã in ſe humanitatem demonſtrãs. ⌊ Verũta »
Iohan.4 men nõ mea voluntas, ſed tua fiat ⌋ Hoc eſt, nõ impleaẽ quod ſecũdum ſenſitiuã affectionem »
Matth.8. Marc.4 deſidero, ſed quod tu vis. Vnde de voluntate inferiori & ſenſitiua hoc dicit, ſecundũ quã ab-
Lucæ.8 horruit mortem. Iſtud orauit Chriſtus voluntate deliberata, & in hoc exauditus eſt abſolute.
⌊ Apparuit autem illi angelus de cœlo, confortãs eum, ⌋ Probabile eſt, angelum iſtum fuiſſe »
Michaelem tunc principem ſynagogæ, cuius Chriſtus fuit perſona digniſſima, apparuit autem angelus iſte de cœlo, hoc eſt, deſcendens de cœlo, & prope ac ante Chriſtũ ſtãs viſibiliter in corpore aſſumpto, confortauitq́ eum, hoc eſt, verba cõſolatoria & cõfortatoria laude plena loquebatur ad Chriſtũ, dicendo: O dñe tu modo liberaturus es totũ mundũ, hãc horã tuamq́ ſaluberrimã paſſionem prophetæ prænuntiauerũt, & ſancti expectãt in lymbo, hæc

ſiue ſi

A ſine ſimilia dixit, ꝑ quæ miniſterialiter tanq̃ ſeruitor & occaſionaliter, quaſi cõmemorans &
proponẽs cauſam cõfortationis cõtra ingentem Chriſti triſtitiã ac pauorẽ, Chriſtũ cõforta-
uit quantũ ad partẽ animæ eius inferiorẽ ac ſenſitiuã, ſecundũ quã minor & inferior angelis
fuit. Vnde ex verbis iſtis Chrũs paulo poſt pœnales illas ſenſitiuæ partis affectiones minora
uit ſiue remouit, nõ ꝙ indiguerit cõfortatione aut ope angelica, vel quaſi propria virtute ac
poteſtate paſſiones ſeu potius propaſſiones illas præfatas mitigare & remouere nequiuerit,
imò eas ſponte & ex præuio rationis iudicio propter rationabiles cauſas aſſumpſit, ita dum
voluit propria virtute eas fecit ceſſare, ſed voluit etiã ab angelo cauſam cõfortationis audire,
& occaſionalr̃ ſecundũ ſenſitiuã ſuã partẽ cõfortari, ad oſtendendũ in ſe veritatẽ per oĩa na-
turæ humanæ, itẽ ad noſtrã inſtructionẽ, vt ſciamus ꝙ deuote & affectuoſe orãtibus, angeli
ſancti aſſiſtãt, & opẽ ac cõſolationẽ impendãt, Itemq́, vt aliqui dicũt, ad cõſolationẽ & con-
« fortationẽ apoſtoloꝝ prope aſtantiũ, ex quo ſequiť vere, ꝙ apoſtoli angelũ iſtũ corporalr̃ cõ
ſpexerũt, ꝑſertim tres illi, qui Chriſto vicinius aderãt. ⌊Et factus eſt in agonia,⌋ i. in quodã
interiori certamine ſeu reluctatione, qua naturalis & ſenſitiuus appetitus aĩæ Chriſti mortẽ
abhorrẽs, & ratio ſeu volũtas eius deliberata mortẽ acceptans & cupiẽs, inter ſe quodãmodo
decertabãt. Nec tamen ob hoc fuit in Chriſto inordinatio aut voluntatũ cõtrarietas, quia ſu
perior volũtas Chriſti tam diuina q̃ humana, voluit inferiorẽ animæ ſuæ appetitum taliter
affici ac moueri propter cauſas ꝑtactas, ita ꝙ affectiones partis ſenſitiuæ rationẽ nõ ꝑuene-
B runt nec impediuerũt, rationeq́ imperante ceſſerunt, ſed in nobis aliter accidit, in qbus paſſi-
ones ꝑueniunt atq́ impediũt rationẽ & eidẽ reſiſtũt, etiã ea inuita, vnde ſæpe eam ad lapſum
perducũt, dum caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ, & econtra. ¶Præterea hæc agonia intelligi Gala. 5
poteſt vehemẽs illa mortis imminentis anxietas, quam Chriſtus ſibi inſtare clariſſime intel-
lectualiter vidit, imò & in vi imaginatiua eam ſibi intus determinate conſiderandam propo-
« ſuit, qua conſiderata, tenerrima ac nobiliſſima eius natura inferior vltra æſtimationem expa
uit, ideo dicitur in agonia fuiſſe, ſicut infirmi in extremis laborantes, ⌊prolixius orabat,⌋
« pro mundi ſalute, & in hoc patet ſua perfectio atq́ conſtantia, quòd in tanta anxietate pro-
lixius orauit. ⌊Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.⌋ Sicut
hoc loco dicit veritatem, non ſimilitudinem tantum, quia veraciter ſanguinem Chriſtus ſu- Sanguinem ſu
dauit, ꝙ ex vehemẽtiſſima anxietate, agonia, timoreq́ accidit, atq́ (vt aliqui probabiliter aſ- dauit Chrũs.
ſerunt) de corpore Chriſti ſimul erupit ſudor & ſanguis, tingens ſudorẽ. Inſuper, vt aliqui di
cunt, hoc ſupernaturale fuit & miraculoſum, quod de corpore Chriſti ſanguis pro ſudore ef-
fluxit, quaſi contra naturam ſit ſanguinem ſudare, vt ſcilicet Chriſtus iam ſanguinem ſuum
effundere inciperet. Alij tamen dicunt, quod ſanguinem ſudare poſſit naturaliter eſſe, quam-
uis forte fuerit miraculoſum, quod guttæ ſanguinis emanabant. Præterea tam vehemen-
tem triſtitiã & timorem Chriſtus aſſumpſit, non ſolum ex conſideratione paſſionis ſibi in-
ſtantis, ſed etiam ex conſideratione ruinæ, & ingratitudinis, deſtructionisq́ Iudæorũ, pro-
pter quorum ſalutem ſpecialiter fuerat miſſus, & quia videbat paſſionem ſuam tam multis nõ Matt. 15
debere prodeſſe, imò magis obeſſe, propter eorum ingratitudinem & peccata, itemq́, vt ali-
qui dicunt, quia omnium electorum ſuorum futuras tribulationes quas pro ipſo paſſuri erãt,
C vſque in finem mundi in ſeculo iſto præuidit & intime eis condoluit, inquantum tribulati-
ones ſunt quædam mala pœnalia. Legitur autem Chriſtus ſanguinẽ ſexies pro nobis effudiſ
ſe, videlicet. Primo in circuncisione, cũ eſſet octo dierum. Secundo, in hac ſua feruentiſſima Luc. 2
oratione. Tertio, in ſua flagellatione. Quarto, in ſua ſpinea coronatione. Quinto, in crucifi-
xione, in qua vtique ter ſanguinem fudit, ſcilicet bis in manuum perforatione, & ſemel dum Johan. 19
pedes ſacratiſſimi pariter fodiebantur. Sexto, in lateris apertione. Veruntamen reor, quod Mat. 27
etiam in nocte poteſtati tenebrarum conceſſa, quando inquinati genas & os eius percuſſe- Mar. 15
runt, ſanguinem fuderit, & rurſus dum veſtes eius exuerunt, cum eſſet crucifigendus. Joh 19
Mar. 15

Hæc omnia cum intima compaſſione & pia imitatione penſare debemus, & Chriſto grati
exiſtere, eius quoque exemplo in omni aduerſitate patientiam obſeruare, & tempore tribu
lationis deum feruide inuocare, tuncq́ue prolixius exorare, cum maius inſtat periculum, no
ſtram etiam voluntatem diuinæ voluntati conformare ac ſubdere, atque diuinæ pietatis ſa-
« pientiſſimæ ac paternæ diſpoſitioni noſipſos fiducialiter, finaliterq́ committere.
« ⌊Et quum ſurrexiſſet ab oratione,⌋ videlicet à loco & actu huius oratiõis, ⌊& veniſſet ad
« diſcipulos ſuos,⌋ Petrum, Iacobum & Iohannẽ, qui ſibi redeunti primo in via fuerunt, ⌊in-
uenit illos dormientes præ triſtitia.⌋ Erant enĩ vehementiſſime contriſtati, auditis verbis
Chriſti, quibus dixit: Triſtis eſt anima mea vſq́ ad mortem, & viſa tãta afflictione in eo, qui Mat. 26
ipſos ſemper dulciter cõſolari ſolebat, & quia nouerunt eum mox occidẽdum. Vnde apud
Iohãnem ait: Sed quia hæc loquutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor vr̃m. Triſtitia ergo fuit Johan. 16
vna cauſa dormitiõis eoꝝ. Alia cauſa fuit torpor & negligẽtia ipſoꝝ, ita ꝙ aĩa eoꝝ dormi- Pſal 118
tauit præ tædio & quodam faſtidio exercitij ſpiritualis, videlicet orationis, ideo dicit Hie-

CA.XXII. ronimus, quòd dormierunt non ſolum ſomno naturali, ſed etiam culpæ. Tertia cauſa ſomni e- D
orum fuit naturalis, videlicet aſcēſus humorꝫ ad cerebrū, & qa profunda nox fuit, fatigatiq́ꝫ e-
rant audiēdo prolixū illū Chři ſermonē, & ex occupatiōibus alijs iā peractis. Vnde ſecūdū phi-
loſophū, ſomnus eſt impotētia ſenſuū. Sed miror ſi angelū diſcipuli iſti viderūt, quòd eo viſo tā
cito obdormierunt, cum ex angelica apparitione ſoleat hominibus incuti ſtupor & admiratio
magna, grandiſq́ꝫ alteratio corporalis naturæ, quæ ſomnū ad tēpus impediunt, niſi forte ora-
tio Chriſti fuerit tam prolixa, ꝙ admiratione ac alteratione pręfatis aliqualiter mitigatis, ſom-
no oppreſſi ſint. ⌊Et ait illis: Quid dormitis?⌋ Per quæ verba, eos à ſomno ſuſcitauit, vel for- »
te ante horum prolationem verborꝫ, eos aliquo motu, tactu ſeu modo alio ſuſcitauit, atq́ꝫ ad-
iecit, ⌊Surgite⌋ quaſi dicat: Inſtante vobis tanto periculo, & captione mea iam proxima, non »
eſt tēpus ignauiæ, & torporis vel ſomni, ſed vigilantiæ & implorationis diuini auxilij, ideo ſur-
gatis tam à corporis proſtratione, quàm mentis veſtræ diſperſione, ⌊& orate⌋ tanto arden- »
Iuxta grauitatis mēſurā, debet eſſe oratiōis feruor. tius, quo maior vobis incumbit orandi neceſſitas, nam iuxta meñſuram grauitatis, magnitudi
niſq́ꝫ periculi, debet eſſe orationis feruor atq́ꝫ inſtantia, ⌊ne intretis in tentationem,⌋ hoc eſt, »
ne ab ea vincamini. Hoc oñibus nobis dicitur, & implendum committitur, cum in medio la-
1. Petri. 5 queorum poſiti ſimus, & Petro apoſtolo proteſtante: Aduerſarius noſter diabolus tāquam leo
Lucæ. 18. rugiens circuit, quærēs quem deuoret. Propter quod ait ſaluator: Oportet ſemper orare, & nō
1. Theſſ. 5 deficere. Et Paulus: Sine intermiſſione, inquit, orate. ¶ Aduertendum ꝙ Lucas hic aliqua præ-
Matt. 26. Mar. 14. termittit, q̃ à Matthæo ſcripta iā nouerat. ſ. quō Chrūs tribus vicibus patrē orauit, & ter ad diſ
cipulos rediјt, atq́ꝫ in prima or͠one locutus eſt. Abba pr̃, oīa tibi poſſibilia ſunt, trāſfer calicem
hūc à me. Veruntñ nō ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Et venit ad diſcipulos, & inuenit eos dormiē
tes & dixit Petro, Symon dormis? Nō potuiſti vna hora vigilare mecū? Specialiter eñ incre- E
pauit Petrū, qa cæteris audacius fuit locutus, ſpecialiter eū q́ꝫ admonuit, qa futurus erat ſum-
mus paſtor eccľiæ, inſinuās ꝙ quāto qs in altiori fuerit gradu, p̄lationeq́ꝫ poſitus, tāto oportet
eū diligētiorē, agilioreq́ꝫ eē in bonis. Deinde locutus eſt tā Petro q̃ alijs duobus, vigilate & ora-
te, vt nō intretis in tentationē. Spūs qdem promptus eſt. i. aīa veſtra ſecūdū vires ſuas ſuperio
res parata eſt mecū vigilare, pati ac ꝑmanere, caro aūt infirma, hoc eſt, ſenſualitas fragilis eſt, &
prona in malū, caroq́ꝫ tarda eſt ad ſpūalia opa, niſi per gratiā ſpūs adiuuet, ideo ſemꝑ inuocā-
Mat. 26 dū eſt gratioſum ac clemētiſſimū dei inceſſabile, continuūq́ꝫ auxiliū. His dictis, iterum ſecundo
Matt. 6 abijt & orauit: Si nō poteſt trāſire hic calix niſi bibā illū, fiat volūtas tua. Et venit iterꝫ ad diſci-
Mar. 14 pulos ſuos, & inuenit eos dormiētes. Erāt eñ oculi eorꝫ grauati, & ſecūdū Marcū ignorabant
quid reſponderēt ei. Non eñ ſe poterāt rationabiliter excuſare. Deinde tertio abijt, eundēq́ꝫ
orauit ſermonem, & tunc ſicut Lucas deſcripſit, apparuit illi angelus, & factus in agonia orauit
prolixius, ſanguineū fundēs ſudorem. Et reuerſus ad diſcipulos, inuenit eos dormiētes. Et ait:
Quid dormitis? ſufficit. Ecce venit hora, & fili⁹ hoīs tradet̃ i man⁹ pctōrꝫ. Surgite eamus. De-
niq́ꝫ ꝑ hoc ꝙ Chrūs totiēs ad diſcipulos rediјt, dedit p̄latis exēplū, paternæ ſolicitudinis de fre-
quēti viſitatiōe & exhortatiōe, ac iugi cuſtodia proprij gregis, & ne tātum cōtēplationi ac pro-
prijs immorētur profectibus, vt opa vitæ actiuæ omittāt, aut ſubditorꝫ directionem relaxent.
⌊Adhuc eo loquēte⌋ hoc eſt, Chriſto prædicta verba narrāte. Tūc etiā Chrūs acceſſit cū prædi »
ctis tribus apoſtolis alios octo, admonēs oēs ſimul, vt ſecū obuiā irēt aduerſarijs ſuis, ⌊ecce tur- »
ba⌋ id eſt, multitudo turbata & vitijs inordinata. Porro in turba hac fuerūt tam gētilium quàm »
Iohan. 18 Iudæorꝫ magnæ cateruę, iuxta illud Iohānis: Iudas ergo cū accepiſſet cohortem, hoc eſt, mul- F
titudinem militum Romanorum, ſub tribuno cōſiſtentium, & à pontificibus & phariſæis mi-
niſtros. Muniuit eñ ſe vtriuſq́ꝫ curiæ familia, ne qs Chřo auderet aut poſſet ſuccurrere. Tribu
num aūt q erat princeps cohortis & cohortem miſit Pilatus ad inſtātiam Iudæorꝫ, ⌊& q voca »
batur Iudas⌋ quaſi indignus nomine illo, nec veraciter Iudas. Iudas nāq́ꝫ interpretat̃ cōfeſſio, »
aut cōfitens domino, hic aūt infeliciſſimus mercator, dñm ſuū facto negauit ac vēdidit, ⌊vnus »
de duodecim⌋ apoſtolis, vocatione temporali nō prædeſtinatiōe æterna, & numero nō meri »
to, ⌊antecedebat eos⌋ vt ſigno magiſtrū ſuū illis oſtēderet, ⌊& appropinquauit Ieſu⌋ corpo »
Mat. 26. re nō mētis deuotiōe, ⌊vt oſcularet̃ eū⌋ fraudulenter ac proditorie. Vnde Matthæus teſtatur: »
Mar. 14 Qui aūt tradidit eū, dedit eis ſignū, dicens: Quemcūq́ꝫ oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eū, atq́ꝫ vt
Marcus ait, adiecit, & ducite caute: Sciebat eqdem Iudas magiſtrū ſuū eſſe ſubtilem, & de ma-
nibus Iudæorꝫ frequēter elapſum, ideo hortabat̃, vt comprehenſum ducerēt caute. Deinceps
ſignū cognoſcēdi Ieſum cōtulit turbæ, ne errarēt in pſona, capiēdo aliū loco Chři, præſertim
quoniā Iacobus minor ſimilimus fuit Chřo in corpis diſpoſitiōe. Secūdo, qa nox erat, & q̃uis
luminaria attuliſſent, facilius tñ decipi poterāt quā in die Tertio, qm̃ Iudas timuit, ne Chřs ſe
inter alios occultaret. Rurſus oſculū dedit ijs pro ſigno, qm̃ Ieſus diſcipulos à ſe recedētes, vel
ad ſe redeūtes, in oſculo pacis dimiſit ſiue recepit, & itē, vt minus ſuſpectus à Chřo atq́ꝫ apľis de
Cyrillus. proditiōe hac haberet̃, qa (vt ait Cyrillus) Iudas immemor ſapiētiæ Chři, putauit forſan poſſe
ſe latēter hæc agere. ſ. Chřo eius fallaciā ignorāte. ⌊Ieſus aūt dixit ei: Iuda, oſculo filiū hoīs tra »
dis?⌋

A dis?] quaſi dicat, O Iuda q̃ impie agis, ꝙ ſigno dilectionis me filiũ virginis hoſtibus tradis
ad occidendũ. Hæc protulit Chrũs, vt oſtenderet Iudæ ac cæteris ſe proditoris ſui agnoſce-
re dolũ, atq; vt Iudã ad bonã erubeſcentiã, pœnitentiãq; induceret, nã & ideo proprio no-
mine illũ appellare dignatus eſt, vt animã induratã ad pœnitentiã emolliret. Hoc loco q̃dã
Lucas omiſit, quæ Iohãnes poſtmodũ ſcribẽs ſuppleuit, dicẽdo: Ieſus oĩa ſciẽs q̃ vẽtura erãt Iohan. 18
ſup eũ, proceſſit & dicit ad eos: Quẽ q̃ritis? Rñderunt, Ieſum Nazarenũ. Dicit eis Ieſus: Ego
ſum. Stabat aũt Iudas cũ ipſis. Vt ergo eis dixit, ego ſum, abierũt retrorſum, & ceciderunt in
terrã. Iterũ interrogabat eos, Quẽ quæritis? Rñderunt, Ieſum Nazarenũ. Reſpondit Ieſus: Di
xi vobis, quia ego ſum. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. Tanta itaq; fuit oĩpotẽtia Chri,
ꝙ vno verbo aduerſarios ſuos proſtrauit, q̃d miraculoſe accidit virtute diuina mediãte, hoc
verbo illos terrẽte ac deijciente, quæ vim tantã voluit in verbis Chriſti cõſiſtere, quæ auri-
bus impiorũ ipſorũ terribiliter inſonuerũt. Deniq; ſicut Chrũs vultũ ſuum oſtendit Iudæis in
terrore ac maieſtate, egredientibus ex oculis eius igneis radijs, atq; diuino quodã fulgore in
eius vultu mirabiliter radiante, quãdo omnes ementes ac vendentes eiecit è templo, ita fe- Iohan. 4
cit & nunc, ſicq; tam verbis q̃ apparatu ſui, vultus illos exterruit & proſtrauit, quod ſecundũ Mat. 21.
Origenẽ & Hieronymũ maius fuit miraculũ q̃ Lazari ſuſcitatio, quia tot hominum ingenia Mar. 11.
cõpeſcere ac vires elidere mirabiliſſimũ fuit. His peractis, dũ Chro ꝑmittente, turba ſurrex- Luc. 19
« iſſet, Iudas tãto prodigio nõ correctus, acceſſit oſculãs Ieſum. [Videntes aũt hi q circa ipm Origenes
« erant] .i. apoſtoli prope Chriſtũ ſtantes corde & corpore, [q̃d futurũ erat] .i. ꝙ Ieſus capiẽ- Hieronymus
« dus eſſet ab impijs, [dixerunt ei (.ſ. Chro) Dñe ſi ꝑcutimus in gladio?] .i. das nobis licẽtiã læ
B dẽdi iſtos cũ gladijs q̃s habemus, q ſecũdũ Chryſoſtomũ fuerũt magni cultelli, q̃bus in con-
ſciſſione piſciũ vti ſolẽt piſcatores. Sed q̃uo apoſtoli formidoloſi audebãt hoc dicere, vel vn- Chryſoſtom⁹
de cõfidebãt ſe id facere poſſe, cũ turba illa armata eſſet tã magna? Et rñdendũ, ꝙ apoſtoli vi
ſa turbæ deiectiõe, & ꝙ cũ ſurrexiſſet à terra, adhuc tremula ſtaret ac ꝑturbata, ſumpſerũt au
« daciã, cõfidentes ꝙ turba, Chriſti virtute frenata, eis nõ poſſet reſiſtere. [Et ꝑcuſſit vnus ex
« illis,] videlicet Petrus, reſponſionẽ Chriſti nõ ꝓſtolans, & ardẽti ſui magiſtri amore, aduer-
« ſariorũ crimen exhorrẽs, vlciſciq; cupiẽs, [ſeruũ principis ſacerdotũ] videlicet Malchũ ſer Iohan. 10
« uũ Caiphæ, q põtifex fuit anni illius, [& amputauit auriculã eius dextrã.] Chryſoſtom⁹ ait
ꝙ intẽdebat ei amputare caput. Ambroſius aſſerit Petrũ eruditũ fuiſſe in lege, ita ꝙ nouerat Chryſoſt.
Phinees filiũ Eleazari ſacerdotis diuinitus cõmendatũ, eo ꝙ zelo dei accẽſus, pſodit peccan Ambroſius
tes, propter q̃d ſimili zelo voluit Petrus dei filiũ vindicare. Porrò ꝙ Malchũ magis q̃ aliũ læ Num. 25
ſit, cõtigit, q a hic Malchus p̄ cæteris nitebaᷓ mittere manus in Ieſum, ad cuius latus ſtetit Pe-
« trus tanq̃ audacior & paratior Chriſtũ tueri q̃ apoſtoli alij. [Rñdens aũt Ieſus, ait: Sinite vſq;
« huc.] Hoc dupliciter explanaᷓ. Primo ſic, Sinite vſq; huc .i. ꝑmittite hunc Malchũ ꝑcuſſum
appropinquare ad me, vt curẽ eũ, ſicq; Chrũs his verbis rñdit .i. apte & correctiue loquutus
eſt ad factũ Petri, innuẽs eũ reꝑhenſibilr̃ id egiſſe. Secũdo ſic, Sinite vſq; huc .i. turbã ꝑmitti-
te venite vſq; ad me, vt cõprehẽdat me, & nolite reſiſtere, ſicq; Chrũs rñdit q̃ſtioni apſorũ q̃-
rentiũ, dñe ſi ꝑcutimus in gladio. Vt aũt alij Euãgeliſtæ cõſcribũt, cũ Petrus ſeruũ iſtũ leſiſſet
C loquutus eſt Petro Chrũs: Mitte gladiũ tuũ in vaginã, Calicẽ quẽ dedit mihi pater, nõ vis vt
bibã illũ? id eſt nõ vis, vt ſuſtineã mortem, quã deus pr̃ me ſuſtinere decreuit & vult? Oẽs eñ
q acceprint gladiũ, gladio peribũt .i. q propria & priuata authoritate arripit quodcũq; belli-
cũ inſtrumentũ, vt alterũ lædat, aut ſe vindicet, ipſa ſua iniquitate qua hoc faciendo cõmittit
ſpũaliter interimit ſemetipm, peccãdo mortalr̃, iuxta quẽ ſenſum dñs in Geneſi ait: Quicũq;
effuderit ſanguinẽ humanũ, effundeᷓ & ſanguis illius. Et Salomõ loquiᷓ: Qui fodit foueã, in- Gene. 9
cidet in eã, & qui diſſipat ſepẽ, mordebit eũ coluber. Ex his pater, ꝙ prauiſſima ſit cõſuetudo Proue. 23
multorũ, qui aliquo ſuorũ ꝑcuſſo, vel ſeipſis quid iniuriæ paſſis, ſtatim propria authoritate ni Eccles. 10
tunᷓ vlciſci, & nõ potius ſecundũ ordinẽ iuris ſuã cauſam proſequunᷓ. An putas, q a nõ poſ-
ſum rogare patrẽ meũ, & exhibebit mihi modo plus q̃ duodecim legiones angelorũ? Q̃uo er
go implebunᷓ ſcripturæ? quaſi dicat ſaluator ad Petrũ: Tua defenſione nõ egeo, q tot milliũ
angelorũ poſſem habere auxiliũ, & neceſſe eſt me pati, vt verba prophetarũ de mea paſſiõe ꝓ-
« dicta verificenᷓ & impleanᷓ in me. [Et cũ tetigiſſet auriculã eius (.ſ. Malchi) ſanauit eũ,] re-
« ſtiuendo auriculã priſtino loco, & vulnus repẽte ſanãdo. ¶ Propter eaſdẽ cauſas Chrus hoc Chriſtus cur
egit, propter quas turbã proſtrauit, videlicet. Primo ad ſuæ potẽtiæ declarationẽ. Secũdo vt Malchum ſa
tã pio miraculo, daret ipſis q̃tũ in ſe fuit occaſionẽ pœnitẽdi. Tertio, vt pſiſtẽtes in malitia, nauerit
ꝓrſus inexcuſabiles fierẽt. Quarto ꝓpter apſorũ in fide cõfirmationẽ. Quinto ad noſtrã in-
ſtructionẽ. Cõſideremus in his, & imitari conemur ineffabilẽ pietatẽ, mãſuetudinẽ ac patien
tiã Chri, q crudeliſſimũ ſuũ hoſtẽ tã benigniſſime tetigit & curauit, implens, implendũq; do
cens quod iuſſerat. Diligite inimicos veſtros, benefacite his q oderũt vos. Attẽde ò Chriſtia- Mat. 5
ne, q a à Chro Chriſtianus vocaris. Si ergo Chri virtutes ſecutus nõ fueris, reprobabit te & te Luc. 6

CA. XXII. non eſſe Chriſtianum cẽſebit. ⌊Dixit aũt Ieſus ad eos q venerant ad ſe principes ſacerdotũ,& D
Nume. 11. magiſtratus tẽpli⌋ q fuerunt officiales in tẽplo, ſeu alioꝝ doctores, ⌊& ſeniores⌋ q erãt iudi-
ces ordinarij plebis, ſuccedẽtes ſeptuaginta ſenioribus, q̃s Moſes ordinauit. Iſti tres gradus Iu-
dæoꝝ præcipui, procurauerunt principaliter mortẽ Chri, qbus ideo ſpecialiter loqtur quæ ſe-
Mat. 26 quunt. Sed nõ videt, ꝙ iſti ꝑſonaliter ibi affuerint, imo miniſtros miſerũt. vt alij Euãgeliſtæ fa
Mar. 14 tentur. Ad q̃d primo reſpõdet, ꝙ venerũt & affuerũt nõ corꝑali ꝓſentia, ſed authoritate, & in
turba ab eis directa. Scđo, ꝙ qdã eoꝝ affuerũt, vt res diligẽtius atq; audaci⁹ fieret. Certũ eſt tñ,
ꝙ nec Annas, nec Caiphas, ibi ꝑſonaliter extiterint, ſed forte qdã alij inter ſacerdotes præci-
pui. ⌊Quaſi ad latronẽ exiſtis cũ gladijs & fuſtibus⌋ imo etiã cum laternis & facibus ſecũdum »
Iohan. 18 Iohãnẽ, ad cõprehendẽdum me inermẽ ac innocẽtẽ, ⌊cum q̃tidie vobiſcum fuerim in tẽplo⌋ »
id eſt, frequẽter & diebus multis, ſed omnibus ad hoc deſuꝑ præordinatis, ⌊nõ extẽdiſtis manus »
veſtras (ſacrilegas) in me⌋ ſed iã tꝑe nocturno venitis ad me, quaſi modo nõ queam euadere, »
qui vno verbo vos proſtraui. Hoc loqtur Chrs, probãdo iniuſtitiã & dolũ illoꝝ, qa vt alibi ait
Iohan. 3. Omnis qui facit veritatẽ venit ad lucẽ, q autẽ male agit, odit lucẽ. ⌊Sed hæc eſt hora vr̃a⌋ .i. ve- »
ſtro dolo, peccatoq; cõgrua. ſ. tꝑs nocturnum, vel hora veſtra .i. vobis cõceſſa ſeu permiſſa ad
inuadẽdũ me, ⌊& poteſtas tenebraꝝ⌋ .i. tyrãnica violẽtia principũ veſtroꝝ & dæmonum, q̃- »
rum inſtigatiõe poteſtatem hãc exercetis in me, vel poteſtas tenebraꝝ, id eſt, veſtra tenebro-
ſa ac vitioſa poteſtas, propter eius abuſum in me. ⌊Cõprehẽdẽtes aũt eũ, duxerunt ad domũ »
Iohan. 18 principis ſacerdotum.⌋ Hoc Iohannes plenius exprimit, dicens: Cohors ergo & tribunus, & »
miniſtri Iudæoꝝ, cõprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum, & duxerunt ad Annã primum .i. E
primo, antequam ducerent eum ad Caipham, qa (vt dicitur) primo occurrit eis in via domus
Annæ, & etiã ad cõplacẽdum ei, & propter reuerẽtiã eius, qa præcedenti anno extiterat põti-
fex, & ſocer Caiphæ fuit. Ligarunt autẽ Chriſtũ duris funibus fortiter atq; crudeliter, & ſecun-
dum Bernardum, ferream catenã miſerunt in collo ipſius. Timebant eñ, ne manus eoꝝ ela-
beretur, ſicut ſæpe fuit elapſus, & quoniã intendebãt eum præſidi præſentare, vt reum mortis.
Tales autem cõſueuerunt ligare. Et hoc Chriſtus pati dignatus eſt, vt nos à vinculis vitiorum,
Mat. 26 atq; ab æternæ dãnationis nexibus liberaret. Tunc (vt ait Matthæus) diſcipuli oẽs relicto eo,
fugerunt. Nec obſtat q̃d ſubditur. ⌊Petrus autem ſequebatur eum à longe.⌋ Primo eñ fugit »
cum alijs apl's, ſed cum turba cum Chr̃o aliquãtulum proceſſiſſet, Petrus ſui magiſtri tractus a-
more redijt, & cum timore à longe eſt ſecutus, nõ audens in via prope accedere, ne cognitus ca
Mar. 14 peretur. Marcus quoq; affirmat, ꝙ adoleſcens quidã ſequebatur eum à longe. amictus ſyndo-
ne, id eſt, alba ac linea veſte ſuꝑ nudo. ſ. corꝑe & tenuerunt eum. At ille relicta ſyndone, nudus
hoc eſt, paꝝ veſtitus profugit ab eis, Et quãuis aliqui dicant, adoleſcentem illũ fuiſſe Iacobũ mi
norem, cõmunius tamen & probabilius fertur, ꝙ fuit Iohãnes apoſtolus, q de ſeipſo teſtat: Se-
Iohan. 18 quebatur Ieſum Simon Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus autẽ ille erat notus põtifici, & in-
troiuit cum Ieſu in atrium põtificis. ſ. Annæ. Petrus autẽ ſtabat ad oſtium atrij foris nõ audens
vel nõ ꝑmiſſus intrare. Exiuit ergo ille alius diſcipulus q erat notus põtifici, vel qa piſces ad do-
mum eius aliquãdo ferre cõſueuit, vel quoniã pulcher ac nobilis proſapię fuit, qa de tribu Iuda
& ſemine Dauid, & dixit oſtiariæ, rogãdo eã, vt Petꝝ ingredi ſineret, ſicq; illa annuẽte intro-
duxit Petrum. Itaq; arbitror ꝙ Iohãnes & Petrus ſimul cœperunt ire poſt Ieſum iã compre- F
henſum, deinde Iohãnem tanquã minus timẽtẽ paꝝ ꝓiſſe Petrũ, & tunc ab impijs tẽtũ, ſed eua
ſiſſe, & veſte ſua recuperata, rurſus iſſe poſt Ieſum, ita vt vſq; ad crucẽ & mortẽ eius nõ diſceſſe
rit ab eo. ⌊Accenſo autẽ igne in medio atrio, & circũſtãtibus illis⌋ puta miniſtris pontificis ad »
ignẽ, qa (vt ait Iohannes) frigus erat, vt moris eſt in Martio poſt mediã noctẽ, ⌊erat Petrus in »
medio eoꝝ⌋ videlicet agnus inter lupos. Atriũ autẽ eſt ſpacium ſeu platea ſub diuo, inter pri- »
Mat. 26 mã portã & ſecundã. Optauit aũt Petrus videre rei exitũ (vt ait Matthæus:) ⌊Quẽ cum vidiſ- »
ſet ancilla quędã ſedẽtem ad lumẽ, & eum fuiſſet intuita⌋ diligenter cõſiderãs vultum eius, & »
apparatum ac habitũ, vt conijceret an Petrus eẽt diſcipulus Ieſu, ⌊dixit⌋ cæteris ad ignẽ ſeden »
tibus. ⌊Et hic (vir) cum illo (.ſ. Ieſu) erat⌋ .i. ei ante ſuã captionẽ adhæſit, tanquam diſcipulus. »
⌊At ille negauit eum dicẽs: Mulier nõ noui illũ,⌋ in q̃ patet Petri fragilitas. ⌊Et poſt puſillũ⌋ »
videlicet modico tẽpore interiecto, ⌊alius (de miniſtris) vidẽs eum dixit: Et tu de illis es⌋ .i. de »
ſocietate & numero diſcipuloꝝ Galilæi iſtius. ⌊Petrus vero ait: O homo, nõ ſum: Et interual- »
lo facto quaſi horæ vnius, alius qdem affirmabat, dicẽs: Et hic cũ eo erat (.i. cũ Ieſu) nã & Gali- »
Ibidem. læus eſt⌋ ſicut & Ieſus, vnde Matthęus dictum affirmat, nã & loquela tua manifeſtum te facit. »
Quãuis eñ Galilæi eẽnt Iudæi, ſicut habitatores Hieruſalẽ, tamẽ in modo loquẽdi ideoma He
bræum aliqualiter diſcrepabat, quẽadmodum videmus vrbium eiuſdem prouinciæ in loquẽ-
do aliqualiter diſcrepare. ⌊Et ait Petrus: O homo, neſcio qd dicis.⌋ Porro ſecundũ Matthęũ »
Ibidem. Petrus primo negauit ſimpliciter. In ſecunda interrogatione magis perterritus, negauit cũ iu-
ramento. In tertia maxime territus, cœpit deteſtari & iurare, quia nõ nouiſſet hominem, imo
Mar. 14. ſecundum Marcum, cœpit anathematizare, hoc eſt, cum execratione iurare, imprecando ſi-

bi ipſi

A bijſpſi mala,ſi mentiretur negando,in quo patet magna eius infirmitas. Sed Chriſtus nõ ſine
cauſa permiſit tam prælectum apoſtolum taliter ruere & peccare,ſed vt Petrus ex propria
fragilitate & culpa diſceret ſuo tempore alijs miſereri,& item,vt nec ipſe, nec cæteri fideliũ
iſta noſcentes,de ſuis viribus vnquã præſumant. ¶Præterea aduertendum, ꝙ circa deſcri-
ptionem trinæ negationis Petri,beatiſſimi Euangeliſtæ multũ diuerſimode loqui videntur,
quamuis à veritate nõ diſcrepent,contrariari autẽ videntur. Primo,quia ſecundũ Lucam,ſe
cunda negatio Petri facta eſt viro eũ interrogante,ſecundũ Matthæũ vero facta eſt muliere Mat.26
ei imponente,ꝙ eſſet diſcipulus Ieſu,ſed(vt ait Iohãnes)facta eſt ad plurium interrogationẽ Iohan.18
& prope ignem,cũ tamẽ Matthæus dicat eſſe factã Petro ianuã exeunte. Sed iſtud ſatis faci-
le concordatur. Ancilla etenĩ Petrum accuſante,viri hoc audientes accurrebant,& verba fœ
mine confirmabant,ideo Iohannes dicit,hoc ad vocem pluriũ accidiſſe,Lucas ad vocẽ vni-
us,qui forte importunius inſtitit Petro. Inſuper quod Iohãnes aſſerit iſtud prope ignẽ pera- Ibidem.
ctũ,Matthæus prope ianuã,cõcordatur dicẽdo,ꝙ Petro ſe vertẽte ab igne ad exeundũ,ali-
qui inſequuti ſunt eũ,imponẽtes ei ꝙ eſſet diſcipulus Ieſu,ſicq́ꝫ iuxta ignẽ negatio quaſi ince Mat.26
pit,& modica fuit diſtantia inter ignẽ & oſtium,ideo Euangeliſtæ non curauerunt locũ tam
determinate exprimere,ſed principaliter intenderunt oſtendere Petrũ ter negaſſe, ſicut ꝑdi
xit ſaluator. Sed difficilius videtur poſſe concordare,ꝙ ſecundum Iohannẽ prima negatio
facta eſt in domo Annæ,quã Matthæus factam affirmat in atrio Caiphæ. Ad quod docto-
B res diuerſimode reſponderunt. Auguſtinus enĩ tenet,omnes tres negationes in domo An- Mat.26 Auguſtinus
næ completas,& quod alij Euangeliſtæ dicunt,per recapitulationẽ debere intelligi,Chryſo
ſtomus vero ſentit,ꝙ tres negationes factæ fuerunt in domo ſeu atrio Caiphæ,& ꝙ Iohãnes Chryſoſt.
ait de prima negatione,per anticipationem eſſe intelligendũ. Multa enĩ in ſcripturis per anti Iohan.18
cipationẽ & recapitulationem leguntur,quoniã geſta non ſemper recitantur eo ordine quo
ſunt facta. Alij dicunt primã negationem eſſe factã in domo Annæ,alias duas in domo Cai-
phæ. ⌊Et continuo adhuc illo loquente,⌋ i. Petro in verbis negationis Chriſti occupato,
⌊gallus cantauit,⌋ ſecunda vice ſecundum Marcum,vt tactum eſt. ⌊Et cõuerſus dñs⌋ Ieſus Mar.14
Chr̃s ab æquitate qua Petrũ negare permiſit,opẽ gratiæ nõ ꝓſtãdo ad ſuæ effectũ clemen-
tiæ,⌊reſpexit Petrum⌋ i. mentem eius miſericorditer tetigit,illuſtrauit,& ad ſui exceſſus cõ
ſiderationem excitauit,compunctionis & pœnitentiæ gratiã dedit. Hic eſt reſpectus pieta-
tis diuinæ,quẽ optat qui ait: Reſpice in me,& miſerere mei. ⌊Et recordatus eſt Petrus verbi
domini quod dixerat,quia priuſq̃ gallus cantet, ter me negabis,⌋ quod ſupra expoſitũ eſt. Pſal.85
⌊Et egreſſus foras,⌋ ſocietatẽ & domũ impiorũ relinquens, quia ibi & inter tales nõ eſt ap-
tus pœnitentiæ & fletuũ locus,⌊fleuit amare⌋ i. cũ prætcordialiſſimo cordis dolore ſuũ de-
planxit peccatũ,ꝙ tam dulciſſimũ,chariſſimũq́ꝫ magiſtrũ ac dominũ toties & tã dire negaſ-
ſet. ¶Refert aũt ſanctus Clemẽs,ꝙ Petrus ex hac nocte traxit in cõſuetudinẽ,ꝙ omni nocte
à primo gallorũ cantu vſqꝫ ad horam matutinã ſtetit in oratione,ſuam vberrime negationẽ Clemens.
deplangens,ita ꝙ facies eius ex lachrymis videbatur quaſi exuſta. Deniqꝫ Lucas & alij Euan
geliſtæ omittunt,quẽadmodũ Chriſtus in domo Annę ab ipſo Anna interrogatus ſit de ſua
doctrina & de diſcipulis ſuis. Cui Chrũs nihil de diſcipulis ſuis reſpondit,quia iam fugerunt Iohan.18
ab eo,nec erant laudãdi pro tunc,de doctrina vero ſua reſpondit. Ego ſemper docui in ſyna
C goga & palàm. Quid me interrogas? Interroga eos,qui me audierunt. Hoc protulit Chrũs,
quia ſciebat ꝙ Annas malitioſe,non animo addiſcendi interrogauit, tuncq́ꝫ vnus miniſtro-
rum dedit alapam Ieſu,& Annas miſit Ieſum ligatũ ad Caipham. ⌊Et viri qui tenebãt eũ,⌋
ſ. Chriſtum cuſtodientes eũ ligatum,⌊illudebant ei cædentes⌋ i. caput,collum,& genas ip
ſius impijſſime percutientes,⌊& velauerũt eum⌋ i. oculos eius velo operuerunt. Marcus ve
ro ait,velauerunt faciem eius, quod fecerunt,Chriſtum vehementiſſime deſpiciendo, & q̃ſi Mar.14
indignus eſſet eos aſpicere,aut videri ab eis,⌊& percutiebant faciem eius,⌋ alapas ei dando.
Matthæus autẽ plenius ait. Tunc expuerunt in faciem eius,& colaphis eũ ceciderunt. ſ. col- Mat.26
li eius percutiendo,quod ex maxima Chriſti aſpernatione quaſi viliſſimus, ſceleratiſſimusq́ꝫ
omniũ hominũ extitiſſet. Et ecce hæc omnia propter nos pati dignatus eſt, dominus virtu- Pſal.23
tũ,rex gloriæ,vniuerſorũ creator,& ſanctus ſanctorũ,vt ſua deſpectione,vilipenſione, con-
ſputatione,percuſſione tẽporali,nos ab æterna reprobatione,aſpernatione, illuſione,& tri-
bulatione eriperet,deoq́ꝫ pr̃i honorabiles exhiberet beatos & glorioſos. Itaqꝫ grati ſimus,&
iſta q̃tidie cũ debita pietate,cõpaſſione,gratiarũ actione & imitatiõe ſagaciter ac ꝓfunde pẽ-
ſemus. Horũ intuitu,omnẽ iniuriã,vilipẽſionẽ,ac vituperationẽ,q̃ſi nihil cũ gaudio ſuſtinẽ-
tes,& gratias Chriſto agentes,quod ſaltẽ in modico ei cõformari,ac vicẽ rependere nũc va
lemus,quẽadmodũ apoſtoli ibant gaudentes à conſpectu cõcilij,qm̃ digni habiti ſunt pro no
mine Ieſu contumeliã pati. ⌊Et interrogauerunt eum dicentes: Prophetiza nobis, quis eſt, Act.5
qui te percuſſit?⌋ Hoc ſimiliter irriſorie,crudeliterq́ꝫ dixerunt, quaſi oculis eius exteriori-
bus velatis,interioribus oculis intueri non poſſet, à quo eſſet percuſſus, & quia ſe à populo

CA.XXII. prophetā dici permiſit, iſtud inquirunt, volentes probare, ꝙ pcuſſorem ſuum ignorās, nō eēt D
Iohan.7. propheta. ⌊ Et alia multa blaſphemātes dicebāt in eum ⌋ .i. verbis blaſphemus quā plurimis nō
deſcriptis ei cōuitiabanſ, vocātes eum ſeductorē, ſacrilegum & blaſphemum. ⌊ Et vt factus eſt
Mat.26 dies ⌋ Multa hic omiſit Lucas, quæ Matthæus & Marcus deſcribunt, quemadmodū in ipſa no
Marc.14 cte, ſeu añ mane Chřo veniente ad Caipham, vbi tunc ſcribæ & phariſæi ac ſeniores cōuene-
rant, Chři præſtolātes aduentū. Caiphas & ſeniores & oĩe cōſilium q̃rebant falſum teſtimo-
nium cōtra Ieſum, vt eum morti traderent, nec inuenire potuerunt, q̃uis multi falſi teſtes cōtra
ipſum teſtimonia falſa dixiſſent. Deinde duo falſi teſtes dixerunt. Hic dixit: Poſſum deſtruere
Iohan.2. templum dei, & poſt triduum reædificare illud. Cūq; Chřs ad oĩa hæc taceret. Caiphas ira ſuc
cenſus, & ſurgens de ſolio, adiurauit Chriſtum dicēdo: Adiuro te ꝑ deū viuum, vt dicas nobis,
ſi tu es Chřs filius dei viui? Ad q̃d cum Chřs dixiſſet. Tu dixiſti, & amodo videbitis filium ho-
minis ſedentem à dextris virtutis dei, & venientem in nubibus cœli. Caiphas ſcidit veſtimēta
ſua dicens: Blaſphemauit: Quid vobis videtur? Reſponderunt: Reus eſt mortis, & tunc (prout
Mat.26 Matthæus & Marcus deſcribunt) fecerunt Chřo cōtumelias iā præfatas, deinde accidiſſe vide-
Marc.14 tur ꝙ Lucas nunc recitat. ⌊ Et vt factus eſt dies (.ſ. claro mane) cōuenerunt ſeniores plebis, &
principes ſacerdotum & ſcribæ, & duxerunt illum in cōſilium ſuum ⌋ id eſt, coram ſe præſenta
ri iuſſerunt, ⌊ dicentes: Si tu es Chřs, dic nobis palam. ⌋ Itaq; iā pluries cōuenerūt, quā in nocte
& Annas iam affuit, ſicq; q̃ſtionem à Caipha ante propoſitā, nunc corā oĩbus repetierūt, vt
audita Chři reſpōſione eum vnanimiter accuſarent. ⌊ Ait illis: Si vobis dixero, ⌋ veritatem .ſ.
eſſe me Chriſtū, ⌊ nō creditis mihi ⌋ ſicut nec ante mihi credidiſtis, qñ ꝑ multa miracula proba
ui me eſſe Chřm, qa nō ad credendū & proficiendū, ſed ad calumniandum & accuſandum me
interrogatis, ⌊ ſi autē interrogauero (vos) nō reſpōdebitis mihi. ⌋ Hoc ait ſaluator, q iā añ in- E
interrogauit de Iohannis baptiſmo, an eſſet de cœlo, an ex hoĩbus. Item de Chřo, quō Dauid
vocet eum dñm ſuum, ſi filius eius eſt, & nō reſpōderunt ad iſta, vel ex ignorantia, vel ne plebis
offenſam incurrerent, aut redarguerētur ac cōuincerētur à Chřo, ſicut & modo, ſi ad Chři in-
terrogationem reſpōdiſſent, ⌊ nec dimittetis ⌋ abire vt innocentē, cum tñ ſim innocens. ⌊ Ex
hoc autem (.i. poſt tps iſtud) erit filius hoĩs ſedens à dextris virtutis dei, ⌋ .i. in potioribus bo-
nis dei patris, q̃d impletum eſt, cū in aſcenſione corpe glorificato aſcēdit ad cœlum empyreū,
Chřus in eſſentiali merito nō profecit. & pfectā beatitudinem ſcd̃m ſuā humanitatem ſortitus eſt, etiam q̃ ad præmium accidētale, in
eſſentiali autē præmio nō profecit, ſed ab incarnatiōis principio fuit in illo pfectus. Itaq; de-
xtera dei ſpūaliter intelligitur fruitio optimoꝝ bonoꝝ ipſius, & beatifica vnio ſeu præcipua.
Chriſtus q̃q; ſcd̃m diuinitatē æternaliter ſedet à dextris patris, & in vera æqualitate, & eadem
maieſtate cum ipſo quieſcit. ⌊ Dixerūt autē oēs ⌋ Aliq̃bus eñ dicētibus, cęteri cōſenſerūt. ⌊ Tu
ergo es filius dei? ⌋ Sciebāt eñ ex mō loquēdi Chři, ꝙ ꝑ hoĩs filiū notaret ſeipm, & qm̃ dixit fi
lium hoĩs ſeſſuꝝ ad dextrā patris, q̃d proprie cōuenit Chřo filio dei, iuxta illud: Dixit dñs dño
Pſal.109. meo, ſede à dextris meis, concluſerunt ꝙ Ieſus ſe dei filiū affirmaret, ⌊ Qui ait: Vos dicitis ⌋ q̃d
Mat.22. veꝝ eſt ⌊ qa ego ſum filius dei. At illi dixerunt: Quid adhuc deſideramus teſtimoniū? ⌋ contra
Lucæ.20 iſtum, ꝙ mortis reus probeſ. ⌊ Ipſi eñ audiuimus de ore eius, ⌋ ꝙ ſe Chřm dei filium noĩauit,
imo vtiq;, vt ex euāgelio Iohānis oſtendiſ, hoc Chřs frequēter ac euidēter añ hūc diē, proteſta
tus eſt eis verbis & teſtimonijs ſcripturaꝝ atq; miraculis, ita ꝙ credere tenebanſ. Vñ nūc impie
cōcluſerūt, ꝙ ideo mortē promeruiſſet, qa eē ſe Chřm dei filiū cōfeſſus fuit. ¶ Porro aliq putāt F
Mat.26. hāc Chři examinationē & interrogationē eē eādē, de qua Matthæus & Marcus loquunſ, vt ta
Mar.14. ctum eſt, ſed obuiare uideſ, q̃d Matthæus examinatiōe & interrogatiōe illa deſcriptis, ſimiliter
Petri negatione, & Chři velatione, pcuſſione, & conſputatione, quia ſe Chriſtum eſſe teſtatus
Mat.27. fuit deſcriptis, ait: Mane autem facto, concilium inierunt omnes principes ſacerdotum & ſe-
niores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent.

¶EXPOSITIO CAPITVLI VICESIMITERTII.

Articulus. XLIX.

Mat.20. SVbinde deſcribiſ, quō Chřs à Iudæis pſentatus ſit pſidi gentili, & ab
Marc.10 ipſo ac eius miniſtris occiſus, ac multipliciter tribulatus, ſecundum ꝙ
Lucæ.18. Chrūs prædixit. Ecce aſcendimus Hieroſolymā, & filius hominis tra
detur gētibus ad illudendū, & flagellādum & cōſpuendum, & occidēt
eum. ⌊ Et ſurgens omnis multitudo eoꝝ ⌋ .i. oēs principes ſacerdotū
& ſcribæ ac phariſæi & ſeniores, ſeqēute eos populo copioſo, ⌊ duxe-
Mat.27. runt illū (videlicet Ieſum) ad Pilatū ⌋ & vt ait Matthæus, vinctū obtu
Mar.15. lerunt eum Pilato. Marcus vero ait vincientes Ieſum, tradiderūt eū
Pilato, nō ꝙ tunc primo vinxerint eū, ſed forte ad tps fecerūt eū à vin
culis ſolui, & iā iteꝝ vinxerūt, vel vinxerūt eū iā magis ignominioſe
quā ante manibus forſitan retroligatis. ⌊ Cœperunt autē accuſare illum dicētes: Hunc ⌋ quem
ex deſpectu nō expreſſerunt, ⌊ inuenimus ſubuertentē ⌋ .i. male inſtruentem ac decipientem

⌊ gētem

A ⌊gentẽ noſtram⌋ videlicet plebẽ Iudaicã, & ⌊prohibẽtẽ tributa dari Cæſari⌋ vt ſic prouoca-
ret Romanos aduerſus nos, ⌊& dicẽtem ſe Chriſtũ regẽ eſſe,⌋ ꝙ aiunt Chriſtũ regẽ, quaſi ex-
poſitorie dicunt, vt Pilatus clarius intelligeret eos. Ipſi autẽ noĩe Chriſti intelligebãt regẽ, imo
& maximũ regẽ, videlicet regem Meſſiam. Pilatus vero tanquã gentilis, nõ ita ſciebat q̃d nota
rent p̃ Chriſtũ ideo addiderũt regem, vt Pilatus intelligeret Ieſum voluiſſe vſurpare regnum
terrenũ. ⌊Pilatus aũt interrogauit eũ dicẽs: Tu es rex Iudæoꝝ?⌋ Iudæi iſti tria obiecerãt Chr̃o
ſed de primo nõ curauit Pilatus. ſ. an Chr̃s bñ vel male docuiſſet Iudæos, ipſe eũ fuit Gẽtilis &
legẽ Iudæoꝝ velut ſupſtitionẽ cõtempſit, ſed alia duo videbãtur cõtrariari Romano imperio.
Pilatus vero cognouit, ꝙ primum hoꝝ duoꝝ eſſet falſum, q̃a iã ante p̃cepit Ieſum dixiſſe. Red Matt.22
dite q̃ ſunt Cæſaris Cæſari, & q̃ ſunt dei deo. Idcirco de tertio ſciſcitaꝛ, ꝙ magis videbaꝛ dero- Lucæ.20
gare imp̃atori. Romani etẽm p̃ceperunt, ne q̃s abſq; eoꝝ licentia ſeu cõſenſu ſe regem voca-
ret, nã monarchiam habebãt. Petijt ergo Pilatus à Ieſu, an eſſet rex Iudæoꝝ de iure, q̃a vide-
bat ꝙ de facto nõ eſſet rex mundialiter regnãs. ¶ Porro Iohannes Euãgeliſta hic aliqua addit,
quæ Lucas nõ ſcribit. Ait quippe Iohannes: Adducunt ergo Iudæi Ieſum à Caipha in præto- Iohan.18
rium, id eſt, in domũ vbi prætores ſeu præceptores cauſas populi iudicãtes ſedere ſolebãt. Et
ipſi Iudæi non introierunt prætorium, vt nõ cõtaminarentur, ingrediendo domum viri Gẽ-
tilis, quia Pilati fuerat prætorium, ſed vt mãducarent paſcha. i. azimos panes, quibus immũdi
veſci nõ poterãt, immundos autem ſe reputaſſent, ſi contra legem domum intraſſent Genti-
B lis. Exiuit ergo ad eos Pilatus foras & dixit: Quã accuſationẽ affertis aduerſus hominẽ hunc?
Quaſi dicat. Præſentaſtis eum mihi ita ligatum, quaſi mortis ſit reus. Quid ergo obijcitis ei. Cõ
ſuetudo nempe fuit Romanis non damnare hominem, niſi præſentes haberent accuſatores, Actoꝝ.25
locumq́; defendendi acciperet ad abluenda crimina ſibi impoſita, vt in actis habetur: Reſpon- Iohan.18
derunt. Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Dicit ergo eis Pilatus: Accipi-
te eum vos, & ſecundum legem veſtrã iudicate eum. Dixerunt Iudæi: Nobis non licet interfi-
cere quenquam. Hoc dixerunt, vel quia durante feſto paſchali, hoc non licuit eis, ne ſanguinis
effuſione, tantæ ſolennitatis ſanctitatem fœdarent, vel quia Romani abſtulerunt eis iudicium
ſanguinis, q̃uis minora iudicia reliq̃rint eis, vt aliqui opinantur, vel callide hoc dixerũt, q̃tenus
Chriſto à iudice Gentili damnato, ipſi viderentur immunes. Introiuit ergo in prætorium Pi-
latus, & vocauit Ieſum, vt ſibi in loco quieto ſeorſum, perfectius eum examinaret & dixit: Tu
es rex Iudæorum? Hoc interrogauit Pilatus poſt accuſationem à Iudæis factam, quam hic Lu
cas deſcribit. Deniq; Lucas ſubiungit. ⌊At ille (.ſ. Ieſus) reſpondens Pilato ait: Tu dicis⌋ q̃ſi
dicat. Ego nec nego nec affirmo hoc nunc, ſed tu dicis quòd verum eſt. Ait autem Pilatus ad
principes ſacerdotum & turbas, nihil inuenio cauſæ in hoc homine⌋ Pilatus enim Chriſti re-
ſponſionem accepit, quaſi diceret ſe non eſſe regem. ſ. temporalem, vnde Iohãnes plenius iſta
deſcribens, ait Ieſum dixiſſe Pilato: Regnum meum non eſt de hoc mundo, hoc eſt, tale quale Ibidem.
eſt regnum mundanum, ſed eſt cœleſte ac ſpũale, quaſi dicat. Non derogaui imperatori, quæ-
rendo dominationem terrenam ac temporalem, imo (vt apud Iohannẽ habetur) cũ Iudæi vo- Iohan.6.
luiſſent eum facere regem, fugit, vnde adiecit. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri
vtiq; mei decertarent pro me, vt nõ traderer Iudæis. Dixit ergo ei Pilatus: Ergo rex es tu? Re-
ſpondit Ieſus: Tu dicis, quia rex ſum ego, ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt
C teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, hoc eſt ex deo non ſolũ per crea-
tionem, ſed & per prædeſtinationem & imitationẽ, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid
eſt veritas? Et cum hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos dicens: Ego nullam in eo cauſam in-
uenio, ſicut nunc recitat Lucas, qui ſubdit. ⌊At illi⌋ puta Iudæi ⌊inualeſcebãt⌋ hoc eſt, impe-
tuoſius & fortius quam ante clamabant, audito quòd præſes Ieſum excuſaret, ⌊dicentes: Cõ-
mouit populum⌋ id eſt, ſuis doctrinis & falſis prodigijs plebem noſtram turbauit, ſubuertit,
& ad illicita concitauit, ⌊docens per vniuerſam Iudæam,⌋ hoc eſt, per totam noſtram regio- Lucæ.9
nem, ⌊incipiẽs à Galilæa⌋ ibi enim primo exorſus eſt diſcipulos congregare, prædicare, atq; Matt.4
miracula facere. In Galilæa namque vocauit Petrum, & filios Zebedæi, & in Chana Galilææ Marc.1.
fecit primum ſuum miraculum, mutando aquam in vinum, ⌊vſq; huc⌋ hoc eſt, pertingens ac Lucæ.6.
veniens, prædicando & alios ſubuertendo, vſque Hieruſalem ciuitatem Iudeæ metropolita- Iohan.1.
nam ſeu principalem. Iudæa autem interdum accipitur prout diſtinguitur à Galilæa & Sama- Iohan.2.
ria, ſed nunc ſumitur prout prouincias illas includit. ¶ Omnia iſta conſideranda ſunt nobis ad
compaſſionem, ad imitationem, ad gratiarum actionem. Conſideremus ergo quàm obpro-
brioſiſſime fuerit Chr̃us Pilato oblatus, quàm falſiſſime accuſatus, q̃ manſuete, patienter ac ſi-
lenter ſe habuit, ſicq́; omnẽ mundi vanitatem & gloriam contemnamus, verborum iniurias ac
mendaces accuſationes æquanimiter toleremus, tamẽ interdũ propter ſcãdalum euitãdũ licet
ſe veraciter excuſare. ⌊Pilatus aũt audiẽs Galilæã (noĩari) interrogauit ſi hõ Galilæus eẽt⌋. i. an
Ieſus de Galilæa oriundus cõſiſteret. Quãuis em̃ in Bethlehẽ Iudæ fuerat nat⁹, tñ in Galilæa fuit Lucæ.2.1.
cõcept⁹, & cõuerſat⁹, propter q̃d Ieſus Nazarenus vocat⁹ eſt. ⌊Et vt cognouit⌋ ex reſpõſio- Mat.26.

Mar. 16 ne eorū, quas interrogauit, ⌊ꝙ de Herodis poteſtate eſſet,⌋ hoc eſt, de prouincia atq; domi- „
Lucæ.18 nio Herodis Antipæ, Tetrarchæ Galilææ, qui decollauit beatiſſimū Iohannem Baptiſtā,& D
Iohan 18 fuit maioris Herodis, ſub quo natus eſt Chriſtus, filius ⌊remiſit eum ad Herodem⌋ cupiēs ſe „
Iohan.19 exonerare ab eius iudicio, quē nouit innocentē, mendaciter accuſatū,& ex inuidia traditum,
Acto.2 & ne manū ſuā mitteret in meſſem alienā,& ſicut ait Theophilus, in hoc egit Pilatus ſcd̃m le-
Lucæ.2 gē Romanorū, quę iuſſit quēlibet à ſuæ ditionis principe iudicari ⌊qui & ipſe (Herodes) Hiero „
Mar. 6 ſolymis erat illis dieb⁹⌋ ſolēnitatis Paſchalis propter feſtū. Fuit em̄ Iudæus religione & natu „
Lucæ.3 nam & pr̄ eius, q̄uis eſſet natiōe gentilis, vc; Idumæus, tñ proſelytus factus eſt .i. Iudæorū ritū
aſſumpſit,& circūcidi ſe fecit amore cōiugis ſuæ, quę fuit Iudæa,& vt dr̄ etiā aliā habuit vxo-
rē Hieroſolymitanā, de qua genuit hūc Herodē Antipā, ⌊Herodes aūt viſo Ieſu, gauiſus eſt „
valde⌋ nō ex deuotōe, ſed curioſitate, cuius gaudij cauſa ſubiūgit: ⌊Erat em̄ ex multo tpe cu „
piens videre eum⌋ .i. diu optauit Ieſum videre, præſertim ex eo tpe, quo decollauit Iohannē „
quia poſt hoc cœpit Ieſus magis publice p̄dicare ac miracula facere, ita ꝙ fama eius ad Hero-
dem puenit, ideo ſequit, ⌊ideo ꝙ audiret multa de illo⌋ vc; de Chr̄i miraculis, eloquentia,& „
Matth 9 doctrina. Vnde Euāgeliſtæ dicūt, ꝙ ſtatim in principio prædicatiōis Chr̄i exijt ſama eius in
Lucæ.4 vniuerſam regionem ⌊& ſperabat ſignū aliq̄d videre ab eo fieri⌋ Naturale em̄ hoībus eſt li- „
1. Cor.1 bēter videre mirifica atq; inſolita, ſpecialr̄ quoq; vt ait Apl̄us: Iudæi ſigna petūt,& ſupra ſcri
Lucæ.9 ptum eſt dixiſſe Herodē de chr̄o: Quis eſt iſte de q̄ talia audio ⌊Interrogabat āt illū⌋ .ſ. Ieſum „
Marc.2 ⌊multis ſermonibus⌋ .i. varias quęſtiones ꝑpoſuit Chr̄o, quę nō ſunt ab aliquo euāgeliſtarū „
deſcriptę, ſed aliqui opinant, ꝙ interrogauit Ieſum, an eſſet ille ꝑpter quē pr̄ ſuus fecit occidi E
infantes atq; ſilia. ⌊Et ipſe Ieſus nihil ei rn̄debat⌋ qa Herodes indignus fuit, eò ꝙ ex curioſita „
te fuerit motus, Chr̄us quoq; noluit p Herodē liberari à paſſione. Si aūt feciſſet corā eo mira
culum aut iuxta ſapiam ſuā reſpōdiſſet Herodi, nō pmiſiſſet Herodes eū occidi, ideo quoq; ta
cuit Ieſus, vt daret exemplū vitandi oſtentationē corā magnatibus. ⌊Stabāt etiam principes „
ſacerdotū & ſcribæ (.i. legiſdoctores) conſtanter (.i. audenter & ptinaciter) accuſantes eū.⌋ „
eiſdem forte cauſis, quibus & añ Pilatū accuſauerāt eum, ſed Ieſus nihil reſpondit, patientiam
docens,& incorrigibiliū cędens furori, p̄ſertim qm̄ opera eius q̄ fecit, videlicet ſanctitas vitæ
& miraculorū excellentia, quibus vſq; in hāc horā præfulſit, eū etiam ſilentē excuſabant, imò
ex ſua taciturnitate mitiſſima, patuit innocētia eius. Vñ Pilatus maxime mirabat de Chr̄i ta
citurnitate, ſciēs ꝙ vnico verbo potuiſſet ſe excuſare ⌊Spreuit illū Herodes cū exercitu ſuo⌋ „
Iob 2 Tanq̄ ſimplicē & fatuū, eo ꝙ nec ſibi nec accuſatoribus quippiā rn̄deret. Vnde in Iob ſcriptū
eſt. Deridet iuſti ſimplicitas, ⌊& illuſit, indutū veſte alba⌋ vt ſolent fatui derideri & ſic filius „
dei dignatus eſt de iudice ad iudicem mitti ac taliter derideri, vt nos rei à iudicio reprobatio
nis ac damnationis æternæ liberaremur,& ab æterna cōfuſione ac dæmonū illuſione eripere
mur, ſtolaq; immortalitatis ac gloriæ veſtiamur,& merito Chriſti verę deſup ſapīæ cōſortes
ac filij efficiamur. Itaq; gloriemur, qñ deſpicimur, nec veſtiū pompā, ſupfluitatē & curioſitatē
amemus, ſed qa dn̄s & ſaluator nr̄ pro nobis paſſus eſt, ꝑpēdamus cum grārū actōe efficaciq;
1. Cor.4 imitatōe. Nēpe ſi ille q eſt increata ſapia, atq; oīpotens virtus dei pr̄is, ꝑpter nos ita derideri
dignatus ē, cur nos infirmi ignorātijs pleni,& vitijs obtenebrati, voluimus ſapiētes & virtuo
Iohan. 13 ſi reputari,& irriſoribus nr̄is ꝑtinus indignari? Nō eſt ſeruus maior dn̄o ſuo nec diſcipulus ſa F
piētior ſuo mgr̄o. ⌊Et remiſit (Ieſum) ad Pilatū reputās Chr̄m ſua ſubuētiōe īdignū,& vt Pi „
latus hoīes in ſuo dn̄io captū iudicaret, ꝙ & iō fecit, qa pōtifices & Iudęos nolebat offēdere
Chr̄m eripiēdo, ſʒ poti⁹ illis placere, ipſm taliter deridēdo corā tot milib⁹ hoim,& regia vrbe
& feſto p̄cipuo ⌊Et facti ſūt amici Herodes & Pilat⁹ in ipſa die⌋ Pilatus em̄ honorauit Herodē „
mittēdo ad eū hoīem ſuę ꝑuincię,& cām illius, diſcretōi Herodis cōmittēs ⌊Nā antea īimici „
erāt adīuicē⌋ qa Pilat⁹ occiderat iniuſte q̄ſdā Galilęos, q fuerāt de ptāte Herodis. in quo de- „
rogauit Herodi, ſubditos eius ita occidēs,& manū ſuā in alienā meſſem extēdēs. ⌊Pilatus āt „
cōuocatis pricipibus ſacerdotū & magiſtratib⁹ (.i. rectorib⁹ ppl̄i) & plebe⌋ .i. cōitate Iudęo „
rū ⌊dixit ad illos: Obtuliſtis mihi hūc hoīem q̄ſi auertentē ppl̄m⌋ .i. à vr̄a lege & obediētia „
Cęſaris auertentē ſuos auditores, ⌊& ecce ego corā vobis interrogās⌋ .i. hoīem iſtum exa- „
minās, ⌊nullā cām iuenio in eo ex his (ex nūero criminū) in qbus eū accuſatis ſed neq; Hero „
des⌋ aliquē horū exceſſuū in ipſo inuenit. ⌊Nā remiſi vos (cū Ieſu) ad illū (.i. Herodē) & ecce ni „
hil dignū morti actū ē ei⌋ .i. Herodes nullā illi pœnā aut ſnīam inflixit ex qua pateat ꝙ exiſti „
mauerit iſtū mortē ꝑmeruiſſe. Nā illuſio ī alba veſte nō graue crimē ſed inſipiētiā deſignabat
⌊Emēdatū ergo illū dimittā⌋ Quia mortē nō meruit, faciā illū flagellari atq; ludibrijs affici, „
vt ſi forte exceſſit in verbis, ignoſcatis ei taliter correcto,& ego ſic eū dimittā tráſire. ¶ De-
inde tāgit alia occaſio, qua Pilat⁹ deſiderauit Ieſuʒ de morte eripere. ⌊Neceſſe āt habebat p „
diē feſtū (.i. in ſolēnitate paſchali) dimittere eis (puta Iudęis) vnū⌋ victū quēcūq; petiſſent Iu- „
dęi ei añq̄ eēnt Romāis ſubiecti cōſuetudinē habuer̄t in feſto paſchali dimittere liberū vnū ex
victis ī ſignū atq; mēoriā liberatōis pr̄m ſuorū ex ægypto tpe paſchę, poſtea Romanis ſubie-
cti im

A ꝓ ɛ̃cto impetrauerūt ab eis, vt hæc cōſuetudo eis obſeruaret à iudice Romano eis præpoſito, ideo Pilatus à Ro. Imp. Iudęis p̄fectus, neceſſe habuit hāc cōſuetudinē obſeruare, neceſſitate cōditionata, videlicet ſi cōtētare deberet Iudęos & obedire Romanis, attñ Beda affirmat, ꝙ nō impe- Beda.
“ rialis legis ſanctiōe, ſed annua Iudęoꝝ cōſuetudine fecit hoc ad placēdū eiſdē. ⌊ Exclamauit au
“ tē ſimul vniuerſa turba dicēs: Tolle hūc ⌋. i. Ieſum interfice, quē ex cōtemptu nō expreſſit hæc
“ turba, ⌊ & dimitte nobis Barrabā, ꝗ erat propter ſeditionē quādā factā in ciuitate (Hieruſalē)
“ & homicidiū, miſſus in carcerē ⌋ vt poſt feſtū apto tp̄e occideret. Lucas iſtud breuiter tāgit, ꝙ à Matthæo nouerat plenius recitatū. Ait eñ Matthæus: Per diē aūt ſolēnē cōſueuit p̄ſes dimittere populo vnū vinctū quē voluiſſent. Habebat aūt tūc vinctū vnū inſignē. i. in malitia famoſum & ſingularē. Cōgregatis ergo illis dixit Pilatus. Quē vultis dimittā vobis, Barrabam, an Ieſum ꝗ dicitur Chr̄s. Sciebat eñ, ꝙ ꝑ inuidiā tradidiſſent illū. Cūq; Pilatus hæc diceret, cōtigit ꝙ etiā ait Matthæus, ſedente illo puta Pilato pro tribunali. i. in ſede iudiciali ad iudicandum de Chr̄o, miſit ad eum vxor eius dicens, nihil tibi & iuſto illi. Nō agas aliq̄d cōtra eum, q̄a nō ſpectat ad te, eo ꝙ innocens ſit, multa eñ paſſa ſum hodie. i. hoc die naturali, videlicet in aurora vt credit, cum Pilatus ſurrexiſſet de lecto, q̄a dominæ, cōiugesq; magnatum ſolent ad tempus manere in lecto poſt viros, viſu. i. in viſione & ſomno propter eum, hoc eſt, ad hoc, vt eius liberationē procurē à te, ad q̄d (vt creditur) diabolus illā fœminā inſtigauit, iā quaſi pro certo cōijciens, q̄d Ieſus eſſet Meſſias, q̄a videbat ineffabilem mā ſuetudinem, patientiā atq; cōſtantiam Chriſti, in om̄i ſua iniuriatione ac paſſione, & q̄a dānationem Iudæ iā vidit, itēq; inſolitā cōſo Ɱatt. 27.
B lationem ſanctoꝝ in lymbo, vt fertur, ideo timuit expoliari & vinci à Ieſu, cum tñ paulo ante Iudā ad eius traditionem, atq; Iudæos ad eius occiſionem incitaſſet. Præterea ait Matthæus: Ɱatt. 27.
Principes autem ſacerdotum & ſeniores ꝑſuaſerunt populis, vt peterent Barrabam, Ieſum vero ꝑderent. i. occidi depoſcerent. Reſpōdens autem præſes dixit illis: Quē vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt Barrabam. Dicit illis Pilatus. Quid ergo faciā de Ieſu, ꝗ dr̄ Chr̄s? Dicunt oēs. Crucifigat. Pilatus autē tertio dixit illis: Quid eñ mali fecit? Nullā cauſam mortis inuenio in eo. Corripiā ergo illum, & dimittā. Hoc verbum afferit Lucas. Porro q̄d ſequitur, ſcribit Iohānes: Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit. i. ſeruis ſuis præcepit Ieſum nudare, columnę alligare, & flagellis ꝑcutere. ¶ O quā erubeſcibile fuit inter tot miliū aſpectu nudari, & quā pœnaliſſimū fuit tenerrimo ac nobiliſſimo corpi Chr̄i, tā atrociter flagellari Scribit eñ ſacratiſſima vidua ſancta Brigida in reuelationibus ſuis, bn̄dicta & glorioſa virgine Maria ſibi id enarrāte, ꝙ tā diu ac acerrime flagellauerūt Chriſtū, ꝙ coſtæ eius patebāt, in tātū ꝙ vnus de aduerſarijs Chr̄i, abſcidit funē, q̄ fuit ligatus, & flagellatoribus dixit. Nunq̄d interficietis eū nōdum diiudicatū & cōdemnatū, & cauſam mortis eius facietis veſtrā? Deinde ſancta Brigida ſcribit, ꝙ caro & pellis Chr̄i tātæ teneritudinis fuit, ꝙ ſanguis videbat ꝑ eā: Item ꝙ in primo ictu flagelli, caro eius ꝑforabat, & ſanguis exilijt, & ꝙ virgo Maria aſtabat, primumq; ictum illum & filij ſui vulnerationē inde ſequentē cōſpiciens, cecidit in terrā vt mortua, nec rediit ad ſeipſam, niſi flagellatiōe cōpleta, tūcq; aſpexit corpus filij ſui dilaceratū, & vndiq; cruentatum. Deinde Iohannes & Matthæus dicunt. Et milites præſidis, non enim erāt nobiles viri, ſicut iam milites ſunt aurati, ſuſcipientes Ieſum in prætorio, congregauerunt ad eum vni- Ɱat. 27 Iohan. 19
C uerſam cohortem, & exuentes Ieſum veſtimenta ſua, chlamydē coccineā circūdederūt ei, hoc ē veſte rubea, ad ſimilitudinē purpuræ induerunt eum, vñ Iohānes ait, veſte purpurea circūdederunt eum, & aliqui dicunt, ꝙ fuit aliq̄d rubeum vile ſimile purpuræ, & plectentes coronā de ſpinis, poſuerunt ſuꝑ caput eius, & arundinem. i. calamum in dextrā eius, videlicet pro ſceptro regali, & genuflexo ante eum illudebāt eum dicentes: Aue rex Iudæoꝝ. Et dabant ei alapas, & expuentes in eum, acceperunt arundinē, & ꝑcuſſerunt caput eius. Exiuit itaq; iteꝝ Pilatus, & dicit Iudæis: Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoſcatis, q̄a nullā cauſam mortis in eo inuenio. Exijt ergo Ieſus portās ſpineā coronā & purpureum veſtimentum, & dixit eis: Ecce homo: Cum ergo vidiſſent eum pōtifices & miniſtri, clamabāt dicentes: Tolle tolle, crucifige eū. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite. Ego eñ nō inuenio in eo cauſam. Reſpōderunt Iudæi & dixerunt: Nos legē habemus, & ſecundum legē debet mori, q̄a filium dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonē, magis timuit, vtpote ne forte ſic eſſet, & ſic grauiſſime peccaſſet, dei filium taliter flagellari, coronari, illudi, & ꝑcuti faciendo, magis q̄q; quàm añ timuit Ieſum occidere, ne forte filium dei perimeret. Sed vnde Pilatus cum eſſet gentilis atq; idololatra habebat notitiam veri dei? Et reſpōdēdum, ꝙ inter Iudæos habitādo, aliquid forte de om̄ipotentia & maieſtate ſummi dei (quē Iſraelitæ colebāt) audiuit, omnibus q̄q;, vt loq̄tur Damaſcenus, naturaliter inſerta ſeu indita eſt cognitio exiſtēdi deū, ſed & multi gētiliū nouerunt eē vnū deū altiſſimū. Et ingreſſus eſt iteꝝ Pilatus in p̄toriū, & dixit ad Ieſum. Vnde es tu? Quāuis eñ iā ante audiſſet ꝙ Ieſus eēt de Galilæa, nūc tñ audito ꝙ dixiſſet ſe eē filiū dei, diligētius quærit de loco & principio ſuæ natiuitatis, an. ſ. vere de deo ſit natus, an ex hominibus. Ieſus autē reſponſum nō dedit, ſicut ꝑ Eſaiā fuit p̄dictū, quaſi agnus corā tōdente ſe obmuteſcet. Eſaie. 53. Damaſcenus.

Dixit

Johan.19 Dixit ergo Pilatus: Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & po- D
teſtatem habeo dimittere te? Ieſus aũt reſpondit: Non haberes poteſtatẽ vllã contra me, niſi
datũ tibi eſſet deſup. ſ. à deo, vel à Romano Imperio. A deo em̃ eſt oĩs ptãs, ſed ptãtis abuſio
ineſt hoĩbus ex puerſa & ꝓpria volũtate. Propterea qui me tradidit tibi, maius pctm̃ habet.
Et exinde q̃rebat Pilatus dimittere eũ, vȝ Ieſum, etiã magis q̃ añ. Cõſiderauit em̃ innocẽtiã
atq; modeſtiã Chriſti. Iudæi em̃ clamabãt: Si hũc dimittis, nõ es amicus Cæſaris. Omnis em̃
qui ſe regem facit. i. propria authoritate regem ſe aſſerit, contradicit Cæſari, qui prohibuit
hoc. Poteſtq; per Cæſarem intelligi Tyberius, ſub quo crucifixus eſt Ieſus. Pilatus ergo cũ
audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali. Erat aũt Paraſceue Paſchę
Marc.15 hora quaſi ſexta. ¶ Sed cõtra hoc videt, ꝙ in Marco legit: Erat aũt hora tertia & crucifixerũt
eum, ergo ante tertiã horã Pilatus ſedit pro tribunali, qm̃ certũ eſt Ieſum primo fuiſſe iudi-
catũ quã cruci appenſum. Infra quoq; ait Lucas, ꝙ erat hora quaſi ſexta, qñ crucifixerunt eũ.
Matth.27 Matthæus vero ait, quòd ab hora ſexta vſq; ad nonã tenebræ factæ ſunt ſup vniuerſam ter-
ram, & toto tpe illo pependit Chriſtus in ligno. Dicẽdum, ꝙ hora ſexta vel parum ante cru
Johan.19 cifixus eſt Ieſus, vt aſſerit Lucas. Ideo dicit Iohannes, quòd erat hora ferè ſexta, qa fuit ante
Marc.15 ſextam, ſed quod Marcus ait de tertia hora, hoc retulit ad animũ Iudæorum, quia illa hora
clamauerunt: Tolle, crucifige eum, vel ideo dicit hoc Marcus, quia crucifixus eſt Ieſus inter
tertiam & ſextam, medium autem per vtrũq; extremorum ſignificat quia aliquid participat
de vtroq;. Deinde ſcribit Iohannes: Et dixit Pilatus Iudæis: Ecce rex veſter. Hoc ad deriſio-
nem illorum dixit. Illi autem clamabãt: Tolle, tolle, crucifige eum. Dixit eis Pilatus: Regem
veſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices: Non habemus regem, niſi Cæſarem. Tunc E
Matth.27 (vt ait Matthæus) vidẽs Pilatus qa nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua
lauit manus ſuas corã populo, dicẽs: Innocẽs ego ſum, à ſanguine iuſti huius, vos videritis. i.
voſipſi penſate qd agitis, qa nõ ego ſed vos eũ occiditis. Et reſpondẽs vniuerſus ppl'us dixit.
Sãguis eius ſup nos, & ſup filios noſtros. i. nobis & filiis nr̃is imputet effuſio ſanguinis eius.
¶ O obtenebratiſſimi crudeliſſimiq; Iudæi, q nõ ſolũ voſipſos, ſed & filios veſtros tã incõpa-
1.Theſſ.2 rabili atq; enormi pctõ inuoluitis & Chr̃m vobis in lege ac ꝓphetis ꝓmiſſum, tã irreuerẽter
Pſalm.68 tractatis. Deniq; exaudita eſt orõ vr̃a, & ꝓuenit ſup vos ira dei vſq; in finem, ſicut & Pſalmi
Dan.9 ſta p̃dixit, alloquẽs deũ: Effunde ſup eos irã tuã, & furor iræ tuæ cõprehẽdit eos. Daniel q̃q;
p̃dixit: Nõ erit eius ppl'us, qui eũ. ſ. Chr̃m negaturus eſt, & finis eius vaſtitas, & vſq; in finem
pſeuerabit deſolatio. Igit prædictis verbis, à Luca omiſſis, cõtinuãda ſunt quę ipſe nũc ſcri
bit. ⌊At illi (puta Iudæi) inſtabãt vocibus magnis, poſtulãtes vt crucifigeret. Et inualeſcebãt
voces eoꝝ.⌋ Quod em̃ rõne & æquitate adipiſci nõ poterãt. ſ. Chr̃i crucifixionẽ, importu-
nis clamoribus, & poſtulatõe iniq̃ obtinere conati ſunt, quoꝝ inſolẽtiã multi iniuſti ſequunt
⌊Et Pilatus adiudicauit fieri petitionẽ eoꝝ.⌋ i. ſnĩam dedit, ꝙ Ieſus eẽt crucifigẽdus, ſicut Iu
dæi petebãt, q etiã nõ magis petebãt Chr̃m crucifigi, q̃ alia morte occidi, qa mors cõfixoꝝ
in cruce ignominioſiſſima fuit apud Iudæos, & pœnaliſſima patiẽtibus eã. ⌊Dimiſit aũt illis
Johan.19 eum q propter ſeditionẽ & homicidiũ miſſus fuit in carcerẽ, quẽ petebãt⌋ qui etiã (vt ait Io
hannes) fuit latro. Vnde & ideo Pilatus dedit Iudæis optionem inter Ieſum & Barabbã, quia
nequaq̃ putauit, ꝙ peterẽt tã ſceleratiſſimũ hoĩem ſibi dimitti magis q̃ Ieſum. & vt reor ſi pe F
iorem vinctũ habuiſſet Pilatus, q̃ Barabbã, illũ ꝓpoſuiſſet Iudæis. ⌊Ieſum tradidit voluntati
eoꝝ⌋ ad crucifigendũ, & in hoc dire peccauit, q̃uis minus q̃ Iudæi peccauerũt, & Ieſum ſic
flagellando, & aliis modis puniẽdo, q̃uis nõ fecit hoc animo perſequẽdi, ſed liberãdi dñm Ie-
ſum, vt. ſ. furorem Iudæoꝝ ſedaret, & ſic Chriſtũ abire ꝑmitterẽt. Et em̃ cũ iudex eſſet, nulla-
tenus debuit innocentẽ damnare, præſertim cũ pars aduerſa in probatõe deficeret, nec ex ti-
more hũano Imꝑatoris debuit cõtra iuſtitiã facere & innoxiũ flagellare. ⌊Et cũ ducerẽt eũ⌋
Matth.26 hoc eſt, dum miniſtri Pilati ac cæteri educerẽt Ieſum ad locũ crucifixionis. Primo tñ (vt alii
Marc.14 Euangeliſtæ teſtant) exuerũt eum chlamyde ſeu purpura, & induerunt eũ veſtimentis eius,
Johan.12 & baiulans crucem exiuit in Caluarię locũ, ⌊apprehẽderũt Symonẽ quendã Cyrenenſem⌋
Matth.26 hoc eſt, à Cyrene ciuitate Libyæ, vt aliqui dicũt, quẽ quidã dicũt fuiſſe natiõe gentilẽ, ſed ad
iudaiſmũ conuerſum, vel forte fuit de ſynagoga vrbis p̃fatæ & natus Iudæus. Filii aũt eius ſe
Marc.15 cundum Marcum fuerunt Alexander & Rufus, quos aliqui dicunt fuiſſe diſcipulos Chriſti,
⌊venientem de villa⌋ quadam extra Hieruſalem verſus eam, ita quòd iſtis in itinere obuiauit
⌊& impoſuerũt ei crucẽ portare poſt Ieſum.⌋ Imò timore & minis compulerũt eũ ad hoc.
Matth.27 Ait aũt Matthæus: Hunc angariauerũt, vt tolleret crucẽ eius, quod crudeliſſimi illi non fece-
runt ex compaſſione aut pro releuamine Ieſu, ſed quia ex pœnis iam valde laſſatus fuit, time-
bant ne forte ſub onere crucis deficiens, moreret in via, ſicq; futuras pœnas leniori morte eua
deret, vel vt citius venirent ad locum Caluariæ, in quo deſiderium ſuũ de Chriſti crucifixio
ne explerẽt. ⌊Sequebatur autem illũ multa turba populi⌋ quidã cõpatiẽdo, ſed multo plures
deridendo, & crucifixionẽ eius optando, imò quo ante famoſior fuit, eo iã plures ſecuti ſunt
ad viden

A ad videndũ ſpectaculũ.⌊& mulieꝝ quæ plãgebãt eũ & lamẽtabãtur⌋.i.cordialiter triſtabant,
“ & corpaliter flebãt eũ.⌊Cõuerſus autẽ ad illas Ieſus⌋ faciẽ ſuã vertens ad eas,qua viſa plus fle-
bãt,vt moris eſt fœminaꝝ.Fuerũt quoq; ibi aliqui viri diſcipuli & amici Chri,vt Nicodemus, Johan.19
Ioſeph,Iohãnes apoſtolus,& forte Gamaliel ac alij, q licet vehemẽter dolerẽt ,fletũ tamẽ pro
“ poſſe repreſſerunt,⌊dixit:Filiæ Hieruſalẽ⌋ aliquæ enĩ fœminaꝝ iſtaꝝ erãt habitatrices Hieru
“ ſalem,& aliæ fuerunt de Galilæa ſeu alijs locis,⌊nolite flere ſuꝑ me⌋ Nõ reprobat cõpaſſionẽ
& fletum eaꝝ,ſed hortať,vt nõ ita dũtaxat plorẽt ſicut plorabãt, vnde admonuit eas,vt etiam
propriam calamitatem,& filioꝝ ſuoꝝ culpã,imminẽteſq; pœnas deplangerent , nam ſubdiť,
“ ⌊quoniã ecce venient dies,in qbus dicent⌋ habitatores & habitatrices Hieruſalem ac Iudææ,
“ ⌊Beatę ſteriles⌋ fœminæ,quę nõ conceperunt,⌊& beati ventres qui non genuerunt,& vbera
“ quæ non lactauerunt⌋.i.fœtus non habuerunt,qbus lac darent.Hoc Chriſtus prædixit de tẽ-
pore obſidionis Hieruſalem à Romanis,quæ facta eſt anno quadrageſimo ſecundo poſt Chri
paſſione,fuitq; in ea indicibilis calamitas,preſſura atq; mœſtitia Iudæoꝝ, in tãtum ꝙ parẽtes
ſuos pueros comederunt,ideo tunc feliciores reputabantur q abſq; prole fuerunt,quam pro-
lem habentes,quoniam minor fuit eis cauſa mœſtitiæ, cum ſobolem non haberent, cuius in-
tuerentur miſerias.⌊Tunc incipient mõtibus dicere.Cadite ſuꝑ nos,& collibus, operite nos⌋
Hoc qppe dixerunt,vel ex deſperatione , vel ad inſinuandum magnitudinem ſuæ calamitatis
ac deſolationis,vel ex deſiderio effugiendi aduerſarios ſuos. Tunc quoq; multi Iudęoꝝ fuge-
runt ad cauernas atq; ſpeluncas. Nam & Ioſephus ſcribit ſe tũc cum quadraginta viris in ſpe-
B luncam quandam fugiſſe.Simili ſenſu ſcriptum eſt per Oſeam:Dicent montibus,operite nos,
& collibus,cadite ſuꝑ nos,ꝙ & de tempore circa finale iudicium intelligi põt, in quo maxima
“ tribulatio erit. ⌊Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt⌋ hoc eſt,ſi iſti iniqui me ita occidunt & ve-
xant,q viridi ligno aſſimilor,qa iugiter plenus fui & ſum omniũ virtutũ fructu & flore ꝑfectio-
“ nis,viroreq; gratiæ,ita ꝙ ꝑ mortẽ hãc violentã abſcĩdi & tolli non merui, ⌊in arido qd fiet?⌋
id eſt,qualis erit punitio Iudaicæ plebis me ꝑſequẽtis, oĩſq; iniqui,q propter virtutũ carẽtiã &
prauitatis infœcunditatẽ ligno arido cõparať.Hinc Salomon ait:Si iuſtus in terra recipit,quã- Prouer.11.
“ to magis impius & pctõr?⌊Ducebãtur autẽ & alij duo nequã cũ eo,vt interficerenť.⌋ Hoc in-
quinatiſſimi Iudæi procurauerunt,vt ex latronum illoꝝ cõſortio , Chrs ſceleratior appareret,
nec legitur ꝙ illi nequã ſuã tulerint crucẽ vt Ieſus.Sed Ieſus hæc paſſus eſt, vt nos merito huius
“ cõfuſionis,paſſioniſq; ſuæ inter electos dei & angelos cõputemur. ⌊Et poſtq̃ venerũt in locũ
“ qui vocať Caluariæ.⌋ Caluaria dr̃ os capitis humani,carne,pelle, crinibuſq; nudatum. Quidã
ergo(vt refert Hieronymus) aſſerebãt ideo locũ iſtũ dictũ locũ Caluariæ, qa ibi ſepultus fuerit Hieronymus.
Adã,eiuſq; caput ibi cõditum fuit,& ꝙ ideo ibi crucifigi voluit Chrs,vt ſanguis eius ſuꝑ primi
hoĩs tumulũ diſtillaret,eũq; cũ ſua poſteritate ſaluaret.Hãc opinionẽ reprehẽdit Hieronymus
dicẽs:Adã fuiſſe ſepultũ iuxta Ebron,vt ex libro Ioſue cõprobať. Scriptũ eſt enĩ in lib. Ioſue: Joſue.14
Adã maximus ibi ſitus eſt.ſ.in ſpelũca duplici,vbi Abrahã ſuã cõiugẽ legiť ſepelijſſe in Geneſi Gene.23.
propter qd Ebron olim vocabať Cariatharbe .i.ciuitas q̃tuor, eo ꝙ ibi ſepulti ſint q̃tuor ma-
gni ꝑřiarchæ cũ vxoribus ſuis,vz Adã cũ Eua,Abrahã cũ Sara,Iſaac cum Rebecca,Iacob cum Gene.25.
Lya.Veruntñ Thomas ſuꝑ Lucã ſcribit Athanaſiũ dicere,ꝙ Iudęoꝝ doctores affirmãt Adã Gene.35.
in loco Caluariæ eẽ ſepultum,& forte aliqui Iudæoꝝ doctores opinati ſunt ita, verius tñ eſt lo Gene.49
C cum iſtum dictum Caluariæ propter capita reoꝝ ibi occiſoꝝ,quæ capita tẽpore procedente
fiebãt Caluarię,hoc eſt,nudata à carne ,pelle, capillis. Vnde in tã ignominioſo loco dignatus
eſt Chrs occidi,vt nos merito ſuæ vilipenſionis iſtius,ad honorabiliſſimos cęli empyrei thro-
“ nos ſubleuemur,⌊ibi crucifixerunt eum⌋.i.clauis cruci affixerunt. ¶Voluit autem Chrs pro- Chriſtus cur cru
pter nos hoc genus mortis ꝑferre.Primo,qa ſuſpẽſio in ligno fuit ignominioſiſſimum,execra cifigi voluerit.
biliſſimum ac pœnaliſſimum reoꝝ ſupplicium,ideo Chrs iſtud elegit,vt nobis copioſius ſub-
ueniret,& patrẽ æternum magis nobis placaret.Secundo,vt ꝑfectiſſimũ obediẽtiæ,fortitudi-
niſq; præberet exẽplũ,dũ patri obediuit,nõ ſolũ vſq; ad mortẽ,ſed & vſq; ad duriſſimum atq; Philip.2.
turpiſſimum genus mortis,& vt nõ ſolum nõ formidemus,mortẽ pati propter deum & æqta-
tẽ,ſed nec aliq̃t mortis genus. Tertio,qa per q̃tuor cornua crucis ſignãtur quatuor partes mũ-
di,quas Chrũs ſua paſſione redemit.Quarto,quoniã Adam in ligno & eſu fructus eius pecca- Gene.3.
uit,mũdumq; ꝑdidit,ideo Chrs ꝑ lignum voluit redimere mundũ,ideo ait Theophilus: Quia Theophilus.
per lignum mors introiuit,neceſſe erat,vt ꝑ lignum exterminaretur.Hinc in præfatione dici-
mus deo patri.Qui ſalutẽ generis humani in ligno crucis conſtituiſti,vt vnde mors oriebatur,
inde vita reſurgeret,& q in ligno vincebat, puta diabolus, in ligno quoq; vinceretur ꝑ Chri-
ſtum dñm noſtrũ.¶Eductio autẽ Chriſti ad paſſionẽ,eiuſq; paſſio præfigurate fuerunt per e-
ductionem qua Cain eduxit Abel iuſtũ in agrum,& interfecit eum ibidẽ , item per eductionẽ, Gene.4
Iſaac vt immolaretur,& ꝑ ſerpẽtem ęneum,quẽ Moſes erexit pro ſigno,vt intuentes illum ſer Gene.22.
pentem,liberarentur à morſibus ignitoꝝ ſerpẽtum. Sic qui fideliter ac deuote Chriſti paſſio- Nume.21
nem attendunt,eripiuntur à dæmonum tentamentis, & morſibus vitiorum. Denique in hac Johan.3

Chri-

Chriſti eductione & crucifixione impleta ſunt quæ in Eſaia ꝓphetata fuerunt ꝑdicta, vbi le- D
Eſa.53 gitur: Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & dñs poſuit in eo iniquitatem omniũ noſtrũ. Vere
Pſalm 21 languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Hinc & Dauid in Chr̃i ꝑſona ꝑ-
dixit: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt oĩa oſſa mea. Tũc impletum
Hiere.11 eſt & illud Hieremiæ: Ego quaſi agnus manſuetus qui portat ad victimam. Itemq́ illud Da-
Dani.9 nielis, poſt hebdomadas ſexaginta duas occidet Chriſtus, & non erit eius populus, qui eum
Zacha.12 negaturus eſt. Per Zachariã quoq;: Chriſtus profat: Aſpicient, ad me quẽ confixerũt. Et ite
Zacha.13 rum fertur: Dicent ei quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuũ tuaꝝ? Et dicet: His plagatus ſum
in medio eoꝝ qui diligebãt me. i. à poſteritate pr̃iarchaꝝ, qui me dilexerunt, ⌞& latrones⌟ »
crucifixerunt præfati miniſtri militesq́ Pilati, fueruntq́ quatuor, vt conſtat ex eo quod ſcri-
Johan.19 ptum eſt apud Iohannem: Milites cum crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius, &
fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partem, ⌞vnum à dextris (Chriſti) & alteꝝ à ſini- »
ſtris⌟ vt Ieſus in medio latronũ ſuſpẽſus, quaſi princeps latronũ ac ſceleratoꝝ reputaret. Ad »
Eſa.53 hoc eñ Iudæi procurauerũt id fieri, ſed deus illud permiſit, vt impleret quod Eſaias ꝑdixit:
Cũ ſceleratis reputatus eſt, & Chriſtus hoc pertulit, vt per hoc quod ipſe ſic inter iniquiſſi-
mos reputatus atq; ſuſpenſus eſt, nos miſeri pc̃tores atq; reproboꝝ hominum ac dæmonũ
ſocietate, tormentis, ac medio liberemur, & inter electos dei ſanctosq́ angelos feliciter col-
locemur. ¶ Conſideremus quotidie corde profundo, quantũ regratiari tenemur pr̃i æterno
pro eo quòd naturalem & vnicũ ac ſuperdilectiſſimũ filium ſuum, quem vtiq; nõ minus dili-
git q̃ ſeipſm, ꝑmiſit ita propter nos ſperni, conculcari, & acerbiſſima morte necari, vt ab æter
na confuſione ſaluemur, & cœleſtem recuperemus verum, ꝑpetuũ, beatificumq́ honorem. E
Seneca Non ergo negligamus noſipſos, pro quoꝝ ſalute dei filius deo pr̃i vere æqualis tanta pati di-
gnatus eſt. Cumq́ (vt Seneca faſſus eſt) maxima ingratitudinis pars ſit, beneficioꝝ obliuio,
maxima quoq; gratitudinis portio beneficioꝝ recognitio, nequaq̃ obliuiſcamur eoꝝ, quæ
propter nos paſſus eſt ſanctus ſanctoꝝ, ſed corde vero & opere eadem recognoſcamus, nec
illum ꝑ vitam iniquam inhonoremus, qui nos tam incomꝓhenſibiliter honorauit, ne vniuer
ſis brutis viliores deterioresq́ ſimus. ¶ Porrò in hac Chriſti ſuſpenſione impletum eſt, quod
prædixit Pſalmiſta in Chriſti ꝑſona: Ego aũt ſum vermis, & nõ homo, opprobriũ hominũ
& abiectio plebis. Itemq́: Propter te ſuſtinui opprobriũ, operuit confuſio faciẽ meã. ¶ Inſuꝑ
qualiter facta ſit crucifixio Chriſti, diuerſimode recitat. Aliqui etẽñ dicunt, ꝙ cruce in terrã
ꝓſtrata, affixus ſit cruci, alij quod cruce erecta, ita ꝙ ꝑ ſchalas aſcenderẽt crucifixores. Sed bea
ta Brigida ſcribit, ꝙ cruce leuata erexerunt tabulas, & ſuꝑ eas ſteterunt. ¶ Conſiderandũ ve-
ro eſt nobis, q̃ ineffabiliter pęnoſa fuerit Chriſto crudeliſſima illa tenerrimoꝝ ac pręhonora
bilium pedum ſuoꝝ ac manuum ꝑforatio, & q̃ amarũ fuit affectuoſiſſimæ matri eius dulciſſi
me hoc cernere, aur ictus illos audire. Quid nobis igit incumbit, niſi cordialiſſime cõdolere
filio dei & matri ipſius, oẽmq́ vanitatẽ & vilem delectationẽ deſpicere? Sed hoc diligẽtiſſi-
me debemus ꝑpendere, quã doloroſiſſima fuit Chriſto violẽtiſſima illa corpis ſui ſancti in cru
ce diſtentio, ita ꝙ in oſſium eius diſſoluebat compago, nullumq́ membrũ in naturali ac pri-
Pſalm.23 ſtino loco ſeu ſitu ꝑmanſit, & nerui diſrumpebant. Vere tam miſerabiliter, tamq́ pœnaliter
Acto.10 tunc pendebat rex gloriæ dñs virtutum, mundi ſaluator, filius dei, iudex viuoꝝ ac mortuoꝝ
vt ſolo aſpectu in eius cõpaſſionẽ molleſcere potuerint corda lapidea. Nam & graue laſſi ſui F
corpis pondus membra ſua digniſſima, extractõe violẽtiſſima diſſecuit & cõtriuit, eiusq; vul-
nera dilatãdo pęnalr amaricauit, ac neruos diſrupit, ita ꝙ ex toto corpe ſanguis pene totus ef
Pſalm 21 fluxit, prout in Pſalmo ꝓnũtiauerat Chr̃us: Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt oĩa oſſa
mea. ¶ Poſtremo penſandũ quantã Ieſus Chr̃us ſuſtinuit pœnã, dũ ante crucifixionẽ rurſus
exuerũt eum, tunc nãq; vulnera & vulneꝝ dolor renouabant. Iam eñ ex ſanguinis emana-
tione veſtis interior carni inhæſit, & profundis quaſi implicata fuit & coagulata vulneribus.
⌞Ieſus aũt dicebat: Pater dimitte illis⌟. i. tam Iudæis pœnã hãc procurãtibus, q̃ gentilibus, »
eam inferentibus clementer ignoſce, tam iſtud eoꝝ ſupergrauiſſimũ ſcelus, q̃ cætera ſua pec
cata, ſpecialiter tñ orauit hoc Chriſtus pro peccato quo tunc peccabãt in eum. Nam ſubdit:
⌞quia neſciũt q̃d faciunt⌟ Non eñ ſciuerũt ſe dei filium trucidare, ſed hoĩem impijſſimũ ac »
Johan.15 blaſphemũ ſe putabant occidere, & ꝑ ignorantiã hãc pc̃tm̃ eoꝝ præſertim gentiliũ atq; ſim
pliciũ Iudæoꝝ aliqualiter alleuiabatur. Sed maiores & doctiores inter Iudæos excuſationem
Sapie.2 non habuerũt, q̃a iamdudũ aut certitudinaliter aut probabiliter cognouerãt Ieſum eſſe Chri
ſtum, ſed paulatim inuidioſa eoꝝ malitia eos ſic excæcauit, ꝙ iam reputauerunt oppoſitũ, &
ſimplices deceperũt. Tanta quoq; mirabilia viderũt & ꝑceperũt agi à Chriſto, ꝙ credere te
Johan.15 nebantur. Propter quod paſſiõe inſtãte, Chriſtuus dixit Apoſtolis: Si oꝑa nõ feciſſem in eis,
quę nemo alius fecit, pc̃tm̃ nõ haberẽt. Nunc aũt viderũt & oderũt me & patrem meũ gratis
In hac or̃one Chriſtus ꝑfectiſſime adimpleuit, docuit & ꝑcepit. Orate (inquiẽs) ꝓ ꝑſequenti
Eſa.53 bus & calumniãtibus vos. Et q̃d ꝑ Eſaiã erat de ipſo ꝑdictũ: Ipſe pc̃tã multoꝝ tulit, & ꝓ trãſ-
greſſo-

A greſſoribus rogauit. Deniq; hæc Chriſti oratio exaudita fuit pro multis milibus Iudæorum,
imò pro oībus pro quibus eā fudit ex ratione deliberata, de quoꝝ cōuerſione in actibus apo-
ſtoloꝝ habeť. Taliter eñ. ſ. ex ratione deliberata Chrũs non orauit pro reprobis, ſed ꝑ ele-
ctis dũtaxat. Vnde & apud Iohannem ait ad patrē: Nō pro mũdo rogo, ſed pro his quos de- Iohan. 17
diſti mihi de mundo, quia tui ſunt. Dicit Ambroſius, ꝙ Chrũs aſcendit talis in cruce, quales
nos formauit natura, & qualis primus homo in paradiſo fuit, videlicet nudus. Aliqui tamē di- Ambroſius.
cunt, ꝙ benedicta virgo Maria velũ capitis ſui loco verecũdiæ filij ſui circumuoluit. Sed ſan-
cta Brigida ſcribit, ꝙ cũ Chrũs circa crucē crucifigendus ſederet, quidā vir ex quadā cōpaſſi-
one acceſſit, & locũ verecũdiæ texit, & ꝙ Chrũs ex facto viri illius quandā cōſolationē acce
pit, & virũ illũ adiuuit in ligando velũ illud ad locũ præfatũ. Sic aũt Chrũs nudari dignatus
eſt, vt nos merito ſuæ nudationis induamur iā veſtibus virtutũ & gratiæ, deinde in vita futu
" ra veſtimentis gloriæ ſempiternæ. ⌊Diuidentes vero veſtimēta ſua, miſerũt ſortes.⌋ Quo-
modo factũ ſit hoc, in Iohāne plenius legiť, vbi habeť: Milites cũ crucifixiſſent eũ, acceperũt Iohan. 19
veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partē & tunicā. Erat autē tunica
inconſutilis. i. nō conſuta, deſuꝑ cōtexta per totũ. i. artificioſe cōfecta opere reticulato, hoc
eſt ꝑ modũ retis atq; cilicij, nō inciſa, quā virgo ſanctiſſima crediť proprijs manibus ſuo dile-
cto feciſſe. Dixerũt ergo milites ad inuicē. Non ſcindamus eā. i. nō diuidamus eā in quatuor
partes ſicut alia veſtimēta, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. i. ſortē mittamus ad quē tota deue-
B niat. ¶ Forte eñ propter operis ſubtilitatē ac raritatē quiuis militũ deſiderauit tunicā illā in-
tegrā adipiſci. Itaq; patet, ꝙ ſuꝑ ſolā tunicā inconſutilē miſſa ſit ſors, vt cōmuniter dicitur, vt
impleret quod dictũ eſt ꝑ prophetā dicentē, in pſalmo in Chriſti ꝑſona: Diuiſerũt ſibi veſti- Pſal. 21.
" menta mea, & ſuꝑ veſtē meā. ſ. tunicā inconſutilē miſerũt ſortē. ⌊Et ſtabat populus expe-
" ctans⌋. i. exitũ rei videre deſiderans, ⌊& deridebāt eũ (. ſ. Chriſtũ) principes (ſacerdotũ) cum
" eo⌋. i, cũ populo, aliqui tamen ibi fuerũt, non mediocriter cōdolentes, ſed illi comparatione
alioꝝ tam pauci fuerũt, vt pro nihilo reputētur, ideo Chriſtus ait in pſalmo: Et ſuſtinui qui
ſimul cōtriſtareť & nō fuit, qui conſolareť, & non inueni. Per Eſaiā quoq;: Circũſpexi & non Pſal. 68.
" erat auxiliator, quæſiui & nō fuit qui adiuuaret. ⌊Alios ſaluos fecit,⌋. i. à languoribus multis Eſa. 63
curauit, ſed plures ſpũaliter ſaluos fecit, eos cōuertendo ad deum. Ecce obtenebrati iſti iniqui
propria ſe cōdemnant ſentētia, & dũ Chriſtũ ſe putant vituperare, maxime eũ cōmendāt, ꝙ
miraculoꝝ ſit potens effector. De ingratiſſimis iſtis Iudæis Chrũs ꝓdixit in pſalmo: Pro eo Pſal. 108
vt diligerent detrahebāt mihi, & poſuerũt aduerſum me mala pro bonis, & odiũ pro dilecti-
" ctione mea, ⌊ſeipm̃ ſaluum faciat⌋. i. de pœnis iſtis eripiat, ⌊ſi hic eſt Chrũs dei electus⌋. i. à
deo ſumme electus ſecundũ naturā ſuā humanā, de quo ꝑ Eſaiā deus teſtať: Ecce ſeruus meus
ſuſcipiā illũ, electus meus, cōplacuit ſibi in illo aīa mea. Ecce ꝗ ineffabilis fuit iſta Iudæoꝝ in- Eſa. 42
ſania, cæcitas & imperitia. Qualē eñ conſequentiā habuit, vt Ieſus ſe de pœnis illis eriperet,
ſi Chrũs eſſet, & non potius eas vſq; ad mortē incluſiue ꝑferret? Nonne prophetæ Chri oc-
ciſionē apertiſſime ꝓdixerũt? Nonne Dauid in Chriſti ꝑſona cecinerat: In puluerem mortis
deduxiſti me. Et Eſaias: Tradidit (inquit) in mortē animā ſuā. Daniel quoq;: Poſt hebdoma- Pſal. 21
" das. 62. occideť Chrũs. ⌊Illudebāt aũt ei & milites accedentes (ad crucē) & acetũ offerentes il Eſa. 53
" li, dicētes: Si tu es rex Iudæoꝝ, ſaluũ te fac.⌋ Iſti gentiles cōfirmabāt ſe loquutioni, irriſioniq;
Iudæoꝝ. ¶ O ꝗ duriſſima fuit omniũ hoꝝ crudelitas, ꝙ homini in tā incōparabili ſupplicio
C cōſtituto, non ſolũ non condoluerũt, ſed & tā cōtemptibiliť illuſerũt, ſicut in pſalmo fuit ꝓdi
ctũ, Chriſto ad patrē loquente: Quoniā quē tu ꝑcuſſiſti ꝑſequuti ſunt, & ſuꝑ dolorē vulneꝝ
meoꝝ addiderunt. De hac Chriſti irriſione Matthæus effať: Prætereũtes aũt. i. per viā illā Pſal. 68
pergentes, blaſphemabāt eũ, mouentes capita ſua & dicentes: Vah qui deſtruis templũ dei, Mat. 26
& in triduo illud reædificas, Salua teipm̃, ſi filius dei es. Deſcende nũc de cruce. Similiť princi
pes ſacerdotũ illudētes cũ ſcribis & ſenioribus, dicebāt: Alios ſaluos fecit, ſeipſum nō poteſt
ſaluũ facere. Si rex Iſrael eſt, deſcendat nũc de cruce, & credimus ei. Confidit in deum, liberet
eũ nunc ſi vult. Dixit eñ, quia filius dei ſum. Hæc oīa beatiſſimus ſecretoꝝ dei cōtemplator,
ſanctus Dauid in ſpũ clariſſime ꝓuidit, & pulcherrime ꝓnunciauit loquens in Chriſti perſo-
na. Omnes videntes me deriſerũt me, loquuti ſunt labijs, & mouerũt caput. Sperauit in dño,
eripiat eũ, ſaluũ faciat eũ, qm̃ vult eũ. Itemq;: Ego factus ſum opprobriũ illis, viderunt me, & Pſal. 21
mouerũt capita ſua. ¶ Præterea de oblatiōe aceti ꝓtacta ſciendũ, ꝙ impij illi dederũt bis Chri
ſto potũ acetoſum, felleũ ſeu amaꝝ. Primo circa crucifixionē. ſ. anteꝗ crucifigereť vel ſtatim Pſal. 108
cũ fuerat crucifixus. Potius tamē reor, ꝙ ante crucifixionē, cũ dicat Matthæus: Venerũt in Acetum Chro bis porrectum.
locũ qui diciť Golgatha, quod interpretať Caluariæ locus, & dederũt ei vinũ bibere felle mi
xtũ, & cũ guſtaſſet, noluit bibere, deinde ait Matthæus: Poſtꝗ aũt crucifixerũt eũ. Deinceps Mat. 27
pluribus interpoſitis verbis addit. Circa horā nonā exclamauit Ieſus: Heli heli &c. & conti
nuo currens vnus ex eis acceptā ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini & dabat ei
bibere. Poſt hanc autem potationē Chrũs mox tradidit ſpm̃. Subdit enim Matthæus: Ieſus

autem iteꝝ clamans voce magna, emiſit ſpiritũ. Iohannes vero clarius ſcribit hæc, dicẽs: Po D
Iohan.19 ſtea ſciẽs Ieſus ꝙ iã oĩa cõſummata ſint, vt cõſummaret̃ ſcriptura, dixit: Sitio. Vas ergo poſi-
tũ erat plenũ aceto. Illi aũt plenã aceto ſpongiã hyſſopo. i. arũdini ſeu calamo circũponẽtes,
obtulerũt ori eius. Cũ ergo accepiſſet Ieſus acetũ, dixit: Cõſummatũ eſt. Vnde de potatione
hac Lucas nũc loquit̃, veruntñ Marcus dicit, ꝙ nõ accepit potũ hũc, ſed hoc facile cõcordat̃
Modicũ em̃ accepit, vt ĩpleret̃ ſcriptura, q̃d aũt modicũ eſt, pro nihilo reputat̃, ideo ait Mat
Pſal.68 thæus: Cũ guſtaſſet, noluit bibere, ex q̃ patet, ꝙ modicũ ſumpſit, tũcq; impletũ eſt illud i pſal
Iohan.19 mo: Et dederũt in eſcã meã fel, & io ſiti meã potauerũt me aceto. ¶ Sed q̃rit̃, quõ Iohannes &
Mat.27 Lucas vocãt potũ acetũ, cũ Marcus noĩet eũ vinũ myrrhatũ, Matthęus vero primo vocat eũ
vinũ felle mixtũ? Et rñdendũ, ꝙ potus iſte ſecũdũ Auguſtinũ fuit amariſſimũ vinũ, ita ꝙ fuit
Auguſtinus acetoſum, propter q̃d vocat̃ acetũ, & admixta erãt ei myrrha & fel. Inſup aliqui dicũt, ꝙ mi-
niſtri pſidis talẽ potũ dabãt dãnatis ad mortẽ, vt citius morerent̃, & ſic ipſi de illoꝝ expeditẽ
tur cuſtodia. Alij referũt, ꝙ ſeniores Iudæoꝝ ordinauerãt adiudicatis morti dari vinũ bonũ
ac aromaticũ ad bibendũ, q̃tenus ex potu hmõi exhilarati inſtãtẽ mortẽ minus attẽderẽt, at-
Prou.32 q; facilius ſuſtinerẽt, & hoc ideo ordinaſſe narrant̃, qm̃ in prouerbijs Salomon loquit̃: Date vi
nũ mœrẽtibus, & ſicerã his q amaro ſunt aĩo, bibãt & obliuiſcant̃ egeſtatis ſuæ in Hieruſalẽ.
Ergo (vt dicũt) fuerũt fœminæ piæ q̃ pro Chr̃o atq; latronibus talẽ potũ pſtiterũt miniſtris,
q veneno inuidiæ pleni, pro tali potu dederũt Chr̃o vinũ fellitũ, cũ protuliſſet, ſitio, q nõ ſo
lũ ſpũaliter noſtrã ſitiebat ſalutẽ, ſed & corporalẽ ſitim habuit maximã ac pœnoſam, ex diu
turna afflictiõe & vehemẽti labore, ac copioſiſſima ſanguĩs emanatiõe, ex q̃ exceſſiua ſiccitas
fuit in eo cauſans vehemẽtiſſimã ſitim, q̃ fuit maxĩa pœna, vnde Chr̃s ait ĩn pſal. Aruit tanq̃ E
Pſal.21. teſta virtus mea, & lingua mea adhęſit faucib⁹ meis. ¶ Sed cur tantã ſitim pati voluit Chr̃us,
niſi vt nos merito ſuę ſitis cœleſtiũ deliciaꝝ ſupabundãti effluẽtia beatifice ac iucũdiſſime æ-
ternalr̃ ĩpleamur, ſicut in pſal. pdictũ eſt: Inebriabunt̃ ab vbertate dom⁹ tuæ & torrẽte volu-
ptatis tuæ potabis eos. Cõſideretem⁹ q̃tidie hãc nouiſſimã Chr̃i mẽſam, q̃ propter nos cibatus
eſt felle, & potatus aceto, ſicq; diſcamus cibi & potus ſupfluitatẽ ac voluptatẽ vitare, p abſti-
nẽtiã carnẽ libẽter ac rõnabilr̃ caſtigare, & de victualiũ tenuitate nõ murmurare, q̃d imple-
re ad religioſos ſpectat potiſſimũ. ⌊Erat aũt & ſupſcriptio ſcripta ſup illũ, ⌋ i. titulus exara- »
tus, cõtinẽs cauſam crucifixiõis Chr̃i, fuit iuſſu Pilati affixus cruci in parte eius ſupiori. Crux
quippe primo fuit triũ brachioꝝ, ſicut & lr̃a tau T. Pilatus vero addidit & ſuppoſuit quartã
Mat.27 partẽ, vbi poſuit tabulã, in qua ſcripſit hũc titulũ. Vnde Matthęus ait: Poſuerũt ſup caput ei⁹
cauſam ipſius ſcriptã, ⌊literis græcis & latinis & hebraicis ⌋ i. tribus principalibus mũdi ide- »
omatibus ſcripſit hũc titulũ, vt legeret̃ ab oĩbus, ⌊Hic eſt rex Iudæoꝝ. ⌋ Matthæus hoc ple- »
nius exprimit, dicẽs ſcriptũ fuiſſe: Hic eſt Ieſus Nazarenus, rex Iudæoꝝ. i. cauſa ob quã cruci
fixus eſt Ieſus à Nazareth ẽ, q a ſe dixit regẽ Iudæoꝝ. Verũtamẽ Pilatus his verbis nõ intẽde-
bat affirmare, ꝙ Ieſus eẽt rex Iudęoꝝ, pſertim quo ad tẽporale ac terrenũ dñium, ne videret̃
Imperatori rebellis, vnde cũ quadã Iudæoꝝ deriſione ſic ſcripſit, tanq̃ diceret, Ecce qualem
apparentiã habet, ꝙ iſte voluerit eſſe rex Iudæoꝝ, vnde pontifices lecto hoc titulo, indignati
ſunt, dicẽtes Pilato: Noli ſcribere rex Iudæoꝝ: ſed, q a ipſe dixit, rex ſum Iudæoꝝ. Reſpõdit
Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi. ⌊Vnus aũt de his q pẽdebãt latronibus ⌋ ſ. à ſiniſtris ſuſpenſus, »
⌊blaſphemabat eũ, dicẽs: Si tu es Chr̃s, ſaluũ fac temetipſm & nos ⌋ i. à morte hac corporali »
Mat.27 nos ſalua. Porrò ſecundũ Matthæũ & Marcũ vterq; latro cõuitiabat̃ Chr̃o. i. verba impro-
Mar.15 peratoria ac blaſphema dixit ad eũ. Lucas vero nõ ait hoc niſi de vno latrone, q̃d dupliciter F
cõcordat̃. Primo, ꝙ Matthæus & Marcus ponãt plurale pro ſingulari, vtẽtes tropo ſeu mo-
do loquẽdi q̃ ſocietas dicit̃ facere, q̃d vnus ex ea fecit. Secundo, ꝙ primo ambo latrones im-
properauerint Chr̃o, ſed vnus eoꝝ viſis mirabilibus q̃ ſiebãt in ſolis obſcuratiõe, terręq; mo
tione, pœnituit, & ſociũ ſuũ in malitia perſiſtentẽ, redarguit. Aliqui dicũt, ꝙ attendẽs Chri-
Mat.27 ſti patientiã & orationẽ qua dixit: Pater ignoſce illis, fuit cõuerſus & pœnitẽs factus. ſ. ante
ſolis obſcurationẽ, pſertim, qm̃ Lucas, Matthæus & Marcus recitãt factũ iſtud latronũ ante
ſolis obſcurationẽ, aliorũq; mirabiliũ ppetrationẽ. Mirabilis aũt fuit patientia Chr̃i latroni
Chryſoſt. nõ reſpondẽtis. Ait quippe Chryſoſtomus: Mirabilius eſt videre hoĩem conuitia paſſum &
nõ motũ, q̃ hoĩem pcuſſum ac vulneratũ & nõ cadentẽ. ⌊Rñdens aũt alter ⌋ ſ. latro pendens »
à dextris, ⌊increpabat eũ, dicẽs: Neq; tu times deũ? ⌋ quemadmodũ nec cæteri Iudæi & ſerui »
Pilati Chr̃o illudẽtes, ⌊ꝙ in eadẽ dãnatione es ⌋ i. nõ obſtãte, ꝙ nũc es in ſimili pœna cruci- »
fixionis cũ Chr̃o, adhuc tñ deũ non metuis, cũ iã morti ſis proximus, q. d. Et ſi tpe ſanitatis ac
Timor a pecca to retrahit. proſperitatis deũ nõ formidaſti, nũc merito eũ timeres, quẽ ſi timeres, nõ iuſtũ hũc blaſphe-
mares, qm̃ timor retrahit hominẽ à pctõ, ſicut Salomon ait: Per timorẽ declinat vnuſquiſq;
Prou.15 à malo. ⌊Et nos quidẽ iuſte ⌋ i. tu & ego iuſte hæc patimur, ⌊nã digna factis recipimus ⌋ i. »
ſupplicia nr̃is exceſſib⁹ debita, ⌊hic vero nihil mali geſſit, ⌋ ſicut in Eſaia dictũ eſt: Iniquita- »
tẽ nõ fecit, nec inuẽtus ẽ dolus in ore eius. ⌊Et dicebat ad Ieſum: Dñe memẽto mei ⌋ i. clemẽ »

ter ſuc

A ter ſuccurre, L cũ veneris in regnũ tuũ ⌋ cœleſte. Iã em̃ credidit latro Ieſum regẽ Meſſiã in le-
ge promiſſum, cuius eſt regnũ cœlorꝝ. Hoc aũt credidit ex mirabilibus ꝗ aſpexit, & ex ineffa
bili patiẽtia, charitate & mãſuetudine Chr̃i, potius tñ ex ſupnaturali & glorioſiſſima illumi-
natiõe ſpũs ſancti, qa vas miſe͂diæ fuit. Vnde in huius cõuerſiõe, illuſtratiõe, ac ſaluatiõe latro
nis, datur om̃i pc̃tõri & pœnitẽti maxĩa ſpes ſalutis, oĩſq; deſperãdi occaſio tollit, cũ latro iſte
in tot facinoribus dep̃henſus, tantũ repẽte ſortitus eſt charitatis feruorẽ, pœnitẽtiæ grãm, ve-
niæ plenitudinẽ, accelerationẽq; ſaluatiõis æternæ. Cũ tãta etem̃ cõtritiõe & amoris feruore
cõfeſſus eſt Chr̃o duplici cõfeſſiõe, videlicet cõfeſſiõe bonitatis ac laudis diuinæ & cõfeſſione
" propriæ culpæ, ꝙ Chr̃s eũ abſoluit à pœna & culpa. Charitas nẽpe operit multitudinẽ pec-
" catorꝝ, & ꝗ fuerit maior cõtritio, eo plus auferĩ de culpa. L Et dixit ei Ieſus: Amen (.i. vere) di
co tibi, hodie mecũ eris in paradiſo ⌋ .i. in ſtatu & affluẽtia beatitudinis veræ, Chr̃s nanq; qa 1. Pet. 4
pro originali ſatisfecit, pro cuius dũtaxat reatu ſancti in lymbo patrũ detinebant, cũ in infer
nũ .i. in lymbũ patrũ deſcẽdiſſet, mox aĩas ibi reptas beatificauit, dãdo eis p̃miũ eſſentiale, vꝫ
beatificã fruitionẽ diuinę eſſentię, cuius beatitudinis gloria iã noĩe paradiſi exprimit. Latro
nis aũt iſtius aĩa à corpe ſeparata, ſtatim ad lymbũ deſcẽdit, beatitudinẽq; p̃fatã adepta ẽ. Pa
radiſus itaq; mõ nõ dicit paradiſus terreſtris aut cœlũ empyreũ, ſed participatio beatificæ vi
ſionis. Quẽadmodũ aũt medicus corporꝝ aliquẽ lãguidiſſimũ & deſperatũ infirmũ ſubito cu
rans, ſuã pãdit peritiã, & magnã cõſequit famã: ſic Chr̃s hũc ſaluans latronẽ, oĩbus nobis ſuã
declarauit ad ignoſcẽdũ atq; ſaluãdũ clemẽtiã, ſapiẽtiã, atq; potẽtiã. ¶ Porrò hoc loco omit-
tit Lucas ac alij duo Euãgeliſtæ, ꝗ de mutua cõpaſſiõe Chr̃i & dilectiſſimæ matris eius ſcribit
Iohãnes, dicẽdo: Stabat aũt iuxta crucẽ Ieſu mater eius. O affectuoſiſſimũ, doloroſum, om- Joh. 19
B niq; cõpaſſione digniſſimũ verbũ. Et ſoror matris eius, videlicet Maria vxor Cleophę mater
Iacobi minoris. Cũ ergo vidiſſet Ieſus matrẽ ſuã & diſcipulũ ſtantẽ, quẽ diligebat, dicit ma-
tri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus .i. Iohannẽ apl̃m tibi aſſigno pro filio: quũ ego nunc ſubtrahor
tibi, ita ꝙ de cætero tecũ nõ ero in vita iſta mortalis & hũano modo tecũ cõuerſans. Deinde
dicit diſcipulo: Ecce mr̃ tua .i. matrẽ meã tibi cõmendo, vt eã filialr̃ diligas, reuerẽter cuſto-
dias, ei aſſiſtas, obſequaris, prouideas. Et ex illa hora accepit eã diſcipulus in ſuã .i. matrem in
" ſuã fidẽ, in ſuã cuſtodiã. L Erat aũt hora fere ſexta, ⌋ qñ videlicet crucifixus ẽ Ieſus, q̃d qualr̃
" intelligẽdũ ſit, dictũ eſt ſupra, L & tenebræ factæ ſunt in vniuerſa terra vſq; in horã nonã, &
" obſcuratus eſt ſol, ⌋ nõ ꝙ lux in ſole eſſe defierit, aut in eo caligo extiterit, ſed qm̃ lumẽ nõ fu-
dit in terrã, nec apparebat, interpoſito medio q̃dã inter ip̃m & incolas terræ, quẽadmodum
fit in eclipſi, dicitq; Origenes, ꝙ iſta eclipſis ſeu obſcuratio facta ſit p interpoſitionẽ denſarũ
multarũq; nubiũ inter ſolẽ & terrã. Hieronymus vero ait, ꝙ facta ſit p retractionẽ radiorꝝ ſo
lariũ, quẽadmodũ in Aegypto tp̃e Moſi. Verũtamen Origenes atq; Hieronymus opinatiue Origenes
magis ꝗ aſſertiue loquunt, aſſignãdo modos qbus fieri potuit illa eclipſis. Magis ergo credẽ- Hieronymus.
dũ diuino & ſancto Dionyſio, q in ep̃la ſua ad Policarpũ ſcribit ſe eclipſim iſtã vidiſſe apud Exo. 10
Helyopolim vrbẽ Aegypti, vbi Dionyſius tũc fuit ad vacandũ aſtronomiæ ob aeris ſerenita Dionyſius.
tẽ & quietẽ ibi p̃cipuã. Aſſerit ergo Dionyſius, ꝙ vidit lunã ab oriẽte venire, ſeq; ſoli ſuppo-
nere & obſcuritatẽ cauſare. ¶ Tangit p̃terea in p̃fata ep̃la Dionyſius q̃tuor ſupnaturalia, quæ
fiebãt in illa eclipſi. Primũ eſt, qm̃ naturalis eclipſis ſolis nõ fit niſi tp̃e cõiunctionis, incenſio-
niſq; lunę, qñ videlicet directe ſupponit ſoli, tũc aũt oppoſitio & pleniluniũ fuit, vtpote luna
quintadecima, qñ Iudæi celebrãt paſcha. Secũdũ eſt, qa cũ luna fuiſſet ſuppoſita ſoli hora ſe-
xta in medio cœli, tñ hora veſptina reſtituta eſt loco ſuo in oriẽte, ideo ordo tp̃is cõfuſus nõ
C fuit. Tertiũ, qa eclipſis naturalr̃ inchoat ab occidẽte, videlicet à parte ſolis ꝗ reſpicit occiden
tẽ, ꝗ primo eclipſat, & pueni t vſq; ad orientẽ, qm̃ motus lunæ in ꝓprio orbe velocior ẽ mo-
tu ſolis in circulo ꝓprio, ſicq; ptranſit ſolẽ ab occidẽte accedẽs, ſed tũc luna iã ptranſierat ſo-
lẽ, diſtãs ab eo p circuli medietatẽ, exiſtẽs ĩ oppoſitiõe ad ſolẽ, idcirco oportuit, vt ab oriẽte
rediret ad ſolẽ & primo attingeret eũ à parte oriẽtali, illãq; primo eclipſaret. Quartũ eſt, qa
in naturali eclipſi illa pars ſolis primo nudat & cernit, ꝗ primo fuerat obſcurata. Sed tũc pars
vltimo obſcurata primo apparuit, qm̃ luna redibat ad oriẽtẽ vnde aduenerat. Quintũ mira-
culũ circa illã eclipſim addũt Hieronymus atq; Chryſoſt. qm̃ naturalis eclipſis modicũ durat Hieronymus.
puta q̃uſq; luna ptranſeat ſolẽ, tũc vero durauit trib⁹ horis, luna tã diu ſub ſole manẽte. Præ- Chryſoſt.
terea illa eclipſis fuit non ſolũ in terra Iudææ, cũ Dionyſius dicat eã in Aegypto fuiſſe & apud
Athenas, alij q̃q; hiſtoriographi ſcribũt eã fuiſſe in alijs terris. Deniq; vidẽtes Athenięſes phi
loſophi tãta mirabilia in illa eclipſi dixiſſe legunt: Aut deus naturæ patit, aut elemẽta & ſyde
ra mẽtiunt, aut machina mũdi peribit. Attamẽ ſciẽtes illa mirabilia fieri virtute alicuius cau-
ſæ nõ naturalis, ſed ſupnaturalis, fecerũt altare in honorẽ cauſæ illius, vocabãtq; eã .ſ. cauſam
ignotũ deũ. Hinc in actibus legit Paulus apl̃us inueniſſe Athenis arã ignoto deo cõſecratã, di Act. 17.
xitq; Athenięſibus: Quod ignorãtes colitis, hoc ego annũcio vobis, vnde cũ Dionyſius à bea
to Paulo apl̃o audiſſet cauſam mirabiliũ illorꝝ, cito credidit. Prę terea ſicut refert Hieronym⁹

quidã cõtra euãgrliũ Chr̃i ſcribẽtes dixrrũt ſolẽ tũc naturale aliq̃d ſuſtinuiſſe, q̃d diſcipuli Ie D
ſu ex iperitia ,pp̃ter paſſionẽ Ieſu cõtigiſſe dixerũt, ꝙ q̃ falſum & fictũ ſit, patet ex dictis, ſed
Origenes vt recitat Origẽnes cõtra p̃ſcriptat De iſta eclipſi filij huius ſeculi dixrrũt, q̃uo nullus Græco-
rũ aut Barbaroꝝ tã mirabile factũ deſcripſit. Ad q̃d Origenes r̃ndet, ꝙ quidã noĩe Flegon in
Chroniris ſuis deſcripſit ſub imprrio Tyberij cõtigiſſe, nõ t̃n ſcribit lunã fuiſſe plenã. ¶ Po-
ſtremo, ſi q̃d in textu habet, in vniuerſa terra, intelligat de tota habitabili terra, nõ potuit fie
ri p̃ lunæ ſuppoſitionẽ dũtaxat, propter lunæ paruitatẽ, ſed tũc addẽdus eſſet modus p̃ractus
Origenis ſiue Hieronymi, ⌊& velũ tẽpli ſciſſum ẽ p̃ mediũ⌋. i. in duas partes, à ſummo eiꝰ vſ- »
Velum templi duplex. ꝗ deorſum, vt ait Matthæus. ¶ Fuit aũt duplex velũ tẽpli tũc in Hier'lm exiſtẽtis, vnũ exteri-
us in introitu tẽpli, q̃d Remigius tũc diuiſum teſtat, aliud interius in ingreſſu ſancti ſanctorũ,
Remigius Hieronymus. q̃d S. Hieronymus ſriſſum eſſat. Per veli aũt ſciſſurã ſignificabat ꝙ myſtica ſacramẽta & figu
ræ veteris teſtamẽti in Chr̃i paſſione impleta eſſent ar pateſacta. Rrfert q̃ꝗ Hieronymus ſe
legiſſe, ꝙ ſupliminare tẽpli tũc ſciſſum, diuiſumꝗ fuit, ſed & Ioſephus ait, angelicas poteſta-
tes q̃ vſꝗ tũc p̃ſides & cuſtodes tẽpli fuerũt, tũc pariter rõrlamaſſe: Tranſeamus ex his ſedi-
bus. Quid aũt Lucas hic ſcribit de veli ſciſſione, p̃ antiripationem narrauit, q̃a vt Matthæus
Mat. 27 apertiſſime dicit, velũ ſriſſum fuit in morte Chr̃i cũ ſp̃m traderrt. ¶ Deniꝗ ſecũdũ Matthæũ
Ibidem. Mar. 15 & Marcũ, circa horã nonã clamauit Ieſus voce magna, dicẽs: Heli heli lamazabarhtani, hoc
eſt, Deus meus, deus mrus, vt q̃d dereliquiſti me. Hoc aũt protulit Chr̃s inquãtũ hõ, non ex
impatiẽtia, ſed ad inſinuandũ inrffabilẽ acerbitatẽ pœnaꝝ ſuaꝝ, & derelictũ ſe dixit à deo,
nõ ꝙ priuatus eſſet gr̃a aut gloria, aut à p̃ſonali eſſe vrrbi æterni ſua humanitas fuerit ſepara E
ta, ſed q̃a nulla pro tũc fiebat redundãtia conſolationis à ſuperiori parte animæ ſuæ in partẽ
eius infrriorẽ, corporeãꝗ naturã. Sic aũt nõ fuit in ſanctis martyribus, quoꝝ multi durãte eo
rũ paſſiõe tantã intra ſe rõſolationẽ ſenſerũt, vt exteriorẽ vix ſentirẽt dolorẽ. Ideo q̃ꝗ ſe cla
Eſa. 53 mauit relictũ, quia tã grauiter patiebat, ſicꝗ expoſitus fuit volũtati ſceleratoꝝ, ac ſi p̃ctõr &
à deo contẽptus fuiſſet, quẽadmodũ ab Eſaia fuit p̃dictũ: Nos putauimus eũ quaſi leproſum
Pſal. 87 & p̃cuſſum à deo & humiliatũ. Et Chr̃s in pſalmo ait ad patrẽ: Sup̃ me cõſirmatus eſt furor
Eſa. 53 tuus, & oẽs fluctus tuos induxiſti ſup̃ me. Tunr enĩ (vt Eſaias p̃dixit) dñs voluit eũ cõterere in
Mat. 27 infirmitate. Inſup ait Matthæus: Quidã aũt illic ſtãtes & audiẽtes. ſ. qualiter Ieſus clamaſſet,
Heli heli, dicebãt, Heliã vocat iſte. Iſtos aliqui dicũt fuiſſe gẽtiles, nõ intelligẽtes p̃fecte ideo-
ma Hebræũ, ideo p̃ Heli putabant Heliã notari, & q̃a inter Iudæos morabant, poterãt aliq̃d
ſcire de Helia, alij dirũt ꝙ fuerunt Iudæi, ideo dixerunt Chriſtũ inuocare Heliam, vt eũ de im
becillitate diffamarent, eo ꝙ ab Helia peteret opem, qui paulo ante ſe dei filiũ nominauit.
Deinde Ieſus dixit: Sitio. Et cõtinuo rurrẽs vnus ex eis. ſ. Pilati miniſtris, vt dicit, obtulit ei
acetũ. Cæteri vero dicebant: Sine. i. ſuſtinr pauliſper & expecta ſeu ceſſa, videamus ſi veniat
Helias librrãs eũ. Hoc aũt nõ cõfidendo, ſed irridẽdo dixrrũt, q. d. Fruſtra inuocauit Heliã.
Cũ ergo accepiſſet Ieſus acetũ, dixit: Cõſummatũ eſt. i. quæ de mea paſſione p̃nunciata fue-
runt, & q̃ pro hoĩbus facere, patiꝗ drbui, impleta ſunt, nec aliud reſtat, niſi vt ſp̃m meũ patri
offerã & emittã. ⌊Et clamãs voce magna Ieſus.⌋ Vox illa magna fuit & valida, q̃a affrctuo »
ſiſſima mente, & forte & alta ſonoritate prolata, ⌊ait: Pater, in manus tuas⌋. i. in tua poteſta »
te & æquitate, ⌊cõmendo ſp̃m mrũ⌋. i. animã. Hoc aũt dixit ſaluator, nõ quaſi aĩa ſua alicui »
perirulo exeundo eſſet expoſita, à quo peteret eã p̃ſeruari, ſed hoc dixit quaſi cũ gratiaꝝ acti F
one & laude eã patri ſecure rõmittẽs. ¶ Drniꝗ aliqui dicũt Chriſtũ dixiſſe in crure voce ſub-
Pſal. 30 miſſa pſalmũ, in quo vrrſiculus iſte rõſrriptus eſt. ſ. In te dñe ſperaui, à principio eius vſꝗ ad
hæc verba inrluſiue, q̃ alte deprõpſit. Alij aſſerũt eũ dixiſſe oẽs pſalmos ab eo loco q̃ alte cla-
Mat. 27 mauit: Deus meus, deus meus, vt quid dereliquiſti me, q̃d eſt p̃cipiũ pſal. 21. vſꝗ ad hũc vrr
Pſal. 21. Pſal. 30 ſum: In manus &c. ⌊Et hæc dicẽs, expirauit,⌋ videlicet capite inclinato, factus patri obedi- »
Phil. 2 ens vſꝗ ad mortẽ, & tũc Chr̃s cũ tã forti clamore ſp̃m tradens, apertiſſime veꝝ eſſe mon-
Iohan. 10 ſtrauit, q̃d ante iã dixerat. Poteſtatẽ habeo ponendi animã, & iteꝝ ſumendi eã. In hac itaque
expiratione vere obijt Chr̃s, ita ꝙ anima eius ſeparabat à corpore, & deſcendit in lymbum
patrũ, tanq̃ glorioſiſſima triumphatrix, & mox in eius aduentu ſanctæ aĩæ ibi exiſtẽtes, p̃fu-
ſæ atꝗ impletæ ſunt lumine gloriæ, cœperuntꝗ deũ videre per ſpeciẽ, quia p̃ratiũ iam fuit
ſolutũ, & pro originali peccato fuerat ſatisfactũ. Quãuis aũt anima, corpuſꝗ Chriſti fuerũt
à ſe inuicẽ ſeparata, vtrũꝗ tamẽ manſit verbo æterno vnitũ, quia quod verbũ ſemel aſſum-
Mat. 27 pſit, interim nunq̃ depoſuit. In har Chr̃i expiratione, trrra ſupernatural'r mota eſt, & petræ
ſciſſæ ſunt, & monumẽta aperta ſunt, ex vehemẽti terræ tremore, & multa corpora ſanctoꝝ
quæ dormierãt, ſurrexerũt, nõ in hac hora, ſed eadẽ hora qua Chr̃s reſurrexit, ideo ait Mat-
thæus: Et exeuntrs de monumẽtis poſt reſurrectionẽ eius, venerũt in ſanctã ciuitatem, puta
Hieruſalem, & apparuerunt multis ibi hominibus, proteſtantes Ieſum eſſe Chriſtũ, & à mor
te veraciter ſuſritatum, ſeꝗ reſurrexiſſe, vt huius rei exiſterẽt teſtes. ¶ Qui autem fuerint ſan-
cti illi cum Chriſto ſurgentes, neſcimus certitudinaliter. Hieronymus tamen ait, ꝙ antiqui
patri-

conuertit,& vnus fuit de ſeptem diaconis,ſed Philippũ qui poſtea factus fuit apoſtolus:Inuenit autẽ eum nõ improuiſe aut caſualiter,ſed ſic iter ſuũ direxit,ſicq; Philippũ ad ſibi obuiandũ
De diſcipulorũ ſequela Chri. induxit,qđ electũ in apoſtolum ſanctũ Philippum cito inuenit. ⌞Et dixit ei(Ieſus) ſeq̃re me⌟ fide,affectu & opere ac corporis greſſu.Nõ mirũ,ſi verba verbi, ſeu ſermo Chriſti tantæ virtutis erãt,qđ exterioribus ſenſibus immutatis,etiã animas poterãt immutare atq; attrahere. Qui enim foris ſonabat,intus mouebat,& qm̃ deus verus fuit,in voluntatẽ aliorũ potuit agere immediate,illam pro libitu afficiẽdo ac immutãdo. Hinc eſt qđ quidã apoſtolorũ ad vnã vocẽ Chri ipſum ſecuti ſunt. Ex q̃bus patet inſania Porphirij ac Iuliani redarguentium apoſtolos de animi leuitate,qđ Chriſto vocãte eũ ſequuti ſunt,quaſi liceret quẽlibet vocãtem imitari. ⌞Erat autem Philippus(oriundus)à Bethſaida ciuitate Andreæ & Petri⌟.i.de qua hi duo nati fuerunt. Bethſaida autẽ fuit vrbs Galilææ. ⌞Inuenit Philippus Nathanael fratrem ſuum⌟ carnalẽ,quẽadmodum dictũ eſt de Andrẹa,q Chriſto audito,accẽſus zelo ſalutis fraternẹ,quæſiuit & repperit Petrum,eumq; adduxit ad Ieſum,ita nunc legitur de Philippo, ⌞& dicit Philippus ei⌟ videlicet Nathanaeli. ¶Quæritur ſi Philippus cõtinuo ſequebatur Ieſum,vbi quæſiuit ac repperit fratrẽ ſuũ? Ad hoc facile eſt reſpõdere,forte eñ repperit eum nõ longe à via,qua iuit cũ Ieſu
Deute.18 vel alio die. ⌞Quẽ ſcripſit Moſes in lege,& prophetẹ,inuenimus Ieſum filium Ioſeph (putatiuum natum)à Nazareth⌟ ex parte matris, & q̃a conceptus fuit in Nazareth, q̃uis ſit natus in Bethlehem. Hæc verba Philippi plena ſunt ſenſu. Itaq; ait,quem ſcripſit in lege, id ẽ eum, de q̃ Moſes ſcripſit in Penthateuco,& de quo ſcripſerunt prophetæ,inuenimus ego alijq; diſcipuli Iohannis Baptiſtæ. Fertur enim quod Petrus quoq; & Philippus fuerunt Iohannis diſcipuli Ieſu. Hunc inuenerunt,non vtique à caſu, nec propria induſtria vel virtute, ſed Iohanne Baptiſta monſtrante, & Chriſto ſe eis oſtendente. Porro Moſes ſcripſit de Chriſto dupliciter. E
Gene.49 Ibidem. Vno modo verba aliorum narrando, quemadmodum in Geneſi prædixit Iacob: Non auferetur(inquit)ſceptrum de Iuda,donec veniat qui mittendus eſt,& ipſe erit expectatio gentiũ. Et iterum:Salutare tuum expectabo domine. Alibi quoq; ſcribit deum dixiſſe ad Abraham:
Gene.22. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Secundo de ipſo Chriſto prophetando, vt cũ ait in Deuteronomio:Prophetam ſuſcitabit vobis dominus de fratribus veſtris tãquàm me ,ipſum
Deute.18 audietis. Quod autem prophetæ ſcripſerunt de Chriſto non oportet ſpeciali teſtimonio cõprobare,cum certum ſit etiam ſecundum Iudæorum magiſtros,quod om̃es prophetæ loquuti
Actorũ.3. Lucæ.24 ſint ſuper dies Meſſiæ. Propter quod in actis apoſtolorum Petrus teſtatur: Omnes prophetæ à Samuel & deinceps,annunciauerunt dies iſtos,videlicet tempus gratiæ Chriſti. Hinc Chriſtus dicit in Luca:Oportet impleri omnia quæ ſcripta ſunt de me,in lege & prophetis & pſalmis. Prẹterea ſi Philippus fuit diſcipulus Iohãnis,vel eruditus in prophetis, vel ſatis illuſtratus à ſpiritu ſancto,tunc nouit Ieſum,quem credidit Chriſtum,non eſſe filium Ioſeph ſpõſi Mariæ,ſed loquebatur ſecundum opinionem vulgi. Probabile enim eſt ,quod præcurſor docuit ſuos diſcipulos,Ieſum Chriſtum eſſe virginis filium. Si vero nondum illuminatus fuit , aliquo horum modorum,putauit ſicut & cæteri,quod Ieſus eſſet conceptus de viro. Nec mirũ ſi igno-
Iohan.20. Lucæ.18 raſſet Chriſtum eſſe filium virginis,cum Iohannes Euangeliſta vſq; poſt reſurrectionẽ Chriſti neſcierit,quod Ieſus reſurrecturus fuit à mortuis,imo apoſtoli communiter ignorauerunt,
Auguſtinus quod occidendus eſſet ab impijs,cum tamen prophetæ hoc apertiſſime prẹnunciauerint. ⌞Et dixit ei Nathanael,à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe.⌟ Non eſt certum an verba iſta locutus ſit Nathanael,aſſerendo,vel dubitando,vel abnegando. Auguſtinus enim ſentit, quod di- F
xit hæc verba aſſertiue,tanquam diceret,vtiq; à Nazareth Chriſtum veniſſe, non eſt incredibile,aliter ſecundum Auguſtinum Chriſtus non commendaſſet Nathanaelem dicendo: Ecce vere Iſraelita in quo dolus non eſt. Et ad hoc poteſt adduci,qđ Nathanael fuit excellẽs doctor
Eſaiæ.11. in lege,& ergo nouit Eſaiã dixiſſe,quoniã Nazarẹus vocabit. Vbi eñ noſtra tranſlatio habet in Eſaia:Egredietur virga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendet,hebraica veritas continet:Egredietur virga de radice Ieſſe,& Nazarẹus de radice eius aſcendet. Chryſoſtomus ve-
Chryſoſtom⁹. Michææ.5. ro tenet oppoſitum,dicens,quod Nathanael dixit hæc negatiue, quoniã ſciuit ſcriptum in Michæa quod naſceretur in Bethlehem. Alij dicunt,quod protulit verba iſta dubitatiue,habẽs argumenta pro parte vtraq;. Puto autem quod dixit hæc cum quadã admiratione,cupiens plenius certificari,tanquàm diceret: Mirum eſt ſi de ciuitate illa,tam vili & modica, ortus ſit Chriſtus rex Iſrael. Ideo ſubditur: ⌞Dicit ei Philippus,veni & vide⌟.i.nolo vt meis verbis nudis fidem adhibeas abſolute,ſed accede ad Ieſum,& tunc experieris qualis & quantus ſit, ſciesq; me vera dixiſſe. ⌞Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe,⌟ cum Philippo qui eum adduxit , ⌞& dicit⌟ aſtantibus de eo,audiente ipſo Nathanael,qui tantæ perfectiõis fuit,quod Chriſtus nouit ſibi non obeſſe,quod laudaret ipſum in ſua præſentia. Pronis vero ad vanitatem,non expedit laus. ⌞Ecce vere Iſraelita,hoc eſt,non ſolum nomine ſed & re, ſeu propter pietate & gr̃a,filius

Iſraelis

A Iſraelis.i.Iacob patriarchæ, qui alio nomine appellatus eſt Iſrael, hoc eſt Nathanael iſte non
ſolũ eſt filius Iacob ſecundũ carnẽ & nuncupationẽ, ſed etiã ſecundũ fidẽ, ſapiam, & virtutẽ Gene 32
ſublimitatẽ. Iſrael interpretať vir vidẽs deũ. Qm̃ ergo Nathanael imitatus eſt beatiſſimũ pa-
triarchã Iacob, deũ fideľr cõtemplãdo, myſteria Chr̃i ſapiẽter intelligẽdo, & cõuerſationem
virtuoſam ducẽdo, merito diciť vere & verus Iſraelita. Eſt aũt & alius Iſraelita ſecundũ car-
nis originẽ ſolũ, vel ſecundũ literã q̃ occidit, de quo dicit ap̃lus: Videte Iſrael ſecundũ carnẽ, 2.Cor.3
De vero aũt & ſpũali Iſraelita diſſeruit: Pax ſup illos, & ſup Iſrael dei. Deniq; ſicut iuxta do- 2.Cor.10 Galat.6
ctrinã apoſtoli ad Romanos & Galatas, quidã ſunt filiȷ̃ Abrahæ ſecundũ carnẽ, qui non re- Roma.9
putantur in ſemine, quia non ſunt digni vocari filiȷ̃ Abrahæ, quod verũ eſt de filiȷ̃s ſecũdum Galat.4
carnem dũtaxat, puta Iudæis incredulis & peruerſis. Aliȷ̃ vero ſunt filiȷ̃ Abrahæ ſpũales, p̃ fi-
dei imitationẽ, qui dicuntur voce filiȷ̃ Abrahæ ſeu Abraheitæ, quales ſunt omnes gentiles, ele
cti tempore gratiæ. Sic quidam ſunt filiȷ̃ Iſrael ſecundum carnem tantũmodo, qui non ſunt
veræ Iſraelitæ. Aliȷ̃ aũt ſecundum fidem & gratiam qui ſunt veræ Iſraelitæ, videlicet omnes
electi, deum fide formata ac lucida intuentes. Electi quoq; Iudæi ſunt filiȷ̃ Abtahæ & Iacob,
ſeu Iſraelis, ſecundum carnem & ſpũalem imitationem. Inter quos vnus de præcipuis fuit, fe
lix iſte Nathanael, cui tam ſingulare atq; magnificum teſtimonium perhibuit filius dei, Vn-
de ſubditur. ⌊In quo dolus non eſt.⌋ De Chriſto teſtati ſunt, Eſaias & Petrus. Quod nõ eſt Esa.53
dolus in ore eius. Quantus ergo fuit iſte Nathanael, quem Chriſtus eiſdem verbis laudauit, q 1.Pet.2
bus ipſe prophetico fuit ore laudatus, apoſtolicoq; laudandus? Nõ itaq; fuit fraus, ſimulatio,
hypocriſis, circũuentio, in iſto Nathanael, ſicut cõiter in aliȷ̃s ſcribis. Nouerat quippe ſanctꝰ
B Nathanael, quod ſimulatores & callidi prouocant iram dei. Et q̃ teſte Eſaia, fraudulenti va- Job.36
ſa ſint peſſima, imò quod iuxta Malachiam prophetam: Meledictus doloſus. Siquidem virũ Esaie.32
ſanguinũ & doloſum abominbiať dominus. ⌊Et dicit eī Nathanael: Vnde me noſti?⌋ Non Mala.1
ſolũ ſecundũ faciem, ſed inſup ſecundũ interiora mea, & ſecundũ cordis mei ſimplicitatẽ, at- Psal.5
q; propoſitum. Forte Nathanael putauit ſe nunq̃ viſum à Ieſu, corporali intuitu, & forſan ſic
erat, verũ audiens Chriſtũ de ſua interiori diſpoſitione ea aſſerere, de q̃bus ipſe conſcius ſibi
fuit, miratus eſt, dicẽs: Vnde me noſti.i. quis tibi hæc reuelauit de me? Nã quis ſcit q̃d agatur
in hoĩe, niſi ſpũs eius, & deus & illuminatus à deo? ⌊Rñdit Ieſus & dixit ei: Priuſq̃ te Philip-
pus vocaret,⌋ vt venires ad me, ⌊cũ eſſes ſub ficu,⌋ vbi te Philippus inuenit, alloquutuſq; fu 1.Cor.2
it dicendo me eſſe Meſſiam, à Moſe & prophetis prænunciatũ, ⌊vidi⌋.i. cognoui te & ſe-
creta cordis tui perſpexi. ⌊Reſpondit ei Nathanael & ait: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Iſra-
el⌋.i. ex iſtis ſignis agnoſco, q̃ ſis Chriſtus rex Iſraeliticæ plebis. Nam cordium ſecreta & ab
ſentiũ verba, nullo narrante cognoſcere, eos quoq; & facta eorum ſpũaliter cernere, tam per
fecte qui corporaliter non vidẽť, deo eſt propriũ, Idcirco profiteor te filium dei, & regẽ Iſ-
rael.i. deum & hominem. Sciuit nanq; Nathanael q̃ Chriſtus non vidit eum ſub ficu oculo
corporali, nec verba eius atq; Philippi audiuit auribus corporis. Sciuit quoq; quod nemo nũ
ciauit ea Chriſto, idcirco auditis verbis Chriſti, confeſſus eſt quod eſſet filius dei. Quidã di-
cit quod iſte Nathanael, dicendo Ieſum eſſe filiũ dei, intellexit hoc de filiatione adoptiua per
gratiam excellentem, ita quod diuinitatem Chriſti nõ videtur intellexiſſe. Item quod dicen
do: Tu es rex Iſrael, æſtimauit eum temporaliter regnaturũ, ſicut cõiter opinanť Iudæi, Sed ſi
C Nathanael tã incõuenienter, imò & falſe ſenſiſſet de Chriſto, nequaq̃ meruiſſet audire à Chri
ſto. Ecce vere Iſraelita in quo dolus nõ eſt, tũc eñ fuiſſet carnalis Iſraelita, alioſq; decipiens
docendo de Chriſto futuro, q̃ eſſet purus homo, & rex tẽporaliter regnaturus. Fuit eñ legis
doctor. Deniq; cũ fuerit valens legis doctor, atq; eximius ſecundũ Bedã, ſcrutabať ſcripturas Beda.
de Chriſto. Qm̃ ergo prophetæ manifeſte deſcribũt Chriſti diuinitatẽ, vt cũ ait Hieremias:
Hoc eſt nomen quod vocabũt eũ dñs iuſtus noſter. In Hebræo aũt habeť nomẽ dñi tetragrã- Hiere.33
maton, quod nõ cõuenit niſi vero deo. Et Eſaias: Vocabiť (inquit) nomẽ eius admirabilis, cõ
ſiliarius, deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Deſcribũt quoq; primũ Chriſti aduẽ- Esa.9
tũ in omnimoda paupertate, dicente Zacharia: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ipſe pau-
per. Et Hieremias: Quare quaſi colonus venturus es in terra? Hinc igitur non eſt veri ſimile, Zach.9
q̃ Nathanael æſtimauit Meſſiam purũ hominẽ, atq; temporaliter regnaturũ, ſicut nunc ſom Hiere.14
niant obtenebrati Iudæi. Argumentũ aũt illius quo arguit, quod ſi Nathanael crediſſet eũ
eſſe filiũ dei naturalẽ, non dixiſſet: Tu es rex Iſrael, Sed totius mundi non conuincit, nec ap
parentiã habet, p̃ſertim cũ in Eſaia etiã deus ſecundũ naturã deitatis frequẽter dicať rex Ia-
cob ſeu Iſrael. Vnde in Eſaia diciť in perſona Iſraelitici populi: Dñs iudex noſter, dñs legifer Esa.33
noſter, dñs rex noſter, ipſe veniet & ſaluabit nos. Quod ad literã dictũ eſt de Chriſto filio dei
Quãuis eñ ſit omniũ rex, tamen ſpecialiter appellatur rex Iſrael. Primo, qm̃ ex ſemine regũ
Iſrael natus. Secundo, quia populo illi ſpecialiter promiſſus ac miſſus, quẽadmodum ait: Non Mat.15
ſum miſſus niſi ad oues perditas domus Iſrael. Ideo in Zacharia habeť: Exulta ſatis filia Sion,
ecce rex tuus. Non ait, rex totius mundi, ſed rex tuus. Et quid eſt, rex tuus, niſi rex Iſrahel? Zach.9

CAP. II. ⌊Reſpondit Ieſus & dixit ei: Quia dixi tibi vidi te ſub ficu⌋ ſecūdū ſenſum iā explanatū, ⌊credis⌋ me filiū dei, & regē Iſrael. ⌊Maius his⌋ .i. ſignum euidētius, meæ diuinitatis, ⌊videbis⌋ q̄ ſiut duo ſigna prædicta, videlicet q̄d te vocaui vere Iſraelitam, dolo carētē. Et q̄d dixi me te vidiſſe ſub ficu. Nā cæteris prophetis ſæpe cōceſſum eſt deo illuſtrāte, q̄d interiorē hominū diſpoſitionē, actusq́ꝫ exteriores, certitudinaliter cognouerūt. Diſcipuli aūt poſtea viderūt ſigna di- D
Matt. 9 uinitatis Chr̄i, multo maiora vt erat ſuſcitatio mortuoꝝ, obſcuratio ſolis tpe paſſiōis, ingreſ-
Marc. 5 ſus Chr̄i in cōclaue ianuis clauſis, aſcēſio ſaluatoris, & miſſio ſpūs ſancti. Specialiter vero ſubiū-
Lucæ. 7. gitur, de vno ſigno maiori. ⌊Et dixit ei Ieſus: Amen amē dico vobis⌋ videlicet tibi Nathana-
Johan. 11 el & fratri tuo Philippo. ⌊Videbitis cœlū apertū⌋ nō p ſciſſurā aut diuiſionē, vel aliquā corru-
Mat. 27 ptionē, cū corpa cœleſtia ſint naturaliter incorruptibilia, ſed p aliquā refulgētiā lucis, ob quam
Lucæ. 24 cœlū, quaſi apertū apparet, vt in choruſcatiōe, vel dr̄ cœlū apertū, propter exitū ciuiū ſupnoꝝ.
Marc. 16 Acto. 1. ⌊Et angelos dei aſcēdētes & deſcēdētes⌋ in corpibus aſſumptis, in q̄bus videri dicunt, cum in
Acto. 1. propria natura incorporei, inuiſibilesq́ꝫ cōſiſtāt, ⌊ſupra filiū hoīs⌋ quaſi ad eius famulatū parati. Sed vbi viderūt iſtud diſcipuli? Dicēdum q̄ in aſcēſione, q̄ñ cū Chr̄o multi angeli aſcēderūt, quoꝝ duo aſtiterūt diſcipulis, dicētes, viri Galilæi, q̄d ſtatis aſpicientes in cœlū? Multa q̄ꝫ fecit
Acto. 1 Chr̄s miracula, & diuerſæ circa ipm̄ viſiones apparuerūt, q̄ nō ſunt ab aliq̄ euāgeliſtaꝝ deſcripta. Circa p̄inducta monemur aduertere diſpēſationē ſapiētiæ dei ī electiōe apl'oꝝ, q̄uo Chr̄s
1 Corit. 1 ſapiētia patris, attingēs à fine vſq́ꝫ in finem fortiter, & diſponēs vniuerſa ſuauiter, potius elegit
Sapię. 8 Petrū, Andræā, Philippū, & alios idiotas in apl'os q̄ Nicodemum & Nathanael, q̄ erāt doctores & legiſperiti, ne p̄dicatio euāgelicæ legis, videret virtute humanæ ſapiētiæ, ſeu authoritate
1. Corit. 1. magnatū inualuiſſe. Nā teſte apl'o, quæ ſtulta ſunt mūdi elegit deus, & confundat ſapientes. Itē ne propter excellentiam ſuam viderentur ad gratiam apoſtolatus promoti. E

¶EXPLANATIO SECVNDI CAPITVLI. ET tertia die nuptiæ factæ ſunt. Articulus. VII.

CAP. II. SVbinde deſcribit miraculū Chr̄i, quo cōuertit aquā in vinū. ⌊Et tertia die nuptiæ factæ ſunt in Chana (villa) Galilææ.⌋ Quidā exponūt hāc tertiā diē, de die ſeq̄nte vocationē Philippi & Nathanaelis, ſi obuiat, q̄d ſcd̄m prēs ſanctos cōiter creditur, q̄d Chr̄s eodē die q̄ baptizatus eſt, cōuertit aquā in vinū, anno vno elapſo. Vocatio aūt p̄dictoꝝ
Matt. 4 Marci 1. Lucæ. 4. diſcipuloꝝ, facta eſt ſtatim poſt reditū Chr̄i à deſerto, in q̄d fuit ingreſſus ſtatim ſuſcepto baptiſmo. Propterea alij ſic exponūt. Tertia die .i. die q̄ poſt dies p̄dictos tertio loco exprimitur. ⌊Et erat mater Ieſu ibi⌋ videlicet inuitata atq́ꝫ profecta ad nuptias iſtas. Hieronymus
Hieronymus. eīm ſentit q̄d ſpōſus fuit Iohānes Euāgeliſta, filius ſororis beatiſſimæ virginis, genitricisq́ꝫ Chr̄i. Sicq́ꝫ mr̄ Ieſu iuit ad nuptias ſui nepotis, ⌊vocatus eſt aūt⌋ (.i. reuerēter inuitatus, & Ieſus & diſcipuli eius⌋ q̄ iā cœperāt eius magiſterio adhærere, partim propter teſtimoniū Iohānis Baptiſtæ, & partim propter ſapiētiā & ſanctitatē, efficaciáq́ꝫ verboꝝ dn̄i
Johan. 1. Ieſu. Itēq́ꝫ propter ſigna eius occulta, quēadmodū in p̄cedēti capitulo dictū eſt de Nathanael, q̄d credidit Ieſum eē Chr̄m filiū dei, q̄ñ archana ſui cordis, & geſta ac verba ſua, ī abſentia Chriſti patrata ac dicta, ipſe Chr̄s manifeſtauit ipſi Nathanael. ⌊Ad nuptias⌋ q̄bus Chr̄s intereſſe dignatus eſt. Primo, vt laudabilē cōſuetudinē, q̄ habet vim legis qua cōſanguinei & vicini tendūt ad nuptias cognatoꝝ ac vicinoꝝ ſuoꝝ approbaret. Secūdo, vt demōſtraret nuptias eē licitas atq́ꝫ diuinitus inſtitutas, cuius cōtrariū Tarcianus & Marcianus hæretici, affirmabāt, dicētes q̄d eſſent malæ & à diabolo traditæ. Tertio, vt occaſione futuri defectus oparetur miraculū, ad proprie maieſtatis declarationē, & diſcipuloꝝ ſuoꝝ cōfirmationē. Quarto (vt dicit) quatenus nepotē ſuū Iohānē à ſtatu coniugali, ad ſtatū ſublimiorē vocaret, vñ & pro lege obſeruatur, vt vterq́ꝫ cōiugū, libere poſſit religionē intrare, mr̄imonio nōdū cōſummato, videlicet añ cōiunctionē maritalē. ⌊Et deficiēte vino⌋ vel q̄a totū fuerat epotatū, vel q̄a paꝝ remanſit, ita quod mox vinū oīno deeēt, & ſpōſus de inopia cōfundēdus exiſteret. ⌊Dixit mr̄ Ieſu ad eū, vinū nō habēt⌋ ad ſufficiētiā ſpōſus & ſpōſa, ad erogādū, & alij ad bibēdū. Cōpaſſa eſt eīm verecundiæ ſpōſi ac ſpōſæ, atq́ꝫ penuriæ ſeu indigētiæ cōueſcentiū, pijſſima, affectuoſiſſima atq́ꝫ dulciſſima virgo, & filioꝝ corpali inopiæ cōdolebat & ſuccurrebat, etiā nō rogata, q̄to magis nr̄æ ſpūali indigētiæ cōpatietur, auxiliūq́ꝫ p̄bebit, ſi fuerit fideliter inuocata? q̄d vtiq́ꝫ facit vbertim nōdū petita. Porro, cū pudiciſſima ac prudētiſſima eēt, pauciſſimis vſa ē verbis, & in volūtate filij, ac dn̄i ſui relinquēs, q̄d agere vellet. De cuius bonitate & charitate eatenus cōfidebat, q̄d ſciuit deſideriū ſuū, ac p̄cē nō ab illo repelli poſſe. Quo docemur cām & indigētiā noſtram, ſupioribus nr̄is ſimpliciter atq́ꝫ modeſte inſinuare, & in eoꝝ ptāte q̄d faciēdū ſit relinquere. ⌊Et dicit ei Ieſus: Quid mihi & tibi ē mulier.⌋ Q̄m dura videtur iſta rñſio. Manichæus dixit, q̄d Chr̄s nō fuit verus filius Mariæ, nec habēs corpus veꝝ, ſed fantaſticū. Q̄d ſi ita ſe haberet, nō ſubderet Euangeliſta. Dicit mr̄ eius miniſtris, Cur ergo loquitur ita? Nūq̄d q̄ñ verba Mariæ rep̄hēſibilia erāt, quā ſci-

mus nec

A mus nec mortaliter nec venialiter vnq̃ peccaſſet? Nõ vtiq̃. Deniq̃ ſi rephenſibiliter eſt locuta,
cur filius eius mox fecit, q̃d ipſa petiuit? Sed loqtur ſic, docẽs nos, ne habeamus affectum nimis
carnalẽ & mollẽ ad carnales parẽtes. Exponit̃ aũt locus iſte dupliciter. Primo ſcd̃m Auguſtinũ Auguſtinus
hoc mõ. Quid mihi & tibi eſt mulier. i. nihil cõe eſt mihi & tibi, cuius virtute cõueniat mihi mi-
racula facere, qa iſtud cõuenit mihi rõne diuiæ naturæ, quã nõ ſumpſi ex te. Ideo q̃tũ ad hoc, vi
delicet ad faciẽda opa ſupnaturalia, nõ teneor tibi parere. Nõdũ venit hora mea. i. tps pſe-
cutiõis & paſſiõis, in q̃ agã & patiar q̃ mihi cõueniũt rõne naturę ex te ſumptę, & tũc ero ſolici Iohan.19
tus de te, cõmittẽdo te diſcipulo pdilecto. Sed iſta expoſitio videt̃ ſatis obſcura. Scd̃o ergo ex-
ponit̃ ſic ſcd̃m Chryſoſtomũ. Quid mihi & tibi ẽ mulier. i. ĩ iſto q̃d petis à me fieri, nõ cõuenis Chryſoſtom⁹.
mecũ q̃tũ ad determinatã horã faciẽdi miraculũ, nec ẽ tibi mecũ cõe ſcire horã hmõi. Nõdũ ve
nit hora mea. i. adhuc nõ eſt tps faciẽdi miraculũ, mutatiõis aquæ in vinũ, ſeu alio mõ ſupnatu-
raliter puidẽdi de vino ſufficiẽti. Virgo nãq̃ beata ſcd̃m Chryſoſtomũ, timẽs de futuro de-
fectu vini & verecũdia ſpõſi, optauit vt Ieſus puideret de vino ſufficiẽti, anteq̃ vinũ reſiduum
ebiberet̃. Chr̃s vero ſciuit hoc nõ expedire, qa tũc miraculũ fuiſſet minus notũ & gratũ. Qm̃ er
go voluit ſuã diuinitatẽ oſtendere, diſcipulorũq̃ fidẽ roborare, expectauit q̃uſq̃ nihil de vino
pmãſit, q̃ facto, miraculũ prouiſiõis de vino fuit magis gratũ veſcẽtibus, magis q̃q̃ manifeſtum
pñtibus. Hec expoſitio videt̃ aliq̃d ambiguitatis continere. Maria em̃ abſolute dixit ad Ieſum,
vinũ nõ habẽt. Vñ dubiũ ẽ, ſi aliq̃d vini ſupfuit. Propter q̃d videt̃ & ſic exponi poſſe. Expoſi-
tiões tñ ptactas nequaq̃ redarguo. Quid mihi & tibi ẽ mulier. i. q̃d ad nos duos q paupes ſum⁹
& tpaliũ rerũ ſolicitudinẽ nõ habemus, intm̃ ptinet puidere iſtis de vino? Nõdum venit hora
B mea. i. necdũ impletũ eſt tps vt manifeſte ac paſſim agã miracula. Quãuis em̃ Chr̃s añ incarce-
rationẽ Iohãnis Bap. pdicauit, baptizauit ſaltẽ ſuos aplos, & alios p illos, atq̃ miracula aliq̃ fe-
cit, hoc tñ nõ fecit vbertim, manifeſte & paſſim, ſed raro & corã paucis. Propter q̃d Matthęus,
Marcus & Lucas talia omiſerũt, incipiẽtes ab opibus Chr̃i, & doctrinis poſt incarcerationem Matt.4
Iohãnis ĩceptis. Prout manifeſte patet ĩ Matthęo, Marco & Luca. Dicit mr̃ eius miniſtris Marci.1
qui potũ pbebãt edẽtibus. Quodcũq̃ dixerit vobis (filius meus Ieſus) facite. Certiſſima eq̃- Lucæ.3
dẽ fuit amabiliſſima virgo, ſe tm̃ amari ac honorari ab vnico pignore vẽtris ſui, à dilecto ſuo, à
dilecto vteri ſui, à dilecto votorũ ſuorũ, à q̃ nunq̃ aliq̃d auſteritatis vl' repulſæ fuit expta, q̃d in-
cũctãter ageret id q̃d ipſa ſuggeſſit. Nõ eĩ accepit verba eius q̃ſi increpatorie dicta, qa & q̃d ait,
Mulier nõ ſonat dure ſcd̃m idioma Hebrę̃ũ, in q̃ oĩs pſona fęminei ſex⁹ mulier appellat̃. Erãt
aũt ibi lapideę hydrię. i. vrnę ſeu vaſa pro receptiõe aq̃ apta ſcd̃m purificationẽ Iudæorũ.
i. ſcd̃m cõſuetudinẽ, ritũ ſeu obſeruationẽ, quã habebãt Iudæi ĩ purificãdo, ſeu lauãdo ſeipſos,
& vtẽſilia ſua. Qñ aliquã immũditiã incurrebãt ſcd̃m legẽ, vl' ſcd̃m ſeniorũ ſuorũ traditionem.
Habebãt em̃ cõſuetudinẽ ex traditiõe ſeniorũ frequẽter lauãdi manus, & vaſa, ac cætera multa.
Propter q̃d poſitę erãt ibi hydrię, vt haberẽt aquã in prõptu. Vñ apd̃ Marcũ legit̃: Phariſæi & Marc.7
oẽs Iudæi, niſi crebro lauẽt manus, nõ mãducãt, tenẽtes traditionẽ ſeniorũ. Et à foro niſi bapti-
zent̃ nõ comedũt. Et alia multa ſunt, q̃ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicũ & vrceorũ &
ęramẽtorũ & lectorũ. Capiẽtes ſingulę. i. q̃libet hydria capiebat, metretas. i. mẽſuras de
ſextariorũ, binas vel ternas. Secundum Iſidorum metreta eſt menſura cõtinens decem ſex- Iſidorus.
tarios. Sextarius vero cõtinet duas libras. Dicit eis (puta miniſtris) Ieſus, ĩplete hydrias aq̃.
Forſitã aliq̃d aquę erat in hydriis, ſed nõ erãt replete, qa fortaſſis aliq̃d inde fuit ſublatũ, pro lo-
tiõe vaſorũ vl' diſcũbẽtiũ. Et ĩpleuerunt eas vſq̃ ad ſummũ earũ. ita q̃d plus cape nõ valebãt.
Et dicit eis Ieſus, haurite. i. vinũ de hydriis ſumite nũc qm̃ diuia virtute, iã in inſtãti, cõ-
uerſa ẽ aq̃ in vinũ, & ferte (.i. de vino iſto portare) Architriclino. Tricliniũ eſt locus ſeu do-
C mus ſublimata, ſcd̃m Bedã terno diſcũbẽtiũ ordine diſtincta, vcz in q̃ ſunt tres ordines mẽſarũ. Beda.
Architriclinus vero noĩatur pricipalis inter cõuiuas vl' diſpẽſator ac ordinator conuiuij, iuxta
Chryſoſtomũ voluit Chr̃s vt ei primo vinũ iſtud pberet̃ guſtãdũ. Primo, qa vnuſq̃ſq̃ hono- Chryſoſtom⁹.
rãdus ẽ ſcd̃m exigẽtiã gradus atq̃ officij ſui. Scd̃o, qa Architriclini iudicio, magis credebat̃ ab
oĩbus. Tertio, qa fortaſſis Architriclinus pp̃ter curã ſuã in diſpoſitione cõuiuij, parũ comedit
ac bibit, ſicq̃ pp̃ter ſobrietatẽ ſuã, aptior fuit aliis ad iudicãdũ de valore vini. Et tulerũt, mi
niſtri vinũ ad Architriclinũ, vt ãt (.i. poſtq̃) guſtauit Architriclin⁹ aquã vinũ factũ. i. vinũ in
q̃d aq̃ fuit conuerſa. Ex aq̃ em̃ fuerat factũ hoc vinũ, q̃ſi ex cã materiali, forma aq̃ corrupta, &
nõ ſciebat (Architriclinus) vñ eẽt. i. à q̃ adductũ eẽt tã nobile vinũ, miniſtri autẽ ſciebãt (vñ
eẽt) q hauſerãt aquã in hydrias fuſam atq̃ ĩ vinũ mutatã. Vocat ſpõſum Architriclinus (vt
arguat eũ) & dicit ei: Oĩs hõ primũ vinũ bonũ ponit, & cum inebriati fuerint, tũc id q̃d deterius
eſt. Diſtributio iſta nõ eſt intelligẽda ſimpliciter, de vniuerſis hoĩbus, qa nec oĩs hõ habet vi-
num, nec oĩs hõ habẽs vinũ ponit illud ante alios, nec om̃is q ponit añ alios vinũ bonũ, ponit
bibẽtibus inebriatis vinũ deterius. Eſt ergo diſtributio accõmoda & ſermo ſecundũ cõſuetu-
dinẽ loquẽs, vt ſit ſenſus: Omnis homo ponens vinum ante alios, primũ. i. in principio pota-
tionis, & antequàm aliud vinum ponat, bonum vinum ponit, dummodo humanæ, prudẽtet

&rationabiliter agat.i.ſaporoſum,& claꝝ vinū ponit corā bibētibus,ne reprehēdat ab illis, D
de malitia vini. In principio em̄ epulatiōis,ſunt homines apti ad diſcernēdum de vini valo-
re. Et cum inebriati fuerint,conuiuātes, tunc om̄is homo ponit id quod deterius eſt,vilius vi
num. Quia ſenſus guſtus eſt viuacior in ſobrio,q̃ in ebrio. Si autē quis ponat vinum deterius
ante inebriatos,vt inordinatum lucrum ſectet,ebrioſq́ decipiat, ſumēdo tātam pecuniam,
pro vino deteriori,ſicut pro meliori,nō excuſaretur à culpa. Si vero ſic faciat ad præcauen-
dum ampliorem bibētium ebrietatem, nec quærat ſuperfluum precium pro vino, non facit
male. ⌊Tu autē ſeruaſti bonum vinum vſq; adhuc.⌋ hoc eſt, cōtra laudabilē conſuetudinem
hoc feciſti,& meruiſti redargui. Sic em̄ putauit architriclinus,vnde perpēditur q̄d vinū iſtud
Deut.32 per optimū fuit. Opera quippe Chriſti erant ꝑfecta. Nam quos ſanauit corporal'r,ſanauit &
ſpūaliter. Et in cæteris actibus Chriſti fuit eminētia quædam,ita quòd terminabātur ad ali-
quid ꝑfectius quàm poſſit natura producere. Propterea hæc ſupnaturalis mutatio aquæ, ter
minabat ad vinū prꝺualidū. ⌊Hoc fecit initium ſignoꝝ Ieſus.⌋.i.ꝓdicta mutatio aquæ in vi-
num,fuit primū miraculū Chriſti,quod fecit in carne, factumq́ ē ⌊in Chana⌋ quæ eſt villa
Galilææ,& manifeſtauit(.i.alijs notificauit)gloriā ſuā⌋.i.excellētiā,vel oīpotētiā,ſeu diuini
tatē ſuā,in carne latētem. ¶Quęrit, an mutatio aquæ in vinū fuit primū miraculū factū à ſal-
uatore. Et apparet primo,ꝙ nō per ea quæ in Euāgelio Nazarçoꝝ,& in libro de infantia ſal
Lucæ.2 Matth.2 uatoris ſcribunt. Scđo. Nā Chrs miraculoſe exiuit de vtero vriginis. Dicit q̄q; appparuiſſe tri
bus Magis in ſomnis, admonuiſſeq́; eos vt ꝑ aliam viam reuerterent in terrā ſuā. Denique in
Iohan.1 præcedēti capitulo patuit,quod prædixit Petro propheticè: Tu vocaberis Cęphas. Philip
pum quoq; ſupnatural'r intus attraxit vt ſequeret ſe. Et Nathanael cōfeſſus eſt Ieſum eē filiū E
dei,propter duo ſigna. Primo,qm̄ ſecreta cordis ſui cognouit. Scđo, qm̄ abſentis verba co-
gnouit & dixit: Anteq̃ Philippus vocaret te,cum eſſes ſub arbore fici, vidi te,eiq́; prophetā-
do prædixit: Videbitis angelos dei aſcēdētes & deſcendētes ſup filium hominis,quæ omnia
1 Cor.14 erāt ſup naturam, & ſecūdum Apoſtolum prophetiæ in ſignum ſunt infidelibus. Ieiunauit
Matth 4 quoq; ſaluator quadraginta diebus & noctib',nihil prorſus māducans. Sed & in Luca habet
Lucæ.4 Lucæ.2 quòd Ieſus cum eſſet annoꝝ duodecim,ſedit in medio doctoꝝ interrogās illos & audiēs,cū
tamē literas nō didicerit. Et tam ſapiēter rn̄dit,& aſſerat Euāgeliſta: Stupebant om̄es ſup pru
dentia,& reſponſis eius. Ad hāc quæſtionem dicēdum,quod poteſtas faciēdi miracula ine-
rat Chriſto à principio ſuæ incarnatiōis. Cum autē aſſerit Euangeliſta Iohānes,prędictum
opus fuiſſe initium ſignoꝝ dn̄i Ieſu,nō eſt ſic intelligēdum, ꝙ Chriſtus nō habuit, nec egit
aliquē actum ſupernaturalem,ante hoc ſignum,ſed quod nō fecit in alijs rebus oꝑa ſuperna-
turalia,ꝑ ſeipſum immediate,quibus ratio miraculi proprie ſumpti cōueniat, videlicet pro-
ut miraculum dicit quid manifeſtatiuū. Miraculum quippe ſic debet eē opus euidēs,valēs ad
fidei cōfirmationē. Propter quod patet ad argumēta ſolutio. Liber aūt de infantia ſaluato-
ris reprobat in decreto Gelaſii papę,tanq̃ ab hereticis æditus & cōfictus. Similiter Euāgeliū
Nazaræoꝝ inter falſa à doctoribus cōputat. ¶Circa moraliſationē Euāgelij huius multa pul
Auguſtinus cherrima poſuit Auguſtinus,nec tāta dicta ſunt,quin plura dici poſſint. Fit em̄ mētio in ſcri-
pturis de multiplicibus nuptijs.ſ.carnalibus,quę dum legitimè fiūt ſacramētales dicunt,& in
eccleſia celebrant. Scđo,de nuptijs ſpūalibus,quæ duplices ſunt, vꝫ, verbi cum humana na-
Pſalm.18 Ephe.5 tura,quæ dicunt nuptiæ incarnatōis,celebratæ in vtero virginis. Vnde & dicit: Ipſe tanq̃ ſpō F
ſus procedēs de thalamo ſuo. Et item Chriſti cum militāti eccleſia,quæ ſcđm apoſtolum eſt
Chriſti ſponſa,quæ dicunt nuptiæ ſpūalis cōiunctionis,celebrāturq́; in cubili cōſciētiæ pu-
rioris. Tertia,de nuptijs beatificæ fruitiōis,quæ dicunt æternales, & celebrant in palatio ma
Apoca.19 ieſtatis. Vnde habet in Apocalypſi: Beati q̨ ad cœnā nuptiaꝝ agni vocati ſunt. Celebremus
ergo ſpūales nuptias in conſcia noſtra,viuēdo & intimè copulādo aīas noſtras verbo ſeu fi-
Oſee.2 lio dei,ſpōſo aīarum ſanctaꝝ,qui ait ꝑ Ozeā: Spōſabo te mihi in fide,vt aīæ noſtrę fęcūdent
& imprægnent cœleſti ſemine.i.lumine grãæ copioſæ,quatenus indeſinenter producāt fru-
ctus ſpūales,ſeu actus virtuoſos. Si hoc facimus, celebramus nuptias in Chana Galilææ, hoc
eſt in zelo trāſmigrationis,ſeu deſiderio eundi ac perueniendi ad nuptias æternales. Chana
em̄ zelus,Galilæa autē trāſmigratio interꝓtat. Debemus igit zelum feruētem habere trāſmi
grādi de via ad patriā,de exilio iſto ad paradiſum cœleſtē. ¶Porrò celebrādo has nuptias,
aderit mater Ieſu dulcis & mitis Maria,tūc vocabimus magno feruore potius q̃ oris clamo-
re Ieſum,nō quaſi abſentem cum ipſe ſponſus,ſed quaſi nōdum perfecte præſentem,atq; per
ſpēm apparētem. Rogabimus itaq; eum vt de his nuptijs impꝼectis, interruptis & ſuſpirio-
ſis,perducat nos ad nuptias cōſummatas,cōtinuas,gaudio plenas. Vbi non eſt deſideriū bo-
ni futuri,quoad præminm eſſentiale,ſed perfectiſſimus amor ꝓſentis. O quàm libenter & q̃
ſuperlibēter celebrat Chriſtus modo in anima deuota nuptias ſpūales. Ipſe nāq; eſt q̨ ait per
Prouer.8 Salomonem in Prouerbijs: Delitię meæ eſſe cum filijs hominum. Et in Apocalypſi: Ego ſto
Apoca.3 ad oſtium & pulſo, ſi quis aperuerit mihi, intrabo & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.

Dicat er

A Dicat ergo anima noſtra Chriſto ſponſo cœleſti,illud Canticoꝝ: Veniat dilectus meus in ho- Cantic.7
rtum ſuum,& comedat fructum pomoꝝ ſuorum. Et illud: Omnia poma noua & vetera dilect Cantic.7
mi ſeruaui tibi. Poma iſta ſunt ſancta deſideria patriæ,feruidi motus in deum, contemplatio
nes ſyncere cœleſtium,quibus certum eſt,Chriſtum præcipue delectari. Quemadmodum au-
tem in nuptijs illis corporalibus, deficiente vino dixit mater Ieſu ad eum, vinum non habent
ſic in præmemoratis animæ nuptijs,deficiente vino .i. ſpirituali conſolatiōe,deuotionis ſapo-
re,myſtico intellectu, perfectionisq; gratia, aduocata ac domina noſtra intercedet pro no-
bis ad Chriſtum, vt deſideratam dulcedinis ſuæ præſentiam,conſolationem internam, ſolidū
cibum,ſtabilem puritatem,nobis conferre dignetur. Si autem fecerimus quod dixit virgo bea
ta miniſtris, quodcūq; inquiens dixerit vobis facite, tunc Ieſus faciet nobis, quicquid mater e-
ius pro nobis rogauerit. Per ſex quoq; lapideas hydrias, intelligo ſex principales animæ vires,
quarum tres ſunt in parte intellectiua, videlicet ratio, memoria & voluntas. Et tres in pte ſenſi-
tiua, ſcilicet appetitus concupiſcibilis, iraſcibilis, & virtus cogitatiua, quæ dicitur à philoſopho Ariſtoteles.
intellectus paſſiuus & ratio particularis. Iſtæ quippe potentiæ ſunt ſubiecta ſcientiæ ſeu virtu-
tum, idcirco implendæ ſunt aquis ſcientiæ ſalutaris, & humore ac rore virtutum, vt omnes in
ſuis actionibus ordinate ſe habeant, rationis cenſuram ſequendo ,ne paſſiones appetitus cō-
cupiſcibilis & iraſcibilis rationi repugnent & præualeant , ſed ſenſualitas ratiōis imperio ſem-
per ſubiaceat. Tunc Chriſtus conuertet has aquas in vinum, infundendo animæ ſeptem dona
ſpūs ſancti, cum exuberantia quadam, ita vt ratio & voluntas quæ ſunt ſubiecta ſeptem dono-
B rum, ſint prompte ac delectabiliter mobiles à ſpiritu ſancto, præſertim in actibus theologica-
rum virtutum, in ordine ad vltimum finem, qui eſt beatitudo ſupernaturalis . Tunc per donū
ſapientiæ ſortietur anima dulcem guſtum in contemplatione diuinorum, & impellēte eam a-
moris ſancti feruore, faciet corde promptiſſimo, quicquid nouerit creatori placere, & pro eius
reuerentia eſſe. Sic animal homo fit ſpiritualis, introductus in cellam vinariam, atq; inebria- Cantic.1.
tus vino ſpūs ſancti, ita vt memoriam abundantiæ ſuauitatis dei eructet, dicens, quàm magna Pſal.144
multitudo dulcedinis tuæ domine. Poſtremo poſt deſcriptionem miraculi præinducti, ſubdit Pſal. 30.
« Euangeliſta. ⌊Et crediderunt in eum⌋ puta in Ieſum, ⌊diſcipuli eius⌋ qui ſecum fuerunt vo- Ariſtoteles.
cati ad nuptias. Sed quoniam teſte philoſopho, addiſcentem oportet credere, & Eſaias teſtat: Eſaiæ.7.
Niſi credideritis non intelligetis, cōſtat quod iſti diſcipuli crediderunt Chriſto, ſed non tam
perfecte vt poſtea, viſo tanto miraculo. Firmiter nāq; tunc crediderūt, quod miſſus eſſet à deo
& verā doctrinā ac ſalutarem proponeret, atq; diuina virtute oparetur in omībus. An tamen
« credebant explicite quod eſſet deus verus vnigenitus patris, certum nō arbitror: ⌊Poſt hæc⌋
« videlicet poſt nuptiarum in Chana factarum, & prædicti miraculi perpetrationem . ⌊Deſcē-
« dit Capharnaum⌋ vrbem Galilææ metropolim atq; maritimam. ⌊Ipſe & mater eius, & fra-
« tres eius⌋ hoc eſt conſanguinei & affines ex parte virgineæ genitricis. Non eñ fuerūt filij Ma
riæ, vt dixit infeliciſſimus ille Heluidius hæreticus, aſſerens Chriſto nato, matrem eius cognitā
eſſe à Ioſeph. Aliqui vero dixerunt, quod erant filij Ioſeph ex alia coniuge, ſed probabilius eſt
quod etiam Ioſeph virgo fuit. Quia nō decuit tantam virginem, niſi à ſponſo virgine, à pudi-
ciſſimo atq; caſtiſſimo viro cuſtodiri. Et item, cum Chriſtus in cruce erectus, nō commēdauit Iohan.19
matrem ſuā iam prouectæ ætatis, niſi diſcipulo virgini, veriſimile eſt, quod iuuenculā nō com-
C miſit cuſtodiendā, niſi virgineo viro . Dicūtur itaq; fratres iuxta cōſuetudinē ſacræ ſcripturæ, Gene.13
quæ ſæpiſſime homines eiuſdē genealogiæ nominat fratres, Sicut in Geneſi, Loth dicit frater Gene.29.
Abrahæ. Et Iacob dicit frater Laban. Iſmahel quoq; coram cūctis fratribus ſuis fertur obiſſe. Gene.25.
« Et Ioab dixit ad Amaſam, ſalue mi frater, ⌊& diſcipuli eius, ibi māſerūt non multis diebus,⌋ 2.Reg.20
Cauſa huius habitationis inſinuatur in Matthæo quo ſcribitur: Relicta ciuitate ſua Nazareth, Matt.4
venit & habitauit in ciuitate Capharnaum in finibus Zabulon & Neptalim, vt impleretur qđ Eſaiæ.9.
dictum eſt per Eſaiam prophetam: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam,
&c. Voluit quippe ſaluator maieſtatem ſuam, paulatim manifeſtare ,idcirco acceſſit ad vrbem
« ſuæ prouinciæ principalē, vbi à pluribus audiretur ac noſceretur. ⌊Et prope erat paſcha,⌋ .i.
« paſchalis ſolēnitas, ⌊Iudæoꝝ, & aſcendit Hieroſolymā Ieſus⌋ Non dubium quin ſecū aſcen-
derunt, qui cum eo Capharnaum intrauerunt, videlicet mater eius fratres atq; diſcipuli. Cur
aſcendit Hieruſalem? primo vt legem impleret. Fuit eñ præceptum in Exodo, vt om̄e maſcu Exod.23
linum Iudæorum ter in anno appareret coram dño, in loco quo licuit ſacrificia fieri. ſ. in feſto
Paſchæ, Pentecoſtes, & tabernaculoꝝ. Et licet interdū diſpenſabatur cum longe habitātibus,
quantū ad vltima duo feſta, tamen in feſtiuitate paſchali maxime tenebātur Iudæi legis præ-
ceptū ſeruare. Secūdo, vt dicit Beda, vt ſacrificia offerret, & orationum vota perſolueret, quē- Beda.
admodum lex præcepit. Tertio ,vt futuroꝝ hæreticorum dicentium legem Moſaicam à dia- Leuit.23.
bolo traditam, errorem deſtrueret. Quarto, vt nobis exemplum daret cū omni vigilantia cor- Deute.16.
dis & reuerentia, obediendi diuinis præceptis. Hoc ipſum quod Chriſtus filius dei deus incar-
natus cū cæteris Hieroſolymā tenderet in ſolēnitate paſchali, prædictū fuit ꝑ Zachariā dicētē:
Hæc

Hæc dicit dñs exercituum: Vſquequo veniant populi, & vadant habitatores, vnuſquiſq; ad D
alterum dicentes: Eamus & deprecemur faciem dñi, vadam etiam ego, & veniēt populi mul
ti, ad quærendū dñm exercituum in Hieruſalem. Hoc quod dicitur hic vadam etiam ego, nō
dicitur in perſona Zachariæ prophetæ, ſed dei per ipſum loquentis, vt patet diligenter intuē
ti ſeriem textus. Ire autem non competit deo niſi ratione naturę aſſumptæ, ideo in his verbis
innuebat ſe dominus exercituum incarnandum. Et quoniam ſcripturæ veteris teſtamenti lo
quunt de deo mittente, & Chriſto mittendo ſeu miſſo, quaſi de diſtinctis perſonis, patet q̃d
Moſes & prophetæ inſinuauerunt perſonalē eē diſtinctionem, in ſimplici deitate. ⌊Et inue- »
Matth.21 nit Ieſus in templo⌋ hoc eſt, in quodam anteriori atrio templi, vbi vulgus orabat, & docto- »
Marc.13 res docebant. Non in atrio ſacerdotum continēte altare holocauſtorum. ⌊vendentes boues & »
Lucæ.19 oues & columbas⌋ Sacerdotes eñi cum eſſent auari, poſuerunt in templo miniſtros ſuos, vel »
alios, qui animalia immolatitia venderent, ne de longe venientes, poſſent ſe excuſare ab imo
latione animalium, propter difficultatem adducendi ea ſecum ob prolixitatem itineris. In-
uenit quoq; ⌊& nummularios⌋ .i. campſores quoſdam ſedentes in templo. Ne eñi paupe- »
res ſe excuſarent per hoc, quod nō haberent pecuniam ad emēda animalia requiſitam, poſue
runt ſacerdotes in templo campſores, qui egenis ſub cautione accommodarent pecuniam.
⌊Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, oēs (venditores præfatos) eiecit de templo⌋ »
minādo & expellendo eos cum tali flagello. ⌊Oues quoq; & boues eiecit, & nummulariorum »
effudit æs (.i. pecuniam) & menſas (ſup quas ponebant pecuniæ) ſubuertit. Et his qui colum- »
bas vendebāt, dixit, auferte iſta (animalia) hinc & nolite facere domū patris mei⌋ cœleſtis ac »
naturalis ⌊domū negotiationis⌋ vendēdo ibi animalia iſta, quæ in foro ſolent vænundari.
¶ Satis mirandū videt, qūo Chriſto hæc faciēte, q nondū miraculis multis chоruſcauit, neq; E
fama magna innotuit, nullus Iudæorum pſumpſit reſiſtere. Et rñdendū, q Ieſus diuina ſua vir-
tute, potuit corda eorum terrere, q̃s alloquebatur. Potuit quoq; ex vultu & oculis ſuis igneum
ſplendidumq; ac deiformem fulgorē, ſeu radios luciformes emittere, quo oēs vidētes eum,
timore cōcuſſi ſunt. Corpus eñi ſuum fuit animæ ſuæ oīno ſubiectum, ita q qualificabat in
vultu & corpore ſcd̃m imperium animæ. Sed & humanitas Chriſti erat inſtrumētū animatū,
cōiunctū, ac propriū deitatis vnitæ, quæ operabat per illā vt voluit. Et quid miramur, ſi nūc
nondū capiendus & occidendus, eiecit oēs flagello, qui poſtmodū, mox capiēdus & crucifi
Iohan.18 gendus, ſolo verbo vniuerſam cohortē armatā & miniſtros furentes, ac gladijs cinctos, pro-
Origenes ſtrauit in terram. Nihilominus ſcd̃m Origenem eiectio iſta fuit magis miraculoſa, q̃ conuer
ſio aquæ in vinū. Qm̃ ibi inanimata ſubſeruit materia, hic vero tot miliū cōpeſcunt ingenia.
Pſalm.86 ⌊Recordati ſunt vero diſcipuli eius, quia ſcriptū eſt, (in Pſalmo in pſona Chri) zelus domus »
tuæ⌋ .i. magna affectio honorādi templū tuū, o pr ⌊comedit (.i. ſpūaliter abſorbuit) me⌋ Et »
etiā zelus iſte fuit occaſio occiſiōis Chri, & ita comedit .i. cōſumpſit ſeu interfecit eū. Per hūc
eteñi zelū bis eiecit vendētes de tēplo. Semel in primo anno ſuæ pdicatōis, vñ nūc ſermo. Et
Lucæ.19 in die Palmarum vt patet in Luca, p qđ maximè offendit, odiūq; incurrit ſacerdotū, q eū ex in-
uidia occiderūt. Zelus propriè ſumptus ē feruor q dā, ſeu intēſa affectio ex amore pcedēs, p
quē zelum homo conat ea excludere quæ conſecutionē boni optati impediūt. Quēadmodū
autē amor eſt duplex, puta carnalis & ſpūalis, ſic duplex eſt zelus, vz, carnalis, de quo dicit
1.Cor.3 Apoſtolus: Cum ſit inter zelus & contētio, nōnė carnales eſtis vos? Et Pſal. Neq; zelaueris
Pſalm.36 faciētes iniquitatē. Alter eſt zelus ſpūalis, diuinus, & charitatiuus quo nitit homo ea exclude-
3.Regum.19 re, quæ diuino honori aut proximorum cōtrariant ſaluti. De quo Helias: Zelo (inquit) zelatus F
Nume.25 ſum pro dño exercituum. Hoc zelo zelatus eſt Phinees, pugione pfodiēs Zambri & Coſ-
bi cōcumbētes. Pro q̃ meruit pactū ſacerdotij ſempiterni. Hoc zelo accēdi debemus, dei ho
norē, proximorum correctionē, iuſtitiæ obſeruationē cordialr affectantes, atq; impedimenta
eorum pro viribus diſſipantes. Sed oīno oportet vt incipiat homo à ſemetipſo, totis pcordijs
deū amans, & oñi poſſe honorās, & tūc idē optet ac procuret ab alijs fieri. Nam & zelus ani
marum eſt ſacrificiū acceptiſſimū deo. ¶ Præterea ſcd̃m gloſam zelus iſte eſt feruor animi, quo
Auguſtinus mēs abiecto humano timore, pro defenſione veritatis accēdit. Et ſcd̃m Auguſtinū: Ille zelo
dom⁹ dei comedit, q vniuerſa mala q̃ videt in ea, ſtudet corrigere, q̃d ſi nō pt, tolerat & gemit
Dum ergo diſcipuli viderūt Chrm exercuiſſe hūc zelum pro honore pris ſui, & emūdatione
domus ſuę, ac populi correctione, attēderunt præfatam ſcripturā, intellexerūtq; eā in hoc fa
cto Chri impletā. ⌊Rñderūt ergo Iudæi (incorrigibiles & ſupbi) & dixerūt: Qđ ſignum⌋ .i. »
quale diuinū miraculū ⌊oſtēdis (nobis) q a hæc facis⌋ .i. p quod ſciamus tibi licitū eē, hæc fa- »
cere, tanq̃ dicerēt: Eiectio iſta nō ſpectat ad te, nec tuū eſt corrigere nos, & facta ſacerdotum
cū nō habeas authoritatē, nec ſis ſacerdos, neq; propheta. Et ſi dicis q̃d imò tuū ſit hoc: Oſtē-
de ſignum, quo ſciamus, tibi diuinitus commiſſam poteſtatem. Reſpondit Ieſus, & dixit
eis, ⌊ſoluite templum hoc⌋ id eſt, mortem violentam mihi inferendo, ſoluetis, occidetis, diſſi- »
pabitis, & à naturalibus iuncturis ſeparabitis corpus meum, quod eſt templum verbi in eo habi
tantis

A tātis. In paſſiōe em̄ ſolutū ē corp⁹ Chr̄i ab aīa eius, & ſanguis à corpe, vniuerſaq́ʒ mēbroꝝ cō-
pago ꝑ nimia corpis diſtētione ſoluta eſt. Propter q̄d ait in pſal. Sicut aqua effuſus ſum, & diſ- Pſal. 21.
perſa ſunt om̄ia oſſa mea. Et rurſus: Dinumerauerūt oīa oſſa mea. Porro q̄d ait ſaluator, ſolui-
te, nō dicit exhortādo & licentiādo, quaſi rem bonā ex pte facientiū, qa maximū erat peccatū, Ibidem.
ſed prænuntiando, qūo dixit ad Iudā in cœna. Quod facis, fac citius. Dicitur autē corpus Chri- Iohan. 13
ſti & anima eius, ſeu tota ſua humanitas tēplum verbi, & vnitę deitatis. Primo, q̄m verbū fuit in
eis per immediatā, pſonaléq́ʒ vnionē, vn̄ ſecūdū apoſtolum in Chr̄o habitat oīs plenitudo di- Coloſſ. 2.
uinitatis corpaliter. Scd̄o, q̄m habitauit in eis, p excellentiſſimā gratiā. Tertio, q̄m habitauit in
aīa Chr̄i, pfruitionē clarā ac beatificā. Quarto, qa ſicut in tēplo materiali orōnes dn̄o offerunt,
“ & ab ip̄o exaudiunt, ſic p̄ces eccleſiæ porrigunt deo in Chr̄o, & per Chr̄m, per quē etiā exau-
“ diuntur. ⌊Et in tribus diebus⌋ .i. intra tres dies naturales, vcʒ tertia die repēte, ⌊excitabo (.i. à
morte ſuſcitabo) illud⌋ animā ei reuniēdo. Diuinitas em̄ māſit ſemp vnita corpi & aīæ Chr̄i.
His verbis oſtēdit ſe Chr̄s eē deū om̄ipotentē, cui oīa licēt. Nā ſeip̄m reſuſcitare à morte, non
cōpetit, niſi deo, mortali natura induto. Merito aūt pueríſis, induratis, incredulisq́ʒ Iudæis, da-
tur ſignū obſcuꝝ, rememoratiuū ꝑteriti, ſicut & regi Achas eiusq́ʒ populo, datū eſt ſignū futu-
“ ræ incarnatiōis, vt in Eſaia habet: Proter hoc dabit dn̄s ip̄e vobis ſignū. Ecce virgo cōcipiet & Eſaiæ 7.
“ pariet filiū. ⌊Dicebāt ergo Iudæi⌋ irridētes & redarguere cupientes verba Chr̄i, q̄ carnaliter
“ intellexerūt de tēplo illo lapideo, inanimato & manufacto. ⌊Quadraginta & ſex annis ædifi- 1. Eſdr. 5.
catū eſt tēplum hoc⌋ ſcd̄m à Neemia atq́ʒ Zorobabel, prophetātibus Aggæo & Zacharia. Tē 3. Eſdr. 2
plum vero primū à Salomone cōſtructū intra ſeptē annos fuit cōpletum. Verba vero ꝑtacta, Aggæi. 2
B nō ſunt ſic intelligenda, q̄d Iudæi q̄draginta & ſex annis cōtinue fabricauerunt hoc tēplum, ſed Zacha. 6.
quia à tpe quo cœperūt vſq́ʒ ad tēpli cōſummationē, fluxerunt tot anni. Sed interim frequēter 3. Reg. 7.
retardabātur, & ſæpe ceſſabāt ad tps, ab ædificatiōe incœpta, propter gentiles vicinos, & pro-
hibitionē regis, vt patet in libro Eſdræ. A primo ſiq̄dem anno Cyri regis Perſaꝝ, q dedit Iu- 1 Eſdr. 4
dæis licentiā à Babylonia reuertendi, & tēplum ædificādi, vſq́ʒ ad ſextum annū Darii regis, q̄n
“ cōſummatū eſt templum, legunt anni 46. fluxiſſe, & tn̄ nō eſt magna vis verificandi hæc verba
“ Iudæoꝝ, q multa falſa dixerunt arguēdo cōtra Chr̄m. ⌊Et tu in tribus diebus excitabis, ⌋ ſolu
tum ſeu diſſipatum reparabis, ⌊illud⌋ quaſi dicāt, hoc tibi impoſſibile eſſet, cum domus hæc ſit
tāto tpe fabrificata. Certum eſt, ſi Chr̄s aperte dixiſſet, in tribus diebus reſurgā, vel reſuſcita-
“ bo corpus meum, q̄d nō crediſſent, ſed deriſiſſent. ⌊Ille autē dicebat⌋ .i. Ieſus p̄dicta verba
intellexit, ⌊de tēplo corpis ſui⌋ .i. de corpore proprio, q̄d fuit tēplum diuinitatis. Quod igitur
ait Euāgeliſta, de templo corporis ſui ſumendum eſt intrāſitiue, ſicut ad Coloſcenſes dicit apo Coloſſ. 2.
ſtolus in expoliatiōe corporis carnis, hoc eſt, corpis q̄d eſt caro. Hæc verba dn̄i Ieſu, tenuerunt
Iudæi memoriter, tanq̄ falſæ prolata. Vn̄ & in nocte paſſionis, ſurgentes duo falſi teſtes dixe-
“ runt: Nos audiuimus eum dicentem: Poſſum deſtruere templum dei, & in tribus diebus reædi Matt. 26.
“ ficare illud. ⌊Cum ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius, qa hoc dicebat Ie Marc. 14.
ſus⌋ de futura ſolutione, paſſione & reſuſcitatiōe corporis ſui. Recordati autem ſunt diſcipuli
verboꝝ iſtoꝝ, non ſtatim poſt reſurrectionem, qa nec ſtatim credebant eum reſurrexiſſe, ſed
poſtq̄ apparuit eis, & aperuit eis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. Vnde etiā conſtat q̄d diſci Lucę. 24
“ puli non intellexerunt verba Chriſti, q̄ ait, ſoluite templū hoc, &c. tunc q̄n protulit ea, ſed poſt
“ reſurrectionem, vt dictum eſt. ⌊Et crediderunt ſcripturæ⌋ prophetaꝝ, loquenti de Chr̄i paſ-
C ſione & reſurrectione, ⌊& ſermoni (præmemorato) quem dixit Ieſus⌋ videlicet, ſoluite tem-
plum hoc. Quāuis diſcipuli an̄ reſurrectionem nō intellexerunt hæc verba, nec prophetarum
“ eloquia, tn̄ credebāt ea vera eſſe, ſed poſt reſurrectionem idem credebāt magis perfecte, tanq̄
notitiā verboꝝ ſortiti. ⌊Cum autē eſſet Hieroſolymis in paſcha (videlicet) in die feſto.⌋ paſ-
“ chali. Non ſolum de vno ſeu vltimo feſtiuitatis paſchalis, quæ ſeptē durauit diebus, ſed forte
toto tempore illo, vel pluribus diebus ibi fuit, ⌊multi crediderūt in nomine eius⌋ id eſt, in ip̄o
per nomen nominans deſignato, credentes q̄d eſſet Chriſtus, vel ſaltem vir ſanctus atq́ʒ pro-
pheta, non tamen crediderunt, nec ſuſpicabantur quod eſſet filius dei naturalis, verusq́ʒ deus,
“ niſi forte ante agnouiſſent per ſcripturas, quod Chriſtus in lege promiſſus eēt deus. Cauſa cre
dulitatis ſubiungitur, ⌊videntes ſigna eius quæ faciebat, ⌋ tēpore iſto q̄ nō ſunt in ſpeciali de-
ſcripta, niſi quod eiecit vendentes in templo, &c. Fecit tamen magna miracula, propter quod
Nicodemus dixit ad eum: Nemo poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi deus fuerit cum eo. Iohan. 3.
Supernaturalis quippe doctrina, ſupernaturalibus argumentis ſeu diuinis miraculis fuerat cō-
“ probanda, vt tam certa ſit fidei veritas, quàm certum eſt, deum falſitatis non eſſe confirmato-
rem, cooperatorē vel aſſertorem. ⌊Ipſe aūt Ieſus non credebat ſemetipſum eis. Hoc quoad ſu
perficiē literę ſonat, ac ſi Ieſus dn̄s virtutū, cui poteſtatē om̄is carnis dedit pater, timuiſſet ali-
q̄d mali ſibi poſſe ab iſtis inferri. Sed certū eſt q̄d nō timuit hoc, nec eos q corpus occidūt. Au- Iohan. 17
guſtinus ergo & Beda exponunt hoc mō. Quod ideo Ieſus nō ſe credidit eis, q̄m nōdū baptiza Iohan. 10
ti, & plena fide imbuti fuerunt, gerētes formam cathecuminoꝝ, q̄bus Chriſtus dicitur ſeipſum Auguſt. Beda

non

non credere, quia non dat eis ſacramentum corporis Chriſti. Hæc autem expoſitio videtur D
Iohan.3 tendere ad moralitatem, & poſſet aliquis ei obijcere, quòd diſcipuli Ieſu necdū fuerāt bapti-
zati, vt patet in ſequenti capl'o, nec plene credētes ſaltem explicite. Lyra vero exponit, affir
mans, quod Ieſus non ſe credat eis, quia non reuelauit eis altiora myſteria fidei, eò quòd
eſſent incapaces. Verum nec diſcipuli capaces iam fuerant, myſteriorum ſublimium, quibus
Iohan.16 infra ait Saluator: Multa habeo vobis dicere, ſed nō poteſtis portare modo. Et tñ Ieſus cre-
debat ſe eis Apparet igit quod poſſit lr̃aliter ſic exponi. Ieſus nō credebat. i. nō cōmittebat ſe
metip̄m eis, tanq̃ fidelibus, cōſtātibusq; amicis, nec voluit cōuerſari inter eos q̃ſi iter veros di
ſcipulos, quia nō bene ſenſit de eis. Nec ipſi habuerunt fidem formatā, aut ſtabilem, ideo nō
credebat ſe eis, non quia verebatur circumueniri vel pati ab eis, ſed quoniam ſciuit, quod nō
Pſalm.77 adhærerent ſibi conſtāter, & nec cor eoꝝ rectum fuerat ipſo. Iſti em̄ ſic credebant in Ieſum,
Iohan.12 quemadmodum illi de quibus infra habet: Ex principibus multi crediderūt in eum, ſed pro-
pter phariſæos nō confitebant. Dilexerūt em̄ gloriam hominum magis quàm gloram dei.
Iohan.3 Tales autem non credunt vere atq; ſalubriter. Sicut ait Saluator: Quomodo poteſtis vos cre
dere, qui gloriam ab inuicem quæritis, & gloriā q̃ à ſolo deo ē nō quæritis? Loquit ergo Euā
geliſta, ſcd̄m communē modū loquēdi, quo aliq̄uis dicit ſeip̄m alteri credere, q̃m fidei illius
ſe committit, certus de fidelitate, vel amicitia eius. Si vero ſumat credere, prout eſt actus fi-
dei, quæ eſt virtus theologica, ſic Chriſtus nō credidit, nec aliquis debet ſic in purum hoīem
credere. ¶ Deniq; huic expoſitioni concordant ſequentia, in q̄bus tangit ratio quare Chr̃us E
nō credebat ſe illis. ⌊Eo quòd ip̄e noſſet omnes⌋ i. certitudinal'r cognoſceret oīm corda, & »
Sapiæ.1 per conſequēs corda iſtoꝝ, ſciēs quāta eſſet eoꝝ interna defectio, ⌊& quia opus⌋ i. neceſſe »
⌊ei nō erat, vt quis teſtimoniū perhiberet de homine,⌋ quocūq; ad manifeſtandū Chriſto »
aliquid, prius ei ignotum ⌊ip̄e enim ſciebat⌋ præſertim p ſciam increatam ſcd̄m quod deus, »
& item per ſciam infuſam, vt homo, vel in verbo ⌊quid eſſet in homine⌋ hoc eſt, oīa inte- »
riora ſecretaq; hominis cuiuſcūq;, videlicet deſideria, cogitatiōes, intentiones. Per quod in-
nuit Euangeliſta, diuinitatem ſaluatoris, quia ſcripturæ teſtant deo proprium eſſe, vniuerſo
rum cordium ſcire archana. Nam licet Chriſtus ſciuerit illa, etiam vt homo per ſcientiā con
creatam, vt dictum eſt, hoc tamen non fuit, niſi ſecundum quod homo talis, vtpote habēs hu
3. Regum 8 manitatem verbo hypoſtatica vnione coniunctā. Hinc in libris Regum Salomon loquitur:
Apoca.2 Tu dñe ſolus noſti corda oīm hominum. Et in Apocalypſi dñs proteſtat: Scient oēs eccle-
Pſalm.7 ſiæ, qa ego ſum ſcrutans corda & renes. ¶ Nunc aliquid de moralitate huius euāgelicæ lectio
nis tractandū eſt. Inſtāte feſto paſchali Iudæoꝝ, aſcendit Ieſus Hieroſolymam. Sic & nos
appropinquante paſcha Chriſtianoꝝ, qui ſunt veri Iudæi, nō carne & lr̃a, ſed ſpiritu confitē
tes. Aſcendere debemus eccleſiam, toto tempore quadrageſimali, præparādo nos ad deuo-
1. Timo 3 tam paſchalis feſtiuitatis celebrationem, per opera pœnitentiæ, & exercitia deuotionis, atq;
compunctionis internæ. Quotidie quoq; viſitat Chriſtus eccleſiam, quæ per Hieruſalē deſi-
gantur, & inuenit ibi vendentes oues & boues. i. clericos temporalibus negotijs implicatos,
ſacerdotes, religioſos, atq; prælatos, auaritiæ deditos, propria lucra, non Chriſti honorem
2. Timo2 & gregis dñici ſalutem quærentes. Quo contra dicit Apoſtolus: Nemo militās deo, implicat
Eſa.33 ſe ſecularibus negotijs. Demū columbas vendūt, qui ſp̄ualia bona pro temporalibus exhibēt,
Matth.10 qui nō excutiūt manus ſuas ab oīi munere. Contra quos ait Saluator: Gratis accepiſtis, gra F
tis date. Oēs tales eijcit Chriſtus de templo. i. à corpore ſuo myſtico, à cōſortio electoꝝ ſe
Matth.25 parat eos, nunc voto ac merito. Poſtea vero ſeparabit iſtos ab illis, loco & præmio, ſicut ſe-
gregat paſtor oues ab hœdis, quando hi ibunt in ignem æternum. Illi vero in paradiſum cœ
leſtem. Eijcit autem, flagellat, & punit eos Chriſtus, flagello facto de funiculis. i. pœna quam
merent proprijs vitijs, quæ ſunt funes ſeu vincula, quibus impius irretit, ligat, atq; conſtrin-
gitur, ne deum ſequat, ne viam vitæ proficiſcatur, ſed dæmonis poteſtati, iugo & obſequio,
2. Timo.2 ſubditus maneat, prout ad Timothæum ait Apoſtolus: Reſipiſcant à laqueis diaboli, à quo
Prouer.5 captiui tenent, ad ipſius voluntatem. De talibus nempè funiculis Salomon loquit in Prouer
Eccl.3 bijs: Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccatoꝝ ſuoꝝ conſtringet. Talibus funicu
Pſalm.73 lis ſe conſtringunt, & reſtem infernalis ſuſpenſionis ſibimet, texunt quicūq; in vitijs perſeue
Eſa.5 rant, qui adijciunt ad peccādum, quoꝝ iniquitates ſicut onus graue grauant ſuper eos qui nō
eleuant oculos ſuos vt videant cœlum. Quibus dictum eſt per Eſaiam: Væ qui trahitis iniqui
tatem in funiculis vanitatis, & quaſi funiculum plauſtri peccatū. ¶ Poſſumus inſuper per tem
Ephe.3 plum intelligere animam rationalem, quæ capax eſt dei per cognitionem, ac dilectionem, in
1 Cor.1 que habitat deus per fidem, charitatem, & gratiam. Hanc viſitat Chriſtus ſapientia patris,
Sapiæ.7 quæ in animas ſanctas ſe transfert, ſtatq; ad oſtium cordis & pulſat, ſed dum anima concupi-
Apoca.3 ſcentijs ſuperatur, dum iumentis inſipientibus comparat, beſtiales motus ſequendo, peccatis
Pſalm.48 & paſſionibus ſeruiendo (à quo em̄ quis victus eſt, huius & ſeruus ē) tunc vēdit oues & boues
2. Pet.2 videlicet ſtultos ac irrationabiles motus diabolo, cui talia ſeruiendo impendit, vt p hæc volu
ptates

A ptates conſequaſ, quas velut pretiũ pro fine intendit. Sed vtinã Chrũs faciat nunc flagellũ pa
ternæ correctionis: Omneſq́ꝫ hmõi motus & vitia expellat ab aĩa noſtra, corripiendo nos tẽ
poraliter, vt reſipiſcamus, nec æternaſr pereamus. Quidam eñ nõ corrigunt niſi flagellis ſeu
aduerſitatibus, qui quodãmodo cõpellunt intrare, & dicere poſſunt: Caſtigãs caſtigauit me Lu.14
dñs & morti nõ tradidit me. Sic cõuerſus eſt Paulus. Præterea nõ faciamus domũ dei, puta ec Pſal.117
cleſiã materialẽ, nec animã propriã, domũ negotiationis, cõſabulationis, diſtractionis, ſecu- Act.9
laria in eis tractãdo, ſed potius emundemus nos ab omni inquinamẽto animæ & ſpũs, vt mẽ
te quieta, tranquilla ac pura Chriſtũ ſuſcipere, retinere, & poſſidere mereamur. Ipſe etenim 2.Cor.7
dicit: Sup quẽ requieſcet ſpũs meus, niſi ſup quietũ & humilẽ? Quẽadmodũ aũt Iudæi à Chri
ſto correpti dixerũt, quod ſignũ oſtendis quia hæc facis, Quaſi dicãt: Quis te cõſtituit princi Eſa.66
pem aut iudicẽ ſup nos? Sic multi impatientes, & inuerecũdi, duri atqꝫ rebelles, & animoſi, dũ
fraternaſr admonent, vel paternaſr arguunt, aut iuſte corrigunt, indignãdo ſeu murmurãdo Exodi.2
reſpondẽt. Quod ſignũ oſtendis. i. quid ad te pertinet, & nunquid ego tibi cõmiſſus ſum, cor
rige temitipm, nec ingeras te factis aut ſermonibus meis. Tales vero miſerrimi ſunt obtene-
brati, & vitioſi. Vnde in prouerbijs loquiſ Salomon: Viro, qui corripientẽ dura ceruice con Prou.29
temnit, repẽtinus ei ſuperueniet interitus. Et alibi: Qui abijcit diſciplinã, deſpicit animã ſuã. Prou.15
Qui aũt acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis.

¶ Expoſitio Cap. III. Erat homo ex phariſæis Arti. VIII.

B Poſt hæc Euangeliſta plenius proſequiſ atqꝫ deſcribit doctrinam & Cap. III.
prodigia ſaluatoris, ea ꝑſertim quæ ab alijs Euãgeliſtis erãt omiſſa.
Et quia in fine ꝓcedentis cap. dixit multos Iudæoꝝ crediſſe in no Iohan.2
mine Ieſu, nũc ſpecialiter tractat de vno illoꝝ. ⌊Erat aũt homo⌋ ra
tionabiliter agens, dignus noĩe hominis, tanq̃ rationis indiciũ, non
ſenſualitatis impetũ ſequẽs. Optimũ eñ hominis eſt eſſe ſecundũ ra
tionẽ, iuxta Dionyſiũ, ⌊ex phariſæis⌋, i. de ſecta & numero phari-
ſæoꝝ, quoꝝ ſecta fuit ſolennior: eratq́ꝫ homo iſte ⌊Nicodemus no Dionyſius
mine,⌋ re & noĩe phariſæus, hoc eſt ab alijs diuiſus, tanq̃ veraciter
religioſus in anima, ſicut nomen & habitus eius exterior prætende
bant, ſicut nunc aliquis diciſ veraciter monachus, qui ſoli deo & ſibijpſi digne intẽdit, atque
ſynceriter vacat. Cæteri vero phariſæoꝝ, vt cõiter, erãt ſolo noĩe, habitu & apparẽti ſancti-
tate ſeu ſimulata æqtate phariſæi, ſicut nũc ſunt mlti clauſtrales ſolo noĩe, apparatu & habitu
monachi, religioſi ac ſpũales, ⌊princeps Iudæoꝝ⌋. i. vnus de principalibus doctoribus atqꝫ
rectoribus Iudaicæ plebis, q̃ primo regebaſ per iudices, deinde ꝑ reges vſqꝫ ad captiuitatem
Babylonicã, exinde ꝑ doctores & ſacerdotes, quoꝝ multi fuerãt phariſæi. Nõ tamẽ fuit hic
Nicodemus ſummus princeps vel pontifex Iudæoꝝ, ⌊hic venit ad Ieſum,⌋ cuius iã ſigna vi
dit, & documẽta audiuit, & ex vtroqꝫ ꝓpendit aliquid magnæ excellẽtiæ eſſe in Ieſu, cuius tan
tã poteſtatẽ & ſapientiã, tantã demũ iuſtitiã, imperterritãq́ꝫ cõſtantiã fuit expertus, ita vt ne
minẽ metuens, & pro deo zelãs, oẽs vendẽtes in tẽplo expelleret, ſuãq́ꝫ doctrinã cõfirmaret
miraculis. Hinc Nicodemus, zelo agnoſcẽdæ veritatis, & ſpũalis profectus accẽſus, venit ad Iohan.2
Ieſum, vt plenius doceref ab eo. Venit aũt ⌊nocte,⌋ vel quia alioꝝ phariſæoꝝ, ac ſacerdotũ

C offenſam incurrere formidauit. Quemadmodũ Gedeon nocte cõfregit ſtatuam Baal, timens Iudicũ.6
ſuos cõciues, & hic timor fuit imperfectionis, quẽ plena dilectio mittit foras, vel quia cũ eſſet
noĩatus doctor ac magiſter in Iſrael, aliqualiter erubeſcebat, publice ſe ſubmittere informa- 1.Iohã.4
tioni Ieſu, qui ſciebaſ literas non didiciſſe. Et hoc fuiſſet alicuius elationis, vel vt ſecrete, ſilen-
ter ac libere loquereſ cũ Ieſu. Conuenit quoqꝫ tẽpus cum myſterio, nã quia in tenebris mẽtis Iohan.7
quodãmodo fuit, impſecte credẽdo in Chriſtũ, & ſpũalium myſterioꝝ notitiã nõ habendo
recte aſſeriſ nocte veniſſe, quẽadmodũ Maria Mag. venit ad monumentũ cũ adhuc tenebræ
eſſent, putãs Chriſtũ nõ reſurrexiſſe. ⌊Et dixit ei: Rabbi, ſcimus quia à deo veniſti⌋. i. diuini Iohan.2
tus miſſus es in mũdũ ⌊magiſter⌋ veritatis, de q̃ magiſtro dr̃ in Oſee: Tẽpus requirẽdi dñm
cũ venerit q docebit nos iuſtitiã. Et ꝑ Iohelẽ: Exultate in dño deo veſtro, qa dedit vobis do- Oſee.10
ctorẽ iuſtitiæ. Per quid vero Nicodemus id ſcierat, ſubdiſ. ⌊Nemo eñi ꝑt hæc ſigna facere q̃ Iohel.10.2
tu facis, niſi fuerit deus cũ eo⌋ ei cooperãdo, & grãm miraculoꝝ ꝑſtando. Solus quippe om-
nipotẽs deus facit miracula proprie dicta, tanq̃ principalis effector. Serui aũt ipſius faciunt ea
ſolũ miniſteriaſr, iuxta illud in pſalmo: Bñdictus dñs deus Iſrael, q facit mirabilia ſolus. Porrò Pſal.71.
miraculũ proprie dictũ eſt effectus totã virtutẽ & legẽ naturæ creatæ excedẽs. Et talia erant Iohan 9
aliqua Chriſti miracula, vt illuminatio cæci nati, ſuſcitatio mortuoꝝ, eclipſis ſolis in plenilu Matth 9
nio tempore paſſionis. Et iſta miracula ſunt certa ac ſufficientia argumenta, quod actor eoꝝ Marc.5
ſit vera docens, & diuina virtute agens. Vnde ait infra: Si opera non feciſſem in eis, quæ nul- Luc.7.
lus alius fecit, peccatũ non haberent. Aliqua vero miracula fieri poſſunt cooperatione diabo Iohan.11
li, ſicut de Antichriſto dicit Apl'us: Cuius aduentus eſt ſecundũ operationem Satanæ, in omñi Lucæ.23 Iohan.15 2.Theſſ.2

ſeductione, virtute, in ſignis & prodigijs, quãuis aũt talia ſint miracula quãtũ ad modũ agen D
di, nõ tamẽ excedũt facultatẽ totius naturæ creatæ, ſed p occultas naturaliũ rerũ virtutes agũ
Exod.7 tur, quẽadmodũ magi Pharaonis, Iamnes & Mambres proiecerunt virgas ſuas, quæ mox in
Exodi.8 dracones cõuerſæ ſunt. Produxerũt etiã ranas, & maleficijs ſuis cõuerterũt aquã in ſanguinẽ,
Pſal.104 vt legiť in Exodo. Talia vero miracula etiam multa fecit Chriſtus, conuertendo aquã in vi-
Johan.2 nũ, quod facit natura paulatim in vitibus, & illuminando cæcos, quod interdum fit arte me-
dicinæ. Et iſta nõ ſunt ſufficientia argumenta fidei & coperatiõis diuinæ, cum ſint bonis, ma
liſq; cõmunia. Veruntamen eo modo quo à Chriſto & eius miniſtris peracta ſunt, ſunt vti-
q; ſufficientia fidei argumẽta. Chriſtus eñ fecit ea imperialiter & in inſtãti. Fideles quoq; fa-
ciunt ea p inuocationẽ noĩs dei, cũ execratione oĩs cõmuniõis diaboli. Facit pterea deus qñq;
ſigna p reprobos ſeu iniuſtos, q̃ licet nõ probẽt, q̃d operatores hmõi ſint boni, & deo accepti
probãt tñ q̃d vera ſit fides, quia inuocãt deũ, & vera doctrina, ad cuius cõfirmationẽ efficit de
Matt.7 us talia ſigna. Propter q̃d dicit ſaluator apud Mat. Multi dicẽt mihi in die illa: Dñe, dñe, nõne
in noĩe tuo pphetauimus, & in noĩe tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecim⁹, & tũc
cõfitebor illis, qa nunq̃ noui vos. Et qm̃ Chrũs nouit intẽtionẽ ac deſideriũ Nicodemi, q ve
nit vt inſtrueret, idcirco incipit eũ Chrũs inſtruere. Et primo inſtruit eũ de primo ſacr̃o no-
uæ legis maxĩe neceſſario, videlicet de baptiſmo, q̃d eſt ſpũalis regñatio, porta vitæ. ⌊Rñdit »
Ieſus & dixit ei: Amẽ amẽ dico tibi, ⌋ repetitio, cõfirmatiõis indiciũ eſt & prouocatio aduer »
tẽtiæ diligẽtis, ⌊niſi qs natus fuerit denuo ⌋ .i. regñatus, vel p ſpũalẽ gñationẽ eſſe gr̃æ, chari »
tatis & fidei, puta eẽ ſupnaturale, ac deiforme adeptus, ⌊nõ pt videre ⌋ oculis cordis, clare, p »
ſpẽm, ⌊regnũ dei, ⌋ .i. patriã btõrũ, ſeu deũ regnãtẽ in cœlis. Cũ eñ vltim⁹ finis hoĩs ſeu ipſa »
felicitas, q̃ eſt viſio dei p ſpẽm, ſit ſupnaturalis, nullus pt ad eã ptingere p pura naturalia, ſed E
oportet naturã adiuuari ac pfici p fidẽ & grãm, cæteraq; dona ſpũs ſcti. Quẽadmodũ aũt dr̃
hõ primo naſci, qñ p gñationẽ carnalẽ, ac naturalẽ parẽtũ produciť in eẽ naturali ſpecifico,
cõtrahẽdo à parẽtibus eẽ naturę, ſic dr̃ naſci denuo vel renaſci, qñ p opationẽ diuinã acqui- »
rit eſſe gr̃æ, q̃d eſt eſſe diuinũ ſupnaturale & meritoriũ. Quia vt dicit Dionyſius, Sicut intelle
ctualis creatura poniť in eẽ ſpecifico p naturã, p quã eſt apta ac potẽs ad opationes natura-
les, ſic p grãm poniť in eſſe diuino, p q̃d eſt idonea ad operãdũ opa meritoria. Si ſic accipim⁹
naſci denuo tũc nunq̃ potuit aliquis ſaluari, niſi rurſus naſcẽdo. Oẽs nãq; nati ſunt filij iræ cõ
Ephe.2 trahẽdo pctm̃ originale, ſecũdũ cõem legẽ, ſicq; oportebat eos intus renaſci recipiẽdo grãm
reformantẽ & conferentẽ eſſe diuinũ. Verũ quia ſaluator ad literã loquiť de regeneratiõe ba-
ptiſmatis, vt patet in ſubditis, idcirco q̃d dicit, de regeneratione iſta intelligendũ eſt pro tpe »
noui teſt. Tẽporibus vero legis naturæ, & legis ſcriptæ fuerũt alia cõtra originale pctm̃ re-
media .ſ. circũciſio & fides parentũ, ⌊dicit ad eũ Nicodemus, ⌋ arguẽs cõtra verba Chr̃i, quę »
male atq; carnalr̃ intellexit, qa in lege aſſuetus nõ fuit ſpũalibus modis loquẽdi, ⌊Qũo pt ho- »
mo naſci, cũ ſit (.i. qñ eſt) ſenex. ⌋ Chrũs nõ dixit ſimplr̃, niſi qs natus fuerit, nõ pt videre re- »
gnũ dei, ſed niſi quis natus fuerit denuo. Sed quia renaſci includit naſci, & Nicodemus nõ no-
uit niſi vnã natiuitatẽ, ideo ſic reſumit, Qũo pt homo naſci cũ ſit ſenex? Quod nõ eſt ſic intel-
ligendũ, quaſi ſecundũ intentionẽ Nicodemi infans vel iuuenis poſſit renaſci, ſed qm̃ de ſeip
ſo ſolicitus fuit, & ipſe iã vetulus extitit, idcirco ſic fatur: Qũo poteſt homo naſci cum ſit ſe- »
nex. Et probat q̃d nõ poſſit. ⌊Nunquid pt in ventrẽ matris ſuæ iterato introire & renaſci? ⌋ »
pſertim cũ matres cõiter mortuæ ſint tpe ſenectutis natorũ. ⌊Reſpondit Ieſus, ⌋ ſoluẽdo in- »
ſtantiam Nicodemi, & exponendo verba quæ dixit. ⌊Amen amen dico tibi, niſi quis rena- »
tus fuerit ⌋ .i. ſpũaliter regeneratus in fonte baptiſmatis, ⌊ex aqua, ⌋ quæ eſt materiale elemẽ »
tũ, corpus lauans, & diſpoſitiue regenerãs, ⌊& ſpũ, ⌋ ſpũ ſancto qui eſt inuiſibilis actor intus F
mentẽ purificans, & efficiẽter regenerans, grãm influendo, quæ eſt res ſacramenti, & cauſa
formalis intrinſeca huius regenerationis. ⌊Nõ poteſt introire in regnũ dei, ⌋ quod eſt triũ- »
phans eccleſia, vita æterna, ſeu patria electorũ. Quod intelligẽdũ eſt dummodo adſit facultas
recipiendi ſacramentũ baptiſmi, alias ſufficeret baptiſmus flaminis .i. interior mundatio ſan-
cti ſpũs, & baptiſmus ſanguinis, puta martyriũ cũ voto ſeu deſiderio baptiſmi fluminis. In ba
Roma.6 ptiſmo quippe cõfirmamur Chriſto & ei incorporamur, quemadmodũ ad Romanos teſta
tur Apoſtolus: Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus.
Conſepulti eñ ſumus cũ illo p baptiſmũ in mortẽ, vt qũo reſurrexit Chrũs à mortuis p glo-
riã patris, ita nos in nouitate vitæ ambulemus. Sed cũ baptiſmus detur in noĩe ſanctæ trinita
tis, à q̃ eſt effectus baptiſmi ſeu gr̃a ſacr̃alis, cur potius dicit ſaluator, Niſi qs renatus fuerit ex
aqua & ſpũ, q̃ ex aqua & pr̃e, vl̃ ex aqua & filio? Dicẽdũ, q baptiſmus ẽ effectus pcipuę libera
litatis ac pietatis diuinæ. Liberalitas vero & pietas appropriant ſpũi ſctõ, quẽadmodũ amor
& bonitas. Deinde Chr̃s oñdit ordinẽ ſpũalis regñationis, eãq; à carnali gñatione diſtinguit
⌊Quod natũ eſt ex carne, caro ẽ, & q̃d natũ eſt ex ſpũ, ſpũs ẽ. ⌋ Verba hæc intricata & difficilia »
ſunt, & multiplr̃ itelligi pñt, Primo ſic, q̃d natũ eſt ex carne, i. corpus filij propagatũ ac natũ
ex ſe-

A ex ſemine pr̃is,caro eſt,& q̃d natũ eſt ex ſpũ.i.aĩa rõnali,creata à deo q ſpũs appellaṫ,ſpũs eſt
.i.ſpũalis ſubſtãtia. Hoc tñ nõ eſt ſic accipiẽdũ q̃ſi corpalia nõ ſint ĩmediate creata à deo, ſed Iohan.4
in hoĩe ſunt duæ ptes,q̃ꝝ vna ẽ caro,à p̃re carnali cõtracta,alia ẽ ſpũs à p̃re ſpũali ꝑducta,Iu
xta hũc ſenſum dicit apl's ad Heb.Patres carnis nr̃æ habuimꝰ eruditores,& reuerebamur eos Hebr.12
Nõ multo magis obtẽperabimus pr̃i ſpirituũ & viuemus.Secũdo ſic:q̃d natũ eſt ex carne. i.
à carnali parẽte,caro ẽ.i.res carnalis,nõ hñs niſi eẽ carnale ac naturale,virtute gñationis car-
nalis,vnde talis nõ p̃t ſaluari.Et q̃d natũ eſt ex ſpũ.i.ſpũalr̃ regñatũ ac poſitũ in eẽ ſpũali,vi-
taq́ꝫ gr̃æ,ex aqua & ſpũ ſc̃tõ in baptiſmatis lauacro,ſpũs ẽ.i.ſpũale efficiṫ.ſ.hõ inuiſibilr̃ itus
renatꝰ & deo cõiũctus,cũ q̃ ſc̃dm apl'm vnus ẽ ſpũs.Ex q̃ patet ꝙ iſta regñatio nõ fit ĩpoſſibilis 1.Cor.6
ſed neceſſaria,& à carnali gñatione diſtincta,de q̃ ait Ioh.in ſua canoñ.Omne q̃d natũ eſt ex 1.Ioh.5
“ deo,vincit mũdũ.Hinc ſubdit ſaluator⌊Ne mireris⌋ eo mõ q̃ hucuſqꝫ miratus es, vcꝫ admi-
ratiõe incredulitatis,vel ex malo ĩtellectu ꝓcedẽtis,vel animũ opprimẽtis ac tędio afficiẽtis. Pſal.118
Sic eĩ mirabaṫ Nicodemus,q̃ſi ſermo Chr̃i ĩpoſſibil'itatẽ cõtineret.Poteſt tñ de doctriã Chr̃i
admiratio ordinata haberi,cũ dicat Pſal'.Mirabilia teſtimonia tua.Nõ ergo inordinate mi-
“ reris,⌊qa dixi tibi,oportet⌋ neceſſitate cõdicionata,nõ abſoluta,vcꝫ ſi debeatis ſaluari,⌊vos
“ naſci denuo⌋ ſc̃dm modũ nũc ꝑoſtẽſum.Inſup Chr̃s oñdit ordinẽ ſpũalis regñationis p ſil'e,
“ ⌊ſpũs(vtputa ſpũſſ.)vbi vult ſpirat⌋.i.ptãtiue ac libere grãm p̃ſtat,cui placuerit,ſicut fatetur
apl's:Oĩa opaṫ vnus atqꝫ idẽ ſpũs,diuidẽs ſingulis ꝓut vult.Deus nãqꝫ opaṫ in creaturis, non
neceſſitate naturæ,ſed liberrima volũtate,prout ad Ephe.ait apl's:Qui oĩa opaṫ ſc̃dm ꝓpoſi 1.Cor.12
“ tũ volũtatis ſuæ,⌊& vocẽ eius audis⌋.i.verba ſacræ ſcripturę diuinitus reuelatę:Vel,vocem Ephe.1.
eius.i.internã allocutionẽ audis,eo mõ q̃ ait pſalmographus:Audiã q d loquaṫ in me dñs deꝰ Pſal 84
B Eſt eĩ auditus ĩterior,q̃ diuinitus inſtinctus pcipiṫ,dũ ſentit ſe hõ interius tãgi,doceri,accẽdi
rapi,reſolui & abſorberi.Vnde ait dñs p Oſee:Ducam eũ in ſolitudinẽ & loquar ad cor eius. Oſee.2
Nunq̃ Nicodemus ſalubriter veniſſet ad Ieſum,niſi hãc vocẽ ſpũs ſc̃ti internã audiſſet,⌊ſed
“ nõ ſcis vnde veniat⌋ ſpũs ſanctus.i.q̃uo mentẽ eius vbi ſpirat & loquiṫ ingrediaṫ non p̃cipis,
“ ⌊aut q̃ vadat⌋.i.q̃l'r recedat,ignoras.Vnde p Iob induciṫ:Si venerit ad me,nõ videbo eũ,& Iob.9
ſi receſſerit à me nõ intelligã.Imò nullus viator ſcit certitudinal'r abſqꝫ reuelatiõe,an ſpũſſ.ſit
in ipſo p grãm gratũ facientẽ,qa tũc ſciret ſe dignũ amore,Ideo hoc mõ ſpũſſ.impceptibil'r
venit,impceptibil'rq́ꝫ recedit:Vel ſic,vocẽ eius audis,ſed nõ ſcis vnde veniat vox iſta,aut q̃
vadat ipſa.i.id à q̃ inſpirata eſt.ſ.principiũ eius,q̃d eſt ſpũs ſc̃tũs,id q̃qꝫ ad q̃d rẽdit,vcꝫ æter-
na felicitas,q̃ eſt finis in quẽ tẽdit,ſeu ordinaṫ ſcriptura:ſunt tibi ignota,qm̃ ſola fide tenẽtur,
“ nec p̃nt in hac vita ſecũdũ eſſentiã ſciri,cũ tñ vox iſta ſenſibil'r pcipiaṫ.⌊Sic eſt oĩs q natus eſt
“ ex ſpũ⌋.i.in hoĩe ſpũalr̃ regñato,eſt aliqd ſcitũ ac manifeſtũ,vcꝫ ipſa pſona ſecũdũ ſe,& ali-
qd ignotũ,q̃d intus inuiſibil'r reformaṫ & de carnali ac pdito ſpũalis & filius adoptiuus efficiṫ
impceptibili gr̃æ infuſiõe.Quod eñ aliqs in baptiſmo ſic melioraṫ ſola fide tenemus:Vel ſic
Sic eſt oĩs q natus eſt ex ſpũ.i.in regñatione hoĩs talis ẽ aliqd euidẽs.ſ.aqua & forma verboꝝ,
& aliqd abditũ,puta principiũ effectiuũ regñationis,q̃d eſt ſpũs ſanctus,& itẽ finis eius,q̃ eſt
beatitudo æterna.Iſtæ expõnes procedũt ſecũdũ intẽtionẽ Aug.Chryſoſtomus vero expo-
nit de vẽto,ita ꝙ ſecũdũ eũ Chr̃s inducit exẽplũ ſenſibile ad intelligẽtiã p̃dictoꝝ.Spũs.i.vẽ-
C tus,de q̃ in pſal'.Flabit ſpũs eius & fluẽt aquæ.Et rurſus:Et ſtetit ſpũs procellæ,vbi vult.i.in q̃ Pſal.147
inclinaṫ,ſpirat.i.flat,& vocẽ.i.ſonũ eius audis,ſed nõ ſcis vnde veniat aut q̃ vadat vẽtus.i.cer Pſal.106
tũ locũ vbi flare incipiat vel deſiſtat.¶Hæc expoſitio nõ videṫ multũ cõueniẽs aliȷs,primo &
maxie,qm̃ Chr̃s hoc loco frequẽter p ſpm̃ intellexit ſpm̃ ſanctũ,vel ſpũalẽ eſſentiã.Vnde nõ
eſt veriſil'e q̃d nũc in eodẽ loco,noĩe ſpũs deſignet rẽ materialẽ,ſeu ventũ.Secũdo,qm̃ vento
nõ cõpetit proprie volũtas.Tertio,qm̃ vẽto ꝓprie nõ cõuenit vox,cũ ſit res inaĩata,ſed ſo-
nus.Quarto,qm̃ ſcimus ꝙ vẽtus venit ab aquilone vel auſtro,& recte ꝓcedat nõ tendens in
partẽ oppoſitã.Veruntñ iſta tria argumẽta ſolui poſſent,qa ſcriptura frequẽter aſcribit volũ
tatẽ rebus inaĩatis,vt cũ diciṫ Ioſue:Quid ſibi volũr lapides iſti?Sil'r vocẽ,vt cũ ad Cori.dicit Ioſue.3
apl's:Quæ ſine aĩa ſunt vocẽ dãtia.Itẽ neſcimus determinatũ principiũ,certũq́ꝫ finẽ vnde in- 1.Cor.14
cipit & vbi deſinit vẽtus flare,q̃uis ſciamꝰ in gñali ꝙ ab aliq̃ parte plagæ auſtralis vel alteriꝰ in
“ choeṫ.⌊Rñdit Nicodemus & dixit ei:Q̃uo p̃nt hæc⌋ q̃ de ſpũali regñatione, & ſpũs libera
“ ſpiratiõe diſſeruiſti,⌊fieri⌋.i.tal'r ſe habere vt aſſeris.Nicodemus in lr̃ali ſenſu legis ac ꝓphe
taꝝ inſtructus & vſitatus, ad ſpũalẽ ac myſticũ intellectũ erigi facile nõ valebit.Qm̃ vſus eſt
velut altera natura.Ideo ſatis audacter ſciſcitaṫ q̃uo queãt hæc fieri.Chr̃s vero q corda cog-
noſcit,cernẽs doctorẽ de ſuo magiſterio aliqualr̃ tumidũ,ad humilitatẽ eũ reducir,q̃tenus in
ſtrui mereaṫ.Quẽadmodũ eñ ſupbia execrationẽ diabolicã,ſic humilitas illuminationẽ di-
“ uinã mereṫ.propter q̃d Salomon ꝓteſtaṫ:Vbi fuerit humilitas,ibi & ſapĩa.⌊Tu es mgr̃ in Iſ- Prou.8
“ rael(.i.doctor Iudæoꝝ)& hæc⌋ de baptiſmo prolata⌊ignoras⌋ q̃ tñ in lib.Moſi & prophe
taꝝ figural'r & literal'r deſcribunṫ.Ideoq́ꝫ cũ ſis legis doctor deberes hæc ſcire,vel ſaltẽ facile
intelligere.Doctoris quippe eſt myſteria & figuras atqꝫ difficilima loca ſcripturaꝝ ſanctarũ

Exo.14 cognoſcere. Baptiſmus aũt Chr̄i ꝑ trãſitũ maris rubri, & ꝑ ablutiões legales p̄figurabaẗ, dicen D
1.Cor.10 te apl̄o: Oẽs in Moſe baptizati ſunt in nube & in mari. Prophetæ vero ad Iſrã locuti ſunt
Zach.13 de Chr̄i baptiſmate, vt cũ ꝑ Zach. dr̄: In die illa erit fons patẽs domui Dauid, & habitãtibus
Johe.2 Hier̄lm in ablutionẽ pctõris, de q̄ accipi p̄t & illud Iohelis: Fons de domo dñi egredieẗ & ir-
Ezech.47 rigabit torrẽtẽ ſpinaꝝ, vcꝫ corda vitioſa, ſpinis ac tribulis ſp̄ũalib⁹ plena. Hinc ꝑ Ezech. mul
ta dicunẗ de aquis redũdãtibus tẽpli, q̄ de aquis baptiſmatis exponunẗ. Qđ ergo ait ſaluator:
Tu es mgr̄ in Iſrael, & hęc ignoras? nõ dicit inſultãdo, ſed potius miſerẽdo, eũq; humiliãdo,
& ad meliora ꝓuocãdo. Deinceps pãdit ſaluator, q̄ certa ſit ſua doctrina, propter q̊d ei humi
Johan.1 liter eſt credẽdũ. ⌊Amẽ amẽ dico tibi, qa q̊d ſcimus,⌋ nos rex Meſſias vnigenitus filius dei, »
dñs vniuerſoꝝ, q̊d inquã ſcimus. i. clare cognouimus ab æterno ſc̄dm q̊d deus. Eadẽ eñi eſt
ſapia, idẽq; nũero, intellectus p̄ris & filij, ⌊loq̄mur⌋ nũc vobis Iudæis de ſacr̄is & documen »
tis euãgelicæ legis, ⌊& q̊d vidimus⌋ oculo mẽtis. i. certiſſime nouimus, ⌊teſtamur⌋. i. firmi »
ter affirmamus, hoibus p̄dicãdo. Poteſt q̊q; intelligi de ſcia Chr̄i creata, ꝑ quã oĩa ſciuit ab in
ſtãti incarnatiõis, q̄ ſcit deus ſcia viſionis, ſicq; Chr̄s ſecundũ q̊d hõ, vidit in verbo, & item ꝑ
ſpẽs cõcreatas, oĩa q̄ p̄dicauit, ⌊& teſtimoniũ noſtrũ nõ accipitis,⌋ recte credẽdo atq; humi »
liter meis ſermonibus cõſentiẽdo. Quãuis eñ quidã Iudæoꝝ crediderint illi, tñ cõparatione
Osee.7 increduloꝝ fuerũt pauciſſimi. Vnde ꝑ Oſee Chr̄s p̄dixit: Receſſerũt à me, & ego erudiui eos
& in me cogitauerũt maliciã. ⌊Si terrena dixi vobis, & nõ creditis: qũo ſi dixero vobis cœle- »
ſtia credetis?⌋ Quæ ſunt iſta terrena q̄ Chr̄s dixit Nicodemo atq; Iudæis? Secundũ Aug. & »
Bedã iſta terrena nõ ſunt aliqua dicta in iſto cap. ſed q̊d ſupra in p̄cedenti cap. fertur Chriſtus
Johan.2 dixiſſe Iudæis: Soluite tẽplum hoc & in tribus diebus excitabo illud. Hoc eñi differuit de pro E
prio corpore adhuc corruptibili, terreno ac mixto, tanq̄ dicat: Si non creditis ꝙ poſſim pro
priũ corpus diuina virtute ſuſcitare à morte, qũo credetis ꝙ hoies valeã ex aqua & ſp̄ũ ſancto
regenerare. Alij referunt ad baptiſmũ, qui dici poteſt terrenus, qm̄ viſibiliter exhibeẗ in ter-
ra, in aqua viſibili, ſub ſenſibili forma verboꝝ. Eſt itaq; ſenſus: Si terrena dixi. i. de ſenſibilib⁹
rebus loquutus ſum vobis, videlicet de baptiſmo, & ſuſcitatione corporis mei, & non credi-
tis vera eſſe quæ dico, eo ꝙ ſint ſupra naturalem rationẽ. Quod ait, & nõ creditis, non eſt re-
ferendũ ad Nicodemũ, ſed ad Iudæos incredulos, q̊s Chriſtus ſub ꝑſona Nicodemi affaẗ, de
quibus paulo ante loquutus eſt: Teſtimoniũ noſtrũ non accipitis, qũo ſi dixero vobis cœle-
ſtia, loquẽdo de inuiſibilibus dei, de vnitate trinitatis, & trinitate vnitatis, de emanatiõe diui-
naꝝ ꝑſonaꝝ ad intra, de immediata viſione diuinæ eſſentiæ, de hierarchijs, alijſq; ſecretis cœ
leſtibus, de q̄bus paꝝ habeẗ in lege ac ꝓphetis, credetis, quaſi dicat, difficulter vel nequaq̄ cre
deretis, cũ ſint incõprehenſibiliora & ſupnaturaliora p̄dictis terrenis. Neceſſe eſt ergo pro-
priũ intellectũ authoritati Chr̄i ſubijcere, & his q̄ rationẽ trãſcendũt, fidẽ p̄bere. Præſertim
cũ deus ꝑ ſufficientiſſima argumẽta oſtẽderit Ieſum eẽ Chriſtũ filiũ dei. Propterea dicit apl̄s
2.Cor.10 ad Corint. In captiuitatẽ redigẽtes omnẽ intellectũ in obſequiũ Chr̄i. Veruntñ qm̄ quędam
ſecreta atq; cœleſtia ad Chr̄m ꝑtinẽtia, cũctis fidelibus ſunt ſcienda, videlicet vnitas ꝑſonæ
dei & hoīs in Chr̄o, myſteriũ dñicæ paſſionis, & amor dei ad genus humanũ, idcirco Chr̄us
Eſa.56 de talibus cõſequẽter inſtruit Nicodemũ. ⌊Et nemo aſcendit in cœlũ⌋ empyreũ, q̊d eſt locus »
Mat.21 & manſio beatoꝝ, ſicut eccleſia ferẗ locus orantiũ. Nihilominus ſicut fideles orare p̄nt extra
Marc.11
Lucæ.19 materialẽ eccleſiã, ſic beati deũ clare cõſpicũt vbicũq; extiterint, ⌊niſi qui deſcẽdit de cęlo,⌋ »
humanã naturã aſſumẽdo, videlicet ⌊filius hoīs q eſt in cœlo.⌋ Verba hæc aquilina ſicut i ſty »
lo ſimplicia atq; facilia ſunt, ſic in profunditate ſenſus prorſus cõprobantur altiſſima, diffi F
cilima, nimiũq; diuina. Quid eñ eſt q̊d ait: Nemo aſcẽdit in cœlũ &c. Nõne homies ſancti
1.Cor.5 à pœna & culpa purgati mox aſcẽdũt in cœlũ, dicẽte apl̄o ad Corint. Scimus qm̄ ſi terreſtris
domus nr̄a huius habitatiõis diſſoluaẗ, q̊d ædificationẽ habemus ex deo, domũ non manufa-
ctã, æternã in cœlis? Certũ eſt q̊d nũc quidã ſanctoꝝ hoīm aſcenderũt in cœlũ, nõ ſolũ quãtũ
Mat.27 ad animã, ſed etiã quãtũ ad corpus, vt certũ eſt de virgine glorioſa, & de his q cũ Chr̄o ſurre-
xerũt, apparuerũtq; in ſancta ciuitate q̄plurimis, pie crediẗ à q̄buſdã. Sed pẽſemus qñ Chr̄us
verba hęc ꝓtulit, vtiq; añ paſſionẽ qñ loquebaẗ in Hier̄lm cũ Nicodemo, ꝙ aũt nullus electoꝝ
introierit regnũ cœloꝝ añ Chr̄i paſſionẽ cognoſcimus. Itaq; q̊d ait: Nemo aſcẽdit in cœlũ,
veꝝ eſt pro t̄pe illo, ſumẽdo verbũ, aſcẽdit, vt eſt p̄teriti t̄pis ſiue p̄ſentis. ¶Sed tũc q̄ſtio oriẗ,
qũo verba ſequẽtia verificenẗ. Subdiẗ eñ, niſi filius hoīs. Aſcẽdere quippe cõpetit Chr̄o, ra-
tione naturæ aſſumptæ, ſecundũ quã pro tũc nõdũ aſcẽdit. Nõ ergo excepiſſet ſeip̄m, ſi prędi
cto mõ ſumpſiſſet hoc verbũ aſcẽdit. Quæſtio iſta dupl̄r ſoluiẗ. Primo, vt ſolus filius homīs
aſcẽdiſſe dicaẗ, qm̄ ſolus propria p̄tãte, iure ac merito aſcẽdebat. Alij vero virtute & merito
Chr̄i, cuius paſſiõe fuerũt ab originalis peccati abſoluti reatu. Secũdo, vt noīe Chr̄i intelligaẗ
nõ ſolũ Chr̄i ꝑſona, ſed & myſticũ corpus ipſius, puta eccleſia patrũ, q̄ detinebaẗ in lymbo,
Johã.14 cæteriq; electi oĩno mũdati, de q̄bus ſpecial̄r ait: Veniã & aſſumã vos ad meip̄m. Et iteꝝ: Pa
Johan.17 ter volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecũ, vt videãt claritatẽ meã. Iuxta hũc ſenſum dicit ſalua
tora

A tor: Ego ſum oſtiū ouiū. Oēs quotq̊t venerūt, fures ſunt & latrones. Sic igit lucet q̄uo nemo
aſcēdit i cœlū, niſi q deſcēdit de cœlo. ¶ Sed q̄uo incircūſcriptus & incōmutabilis filius dei de Johan.10
ſcēdiſſe aſſerit, q locū nō mutat, ſcd̄m q̄d deus. Reſpōſio plana & facilis eſt Q̄m ſic deſcēdit de
cœlo, q̄uo venit in mūdū, vtpote nō locū mutādo, aut ſeip̄m mouēdo, ſed noſtrā naturā indu
endo ac viſibilr apparēdo. Manſit ergo vnde deſcēdit. Porrò q̄d ſubdit, filius hoīs q eſt ī cœ
lo, maiorē habet difficultatē. Si em̄ filius hoīs deſcēdit de cœlo, videt ante incarnationē fuiſ-
ſe in cœlo, ſed filius hoīs eſt hō, ergo hō ante incarnationē fuiſſet in cœlo. Itē ſi ita eſt, videt ꝙ
Chrūs ſecū portauit corpus de cœlo. Adhuc aūt q̄n Chr̄s dixit verba hęc, erat cū Nicodemo
in terra, q̄uo ergo pro tūc fuit filius hoīs in cœlo, ita vt diceret de ſe ſtāte in terra, filius hoīs q
eſt in cœlo? Et r̄ndendū, ꝙ Chr̄s hæc dixit, ad inſinuandū vnitatē p̄ſonæ vtriuſq; naturæ in
ipſo. Tanta eſt em̄ vnio diuinæ naturæ ſeu verbi atq; hūanæ in Chr̄o, vt hūana deo & diuina
homini vere conueniāt. Sed pēſandū quid, propter q̄d dicat. Dicēdū ergo, ꝙ Chr̄s ſeu filius
hoīs fuit an̄ incarnationē in cœlo ſecūdū naturā diuinā, deſcenditq; de cœlo, nō corpus cœ-
leſte ſecū ferēdo, vt dixit Valētinus hæreſiarcha, ſed q̄a eadē eſt p̄ſona dei & hoīs in Chr̄o. In
talibus em̄ locutionibus Ieſus ſeu Chr̄s vel filius hoīs ſemp̄ ſupponit p̄ſonā diuinā increatam
hypoſtaſim, vtpote verbū æternū, ideo iſtę ſunt veræ, Ieſus eſt æternus, imenſus, oīa implēs,
Chr̄s eſt verus deus imortalis, oīpotēs, Deus eſt paſſus, occiſus, ſepultus. Cauſa veritatis harū
atq; ſimiliū locutionū eſt vnitas p̄ſonalis p̄fata, & ſuppoſitio increatæ hypoſtaſis. Idcirco de
puero q natus ē nobis, & filio q datus ē nobis Eſaias p̄dixit, ꝙ vocaret deus fortis, pr̄ futuri ſe Eſa.9
culi &c. Vn̄ de puero Ieſu exiſtēte i vtero, iacēte in p̄ſepio, pēdēte ad vbera, verū fuit dicere.
B Iſte puer creauit cœlū & terrā, & vbiq; eſt p̄ eſſentiā, p̄ſentiā atq; potētiā. Ad q̄d inſinuādū di Luc.2
cit ap̄lus: Ieſus Chr̄s heri & hodie ipſe & in ſecula. Iudas q̄q; ap̄ls in ſua ep̄la: Ieſus (inq̄t) pp̄l'm
ſuū ſaluās de Aegypto, ſecūdo eos q nō crediderūt p̄didit. ¶ Porrò de Chr̄i aſcēſione prophe Heb.13
tæ ſufficiēter loquuti ſunt, vt eſt illud in pſalmo: Pſallite deo q aſcēdit ſup cœlū cœli ad orien Judæ 1.
tē. Et illud: Aſcēdit deus in iubilo. Itēq;: Aſcēdiſti in altū cœpiſti captiuitatē. Prædictis con Num.14
ſonat illud ap̄li: Qui deſcēdit ipſe eſt & q aſcendit ſup oēs cœlos. ¶ Deinceps p̄dicit ſaluator Pſal.67
« ſuā paſſionē in lege p̄ ſerpentē æneū p̄figuratā. ⌊Et ſicut Moſes exaltauit⌋ .i. in loco alto ere Pſal.46
« xit ac poſuit ſerpētē æneū .i. ſimilitudinē ſerpentis factā de ære, ⌊in deſerto⌋ Aegypti. Q̄uo Pſal 67
factū ſit hoc, ſcriptum eſt in lib. Num̄. Cum em̄ tædere cœpiſſet pp̄l'm Iſrael itineris ac labo- Ephe.4
ris, murmurātesq; contra dn̄m ac Moſen dixiſſent: Anima noſtra nauſeat ſup cibo iſto leuiſ- Num.21
ſimo, miſit dn̄s in pp̄l'm ſerpētes ignitos, à q̄bus cū multi occiſi vel læſi fuiſſent, pœnituit pp̄l's
« dixitq; dn̄s Moſi: Fac ſerpentē æneū, & pone eū pro ſigno, q p̄cuſſus aſpexerit eū, viuet. ⌊ita
« exaltari (.i. in cruce leuari) oportet⌋ neceſſitate cōdicionata, nō abſoluta, vel oportet .i. decēs
& vtile eſt. Chr̄s em̄ oblatus eſt q̄a voluit, nō q̄a neceſſitate fuit aſtrictus: oportuit tn̄ q̄a p̄or-
« dinatū à deo, & vt implerent ſcripturæ, ⌊filiū hoīs.⌋ Sæpius noīat ſe Chr̄s filiū hoīs q̄ filiū Eſa.53
dei, vt humilitatis p̄ſtet exēplū. Ratio q̊q; finalis exaltationis Chr̄i in cruce, & fructus dn̄icæ
« paſſionis ſubiungit, ⌊vt oīs q credit in eū,⌋ fide formata ac operatoria .i. charitati vnita & Matth 8
procedēte in opus dūmodo operādi opportunitas adſit. Charitas nāq; eſt forma ſeu decor, Mat. 20
« atq; p̄fectio fidei, propter q̊d fides charitati cōiuncta vocat formata, ⌊nō pereat,⌋ incurren Matt. 24.26
do mortē ſp̄ūalem, dānationēq; p̄petuā. Sed q̄a nō ſufficit liberari à malo, ſed indigemus ap- Marc.2.9
« prehēdere bonū, ſubiungit, ⌊ſed habeat vitā æternā⌋ .i. ad beatificā dei viſionē p̄tingat, quę Marc.10.15
C nūc habet in ſpe, & poſt habet in re, q̄ purā mentē habētibus, vt apud Matth. promittit: Bea- Mar.14
ti mūdo corde, q̄m ipſi deū videbunt, de qua infra habet. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant Luc.6.9
te verū deum. ¶ Elucescit igitur ꝙ ſerpens ille fuit figura Chriſti, & hoc propter cauſas diuer Luc.12
ſas. Primo, q̄m ſicut ſerpens ille habuit figuram ſerpentis & ſimilitudinem venenati, non au- Pſal.36
tem naturā ſerpentis, nec veritatē veneni: ſic Chr̄s habuit ſimilitudinē carnis peccati, & in- Lucæ.18. 21.22
ter peccatores cōiter vixit, non tn̄ habuit culpā, nec cōmunionē peccati cū impijs. Secundo, Mat.5
q̄m erectio illius ſerpētis figurauit ſuſpenſionē Chriſti in ligno. Tertio, quia quemadmodū Johan.17
Iudæi corporaliter læſi intuendo illum ſerpentem ſanabant à morſu ignitorū ſerpentū, ſic fi- Baruch.3
deles fide intuendo Chriſti paſſionē ſeu Chriſtū in cruce expanſum, ſanant ab omni ardore Eſa.53
incentiui peccati, ab omni tentatione diaboli, ab omni pigritia, animant quoq; ad fortiter p̄
liandū, ad patientiam verā, ad omnem virtutē, optantes ſequi veſtigia Chriſti. Vnde ad He- Num.21
bræos monet apoſtolus: Curramus propoſitū nobis certamen, aſpicientes in authorem fidei
& conſummatorē Ieſum, q propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucē, confuſione contēpta. Tāto Heb.12
p̄terea dignior, fructuoſiorq; cōſiſtit erectio Chr̄i ī cruce, q̄ ſerpētis illius, q̄to melius eſt libe
rari à vulneribus animæ q̄ corporis, & adipiſci vitā æternā q̄ temporalē. ¶ Poſtremo paſſio
Chriſti vocat exaltatio. Primo, quia in aere eleuatus eſt Chriſtus in cruce. Secundo, quia per Mat.17
ſuam paſſionem maxime honorauit deum patrem, obediendo ei vſque ad mortem. Propter Phil. 2
quod ait: Ego non quæro gloriam meam, ſed honorifico patrem meum. Tertio, quia per ſu- Johan.8
am paſſionem exaltauit genus humanū, reducendo illud ad regnum cœlorū. Quarto, q̄m ſua

paſſione meruit ſibiipſi accidentale præmiũ, omnis videlicet creaturæ prælationẽ & corpo-
Heb.2 ris ſui glorificationẽ, ſecundũ quod dicit Apľus ad Hebræos: Videmus Ieſum propter paſſio
nẽ mortis gloria & honore coronatũ. Et alibi: Humiliauit ſemetipſm factus obediens vſq; ad
Phil.2 4.Reg.18 mortẽ, propter quod deus exaltauit illũ, & dedit ei nomen quod eſt ſup omne nomẽ. In libris
Regũ ſcriptũ eſt, ꝙ Ezechias fregit ſerpentem æneũ, quem fecit Moſes, quod fecit Ezechias
zelo diuini honoris ad vitandam omnem ſpeciem idololatriæ, quia (vt illic ſubiungitur) filij
Iſrael vſq; ad illud tempus adolebant ei incenſum.

¶ Proſequutio elucidationis præſentis capituli, ab eo loco quo dicitur: Sic enim dilexit deus mundum. Articulus. IX.

HVcuſq; deſcripta ſunt verba Chriſti ad Nicodemũ, ſed an verba ſequentia vſque ad
id, Poſt hæc venit Ieſus & diſcipuli eius in Iudęam terram, ſint verba Chriſti ad Ni
codemum, vel potius verba Iohannis Euangeliſtæ, exponentis & declarantis pr̨æ
inducta eloquia ſaluatoris, certum non habeo, veruntamen quomodocunq; dica-
tur ad hoc, ſenſus eſt idem. Dixit quippe ſaluator in verbis immediate præhabitis, atq; in ar-
ticulo præcedenti expoſitis quod exaltari oportuerit filiũ hominis, hoc eſt mori pro mun-
di ſalute, nunc oſtendit cauſam beneficij tanti, quæ nõ eſt meritum noſtrum, ſed gratuita dei
1.Joh.4 dilectio. ⌊Sic enim deus dilexit mundum,⌋ id eſt tam ardenter deus pater dilexit genus hu- ”
manum, præſertim homines prædeſtinatos, ⌊vt filium ſuum vnigenitũ,⌋ non adoptiuũ, ſed ”
naturalem, cõſubſtantialem, & vnicum, ⌊daret⌋ hominibus, in filij ſui incarnatione ac paſ- ”
Eſa.9 ſione. Dedit enim eum nobis, quemadmodum cecinit Eſaias: Puer natus eſt nobis, filius, da-
Roma.8 tus eſt nobis. Et Apoſtolus: Proprio (inquit) filio ſuo non pepercit, ſed pro omnibus nobis
tradidit illum. Dedit ergo eum nobis, in incarnatione faciens eum filium noſtræ ſororis, vi-
delicet ſacratiſſimæ virginis, fratrem noſtrum, mediatorem ac ſociũ noſtrum. Qui eñ ante E
incarnationem erat deus & dominus noſter, per incarnationẽ factus eſt frater & ſocius no-
ſter. Dedit quoq; eũ nobis in tota conuerſatione eius in ſeculo iſto. Nam quicquid Chriſtus
fecit, prædicauit, & pertulit, ordinauit pater & etiam filius ad noſtrã ſalutẽ, & nobis merito
rium fuit, nõ ipſi Chriſto, quantũ ad præmiũ eſſentiale, quia hoc habuit anima Chriſti à pri-
mo ſuæ creationis inſtanti. Dedit etiam eum nobis in ſacramento altaris, quemadmodũ in-
Johan.6 fra teſtatur: Pater meus dat vobis panem verum. Poſtremo dedit eum nobis in paſſione, ex-
ponens filium ſuũ dilectum tantis tormentis pro noſtra ſalute, quemadmodũ Eſaias prænũ-
Eſa.53 ciauit. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Et filius tempore paſſionis: Calicem (ait) quẽ
Johan.18 dedit mihi pater non bibam illũ? In paſſione eñ creator noſter, factus eſt ſaluator noſter, iu
Pſal.115 dex noſter, factus eſt reconciliator noſter, aduocatus ac mediator. ¶ Sed quid retribuemus
Pſal.102 deo patri pro omĩbus quæ retribuit nobis? Benedic anima mea domino, & noli obliuiſci om
nes retributiones eius. Quid enim, quale vel quantum bonum dedit nobis? Nonne filium ſu-
um chariſſimum, ſibi coæqualem & coimmenſum, quem ex proprio corde æternaliter ge-
nuit, quem ex ſua ſubſtantia peperit, quem non minus diligit, quàm ſeipſum? ¶ Porrò ſecun-
dum philoſophum, Diligere eſt alicui bonum velle. Vehementer ergo nos amat pater, qui-
Roma 8 bus dedit hoc bonum immenſum. Quomodo etiam non omĩa nobis cum illo donauit? Quid
negabit petentibus, qui non petentibus dedit vnigenitũ filium ſuum? Hinc ait Iohannes in
ſua epiſtola: In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniã filium ſuũ vnigenitum miſit in mũ-
1.Joh.4 dum, vt viuamus per eum. Et ne putemus nos propter merita noſtra à deo dilectos, adiecit: F
Ephe.2. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus deum, ſed quoniã ipſe prior dilexit nos. Hinc
& Paulus ipſe ad Epheſios diſſeruit: Deus qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam cha-
ritatem ſuam, qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, cuius
gratia eſtis ſaluati. Non ergo contemnamus neque negligamus noſipſos, non vilificemus ani
mas noſtras, ſummæ trinitatis imagine inſignitas, rebus terrenis, caducis aut carnalibus in-
hærendo, ſed intenſiſſima mente penſemus, quanti æſtimati ſimus à deo noſtro, quanta pro
nobis fecit, & paſſus eſt filius dei, quanta nunc dedit, quanta ſe daturum nobis promiſit, & di-
Eſa 26 camus deo corde feruenti cum illuſtriſſimo Eſaia: Nomen tuum & memoriale tuum domi-
ne in deſiderio animæ. Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritus meus in præcordijs
Pſal.17 meis, De mane vigilabo ad te. Et cum Pſalmiſta: Diligam te domine fortitudo mea. Ad hoc
enim deus ſuam nobis dilectionem manifeſtauit, vt eum reamaremus, eiuſq; amore ſuccenſi,
ampliora beneficia perciperemus.
1.Joh.4 ¶ Quadruplex nobis cauſa eſt amãdi deũ. Prima, qm̃ in ſe naturaliter bonus eſt. Secũda, qm̃
prior dilexit nos. Tertia, quia iã multa nobis bona largitus eſt, videlicet bona naturæ & grãæ.
Quarta, quia maiora promiſit, pparauit & dare paratus eſt. Nobilis aĩa, q̃ ſuũ diligit creatorẽ
& tanto nobilior, quanto in eius amore feruẽtior. Illuſtriſſima creatura quæ igne diuini amo
1.Cor.6 ris flammeſcens in dilectum, ſuper oĩa, in deũ transformatur, & vnus cũ illo ſpũs efficit. Con-
1.Joh.4 uenientiſſime demum ait Euangeliſta. *Sic deus dilexit mundũ, vt filium ſuũ vnigenitũ daret*
ad in-

A ad inſinuandum quod dilectio Dei eſt cauſa fontana omnium beneficiorum nobis diuini-
tus præſtitorum. Amor nanque ſecundum Theologos eſt primum donum, in quo omnia
dona grat uita gratis donantur. Propter quod donum appropriatur ſpiritui ſancto qui eſt
amor patris & filij. ¶Quæritur, ſi deus pater ſic diligit mundum, cur ſcriptum eſt in Iohan-
ne: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt, quia ſi quis diligit mundum, non
eſt charitas patris in eo. Et Iacobus in ſua fatetur Canonica: *Si quis voluerit amicus huius* 1. Johan. 3
mundi fieri, inimicus Dei conſtituetur? Dicendum eſt, quod ſcripturis ſacris, mundus acci- Jacob. 4
pitur pro hominibus in terra degentibus, & hoc tripliciter. Primo, pro mundanis & vitio-
ſis hominibus, de quibus Paulus ad Galatas teſtatur: *Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus*
non eſſem. De hoc mundo ſcribit Iohannes in ſua Canonica dicens: Ipſi de mundo ſunt, & Galat. 1
de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Iſte eſt mundus pertinens ad maſſam perditio- 1. Johan. 4
nis. Secundo accipitur mundus pro hominibus prædeſtinatis, in mundo iſto ſenſibili pere-
grinantibus. Huius mundi dicitur Chriſtus eſſe ſaluator, quemadmodum loquitur Paulus
ad Corinthios: Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. De quo mundo promiſ-
ſum eſt Abrahæ: Benedicentur in te omñes tribus terræ. Vnde ſecundum Apoſtolum ad Ro 2. Cor. 5
manos quarto capitulo: Abraham factus eſt hæres mundi. Tertio, ſumitur mundus indiffe- Gene. 22
renter, pro quibuſcunque hominibus in terra viuentibus, electis & reprobis. Sic quoque ac- Roma. 4
cipi poteſt nunc, & in verbis immediate ſequentibus dicitur: Non miſit deus filium ſu-
um in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Deus enim (vt
dicitur *Sapientiæ*, vndecimo capitulo) diligit omnia quæ fecit, quanto magis rationalem
B creaturam. Vult enim omnes homines ſaluos fieri, voluntate antecedente, & ſecundum hoc Sapie. 11
diligit omnes, & quantum in ipſo eſt neminem vult perire. Sicq; pro vniuerſorum ſalute mi 1. Timo. 2
ſit pater filium ſuum, & omnes conuertantur, & pro omnibus paſſus eſt Chriſtus, quantum
ad ſufficientiam, ſed quantum ad efficaciam, pro ſolis electis ſuſtinuit omnia. Ideo Chri- 1. Pet. 2
ſtus paſſione inſtante dixit ad patrem: Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi
de mundo, quia tui erant. Hæc diuerſa acceptio mundi memoriter eſt tenenda, quoniam ad Johan. 17
intelligentiam dicendorum neceſſaria eſt.

¶Deniq; ad hunc finem dedit pater omñipotẽs filiũ: ⌊vt omñis qui credit in eum⌋ fide per di-
" lectionem operante. Nam fides ſine operibus mortua eſt, ⌊non pereat⌋ hoc eſt, non damne
" tur, ⌊ſed habeat vitam æternam⌋ quæ eſt viſio ſummæ Trinitatis per ſpeciem. Vnde apud Jacob. 2
Marcum dicit Saluator: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Et in actibus Apoſto
lorum Paulus ait Iudæis: Per hunc vobis remiſſio peccatorum annuntiatur ab omnibus à Marc. 16
quibus non potuiſtis in lege Moſi iuſtificari. Hinc legitur Chriſtus in Euangelio ſæpe di- Acto. 13
xiſſe: Fides tua te ſaluum fecit. Per fidem enim primo coniungitur anima Chriſto, & ei in- Mat. 9
corporatur ad cognoſcendum, & recte ſentiendum de ipſo, vt ſit particeps meriti & gratiæ Marc. 5
Chriſti. Primo ſiquidem vnitur homo deo per intellectum illuminatum lumine fidei, dein- Mar. 10
de per voluntatem ſiue affectum diuina charitate formatum. Propter quod Abacuc in ſecun Luce. 7
do capitulo dicit: Qui incredulus eſt, non erit anima eius recta in ſemetipſo. Iuſtus in ſua fi- Luce. 8
de viuet. Credimus autem in Chriſtum ſecundum quod deus eſt, quia obiectum fidei eſt ve- Luce. 18
ritas prima & increata. Abacuc. 2 Roma. 1

C ¶Conſequenter declarat Euangeliſta, quòd miſſio filij Dei ſit effectus paternæ atque diuinæ
" dilectionis ad nos. ⌊Non enim miſit⌋ per incarnationem, ⌊Deus⌋ pater ⌊filium ſuum in
" mundum⌋ hoc eſt, in terra Iudææ ſeu inter homines. Deus in hoc Euangelio frequenter ac-
cipitur perſonaliter, ſcilicet pro certa perſona diuina, quandoque vero eſſentialiter, vt cum Johan 4
" dicitur: Spiritus eſt Deus. Nunc vero ſumitur perſonaliter, ⌊vt (filius) iudicet mundum,⌋
Hoc eſt, homines iudicio condemnationis, iuſtitiam exercendo, & pœnam infligendo,
" ⌊ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.⌋ videlicet merito conuerſationis, & paſſionis Chriſti,
cuius virtute & merito purgamur à culpa, & gratia adimplemur. Propter quod Petrus in
actibus Apoſtolorum ait: Non eſt (inquit) aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat Acto. 4
eos ſaluos fieri. Præterea cum Iacobus & Iohannes, cuius eſt hoc Euangelium, zelantes pro
Chriſto, contra quoſdam qui eum non receperunt, dixiſſent: Vis dicimus vt deſcẽdat ignis
de cœlo & conſumat eos. Chriſtus reſpondit: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Filius enim homi-
nis non venit animas perdere, ſed ſaluare. ¶Videtur autem huic obuiare, quod infra ait ſalua- Johan. 12
tor: Nunc iudicium eſt mundi, & alibi: In iudicium ego in hunc mundum veni. Eſaias quoq; Johan. 9
ait: Non ſecundum viſionem oculorũ iudicabit, ſed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet Eſa. 11
in æquitate pro manſuetis terræ. Et ſicut alij Euangeliſtæ teſtantur: Chriſtus in primo ſuo
aduentu durè & efficaciter redarguebat ſacerdotes, ſcribas, ac phariſæos. Talis autem redar-
gutio non ſit ſine iudicio, præſertim cum ſæpe dixerit: Væ vobis. Et denuo: Publicani &
meretrices præcedent vos in regno cœlorum. Dicendum quod duplex eſt Chriſti aduen- Luce. 6
tus, videlicet, Primus, quo venit occultè, & in humilitate, vt iudicaretur, & liberaret. Matth. 21 Mat. 25

Secundus erit manifeſtus & in maieſtate, vt iudicet atq; remuneret. De quo fertur in Pſal- D
Pſalm.49 mo: Deus manifeſte veniet, deus noſter & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius exardeſcet. Iu-
Hiere.15 Iob.34 dicium quoq; eſt duplex. Eſt enim iudiciũ diſcretiõis, quo boni à malis ſecernunt, maliq; vitu
Pſalm.1 perant, & pretioſum à vili ſeparat voto aut merito. De quo Iob ait: Nunquid qui non amat
iudicium ſanari poteſt? In hoc iudicio impij nõ reſurgunt, quia non ſurgũt à ruina peccati
ad gratiã, iudicãdo hoc modo ſeipſos. Iſtud iudiciũ fuit & fecit Chriſtus in primo ſuo aduẽtu
Multipliciter enim diſcernit inter electos & reprobos, q̃ſdã miſericorditer vocãdo ad ſuũ diſci
Matth.15 pulatũ & grãm, q̃ſdã iuſte deſerẽdo, qui nõ erãt ex ouibus ſuis, de quibus & dixit: Sinite illos,
cæci ſunt, duces cæcorum. Aliud vero eſt iudicium remunerationis & cõdemnatiõis ꝑ pœnæ
illationem. Hoc Chriſtus nõ fecit in primo ſuo aduentu, ſed in die iudicij faciet id cõiter, &
in morte ſingulorum facit ipſm particulariter. Per has diſtinctiones faciliter cõcordant authori
Mat.24 tates quæ repugnare vident. ⌊Qui credit in eum⌋ ꝑſeueranter vſq; ad finem, fide & ope ma »
nens fidelis, ⌊nõ iudicatur⌋ iudicio reprobatiõis ſed approbatiõis, de quo dicit Apoſtolus:
1.Cor.4 Qui iudicat me dñs eſt. Vnde in Apocalypſi legit: Eſto fidelis vſq; ad mortẽ, & dabo tibi co-
Apoca.2 ronam vitæ. ⌊Qui aũt nõ credit, iam iudicatus eſt⌋ hoc eſt, diuinitus reprobatus, de quo re-
1.Cor.5 probationis iudicio Paulus teſtat: Eos qui foris ſunt, dñs iudicabit. ¶Quærit, quõ infidelis iã
iudicatus dicat, cum adhuc viator exiſtat, necdumq; oblatus ſit tribunali iudicis Chriſti? Et
reſpondendũ ꝙ dicit iam iudicatus tripliciter. Primo, qm̃ pro iudicato & reprobato habet.
Scd͞o, qm̃ habet in ſe cauſam dãnatiõis adeo euidentẽ, vt nõ ſit dignũ diſcuſſionẽ de ipſo per-
agere. Cum enim careat fide, certum eſt q̃d nil meritoriũ habeat, ſed mortali ſubiaceat culpæ,
Roma.14 dummodo ſit adultus, præſertim cũ dicat Apoſtolus: Quicq̃d nõ eſt ex fide, pct̃m eſt. Iuxta E
hũc modũ loquẽdi dicimus de hoĩe agonizãte vel veneno infecto q̃d ſit mortuus homo. Ter
tio, q̃a futura ſunt deo quaſi ꝓſentia, q omĩa cõſpicit atq; ꝓſentialiter cernit in ipſo æternita-
tis momẽto. Verũtamẽ in hora mortis iudicabit, quãtum ad remuneratione, ſeu penè illatio
nem, quantum ad animam, & in die nouiſſimo, quantum ad corpus & animam, quando erit
Mat.25 vnus eorum quibus dicetur: Ite maledicti in ignẽ æternũ. Iudicant inſup infideles poſt hanc vi
tam quoad hoc quod non omnes æqualem ſortiuntur miſeriam, ſed vnuſquiſq; iuxta men-
ſuram ſui delicti, pœnis maioribus vel minoribus deputetur. Cauſa autem cur iudicatus iam
ſit infidelis, ſubiungitur: ⌊quia non credit in nomine vnigeniti filij dei,⌋ hoc eſt, in ipſo filio »
1.Iohan.5 dei naturali & vnico, & per conſequens mendacem facit deum patrem ſecundum quod Io-
hannes habet: Qui non credit in filium, mendacem facit deum, quia non credit in teſtimo-
nium quod teſtificatus eſt deus de filio ſuo. ¶Iſtud ſi vniuerſaliter atque ſimpliciter intelli-
gatur, conſequens eſſet, quòd nemo vnquàm ſaluatus eſt ſine explicita fide Chriſti futuri,
præſentis vel miſſi, cuius contrarium tenent doctores, adſerentes quòd ante Chriſti aduen-
tum ſimplicibus ſufficiebat implicita fides de Chriſto, cum obſeruantia legis naturalis quo
ad Gentiles, vel ſcriptæ quo ad Iudæos, qui ſecundum quoſdam tenebantur ad explicitam
fidẽ de Chriſto in generali, ita quod ſufficiebat credere eſſe vitã poſt hanc vitã, & quod de-
us haberet prouidentiam atque iudicium actiuum humanorum, & ſaluti hominum prouide-
Acto.10 ret, ſecundum modum ſibi placentem, & ab ipſo præordinatum. Vnhe Cornelius Centu-
rio tali fide placuit deo. Erat enim vir religioſus & bonus, cuius orationes & eleemoſynæ
commemoratæ fuerunt coram deo, & tamen nondum ſciuit determinate aliquid loqui de F
Chriſto. Et reſpondendum, quod ſi verba Euangeliſtæ intelligantur de explicita fide filij
dei, non erunt de omnibus hominibus intelligenda, ſed de maioribus, puta prophetis & pa-
triarchis, & eruditis, ab illis pro tempore legis ſcriptæ. Tempore autem euangelicæ legis
omnes tenentur ad explicitam fidem de Chriſto & Trinitate. Idcirco iam nemo valet ſal-
uari niſi explicita fide de vnigenito filio dei. ⌊Hoc eſt autem iudicium⌋ Hoc eſt, iſtud quod »
ſubditur, eſt cauſa meritoria iudicij reprobationis infidelium, omniumq; peruerſorum,
Iohan.1 ⌊quia lux⌋ hoc eſt, Chriſtus lux vera illuminans omnem hominem qui illuminatur. De »
Miche.7 quo dicit Michæas propheta: Quum ſedero in tenebris, dominus lux mea eſt. Et Apoſtolus
Hebræ.1 1 Cor.1. dicit: Quum ſit ſplendor gloriæ, imò pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, ſunt vna lux. Lux er-
Baruch.3 go videlicet verbum, & ſapientia patris, ⌊venit in mundum,⌋ per incarnationis myſteri- »
um, & in terris viſa, atque cum hominibus conuerſata eſt lux iſta, adſumpta humanitate ve-
lata, Chriſtus quoque ſecundum naturam adſumptam, eſt lux ineffabiliter clarior Apoſto-
Mat.5 lis, quibus dictum eſt: Vos eſtis lux mundi, ⌊& dilexerunt homines⌋ pro maiori parte, non »
tamen omes ſimpliciter, ⌊magis tenebras⌋ hoc eſt, paſſiones, & vitia rationem obtenebran »
tia, atque ad infernales tenebras perducentia ⌊quàm lucem.⌋ hoc eſt, Chriſtum ſeu eius do- »
Iob.24 ctrinam, ac virtutum ſplendorem, de qualibus ſcriptũ eſt in Iob: Ipſi fuerunt rebelles lumini.
¶Quicũq; præfert cõcupiſcentiã rationi, canalẽ voluptatẽ ſpirituali cõſolatiõi, bonũ creatũ
caducũ & variabile bono diuĩo, æterno & ĩfinito, iſte diligit tenebras magis q̃ lucẽ. Et q pctã
cõmiſſa potius vult occultare & ꝓſequi q̃ humiliter ꝓfert cõfiteri abſcõſionẽ tenebrarum ſuarum
manife-

A manifeſtationi luciſluæ confeſſionis. Ideo Salomon in Prouerbijs teſtatur: Qui abſcōdit ſce- Prouer.28
lera ſua, non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſeque-
tur. Et ſanctus Iob: Vias (inquit) meas in conſpectu eius arguam, & ipſe erit ſaluator meus. Job.13
« ⌊Erāt em̄ eoꝝ mala opera⌋ Hoc eſt, vitioſa, ſicq́ꝫ ex electione mali, & habitu vitioſo pecca-
bant gloriātes in malis, ſuiſq́ꝫ iniquitatibus firmiter adhærētes. ¶Sed cū dicat Dionyſius: Ne
mo reſpiciens ad malum opaſ, & nihil appetiſ niſi bonū, quomodo p̄t quis plus diligere tene
bras q̄ lucem ſeu vitium q̄ virtutem? Et rn̄dendū, ꝙ nemo reſpiciēs ad malum, operaſ illud,
hoc eſt, non ꝑpetrat, nec appetit malum, niſi ſub rōne alicuius boni apparētis, vtpotè delecta
« bilis vel vtilis, ꝓpter q̄d Salomon ait: Via ſtulti recta in oculis eius. ⌊Om̄is em̄ q male agit.⌋ Prouer.12
« non ſolū ex infirmitate, vel ignorātia, ſed ex certa malitia, ſeu habitu prauo ⌊odit lucem⌋.i.
iuſtitiā veramq́ꝫ doctrinā, & etiā Chr̄m aliquādo quē vellet, non eſſe vt poſſit pœnas futuras
« euadere ⌊& nō venit ad lucem⌋ hoc eſt, ad peccatoꝝ ſuoꝝ ſalutarem ac lucidā cōfeſſionem
« Vel, nō venit in publicū ex verecundia aut timore pœnaꝝ, ⌊vt nō arguanſ⌋.i. rep̄hēdantur
« ſeu corriganſ à p̄latis & iuſtis hominibus, ⌊opa eius⌋ tenebroſa. ¶Sed his cōtrariari videſ, ꝙ
adſerit Eſaias: Peccatū ſuū quaſi Sodoma p̄dicauerūt nec abſconderūt. Et obſtinato populo Eſa 3
loquiſ Hiere. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Tales vtiqꝫ teſtāte Hiere 3
Salomone: Lætanſ cum maleſecerint, & ſine vllo timore ꝑpetrāt mala. Veniūt ergo ad pub- Prouer 2
licum, & in p̄ſentia hominū peccare non erubeſcūt. Et rn̄dendum, ꝙ verba p̄inducta vniuer- Eccl.8
ſaliter vera ſunt, ſed de diuerſis generibus male agentium, diuerſimode verificanſ. Aliqui em̄
B adeò mali ſunt, vt reſpuāt increpari, iuxta illud Amos: Odio habuerūt corripientē. Iſti publi
cē peccāt, & ſæpe peccaſſe ſe iactāt. Alij ſunt hypocritæ, ſimulatores, & callidi, humana vitu
peria magis q̄ diuinū iudiciū formidātes, iſti peccāt in abditis, dicente Apoſtolo: Quæ in oc- Ephe.5
cultis fiūt ab ipſis, turpe eſt dicere: Alij ſunt famuli dei, ſed imp̄fecti, non ambulātes timorate Miche.6
& ſatis ſolicite corā deo, ſed cū obſeruantia debitoꝝ ſeu p̄ceptoꝝ contēti, iſti multa venialia
faciūt in ſecreto, quæ nequaq̄ facerēt p̄ſentibus alijs, & interdū non veniūt ad lucem ex vere-
cundia ne confundanſ. Vnde quicūqꝫ peccat aliquo modo odit lucem, & refugit eā, loquen-
do de peccatis à quibus homo merito merito denominaſ peccator. Nihilominus ſunt aliqui
viri virtuoſi tam feruētes & humiles, quod ſemꝑ parati ſunt increpari, & cupiūt ſua peccata
« manifeſtare, correctionemq́ꝫ pati proniſſimi ſunt. ⌊Qui aūt facit veritatem⌋ doctrinæ & vi
tæ atqꝫ iuſtitiæ, hoc eſt, qui vera loquiſ, & eadem opatur, iuſtitiamq́ꝫ ſectaſ. Triplex enim eſt
« veritas. ſ. doctrinæ vitæ & iuſtitiæ, & quælibet haꝝ eſt ſuo modo faciēda. ⌊venit ad lucem⌋
la quæ neſcierunt, putantes aliq̃d diuinitatis illis ineſſe quæ plena fuerunt dæmonns. ⌊Nos (Iu-
Pſalm. 75 dæi) adoramus⌋ quod ſcimus, i. deum quẽ vere cognoſcimus. Chriſtus cognouit eũ per ſpe-
ciem cæteri per fidem. Notus eñ in Iudæa deus. Cæteris enim nationibus ad diuerſos errores
ruentibus remãſit in populo Iſraelitico vera cognitio dei, ⌊q̃a ſalus ex Iudæis eſt⌋ hoc ẽ, ex po E
pulo Iudæorum ſaluator mundi incarnatus & ortus eſt, vel, ſalus ex Iudæis eſt, hoc eſt, ſalutio
gentium ex Iudæis dependet, puta à Chri paſſione & apoſtolorum prædicatione. ⌊Sed venit
hora & nunc eſt⌋ videlicet tẽpus euangelicæ legis, ⌊quando veri⌋ hoc eſt, fideles, ſynceri atq;
Matth. 6 deuoti, ⌊adoratores adorabunt patrem⌋ i. deum trinum ac ſimplicẽ cui dicimus: Pater no-
ſter qui es in cœlis, ⌊in ſpũ⌋ hoc eſt corde interno in ſpũali intellectu, in ſpũ ſancto, non ſolum
in locis determinatis in groſſa imaginatione, in proprio ſenſu, ⌊& veritate⌋ i. fide illumina-
ta in vera iuſtitia ad dei honorem, & propter veram beatitudinem adipiſcendã. Deniq; ſcd͂m
Auguſtinum, pàtrem in veritate adorat, qui patrẽ æternũ in nomine filij inuocat, hoc eſt deum
veraciter inuocare, i. intus & ex corde vocare, q̃d quã ſalubre ſit, pãdit pſalmiſta dicẽdo: Pro-
Pſal. 144. pe eſt dominus oñibus inuocãtibus eũ in veritate. ⌊Nã & pater (cœleſtis) tales quærit⌋ i. ve-
ros adoratores req̃rit & approbat. Vult eñ nos eſſe tales ⌊q adorent eum in ſpiritu & verita-
te⌋ vt dictũ eſt, cuius ratio ſubdit: ⌊ſpũs eſt deus,⌋ i. ſpũalis, incorporalis & ſimplex eſſentia,
vtpote actus purus, mens ſeparata eſſe tãtũ honoratiſſimus intellectus, ⌊& eos qui adorãt eũ⌋
adoratione latriæ, quæ ſoli deo debetur, ⌊in ſpiritu & veritate⌋ ſecundum ſenſum inductum
⌊oportet adorare⌋ ſi debeant exaudiri. Actio quippe rationalis creaturæ ꝑ hoc cõplacet deo,
ꝙ per eã aſſimilatur, atq; vnit ſuo creatori. Per adorationẽ aũt in ſpũ & veritate factã aſſimila-
tur & coniungit deo. Per hãc eñ ſimplificat & recte aſcẽdit in deũ trãſcendẽdo cũcta terrena,
oẽſq; diſtractiões, & ſeipſam pure eleuãdo ĩ creatorẽ. Vñ oratio dr̃ aſcenſus mẽtis in deũ, quaſi F
dicat ſaluator, ſi deus localis, corporalis materialiſve eẽt in propria natura adorãdus eẽt in de-
Pſalm. 10 terminatis locis dũtaxat & rudibus fantaſiis. Nunc vero cum ſit ſpũs ſimpliciſſimus in interiori
adorãdus eſt tẽplo, vt anima redeat ad ſeipſam & collecta, atq; in deum forti ſtabilitate erecta
Eccle. 18. inuocet deũ, quẽadmodũ in Eccleſiaſtico legit: Ante orationẽ præpara animã tuã, & noli eſſe
quaſi hõ tentãs deũ. Hic dicit aplſus: Si orem lingua mens mea ſine fructu eſt, quid ergo? orabo
1. Cor. 14. ſpũ, orabo & mente. Itaq; nõ vaga & huc illucq; diſcurrente mẽte implorãda eſt gratia dei, vt
Prouer. 4 omni cuſtodia cuſtodiat orans cor ſuũ. Occaſiones euagationum vitando, & cum feruore in-
cipiendo, ꝙ non eſt modice laborioſum, ſecundum quòd Abbas Agathon dixit. Non eſt la-
bor ſicut orare deum. Porro ſaluator dicendo, ⌊veri adoratores⌋ &c. innuit eſſe quoſdã ado-
ratores falſos, videlicet qui vel male ſentiunt de deo ſicut hæretici, vel propter humana pręco-
nia ſeu carnalia cõmoda aut tẽporalia lucra orãt ſicut hypocritæ, vel deũ quem orando hono-
Eſaię. 29 rare videntur peſſimis moribus inhonorãt, de q̃bus deus ait per Eſaiam: Populus hic labijs me
Matth. 15. honorat, cor autem eoꝝ longe eſt à me, propter quod inuanũ colunt me, iſti non exaudiũtur.
Marc. 7. Qui enim declinat aurem ſuã, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. ⌊Dicit ei mulier⌋
Prouer. 28 ſcio ex cõmuni fama vel authoritate ſcripturæ, ⌊quia Meſſias venit⌋ i. mox venturus eſt, qui
Gene. 49 dicitur Chriſtus. Samaritani nãq; nouerant, vt in Geneſi prædictum eſt: Non auferetur ſce-
ptrum de Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec veniat q mittendus eſt, & ipſe erit expecta-
tio gentium. Quoniam ergo viderunt iã regnum à ſemine Iudæ ablatum atq; Herodi Aſcolo-
nitæ

A nitæ alienigenæ datum. Poterāt ſcire ꝙ tēpus aduentus Meſſiæ inſtaret,& hoc erat tūc publica
fama apud Iudæos. vnde miſerunt ad Iohannē ſciſcitātes, an eſſet Chriſtus. ⌊Cum ergo vene Johan.1.
rit ille nobis annunciabit omnia,⌋ .i. certificabit nos de quæſtionibus vniuerſis & cæteris ad
ſalutem ſpectātibus, quaſi diceret, mulier iſta. Tunc plenius inſtruemur de oībus iſtis. Oēs
autem Iudæi & cæteri de Chriſto aliqd loqui ſcientes expectabāt eum, quaſi ſapientiſſimū ma
giſtrum, ſummumq́; prophetam. ⌊Dicit ei Ieſus⌋ dn̄s inæſtimabilis dignationis.⌊Ego ſum
(Chriſtus) qui loq̄r tecum⌋ quoniā eñ Ieſus vidit hāc fœminā, de cognitione diuinoꝝ ſolici-
tam reuelauit ei ſeipſum. ⌊Et cōtinuo venerunt diſcipuli eius, redeuntes de ciuitate Sychar, in
qua emerāt eſcas, vt venientes, mādlucarēt cū Ieſu ſupra puteū, vt opinor, prout ſolēt pauperes
facere, ⌊& mirabātur q̄a cum muliere loquebatur.⌋ Nil mali ſuſpicabātur, ſed mirabātur, vel
magnitudinem dignationis Chriſti, ꝙ cum muliere infideli tā familiariter conferebat, vel quia
cōſuetudinē loquēdi cū mulieribus ſeorſum ac priuatim nō habebat. ⌊Nemo tñ (ex diſcipulis)
dixit⌋ Chriſto, ⌊quid quæris aut q̄d loqueris cū ea⌋. Propter reuerētiā eñ magiſtri ſui nil ta-
le dixerūt, certi ꝙ nō ſine rōne affatus fuit hāc fœminā. ⌊Reliquit ergo hydriā ſuā mulier⌋ ad
puteū. Præ admiratiōe eñ eoꝝ q̄ audiuit, & dilectiōe quā cōcepit ad Chriſtū, qui eā tā dignā-
ter ac dulciter fuerat allocutus, ꝙ Iudæi non feciſſent. Præ deſiderio quoque ſalutis populi ſui
oblita eſt aquā corporalem ſecū deferre aqua ſapiētiæ deguſtata, ⌊& abijt in ciuitatē (Sychar)
& dicit illis hominibus⌋ ſuis conciuibus. ⌊Venite & videte hominē, qui dixit mihi omnia q̄-
cūq; feci⌋ hoc eſt opera mea præcipua, vel mulier dicit hoc ꝑ hyperbolen, ſeu exceſſum ad in-
nuendum, ꝙ Chriſtus dixit ſibi multa occulta de ſuo ſtatu. Homines eñ in admiratiōe magna
poſiti & amore accenſi, ſi frequenter per exceſſum loquuntur nō intēdentes aliq̄d falſi aſſerere,
ſed rei magnitudinē aperire. ⌊Nūquid ipſe eſt Chriſtus?⌋ tanq̄ dicat, videtur per tantum mi
raculum, ꝙ ſic. ¶ Mulier iſta impleuit q̄ admonet Petrus dicēdo: Vnuſquiſq; ſicut accepit gra 1. Petri.4.
B tiam in alterutrum illam adminiſtrantes, & talentum ſibi conceſſum ſtuduit fructuoſe expēde-
re. Ad literam quoq; reliquit hydriam ſuam, quia intendebat ſtatim reuerti, & plenius informa
ri, ſic & nos dum illuminationem & gratiam Chriſti experimur, hydriam noſtram, id eſt ven-
tris curam & voluptatem, omnemq́; terrenam ſubſtantiam paruipendere vel abiectare debe-
mus, aliosq́; ad ſimilē gratiā pro poſſe adducere. Vnicuiq; eñ mādauit deus de proximo ſuo, Eccle.17.
quemadmodū in Eccleſiaſtico legit̄: ⌊Et exierūt de ciuitate⌋ habitatores eius nouitate rei ꝑ-
moti, & ad credendum diſpoſiti, ⌊& venerunt ad eum.⌋ ſic & nos ſalutaribus exhortationibus
acquieſcere par eſt, quoniā ægeſtas & ignominia ei q̄ deſerit diſciplinā, vt ſcribitur in Prouer-
bijs: Interea, id eſt inter hęc, vtpote inter receſſum mulieris, & Samaritanoꝝ acceſſum, ⌊roga- Prouer.13
bant eum diſcipuli eius dicentes: Rabbi manduca⌋ Cōpatiebant̄ eñ fatigationi ſui magiſtri, &
proprię famæ conſulere quæſierunt. Ipſi nāq; eſuriebāt, & quia nō præſumebāt comedere niſi
magiſtro iubēte, incipiēte, & eſcā benedicēte, idcirco rogabāt vt māducaret. ⌊Ille aūt dixit eis
Ego cibū habeo māducare⌋ .i. ſpūali alimonia animā meā reficere. ſ. opere virtuoſo, ꝙ mentē
alit atq; delectat, quemadmodum ſcriptum eſt: Cibabit illum pane vitæ & intellectus, ⌊quem Eccle.15.
vos neſcitis⌋ qui nōdum cognoſcitis myſteria mea. Dicebāt ergo diſcipuli verba magiſtri de
materiali cibo intelligentes, ⌊ad inuicem⌋ quia ex reuerētia quā habebāt ad magiſtrū ſuū non
audebāt faciliter alloqui eum. ⌊Nunq̄d aliquis attulit ei māducare⌋ Nouerāt ſiq̄dem ꝙ nihil
alimenti attulit ſecum. Non miꝝ, ꝙ mulier nō intellexit verba Chriſti de aqua. Cum diſcipuli
non intellexerunt verba eius de eſca. ⌊Dicit eis Ieſus⌋ ſeipſum exponens plane & cito. Non ꝑ
ambages atq; circuitum quo loquutus fuit ad fœminā. Diſcipulis eñ tanq̄ familiaribus patefe-
cit myſteria, cæteris tanq̄ extraneis loquebatur obſcurius. ⌊Meus cibus,⌋ præcipuus .i. in quo
magis q̄ in corporali cibo delector & recreor, ⌊eſt vt faciā voluntatē eius qui miſit me⌋ .i. face
C re opera deo patri placentia, ⌊vt perficiam opus eius⌋ ſingulare & maximū, id eſt, hominum
conuerſioni intendam, atq; humani generis liberationē conſummem, de quo opere ait infra
ſaluator: Opus conſummaui ꝙ dediſti mihi vt facerē. ¶ Hic docuit nos Chrūs ſuo exemplo, vt Joban.17
ſpūalem refectionem aliorum propriæ corporali refectioni præferamus, potiuſq; eſcā cor-
dis quàm corporis requiramus. Loquitur autem ſcriptura de cibo multiplici, vtpote de cibo
ſeu pane beatorum regnātium, q̄ eſt ipſa diuinitas vel eius fruitio qua dulciſſime atq; firmiſſi-
me ſuſtentantur comprehenſores. Vnde in Luca loquitur Chriſtus diſcipulis: Ego diſpono Lucæ.22
vobis ſicut diſpoſuit mihi pater vt edatis & bibatis ſuper menſam meā in regno. Et alibi ſcri-
ptum eſt: Beatus qui manducabit panē in regno dei. Secūdo de cibo ſacramentali, iuxta illud:
Caro mea vere eſt cibus. Tertio de cibo internæ cōpunctionis, vt eſt illud: Fuerūt mihi lachry- Lucæ.14
mę meæ panes die ac nocte. Itēq;: Cibabis nos pane lachrymaꝝ. Quarto de pane bone ac me Joban.6.
ritoriæ opatiōis, vt habet̄ in Eccleſiaſtico: Añ obitū tuū opare iuſtitiam, qm̄ nō eſt apud inferos Pſal.41
inuenire cibos. Quinto de pane corpalis refectionis. Deinde oſtēdit Chrs ꝑ ſimile, q̄ iā adfuit Pſal.79
tēpus ꝑdictæ opationis, videlicet cōuerſionis hominum. ⌊Nōne vos dicitis ꝙ adhuc quatuor Eccle.14
mēſes⌋ lunares, q̄bꝰ vtunt̄ Iudæi in cōputādo ⌊ſunt⌋ .i. reſtāt, ⌊& meſſis venit⌋ .i. anteq̄ cor-

poralis vſualiſq́ꝫ meſſis ſeu frugũ collectio impleat. ⌊Ecce dico vobis, leuate oculos veſtros,
& videte regiones q̃a iam albæ ſunt ad meſſem.⌋ ſi adhuc quatuor mẽſes reſtabãt ad meſſem
palàm ꝙ verba iſta nõ poſſint de corporali meſſe intelligi. Eſt igit̃ ſenſus: Leuate oculos ve- D
ſtros mentales. i. corda cõſiderãdo erigite, & videte regiones. i. habitatores terræ interiori vi
ſu aſpicite, quia iam albæ ſunt ad meſſem. i. tp̃s eſt, vt congregent̃ in horreum meũ, & perdu-
cant̃ ad fidem: Nunc enĩ venit tp̃s miſeratõis & grẽ, ꝑt aũt ſpecialiter referri ad Samaritanos
Chriſto propinquãtes qui diſpoſiti erãt ad fidei receptionem, quaſi dicat Saluator: Iſtos Sa-
maritanos coniũctoſq́ꝫ peccatores oculo compaſſionis aſpicite & magis curate, vt eoꝝ con
uerſioni ꝗ corporali comeſtioni intẽdam. Dicit̃ vero collectio hoĩm meſſis per ſimilitudinẽ
quemadmodũ enĩ in meſſe colligunt̃ fructus terræ in aream, ſic electi cõgregant̃ intra eccleſi-
am. Inſuper aduertendũ, ꝙ ſcriptura loquit̃ de duplici meſſe ſpirituali, vna qua homines ſpũa
Matth.9 liter cõgregant̃ per grãm intra eccleſiam militantem. Vnde in Matthæo habet̃: Rogate do-
minum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Alia eſt meſſis qua electi colligunt̃ per
glorioſam reſurrectionem intra eccleſiam triumphantem ac patriam, de qua ait Chriſtus in
Matt.13 Matthęo: Meſſores ſunt angeli, meſſis vero conſummatio mundi. ¶ Deinceps ſubdit̃ de mer
cede meſſorum primæ meſſis, videlicet de præmio doctoꝝ & prædicatorũ. ⌊Et qui metit⌋
hoc eſt, falce ſeu verbo prædicatiõis, homines ad fidẽ gratiamq́ꝫ inducit ⌊mercedẽ accipit,⌋
vtpote gloriam regni cęleſtis, pręmium eſſentiale quod eſt viſio dei atqꝫ aureolam quæ mar
tyribus, virginibus, & doctoribus eſt promiſſa, ⌊& congregat fructum⌋ hoc eſt, ſpirituales
filios ſua prædicatione conuerſos. ⌊in vitam æternam⌋ quia ad eam finaliter dirigit eos. Vel
congregat fructum, hoc eſt, meritum copioſum pertingens in vitam æternam, quæ eſt finis
& præmium. Omnium quippe diuinarum perfectionũ altiſſima eſt dei cooperatorem exi- E
ſtere in reductione hominum ad ſuum principium finemq́ꝫ vltimũ, ſecundum Dionyſium,
Daniel.12 de quoꝝ præmio ſcriptum eſt in Daniele: Qui multos erudiunt ad iuſtitiam, fulgebunt quaſi
ſtellæ in perpetuas æternitates, ⌊vt & qui ſeminat⌋. i. chorus ſanctoꝝ pr̃iarchaꝝ, & veterũ
prophetaꝝ, qui primo cœperunt verbum dei in cordibus hominum ſeminare, atqꝫ princi-
pia fidei tradere. In qualibet enim facultate ſeminat, qui dat prima principia ſecundum Ori-
genem, ⌊ſimul gaudeat (. i. cum electis & à ſe conuerſis in cœlo lætat̃) & qui metit⌋. i. chorus
Apoſtoloꝝ & prædicatoꝝ, qui homines ad fidem diſpoſitos ex doctrina patriarcharum ac
prophetarũ, ad fidem catholicã & Chriſti gratiã ſuis ſermonibus perduxerunt, etiã cũ pr̃iar
chis in cœlo exultẽt. ⌊In hoc enĩ (hoc eſt, in facto iſto ſpiritualis meſſis) eſt verbũ verum⌋ hoc
eſt, verificatur & locum habet illud commune prouerbium, quo vtebantur Iudæi, dicendo:
⌊quia (hoc eſt quod) alius eſt qui ſeminat, & alius qui metit,⌋ Hoc dicebant, de meſſe corpo-
rali, quando alius ſeminauit, ſed alius fructum collegit, quod & in ſpirituali meſſe interdum
contingit, vt dictum eſt: Non tamen ſemper ſit ita, imò ſicut in corporali meſſe ſæpe idem
eſt ſeminator & meſſor ſeu fructus perceptor, ſic in meſſe ſpirituali frequenter idem eſt qui ſę
minat, inchoando cognitionem fidei Chriſtianæ in aliquo, & qui metit perducendo eum
Roma.15 ad plenam conuerſionem. Sic enim gloriatur Apoſtolus Paulus ad Romanos, ſe prædicaſſe
Chriſtum, vbi ante non fuit annuntiatus, ne ſuper alienum fundamentum fabricare videret̃.
Sed quantum ad Iudæos qui Moſen & prophetas receperunt, & quantum ad Samaritanos
Moſen recipientes tenet verbum Chriſti, quia in illis priores ſancti ſeminauerunt. Apoſtoli
vero meſſuerunt: ⌊Ego miſi vos metere⌋ Hoc eſt, ad fidẽ colligere, ⌊quod non laboraſtis⌋
hoc eſt, populum Iudæorum quem veſtris prædicationibus, ſcripturis, & laboribus nõ diſpo F
ſuiſtis ad receptionem. ⌊Alij laborauerunt⌋ hoc eſt, prædicti ſeminatores, patriarchæ, ac va
tes non ſine labore, populum Iudæorum ad Chriſti receptionem præparauerunt, prænun-
tiando eius aduentum, docendo vnius dei cultum, & vitia populi extirpando, ⌊& vos in la-
bores eorum introiſtis⌋ hoc eſt, populum ab illis ſanctis præparatum, cultum, & doctum cõ
uertiſtis, quod dictum eſt pro toto tempore quo Apoſtoli in Iudæa prædicauerũt. Non enĩ
tot milia Iudæorum conuertiſſent, & ſpiritualiter poſſediſſent, niſi per ſcripturas propheta-
Acto.2 rum ac patriarcharum diſpoſiti fuiſſent ad Chriſtianæ fidei ſuſceptionem. Vnde & Petrus
in die Penthecoſtes allegando Iohelem conuertit tria milia Iudæorum. ¶ Poſtremo quàm-
uis prædicatio Apoſtolorum fuit meſſio reſpectu prædicationis præcedentium pr̃m, fuit ta
men ſemen & ſeminatio per comparationem ad fidem & opera meritoria auditorum & etiã
2.Cor.9 quo ad propriam remuerationem in patria ſecundum quod dicit Apoſtolus: Qui ſeminat in
benedictionibus, de benedictõibus metet vitã æternã. ⌊Ex ciuitate aũt illa⌋ nomine Sichar
⌊multi crediderũt in eũ Samaritanoꝝ (credẽtes ꝙd eſſet Chr̃s) ꝓpter verbũ mľieris teſtimo
nium ꝑhibẽtis, q̃a dixit mihi oĩa quæcũqꝫ feci⌋ ꝙd nõ potuit fieri virtute humana ⌊Cũ ve
niſſent ergo ad illũ Samaritani, rogauerũt eũ, vt ibi maneret⌋ in Sichar. Cupiebãt enĩ pleni-
Acto.1 us informari de fide à Chriſto. ⌊& manſit ibi duos dies.⌋ ¶ Cur Chriſtus qui cœpit facere
Matt.10 & docere, ibi ſic manſit inter Samaritanos tam diu, cum dixerit alibi: In ciuitatates Sama-

ritano

ritanorũ ne intraueritis: Dicendũ φ Chriſtus legiſlator nõ fuit ſub lege hac gñali. Cœpit autẽ
A facere & docere, ea q̃ ad pcepta ſpectãt moralia. Item quod modicũ eſt, pro nihilo reputatur. Acto.1
Chrs vero nõ fuit multũ cũ Samaritanis. ⌊Et multo plures (ex Samaritanis) crediderunt pro- Matt.7
pter ſermonẽ eius⌋ tanq̃ ob cauſam pſuaſoriã ad fidẽ aliq̃ modo inducentẽ. Erat eñ docens Pſal.44
ſicut poteſtatem habens, quia: Diffuſa eſt gratia in labijs eius. Propter ſapientiam igitur relu- Iohan.7.
centem in verbis Chri, & efficaciſſimã eloquentiam eius, crediderunt in eum. Nunq̃ eñ ſic lo-
quutus eſt homo, ſicut hic loquebatur. ⌊Et mulieri (Samaritanæ) dicebãt, q ia iam non propter
tuã loquelã⌋ .i. teſtimoniũ oris tui ⌊credimus⌋ tanq̃ propter cauſam ſolã ſiue pcipuã. Nihilo-
minus crediderũt etiã propter teſtimoniũ eius, ſed nõ propter hoc ſolũ aut principaliter. ⌊Ipſi
eñ audiuimus⌋ .i. audiẽdo verba ei⁹ ſapiẽtiſſima cõſiderauimus, ⌊& ſcimus⌋ .i. certe cogno-
ſcimus. Quãuis eñ maior ſit certitudo euidẽtię in ſciẽtia q̃ in fide, tñ maior eſt certitudo ad- Fides primæ
hærẽtiæ in fide q̃ in ſciẽtia. Fides ẽ q̃ innitit̃ certiori fundamẽto, videlicet increatæ, & incõmu- veritati adhæ-
tabili veritati. Scientia aũt naturali rationi, quæ frequenter decipitur, ⌊q a hic eſt vere ſaluator ret.
mundi⌋ hoc eſt, vniuẽrſalis redemptor totius gñis humani. Nouerãt eñ Samaritani ex libris
Moſi humanum genus à paradiſo expulſum propter originale peccatum, à quo liberari Indi- Gene.3
gebat per Chriſtũ. ⌊Poſt duos autem dies⌋ quibus manſit cũ Samaritanis in ciuitate Sychar,
exijt inde⌋ quia iã roborati erãt in fide, ⌊& abijt in Galilæã⌋ Aliqui tñ dicunt, quòd diuertit à
Nazareth in qua erat cõceptus, nutritus ac demoratus. Voluerũt eñ eum cõciues ſui præcipita- Lucæ.iiij
re, vt dicit Lucas: Vnde ſubiũgitur. ⌊Ipſe eñ Ieſus teſtimoniũ phibuit, q a propheta in ſua pa- Matt.13
tria honorẽ nõ habet⌋ quaſi dicat Euãgeliſta. Ideo receſſit à Nazareth, q a ſpreuerũt eum con-
tribules ipſius. Alij vero affirmãt oppoſitum, & q̃d ait: Nõ eſt propheta ſine honore, referũt
ad tps præteritũ, q̃n habitatores Nazareth ſpreuerãt eum, q̃m nondũ viderant ſigna eius, quæ
B poſtmodũ in Hieruſalem cõſpexerunt, ſicut patebit. ¶Porro q̃d dicit, Non eſt propheta, &c. Marc.6.
Marcus plenius recitat hoc modo. Non eſt propheta ſine honore, niſi in domo ſua, & in co- 4.Reg.20.
gnatione ſua, & in patria ſua, q̃d nõ eſt intelligendũ pro oñi tpe & ſingulis cõpatriotis. Inter-
dum eñ propheta ſeu alius quicũq; excellens à ſuis cõpatriotis cõtemnitur, & interdum ab eis
honoratur, vt patet de Eſaia, quem Hieroſolymitæ tpe Ezechiæ honorauerunt, tempore ve-
ro Manaſſes occiderũt, ſed hoc vniuerſaliter verũ eſt, quod compatriotæ cõmuniter proniores
ſunt ad contẽnendũ prophetã ſeu aliũ eminẽtẽ inter eos natũ & conuerſatũ, quã extranei, q̃d
certũ eſt oriri ex ſuperbia atq; inuidia, q̃m homines male ferũt, φ compares ſui eis præferantur,
& concipiunt excellẽtiã illorũ, q̃ſi minoratiuã propriæ dignitatis, ita φ cõparatiõe illorũ vilio-
res videntur & minus reputantur, de quo dolent, & ad detrahendũ aut perſequendũ prouocã-
tur. Cõpatriotæ ẽ q̃ melius ſciunt mutuã impfectionẽ quàm alij, & vbertim conuertunt ocu-
lum mentis ad conſiderandum alios, ſecundum id q̃d erant tempore pueritiæ, vel q̃n eos non
excellebant. Sed vera charitas exigit, vt de pfectione & gratia cõpatriotarũ, domeſticorũ & vi-
cinorum, amplius gaudeamus eoſq;, imo deum in eis, puta in donis ſuis veneremur. ⌊Cum er-
go veniſſet (Ieſus) in Galilæam (patriam ſuam) exceperunt eum⌋ Galilæi cum honore, cuius
ratio ſubditur, ⌊cum omnia vidiſſent quæ fecerat Hieroſolymis in die feſto,⌋ videlicet multa Iohan.2
& magna miracula, quæ fecit in Hieruſalem in feſto paſchali, vt dictum eſt in Iohanne. Pro-
pter quæ credidit Nicodemus & dixit: Nemo poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit
deus cũ eo. Quomodo autẽ Galilæi viderunt hæc ſigna ſubiungit. ⌊Et ipſi enim (Galilæi) ve-
nerant ad diem feſtum⌋ paſchæ, quando Ieſus operatus eſt illa. Tenebantur eñ præcipue in
C ſolennitate paſchali oblationem facere in templo Hieruſalem. ⌊Venit ergo Ieſus iterũ in Cha-
na (villa) Galilææ⌋ prouinciæ, ⌊vbi fecit aquam vinum⌋ vt dictum eſt ſecundo capite. Secũ-
dum Auguſtinum & Bedam Galilæi acceperunt Ieſum cum honore quodam ſuperficiali, non
ex dilectione vel fide, ſed curioſitate, propter ſigna prædicta, alij tamen aliter ſentiunt.

¶Proſequutio expoſitionis huius capitis. Et erat quidam Re-
gulus. Articulus duodecimus.

ET erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum⌋ In hac enim ciuitate
quæ fuit metropolis Galilææ habitauit Regulus iſte cum filio ſuo febricitante. Deni- Beda.
que ſecundum Bedam, Regulus iſte vocatur diminutiue quaſi paruus rex. Chryſoſto- Chryſoſtom.
mus vero dicit, quod non erat paruus rex, ſed regulus nominatur, quoniam regiæ
ſtirpis erat, alij dicunt quod vocatur Regulus, quia officialis erat Cęſaris, deputatus ad cuſto-
diam vrbis Capharnaum, quos ſequitur quidam, reprobans dictum Bedæ, per hoc quod Ro-
mani volentes frangere ſuperbiam Iudæorum, abſtulerunt eis regiam dignitatem, ita quod
pro tunc nullus rex fuit in Iudæa. Sed iſtud non videtur reſolutum. Herodes enim ſub q̃ na- Matt.2.
tus eſt Ieſus, qui occidit infantes, rex fuit, vt dicitur in Matthæo: Similiter Herodes qui decol- Mat.14
lauit Iohannem, ſub quo paſſus eſt Chriſtus, dicitur rex apud Matthæum & Marcum, & tamẽ Marc.6
regnauerũt in Iudæa. Quemadmodum ergo nominati ſunt reges, ſic iſte Regulus dici poſſet.
Abſtu-

Abſtulerunt autem Romani regiā dignitatem à Iudæis, quantum ad hoc quod nullus de ſe- D
mine eoꝝ regnauit, ſed alienigenæ. Romani quoq; iuſſerūt, vt ſine eoꝝ cōſenſu nullus aſſu-
Iohan. 19 meret nomē regis, ꝓpter q̄d infra habet: Ois q ſe regē facit, cōtradicit Cæſari. Quicq̄d autē
hoꝝ dicaꝉ, certum eſt quod regulus iſte fuit excellens pſona, vnus de principalioribus terræ.
⌞Hic (regulus) cū audiret q̄d Ieſus adueniret à Iudæa (p Samariā) in Galilæā.⌟ Iam em̄ famo
ſus factus fuit Ieſus propter miracula ſua, & propter baptiſmū, quo p ſe & p diſcipulos bapti
Matth. 3 zauit, itemq; propter Iohānis Baptiſtæ teſtificationē, ideo fama eius præcurrebat eum. Vnde
de in Matthæo legiꝉ: Quia abijt opinio eius in totam Syriā, quæ vtiq; fuit grande regnum,
⌞Abijt ad eum (in Chana Galilææ, vbi repperit Chriſtū) & rogabat eum, vt deſcēderet in Ca
pharnaum, quæ fuit in ſitu baſſiori q̄ Chana, ⌞& ſanaret filiū eius⌟ quē putauit nō poſſe ſana
Hebr. 1 ri à Chriſto, niſi corpaliter pſente. Nondū em̄ agnouit Ieſum eſſe veꝝ deū vbiq; pſentem,
Pſalm. 102 & quod angeli ſancti, eius eſſent miniſtri, quoꝝ miniſterio potuit oēs ægros curare, quod
Matth. 8 cognouit venerabilis ille Centurio qui dicebat: Dn̄e non ſum dignus vt intres ſub tectū me-
um, ſed tm̄ dic verbo, & ſanabitur puer meus &c. ⌞Incipiebat em̄ mori.⌟ Hoc dicit Euāge-
liſta. Primo, ad inſinuādum cur regulus tm̄ feſtinauit ad Ieſum, eumq; tā obnixe depcabaꝉ.
Secundo, ad oſtendendū miraculi magnitudinem, quia eiuſdem potētiæ eſt mortuum ſuſci
tare, & lætali infirmitate laborātem ſeu agonizātem ſanare. ⌞Dixit ergo Ieſus ad eum. Niſi
ſigna (.i. miracula diuinæ potentiæ oſtenſiua) & prodigia.⌟ hoc eſt, miracula aliquid in lon-
Beda. gum & poſterum indicantia, ſecundum Bedā. Vel potius miracula, virtutem diuinā procul
à ſenſu poſitā ſignātia, ⌞videritis, non creditis.⌟ me eſſe omnipotentem filium dei, qui cor-
Hiere. 23 poraliter abſens, ſecundum diuinitatem omnia impleo, & cūcta vbiq; facere queo. Occaſio-
Auguſtinus ne huius verbi Auguſtinus dicit, quòd regulus iſte acceſſit ad Chriſtum, non credēs, ſed ten- E
Gregorius tans, volens experiri, quis aut qualis eſſet, & quantum poſſet. Gregorius vero dicit oppoſitū,
puta quod credidit, aliàs filio ſuo non peteret ſoſpitatem. Cur ergo dicitur ei: Niſi ſigna vide
ritis, non creditis. Reſpondit Gregorius, quod aliquid credidit, ſcilicet Ieſum poſſe ægrum
ſanare, & aliquid non credidit, ſcilicet quod abſens poſſet hoc facere. ¶ Porro ſecundū Theo
philum, regulus iſte interfuit nuptijs, in quibus aquam mutauit in vinū, ideo credidit Ieſum,
Ioſue. 2 poſſe agonizāti ſuccurre. Hoc tn̄ nō apparet alijs probabile, qm̄ nuptiæ illæ paupeꝝ erāt, nā
& vinū defuit ibi, & ſcd̄m Hieronymū. Iohānes euāgeliſta extitit ſpōſus. Regulus aūt iſte po
Hieronymus. 1. Cor. 1 tēs valde pcipuus fuit in pplo, vn̄ potius reor q̄d illud miraculū factū in nuptijs pcepit auditu,
ꝓpterea cōcepit fidutiā orādi ꝓ ſalute filij ſui. ¶ Deniq; cū dicat Aplus: Iudæi ſigna quærunt
Et Ieſus ait: Niſi ſigna & ꝓdigia videritis, nō creditis, idcirco author ſcholaſticæ hiſtoriæ di
cit, ꝙ regulus iſte crediꝉ fuiſſe de plebe & ſemine Iudæoꝝ, q̄d alij nō cōcedūt. ⌞Dicit ad eum
regulus: Dn̄e deſcēde, priuſq̄ moriaꝉ fili⁹ meus.⌟ Impfectio fidei reguli eluceſcit, nō tn̄ in hoc
q̄d corpalē Chr̄i pſentiā credidit neceſſariā, ſed etiā quia nō cogitauit vel credidit, q̄d poſſet
ſuſcitare defunctū, nēpè ſic orat: Deſcēde priuſq̄ moriaꝉ filius meus, quaſi putet, q̄d mortuū,
etiā deſcēdēdo ad eū, ſuſcitare nō poſſet. ⌞Dixit ei Ieſus: Vade, filius tuus viuit.⌟ vita naturali
& cōuenienti. i. hoc momēto me operāte atq; ſcd̄m corpus abſente ſanatus eſt. ⌞Credidit hō
ſermoni quē dixit ei Ieſus & ibat⌟ ad filiū ſuū. Iā merito regulus appellaꝉ hō. i. vtēs rōne ac ra
tionabiliꝛ agēs, dū credit Chr̄o, & voci eius obedit, eūdo nō ſolū greſſibus corpis, ſed & mē-
tis pfectu pficiſcēs, vcȝ ab impfecta fide, ad fidē pfectā. ⌞Iā aūt eo deſcēdēte, ſerui occurrerēt
ei & nūtiauerūt ei dicētes, qa filius eius viueret,⌟ .i. incolumis eēt. ¶ Tribus de cauſis obuia-
uerūt ſerui hi regulo. Primo, vt bonū nūtium apportādo eū lętificarēt, quē triſtiſſimū putaue
rūt, ſerui qppe optātes amari à dn̄is ſuis, libēter annūtiāt læta ac pſpera, ſicut patet de Chuſi F
2. Reg. 18 & Achimaas, q exercitu Dauid pualēte, & Abſolon occiſo, cupiebat regi Dauid hoc nūtiare.
Origenes Scd̄o, vt veritatē rei dn̄o ſuo ītimātes, eū ab itineris labore releuarēt. Tertio ſcd̄m Origenē
qm̄ filio iā ſanato putabāt pſentiā Chr̄i ſupfluā, qm̄ cū regulo putabāt ventuꝝ. ⌞Interroga-
bat aūt (regulus) horā ab eis (vcȝ ſeruis ſibi occurrētibus) in qua melius habuerat⌟ filius eius.
Hoc q̄ſiuit, vt certior fieret de veritate miraculi, ne forte filius ſuus à caſu, vel naturali cā eſſet
ſanatus. Tamē ſi añ ſciuit quod filius ſuus lætaliter infirmabaꝉ, ſcire potuit, q̄d nō valuit natu-
raliter reparari. Idcirco forte horā q̄ſiuit, vt & alios pſertim domeſticos ſuos ſolidaret in fi-
Matth. 6 de. ⌞Et dixerūt ei: Quia heri hora ſeptima reliqt eū (ſubito & pfectè) febris⌟ mortifera, intm̄
quod poſtea nullū ſignū priſtinæ infirmitatis in ipo apparuit, ſicut ſocrus Petri febricitans, à
chr̄o ſanata, mox ſurrexit atq; ad mēſam miniſtrauit, q̄d in febricitātibus ſanatis naturaliꝛ nō
cōtingit. ⌞Cognouit ergo pater⌟ filij iam ſanati, vcȝ regulus cuius ꝓpriū nomē nō explica-
tur. Regulus nempè eſt nomen officij vel dignitatis nō pſonæ, ⌞quia illa hora (vcȝ ſeptima)
erat, in qua dixit ei Ieſus: Filius tuus viuit. Et credidit ipſe (Ieſum eſſe Chriſtū filium dei) & do
mus (.i. familia) eius tota.⌟ ſeu omnes ſibi cohabitātes. Ex conſideratione em̄ horæ, cogno-
uerūt q̄d Ieſus etiā corpaliter abſens, ſupnaturaliter opari curareq; poſſit, & nō qualitercūq;
ſed excellētiſſimo modo, vtpote ſolo verbo, nutu, atq; imperio, q̄d nō cōuenit puræ creaturæ.

¶ Verū-

A ¶Veruntamen non videtur quibuſdam, qud explicite credidit Ieſum eſſe filium dei naturalẽ, deum verum, deum & hominem. Ad talem em̃ credulitatem homines tunc nõdum tenebãtur cõmuniter, ſed ſicut Centurio q̃ ſtetit ſub cruce viſo terræmotu & his quæ fiebãt, & q̃a Ieſus ſic clamãs expiraſſet, credebat. Vere (ingens) hic filius dei erat, ſic credidit regulus iſte. Credebãt nãq; q̃d Ieſus eſſet ſanctus homo, magnus propheta, ſaluator mũdi, filius dei, & hoc totum ſic erat, ſed vltra nõ determinabãt an eẽt filius naturalis vel adoptiuus. Quidã præterea putauerũt q̃d regulus iſte fuit ille Cẽturio, cuius puer Chr̃s in Capharnaum curaſſe deſcribitur: Sed nõ eſt ſic æſtimãdum. Primo, q̃m puer Centurionis laborabat paraliſi, iſte filius febribus tabeſcebat, Secũdo, q̃m ille fuit ſeruus ſcd̃m Lucã, iſte filius fuit ſcd̃m Iohãnem. Tertio, q̃m Centurio rogauit Ieſum in Capharnaum exiſtentẽ ſecũdum Matthæum, Regulus vero rogauit eum in Chana. Quarto, q̃a Regulo tanq̃ defectuoſo in fide dr̃. Niſi ſigna videritis nõ creditis. Centurionis autem fides excellentiſſime cõmendatur Chriſto dicente: Nõ inueni tantã fidem in Iſrael. Quinto, q̃a Centurio Chr̃i maieſtatem intelligẽs, dixit: Dñe nõ ſum dignus vt intres ſub tectum meum. Regulus ecõtrario ait: Dñe deſcẽde priusq̃ moriat̃ filius meus. Sexto, q̃a ad ſeruum Cẽturionis ire paratus fuit ſaluator dicẽdo: Ego veniã & curabo eũ, ad filium vero Reguli ire nõ acquieuit. Q̃m ergo filius dei venit in mundũ oſtẽdere nobis viã aſcendẽdi in cœlum p̱ verã humilitatẽ, idcirco obtulit ſe paratum proficiſci ad famulum Centurionis, ad filium vero Reguli ire nõ voluit, nõ vtiq; ex cõtemptu p̱ſonæ, ſed vt doceat nos, q̃d alia ſunt iudicia dei, atque alia iudicia hoĩm, & vt potius penſemus in hominibus naturã qua ad dei imaginẽ facti ſunt

B q̃ accidentalia bona, q̃bus in hoc mundo p̄fulgent, item ne dedignemur abiectas viſitare p̱ſonas, & vt agnoſcamus, ꝙ tãto q̃s à deo plus reputat̃ & ſublimat̃, quãto ab hominibus magis deſpicitur. Hinc ſcriptum eſt: Quod hominibus altum eſt, abominatio eſt añ deum. De hoc multa cõſcripta ſunt in canonica Iacobi, q̃ꝝ hoc vnum eſt. Nõne deus elegit pauperes in hoc mũdo, diuites in fide. Et illud: Si p̱ſonas accipitis, pc̃tm̃ operamini. Veruntñ ſecularis poteſtas aſpernãda non eſt, ſed honorãda, dicente ap̃lo: Nõ eſt poteſtas niſi à deo, & q̃ poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit. Vñ quãtum ad exteriorẽ reuerentiã magis honorare oportet p̄latos ac principes, rectores & officiales, q̃ perſonas priuatas ac inopes, ſed q̃tum ad reuerentiã interiorem cæteris paribus, poſſumus plus honorare, hoc eſt, reputare ac beatificare abiectos, egenos & ſimplices q̃ ſublimes, q̃a ſimiliores ſunt Chr̃o & eoꝝ ẽ regnũ cœloꝝ. ¶Præterea de moralitate huius euangelicæ lectionis multa dici poſſent & plurima dicta ſunt, nec opus eſt ea quæ ab alijs pleniſſime dicta ſunt, huic loco inſerere atq; repetere, ſed breuem tangã moralitatem, quæ videtur congruenter poſſe aptari. Itaq; p̱ Regulum deſignat̃ ſp̃us rationalis ſeu intellectus, qui in regno animæ præſidet, oẽſq; potentias dirigit & gubernat, q̃ potius dr̃ Regulus q̃ rex, quia in ordine intellectualium eſſentiaꝝ tenet infimum locum, intm̃ vt naturaliter ſit vnibilis corp̱i. Vnde ſcd̃m philoſophos, ſicut ſe habet materia prima in gñe entium, ſic anima rõnalis in ordine intellectualium ſubſtantiaꝝ. Filius huius Reguli eſt ſpeculatiuus intuitus diuinoꝝ, q̃ eſt velut verbum, proleſq; mentis, q̃ infirmat̃ in Capharnaum .i. in ſenſualitate & carne mortali multipliciter obfuſcatur, impeditur, interrumpitur, deficit, langueſcit, q̃m deprimit terrena habitatio ſenſum multa cogitãtem. Et ſcd̃m apoſtolum inuenit̃ alia lex in membris noſtris legi mentis repugnans, intantum actus interioris hominis propter ardorem ſenſualis concu-

C piſcentiæ, cæteraſq; paſſiones quaſi febricitet. Accedat ergo Regulus iſte humili, affectuoſa, iugiq; p̄ce ad Chriſtum dei ſapientiã & virtutem, vt filium ſuum à prædictis incõmodis curet, auferendo ab anima obſtacula cõtemplationis cœleſtium, impedimenta amoris feruidi diuinorum, omnemq; inſtabilitatem & paſſionum inordinationem ac impetum, quatenus reuelata facie gloriam dñi ſpeculetur. Et vtiq; cum intellectualitas noſtra ſit naturaliter, tam imperfecta, obſcura atq; fallibilis, indigemus continuo, clementiſſimoq; diuinæ bonitatis ſuccurſu, q̃tenus nec ad momentum derelinquamur à deo & gratiæ eius influxu, ab illuſtratione diuinæ ſapientiæ, ab inflammatione ignis ſp̃us ſancti, à conſeruatione poteſtatis ſupreme, alias intellectus noſter errabit, voluntas frigeſcet, memoria quoque nutabit, & pleni erimus calamitate, paſſionibus, diſtractionibus & peccatis. Qui iſta intelligit ac perpẽdit, nequaq̃ gloriatur in ſeipſo, nõ de ſeipſo præſumit, alns ſe nõ præfert, penſantes illud apoſtoli: Qui ſe putat aliq̃d eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit, & q̃d apud Hieremiã legit̃: Scio dñe q̃a non eſt hominis via eius, nec veri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Petat ergo Regulus iſte ſeu intellectus noſter, vt ipſemet Chriſtus deſcendat ad ſanandum filium ſuum, videlicet actum intellectualem, quoniam peccata auferre, gratiam dare, in voluntatẽ directe, immediateq; agere. ſolius eſt dei. Nec curet ſi ſibi dicatur à Chriſto, niſi ſigna videritis, non creditis, quoniã fides q̃uis ſufficiens ſit, tamen per experientiã diuinæ miſerationis & gr̃æ, p̱ euidentiã diuinæ p̄ſentiæ roborat̃ atq; p̱ficitur. Nõ ergo ſufficiat intellectui noſtro p̄ſentia angeli, imo nec ſola diuina p̄ſentia Chriſti, ſed corporalem eius req̃rat p̄ſentiã in ſacramento, quatenus corpus & ſanguinẽ dei propter ſe incarnati deuotiſſime amplectat̃, epuletur cõtineat, Dicat igitur non ex incredulitate, ſed feruida

[Marginal notes, right margin, top to bottom: Mar. 15. — Matt. 8 — Lucæ. 7 — Lucæ. 16 — Iacobi. 2 — Secularis non aſpernẽda poteſtas. — Roma. 13 — Matt. 5 — Sapiẽ. 9. — Roma. 7. — 1. Corin. 1. — Galat. 6. — Hiere. 10]

A præfigurabant, per quã totũ genus humanũ redemptũ eſt. Mihi videtur cõuenienter dici, ꝙ
deus ex ſua miſericordia propter prædictos infirmos ac inopes fecit hanc grãm. ¶ Myſtice, Eſa 9
per piſcinã intelligere poſſumus fontẽ baptiſmatis, vel ſacramentũ confeſſionis, in qua oĩa
lauant, vel quotidianũ baptiſmũ lachrymaꝝ ſanctaꝝ, Per deſcenſum vero angeli operatio-
nẽ & influentiã Chriſti, qui eſt magni cõſilij angelus, & in quolibet triũ prædictoꝝ principa
liter operat, vimq́ꝫ curãdi largit, ſed figura non adæquat figurato. Idcirco Chrũs agit in ba-
ptiſmo & confeſſione non ſolũ ſæpe, ſed indefinenter quotidie, nec ſolũ curat vnus, videlicet
" primus, ſed oĩs quicunqꝫ ſacramenta iſta digne ſuſceperit. ⌊Erat aũt quidã hõ ibi triginta &
" octo annos habens in infirmitate ſua,⌋ ſpecies huius infirmitatis nõ explicat, ſed credit fuiſſe
" paralyſis, nã homo iſte iacebat in lecto, ⌊hunc cũ vidiſſet Ieſus⌋ oculo corporali, & cõpaſſi-
" onis affectu, ⌊& cognouiſſet, quia iã multũ tempus haberet⌋.i. diu infirmatus fuiſſet, hoc eñ
" Ieſus in ſeipſo à principio ſuæ incarnationis cognouit futuꝝ quod nũc vidit in ꝑſenti, ⌊dicit
" ei: Vis ſanus fieri?⌋ Certũ eſt ꝙ illa quæſtio nõ proceſſit ex ignorantia, imò quicũqꝫ alius ſci
re potuit, ꝙ omnes ibi iacentes & aquæ motũ præſtolantes, cupiebant ſanari, ſed quærit, vt
in ægro deſideriũ recipiendæ curationis prouocet, ſicq́ꝫ dignior ſit ad beneficiũ ſanitatis ſu-
mendũ. Deniqꝫ ſpecialiter hunc vnũ affatur & curat, quia miſerabilior fuit, & iam pro pecca Deut.32
tis ſuis, longiſſima moleſtia fuerat caſtigatus, ideo dominus qui vulnerauit, medetur, & qui ꝑ
cuſſit, denuo ſanat. Scriptũ eſt eñ in Tobia: Cũ iratus fueris, miſericordiã facies. Longani- Tobiæ.3
miter ergo & patienter eſt ſuſtinẽda caſtigatio dei, imò oĩs moleſtia corporis atqꝫ aduerſitas Judith.8.
iuxta q̃d ſcriptũ eſt in Iudith: Nõ vlciſcamur nos pro his q̃ patimur, ſed reputantes peccatis
B noſtris, hæc ipſa ſupplicia minora eſſe flagella dñi, quaſi ſerui qui corripimur ad emendatio-
" nẽ, & non ad perditionẽ noſtrã eueniſſe credamus. ¶ ⌊Reſpondit ei languidus, Dñe⌋ vocat
" Ieſum dñm, quaſi venerabilẽ virũ, ſed aliud nihil ſciuit de eo, ⌊hominẽ (ſeruientẽ ſeu adiuuã-
" rem) nõ habeo, vt cũ turbata⌋.i. ab angelo vehementer concuſſa & mota ⌊fuerit aqua, mit-
" tat (.i. ante alios deferat) me in piſcinã, dum eñi venio ego⌋ qui præ languore cito ire non va
" leo, ⌊alius (languidus) ante me deſcendit in aquã. Dicit ei Ieſus (cuius dicere eſt facere) Sur-
" ge, tolle grabatũ tuũ & ambula, & ſtatim ſanus factus eſt homo,⌋ in quo oſtendit omnipotẽ
tia Chriſti, tã inueteratũ languorẽ, in inſtanti imperioſe curantis. Virtus nẽpe diuina cũ ſit in
finita operat in inſtãti, quod naturæ non cõuenit, quia in trãſmutationibus reꝝ de cõtrario
in cõtrariũ agit ſucceſſiue. Vñ ſcũdũ Dionyſiũ, Natura nõ tranſit à diſtãti in diſtãs niſi ꝑ me- Dionyſius.
" dia, ⌊& ſuſtulit grabatũ ſuũ & ambulauit.⌋ Per languidũ iſtũ, ambulare nõ valentẽ, intelligi
tur piger & negligens, mala cõſuetudine preſſus, qui in delectatione vitioſa, & vſu peccati, q̃-
ſi in grabato iacet. Huic, imò & omni pctõri dicit Chrs quotidie, ꝑ admonitionẽ ſacræ ſcri-
pturę, vis ſanus fieri? Cũ eñ dñs ait ꝑ Ezech. Nolo mortem pctõris, ſed vt cõuertat & viuat. Ezech.18
Et ꝑ Zach. Cõuertimini ad me, & cõuertar ad vos. Itẽq́ꝫ ꝑ Iohelẽ: Oĩs quicunqꝫ inuocauerit Ezech.33 Zach.1.
nomẽ dñi, ſaluus erit. Quid aliud loquit, niſi, vis ſanus fieri? tanq̃ dicat, Ego ſum medicus ani- Johel. 2
maꝝ, fac q̃d in te eſt, acquieſce monitis meis, & ſanabo te, ſurge à ruina peccati, tolle grabatũ
tuũ.i. delectationẽ peccati, in qua quieſcis, aufer, & porta ſup te ꝑ cõpunctionẽ & ſatisfacti-
onẽ, q̃tenus q̃tũ glorificaſti te, i delicijſq́ꝫ fuiſti, tantũ iponas tibi luctũ & afflictionẽ, exẽplo ꝓ Apo.18
phetæ dicẽtis: Laboraui in gemitu meo, lauabo ꝑ ſingulas noctes lectũ meũ, & ambula regia Psal.6
via in diuinis ꝓceptis, de q̃bus in lib. prouer. legit: Viæ eius viæ pulchræ, & oẽs ſemitæ eiꝰ pa Prou.3
C cificæ. Imò viã mãdatoꝝ dei ꝑcurre, implẽs illud Ioſue: Seruite dño corde ꝑfecto atqꝫ veriſſi Psal.118
mo, q̃to eñ aĩo prõptiori ac feruẽtiori fecerimus opa dei, rãto amplius ꝓmeremur. ⌊Erat ãt Joſue.24
" ſabbatũ⌋.i. quies & ceſſatio ab opibus ſeruilibus, ⌊in die illo,⌋ imò hęc dies fuit ſabbatũ.i. di
" es ſeptima ac feſtiua. ⌊Dicebãt ergo Iudæi illi q ſanus fuerat factus, Sabbatũ ẽ, nõ licet tibi tol
" lere grabatũ tuũ.⌋ Si Iudęi putauerũt eũ lectũ ſuũ portare ſine ſpeciali dei cõmiſſione, & ne-
ceſſitate ſeu diſpẽſatiõe, excuſabiles erãt, tñ ad minus materialr falſum locuti ſunt, labor eĩ ex
terior ad diuinũ honorẽ directe ordinatus, ſeu ꝑtinẽs, liceb at in ſabbato, quẽadmodũ ſacer-
cerdotes ſabbatis tẽplũ ornabãt, hoſtias aptabãt, ac ĩmolabãt. Baiulatio aũt lecti ab iſto ſana-
to, fuit ad oſtenſionẽ diuinæ potẽtiæ & gloriã Chri, velut ſi qs die dñica miraculoſe libera-
tus à carcere, deferat ad eccleſiã vincula ſua ad glorificãdũ deũ. Fuit q̃qꝫ ex diſpẽſatiõe ſummi
diſpẽſatoris, q legẽ dedit, & ad ſpũalẽ legis intelligẽtiã introduxit. Vñ ſubiũgit, Rñdit eis iſte Exo 20
" ſanatus. ⌊Qui me ſaluũ fecit⌋ à paralyſi, imo à labe pcti, qm Chrs, cuius ꝑfecta ſunt opa, ſa- Deut.32
" nauit in aĩa q̃s curauit in corpe, ⌊ille mihi dixit, tolle grabatũ tuũ & ambula⌋.i. ea ptãte, qua
" me miraculoſe curauit, eadẽ authoritate mihi ꝓcepit q̃d facio. ⌊Interrogauerũt ergo eũ, qs ẽ il
" le hõ q dixit tibi, tolle grabatũ tuũ & ambula,⌋ tanq̃ dicãt, oſtẽde nobis talẽ tã malũ, & legis
cõtẽptorẽ, vt culpã tuã puniamus in eo. Iſte q curatorẽ huius paralytici, puꝝ hoĩem æſtima
bãt, hoĩes erãt eo mõ q̃ dicit apl̃s: Cũ ſit inter vos zelus & cõtentio, nõne carnales eſtis & ſe-
" cundũ hominẽ ambulatis? ⌊Is aũt q ſanus fuerat effectus, neſciebat qs eſſet⌋.i. nomẽ & famã 1.Cor.3
Chri ignorauit, nec quicq̃ audiuit de eo, & forte oblitus fuit diſpoſitiõis Chri, in vultu ac ha-

 bitu,

bitu,itaꝙ neq; ꝑ circũloquutionẽ & ſigna indicare potuit quis nã eſſet. Quõ Ochozias rex D
Iſrael cognouit Heliã,audito,ꝙ hõ piloſus & zonã pelliceã circa renes habẽs,ſamulis ſuis ob »
uiaſſet,vt legiť in lib. Regũ. Ieſus eñi ſtatim receſſit ab hoïe iſto,ſicut ſubiungiť. L Ieſus aũt de-
clinauit à turba cõſtituta in loco, ⅃ vbi paralyticũ iſtũ ſanauit, vel vbi turba eũ de grabati ba-
iulatiõe redarguit. Declinauit aũt à turba ,erudiẽs nos,vt poſt ꝑpetrationẽ excellẽtiũ operũ,
fugiamus humanũ honorẽ,hoïḿq; applauſum, amãtes neſciri. Secũdo, qa interdũ ad tp̃s di-
uertẽdũ eſt à calũniatoribus,& ingratus credẽdũ,itẽ vt quietũ locũ q̃ramus ad vacãdũ deo. In
turba eñi, plurima occurrũt deuotiõis ac puritatis obſtacula,& forte ad lr̃am Chr̃us receſſit à »
turba,habẽs aliud ſalutare opus alibi expedire, L poſtea inuenit eũ Ieſus in tẽplo, ⅃ ad q̃d ſana »
tus iſte cõuenit vt deo ageret gr̃as: ſic & nos ſi Ieſum inuenire,& ab eo inueniri optamus,itre »
mus tẽplũ eius materiale ac ſpũale, viſitãdo eccleſiã,& redeũdo ad ꝓpriã mentẽ,ꝑ cõtempla
Pſal.10 tionẽ & vitæ nr̃æ diſcuſſionẽ,atq; internã in omni virtute exercitationẽ, dñs eñi in tẽplo ſan
Iohan.8 cto ſuo, L & dixit illi: Ecce ſanus factus es (mẽte & corpe) iã noli peccare ⅃ .i. propoſitũ habe »
cauẽdi omne pc̃m̃ pro poſſe, L ne deterius tibi aliqd cõingat ⅃ .i. ne maior pœna tibi in ꝑſen- »
ti vel æterna dãnatio infligať, qm̃ recidiuãtes atq; ingrati grauiorẽ pęnã merenť. Ex qbus eli
Iohan.9 ciť,ꝙ æger iſte ꝓpter pc̃tã ſua incidit languorẽ ꝑſatũ. ¶ Quõ aũt deus diuerſis de cauſis hoïes
nũc flagellat, infra deo ꝑſtãte diceť, vbi de cæco nato ageť. L Abijt ille hõ & nũciauit Iudæis, »
qa Ieſus eẽt q fecit eũ ſanũ, ⅃ dicũt aliq ꝙ malicioſe hoc fecit, tanq̃ ingratus,& hoc videť ex »
eo ꝙ Iudæi eũ increpabãt de lecti ſui portatiõe,& cũ ſe excuſaſſet ꝑ cõmiſſionẽ ſui ſanatoris, »
Iudęi dixerũt, vbi ẽ ille, ex qbus cõijcere potuit ꝙ Iudęi volebãt culpã retorq̃re in illũ, ꝓpter
q̃d publicãdo Ieſum, expoſuit eũ calũniatoꝝ ꝑſequutiõi. Alij dicũt oppoſitũ .ſ. ꝙ ſimplici aïo E
hoc egit, ne eẽt ingratus,& vt Chriſtũ glorificaret,& ꝓbãt ꝑ hoc, ꝙ Ieſus ſanauit iſtũ in mẽ-
te ſicut ĩ corpe, ideo nõ fuit tã ĩprobus, ſed quicqd ſit de veritate rei, iſtud argumẽtũ facile ſol
Lucę.17 ueretť, ꝑ euangelicã veritatẽ, qa vt legiť in Luca, cũ Ieſus decẽ leproſos curaſſet, vnus dũtaxat
reuerſus ẽ, gr̃as agẽs,& alij facti fuerũt ingrati, propter q̃d Chr̃s dicebat: Nõne decẽ mũdati
ſunt,& nouẽ vbi ſunt? Nõ eſt inuẽtus q rediret & daret gloriã deo, niſi hic alienigena. Nihilo
minus oẽs illi etiã mẽte ſanati fuerũt, ſed rurſus in culpã ꝓlapſi ſunt,& forte à ſacerdotibꝰ ſub
uerſi, ſic dici poſſet de iſto, potius tñ arbitror, ꝙ nõ malicioſe, ſed bona intẽtiõe fecit q̃d dictũ
eſt, putãs Iudęos agnito actore miraculi meliorãdos. L Propterea ꝑſeq̃bãť Iudęi Ieſum, ⅃ de- »
trahẽdo & cõminãdo, L qa hęc faciebat in ſabbato ⅃ .ſ. ꝙ hominẽ curauit & ei lectũ ferre ꝑce »
pit, L Ieſus aũt rñdit eis, ⅃ oſtẽdẽs ſe nõ eẽ legis vel ſabbati trãſgreſſorẽ, ſed pr̃i æterno cõfor- »
Mat.12 mẽ in opando, quẽadmodũ eñi apud Mat. excuſat diſcipulos, ſabbato ſpicas euellẽtes,& con
Marc.2 fricãtes à trãſgreſſiõe ſabbati, ꝑ hoc ꝙ Dauid ſil'e fecit, ſic nũc excuſat ſe à trãſgreſſiõe ſabbati,
Luc.6 ꝑ hoc ꝙ pr̃ eodẽ mõ opať vt ipſe. L Pr̃ meus cœleſtis & naturalis, L vſq; mõ opať ⅃ .i. à prin- »
1. Reg.21. cipio mũdi vſq; in ꝑſens, imò & vſq; in ſempiternũ indeſinẽter agit ĩ rebus, totũ vniuerſum in
eſſe cõſeruãdo, gubernãdo, corrupta reſtaurãdo, agit q̃q; aïas rõnales q̃tidie creãdo, ĩpios iu
1. Cor.11. ſtificãdo, purgatos ab om̃i reatu, in cœlis beatificãdo, panẽ & vinũ in corpꝰ & ſanguinẽ Chr̃i
trãſſubſtãtiãdo,& alia ineffabilia iugiter opať, ꝑſertim ĩ eccleſia triũphãte, q̃ ignoramus. Pau
Eccl.43 ca quippe videmus opeꝝ eius, vt dr̃ in Ecc̃o, vbi & ſcribiť: Multa ſunt abſcondita maiora his,
Gene.2 q̃d vero in Geneſi legiť: Requieuit deus ab om̃i ope q̃d patrauit, intelligẽdũ eſt q̃tũ ad ꝓdu-
ctionẽ nouaꝝ ſpecieꝝ entis, L & ego opor, ⅃ ſicut & pr̃, imò eadẽ q̃ pr̃, qa indiuiſus ab illo in »
natura & ope, quẽadmodũ ergo deus pr̃ ꝓdicta oïa operãs, etiã ſabbato nõ arguiť, q̃ſi ſabba- »
ti violator, ita nec ego argui debeo, q cõfractũ reſtauraui,& ad demõſtrationẽ diuinæ virtu- F
tis eidẽ ꝑcepi grabatũ baiulare. ¶ Ad intelligẽdũ hæc verba ſublimia, oportet aduertere, ꝙ ali
qd eſt cauſa alterius dupl'r. Primo, q̃tũ ad illius inceptionẽ,& q̃ ad eſſe ipſius, ſed non q̃ ad ꝑ-
manẽtiã eius, quẽadmodũ hõ generans ẽ cauſa filij ſui,& artifex cã ædificij. Vnde ſi pr̃ vel ar
tifex moriať, nihilominus filius & ædificiũ ꝑmanẽt atq; ſubſiſtũt. In talibus ergo cauſatũ non
depẽdet à ſua cauſa, q̃tũ ad ꝑmanẽtiã. Secũdo vnũ eſt cauſa alterius, q̃tũ ad inceptionẽ & per
manẽtiã eius, quẽadmodũ ſol ẽ cauſa luminis & diei, vnde ſi ad momẽtũ ſol deeſſet, dies defi-
ceret,& hoc mõ eſt deus cã reꝝ, creaturæ eñi plus dependẽt à creatore q̃ aliqd creatũ à cauſa
creata, propterea ſi deus relinq̃ret ens creatũ ſibi ipſi, ſuæ oïpotẽtiæ manutenẽtiã in ictu ocu
li ſubtrahẽdo, ſeu ſuſpẽdẽdo, mox vniuerſa mũdanæ machinæ fabrica in nihil decideret, atq;
in ſeipſa annihilata deficeret, ſicut ex nihilo in eſſe ſurrexit. Et hoc ipſum ſi nõ falliť Albertus
ſcripſit & docuit Ariſtoteles in ep̃la de principio vniuerſi. Hinc q̃q; nõ ſolũ ſecũdũ Platonẽ
Dionyſius & Proclũ, ſed etiã teſte principe theologoꝝ ſacratiſſimo Dionyſio: Deus eſt cã reꝝ nõ ſolum
q̃ſi nũc cauſans, ſed q̃ſi ineffabil'r eas producẽs, propter inceſſantẽ ſuæ cõſeruatiõis influentiã,
indeſinẽterq; illaꝝ depẽdentiã. Hinc igiť aſſerit filius dei, pr̃ meus vſq; modo opať. Nõ eñi mi
noris potẽtiæ eſt creata manutenere in eſſe,& totũ vniuerſum cõſeruare in nihilo, qa nihil ẽ
extra vniuerſum fulciẽs ipm̃, niſi deus, q̃ eadẽ produxiſſe, atq; in nihilo collocaſſe. Hinc Pro-
clus ſubtiliſſimus Platonicus ſcripſit ĩ elemẽtatiõe ſua theologica: Totus mũdus ab intellectu
ſubſtan

A ſubſtantiā habet, & ſi ꝑpetuus ſit, nō propter hoc non procedit ab intellectu, ſed & procedit
ſemꝑ, & cōuerſus ē ſemꝑ, & ꝑpetuus ſecūdū eſſentiā, & inſolubilis ſecūdū ordinē. Iudęi ergo
ex verbis Chr̄i iā ꝓinductis, ītelligētes ꝙ Ieſus cōparaſſet ſe deo in virtute & oꝑatōe, dixiſſetq̄ꝫ
« ſe eē naturalē filiū dei, pr̄i æqualē, putauerūt eū blaſphemū, & fecerūt q̄d ſubdit. L Propterea
« ergo (vcꝫ qa æquauit ſe pr̄i) magis q̄rebāt eū īterficere Iudæi, qa nō ſolū ſoluebat ſabbatū ⅃ ſe
« cūdū eoꝶ falſam opinionē L ſed & patrē ſuū dicebat deū æqualē ſe faciēs (.i. eē dicēs) deo ⅃ pr̄i
Sæpe in ſcripturis & etiā in cōi modo loquēdi, ſumit facere pro dicere vel cogitare. Qm̄ er-
go ſecūdū legē grauior, grauiuſq̄ꝫ puniēda fuit blaſphemia, q̄ trāſgreſſio ſabbati, ideo Iudæi
q̄rebāt Ieſum q̄ſi blaſphemū occidere. Sed qa Iudęis viſum fuit ꝙ Ieſus derogauit honori di-
« uino æquādo ſe pr̄i æterno, Idcirco Chr̄s oñdit ꝙ ꝑ hoc nō derogauit pr̄i. L R̄ndit itaq̄ꝫ Ieſus
« & dixit eis: Amē amē dico vobis, nō p̄t filius à ſe facere quicq̄ꝫ niſi q̄d viderit patrē facientē. ⅃
Sed ex hoc Atrius & Eunomius arguerūt ꝙ filius eēt ex ſe infirmus, & ꝑ cōſequēs minor pr̄e
& pura creatura, & ſatis difficile apparet, q̄uō ſit verus de⁹ atq̄ꝫ oīpotēs, q à ſe nō p̄t quicq̄ꝫ, ſed
nō eſt īpoſſibile iſta diſſoluere, vt eñi oſtēderet Chr̄s ſe à pr̄e, eē recepiſſe, & habere, quicq̄d ē
& habet, ita dicit, Nō p̄t fili⁹ à ſe facere quicq̄ꝫ, tanq̄ꝫ dicat à meipſo nō ſum, ſed eē & ptātē acce
pi à pr̄e. Itaq̄ꝫ nō p̄t à ſe .i. virtute nō accepta, vt in eo ē facere quicq̄ꝫ, qa filius nō habet niſi vir Hilarius.
tute acceptā, hoc ē à pr̄e ſibi cōicatā. ¶ Deniq̄ꝫ ſecūdū Hilariū & Thomā in ſum. cōtra gēt. q̄-
uis filius nō p̄t à ſe quicq̄ꝫ facere, p̄t tñ ꝑ ſe oīa facere, vtpote ꝓpria virtute, q̄ cū ſit vna nūero
in pr̄e & filio ac ſpū ſctō, eſt cā ꝙ q̄libet diuina ꝑſona eſt cā omniū reꝶ principalis atq̄ꝫ oīpo-
tēs, & nulla ē inſtrumētalis reſpectu alterius. Q̄d vero adiecit, niſi q̄d viderit patrē faciētē, nō
B eſt ſic intelligēdū q̄ſi alia ſit viſio ſeu intellectualis cognitio filij, & alia pr̄is, imò ſicut in pr̄e &
filio ē vnus nūero intellectus, ita & viſio vna. Nihilominus pr̄ videt filiū, eiuſq̄ꝫ oꝑa, & ecōtra
qm̄ in vtroq̄ꝫ ē plenitudo diuinitatis, q̄ omnē ꝑfectionē & actualitatē ſuꝑſimpliciſſime, pror
ſuſq̄ꝫ incōparabilr̄ cōprehēdit. Neq̄ꝫ eñi ſic filius videt patrē & oꝑa eius, q̄ſi aliq̄d aliud ſit vi
ſio illa q̄ filij deitas atq̄ꝫ eſſentia. Quēadmodū ergo ꝑ eādē eſſentiā pr̄, filiuſq̄ꝫ ſubſiſtūt & deus
ſunt, ſic eādē viſiōe filius videt patrē & oꝑa eius, pr̄ q̄ꝫ filiū & oꝑa eius, hæc ē vna interp̄tatio
huius loci, p̄t aūt & ita exponi, Nō p̄t filius à ſe facere quicq̄ꝫ niſi q̄d viderit patrē faciētē. Tāq̄ꝫ
diceret, hoc q̄d fili⁹ videt facere patrē, hoc etiā p̄t ipſe fili⁹ facere à ſe .i. ꝑ ſe, ꝓpriaq̄ꝫ (q̄uis colla
ta) virtute, alia vero nō p̄t facere fili⁹, & ſic Chr̄s ꝑ verba hæc ꝓbat ſe non poſſe peccare, q̄d ei
impoſuerūt Iudęi. Si eñi filius nihil p̄t facere niſi q̄d viderit patrē faciētē, tunc ꝓcul dubio, ſi-
cut pr̄ nō p̄t peccare, ita nec filius. Poſtremo verba iſta intelligi poſſent de Chr̄o ſcd̄m aſſum
ptā naturā, ſecūdū quā certū eſt, ꝙ nō p̄t facere quicq̄ꝫ à ſe. Inſuꝑ Chr̄s teſtat ꝙ pr̄ nō eſt factor
principalior nec vniuerſalior filio, & ꝙ oꝑa amboꝶ ſunt indiuiſa, ita ꝙ pr̄ & filius ſunt vnus
« factor, creator & gubernator, nō duo factores, ꝑ q̄d hæreſim Arrianoꝶ cōfundit. L Quęcūq̄ꝫ
« eñ ille (vcꝫ pr̄) fecerit, (hæc eadē oꝑa) & filius, ⅃ ſecūdū naturā diuinā, ſilr̄ facit .i. æque prin-
cipalr̄ & authoritatiue, nō inſtrumētalr̄ & miniſtratiue. Per hoc ergo q̄d ait, q̄cūq̄ꝫ, oſtēdit ꝙ
oꝑatio pr̄is nō extēdit vltra oꝑationē filij, propterea filius ē prima & vniuerſalis cā, prout in Apoc. 26
Apocal. loquit: Ego ſum alpha & o, primus & nouiſſimus, principiū & finis. Vnde ī Michæa Mich. 4.
habet: Et tu turris gregis nebuloſa, ad te veniet ptās prima regū filiæ Hierl̄m. vbi ꝑ ptātē pri
C mā ad lr̄am intelligit Chr̄s, q teſte apl̄o ē virtus & ſapia pr̄is, portās oīa verbo virtutis ſuæ. 1. Cor. 1.
Hoc q̄ꝫ in prouer. manifeſte oſtēdit, ubi ſapīa de deo effat: Qñ ꝑparabat cœlos aderā, qñ ap Prou. 8
pēdebat fundamēta terræ, cū eo erā cūcta cōponēs. Per hoc aūt ꝙ ait, hæc, docet ꝙ eadē nu-
mero ſunt oꝑa pr̄is & filij. Cūq̄ꝫ natura ſit oꝑationis principiū, ſequit ꝙ pr̄is & filij ſit vna na
tura, vna vtiq̄ꝫ nūero, nō gn̄e vel ſpecie, qa diuina natura multiplicari nō p̄t. Per hoc vero q̄d
« ſubdit, L ſilr̄ facit, ⅃ patet ꝙ pr̄ oꝑat ꝑ verbū ſeu filiū, nō ſicut artifex ꝑ miniſtrū vel inſtrumē-
« tū, ſed ſicut amicus ꝑ amicū, rex ꝑ regē, iudex ꝑ iudicē, nō ſubalternatū, ſed cōparē. L Pr̄ eñ di
« ligit filiū, ⅃ hoc ſ̄ ſcriptū atq̄ꝫ expoſitū ē, & nūc addi p̄t, ꝙ dilectio nō eſt p̄ricipiū emanatōis Iohan. 3
filij à pr̄e, qa nō ꝓcedit à pr̄e ꝑ volūtatē aut liberæ lib̄tate cōtigētiæ vel ad vtrūlibet, ſed natu
rali emanatiōe. Nihilomin⁹ pr̄ diligit filiū, vere & īteſiue, infinite, ſumēdo dilectionē abſolu
te, ita ꝙ habet ſe q̄ſi cōcomitāter ad emanationē. ¶ Deniq̄ꝫ multæ ſunt rōnes dilectiōis, q̄ ma-
xime & ſuꝑexcellēter inueniūtur īter patrē & filiū, imò īter tres ſuꝑſublimes, æternas, īcrea-
tas ꝑſonas, hoc ē in ipſa trinitate, vna ſuꝑeſſentiali, ſimpliciſſ. deitate. Interdū eñ dicim⁹ ꝙ ag-
nitio ē cā dilectiōis, vcꝫ vt via ad dilectionē. Interdū ꝙ bonū eſt cā dilectiōis tāq̄ꝫ obiectū, iter
dū vero ſilitudo appellat cā amoris, ſed & cōicatio eſt cā amoris, ſæpeq̄ꝫ dicim⁹, ꝙ nihil ſic ac
cēdat amorē, q̄uō ſi qs ſciat ſe amari ab alio. Cū ergo pr̄ & fili⁹ ſeiuicē ꝑfectiſſime cōp̄hēdāt,
& fili⁹ pr̄i oīo ſilimus ſit, vterq̄ꝫ q̄ꝫ īfinitæ bonitatis & ſctītatis exiſtat, pr̄q̄ꝫ dederit filio totū
q̄d ſuū ē, puta diuinā eſſentiā quā trāſfundit ī eū, & fili⁹ tm̄ bonū à pr̄e ſuſcepit, pr̄ etiā ſciat ſe
amari à filio īmēſo amore & ecōtra. Hinc cōſtat ꝙ ī diuis ꝑſonis ſit q̄uolibet, oīformiterq̄ꝫ ple
quorũdam, ⌊ſubijt ergo in montem Ieſus,⌋ vt locus correſponderet locato, Chriſtus enim
propter ſanctiſſimæ vitæ excellentiã, propter miraculorũ eminẽtiam, propter cõtemplatio
Dan.2 nis celſititudinem, propter charitatis omniumq́ virtutũ incomparabilem ſublimitatẽ, mons
appellat. De quo per Danielem aſſerit, ꝙ lapis abſciſus ſine manibus creuit in mõtem magnũ
Eſa.40 impleuitq́ vniuerſam ſuperficiem terræ. Mons ergo aſcẽdit in montem, implens ad literam
illud q̃d dĩ per Eſaiam: Super montẽ excelſum aſcẽde tu qui euãgelizas Syon. Aſcendit ergo
in montem qui eſt locus orationi, cõtemplationi, inſtructioniq́ aptus, vt & nos ſimiliter fa-
ciamus, tempore opportuno. Opportunitas eq̃dem loci plurimũ cõfert ad deuotionẽ. Aſcẽ
dit quoq; in mõtem docẽs nos ſuo exemplo terrena iſta, atq; carnalia abiectare, & cœleſtia,
Coloſſ.3 ac diuina toto affectu requirere, quatenus cũ Apoſtolo quæ ſurſum ſunt quæramus, ac ſapia
Phil.3 mus nõ quæ ſup terram, & quæ retro ſunt obliti, in anteriora extẽdamus noſipſos. Oĩa ſen- F
ſibilia vana atq; caduca arbitrãtes vt ſtercora, vt ſup inuiſibili deo ardẽti deſiderio vniamur.
⌊Et ibi ſedebat cũ diſcipulis ſuis⌋ docẽs eos, & latitudinẽ terræ quam cõdidit circũſpiciens
magis aũt habitatoribus terrę cõpatiẽs, eiſq́ auxiliari proponẽs. ⌊Erat aũt proximũ paſcha
Beda. dies feſtus Iudæorũ⌋ .i. de propinquo iam imminebat. Porro vt Beda ait, inter decollationẽ
Gala.4 Iohãnis & Chriſti paſſionẽ, vnius anni extitit ſpaciũ. Et ſic iſtud fuit paſcha ſecũdũ, circa q̃d
decollatus eſt Iohãnes, in quo Chriſtus nõ fuit in Hier'lm, cedẽs aduerſarijs ſuis. Nam ſicut ſæ
pe obſeruauit legalia oſtendẽdo ſe hoĩem verũ factũ ſub lege, ſic interdũ prætermiſit ea oſtẽ
dẽs ſe verũ deũ ac legiſlatorẽ ſupra legẽ. Quia hic dicit: Erat proximũ paſcha. Euãgeliũ iſtud
legit in medio quadrageſimæ propinquãte paſchali ſolẽnitate. ⌊Cum ſubleuaſſet ergo ocu
los Ieſus⌋ q ocl'is vagus nõ fuit, ſummè cõpoſitus, nec ſine ingẽti cauſa circũſpexit, ſed in oĩ-
bus vniuerſæ maturitatis & probitatis dedit exemplũ, ⌊& vidiſſet q̃a multitudo maxima,⌋
videlicet quinq; millia virorũ, præter mulieres & pueros, ⌊venit ad eũ, dicit ad Philippum⌋
qui primo oĩm dicit à Chriſto ad apoſtolatũ vocatus. Vnde nũc forte propter familiaritatẽ
& charitatis oſtẽſionẽ, ſpecialiter dirigit ſermonẽ ad eũ Aliqui tamẽ affirmãt, ꝙ Philippus cę-
teris diſcipulis rudior fuit, ideo magis indiguit informari, & hinc Chriſtus eũ interrogat, nõ
quaſi ignorans, ſed informare intendens. ⌊Vnde ememus panes vt manducẽt hi?⌋ nouerat
Chriſtus nõ adeſſe pecuniã ad emendũ tot panes ſufficiẽtes, q̃m pauper fuit, & parũ vel ni-
hil ſecũ detulit de argẽto & auro. ⌊Hoc aũt dicebat tentãs eũ⌋ tentatõe piæ probatõis ordi-
nate ad inſtructionẽ, qua tẽtauit & Abrahã, nõ tẽtatiõe ſeductiõis ordinate ad cõfuſionẽ, de
Gene.22 qua Iacobus ait in ſua Canonica: Nemo cũ tentat, dicat quia à deo tentat, Deus em̃ intẽtator
Jacob.1 malorũ eſt. De prima tentatõe ſcriptũ eſt in lib. Sapiæ. Deus tẽtauit iuſtos, & inuenit illos di-
Sapiæ.3
Deutero.8 gnos ſe. In Deuteronomio quoq; dicit: Recordaberis cũcti itineris, per quod adduxit te dñs

deus

A deus tuus vt affligeret te atq; tentaret. De ſecũda oramus: Et ne nos inducas in tentationem.
¶Sed cũ tentare ſit experimẽtũ de tentato accipere. Q̃uo deus aliquẽ tẽtat q̃ de nullo accipit Mat.6
experimẽtũ, quippe cũ ei oĩa anteq̃ fiãt, pateſcãt? Et rñdendũ, ꝙ etiã in ſcripturis dicit deus
experiri ſeu aliqua facere, ad experiendũ, iuxta illud Iudicũ: Dimiſit dñs Chananæos vt in ip Iudicũ.3
ſis experiret Iſraelẽ, vtrũ cuſtodiret mãdata dñi, an nõ. Dicit itaq; deus ſumere experimen-
tũ, non vt ei aliquid innoteſcat, ſed vt tentatus agnoſcat ſeipſm, vel alij ad eius notitiã perdu-
cantur. Sic ergo tentauit Philippũ, eius ignorantiam demonſtrando, nõ ſolũ ad inſtructionẽ
Philippi, ſed omniũ diſcipulorꝫ, quatenus miraculũ magis oſtenderet, & virtus Chri agno-
ſceret. Perfectos aũt tentat deus, vt eorꝫ pfectio alijs pateat ad exẽplũ, vt Iob & Tobiã. Imper Iob.1. Tobiæ.2
fectos vero vt eorꝫ impfectio eis clareat ad propriã humiliationẽ. ⌊Ipſe em̃ ſciebat q̃d eſſet Tobiæ.12
“ facturus⌋ ideo nõ ſciſcitabat cõſiliũ vel auxiliũ poſtulãdo, ⌊Rñdit ei Philippus: Ducẽtorꝫ de
“ nariorꝫ panes nõ ſufficiũt eis, vt vnuſq́; modicũ q̃d accipiat⌋.i. paruũ fruſtũ mãducet, tan
q̃ diceret, Non habemus ꝓtiũ ad emendũ, nec poſſumus eis prouidere, idcirco remitte eos ad
“ loca habitabilia vt ſibiipſis puideãt ⌊Dicit ei vnus ex diſcip. eius Andreas fr̃ Symonis Petri⌋
Ad laudẽ Andreæ hoc ptinet, ꝙ principis apſorꝫ extitit frater, vnde & Iudas in ſua canonica
vocat ſe fratrẽ Iacobi, tanq̃ dignioris, nõ ad iactãtiã, ſed vt à fidelibus q̃bus ſcripſit diligẽtius
“ audiret. Quanti valoris fuerint iſti denarij, non exprimit. ⌊Eſt puer vnus hic,⌋ qui puer vo
cat, nõ tã propter ætatis paruitatẽ, q̃ propter puritatẽ & innocentiã, ad quã pueritiã obliga
mur Chriſto dicẽte: Niſi cõuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, nõ intrabitis in regnum Matt.18
B cœlorꝫ. Vnde hortat apl̃us: Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malicia paruuli eſtote. ¶Denique 1.Cor.14
in ſcripturis dicit aliquis puer tripliciter. Primo propter ſtoliditatẽ & incõſtantiã, Eſaia te- Eſa.65
ſte: Puer centũ annorꝫ morietur, hoc eſt ſenex fatuus. Secũdo propter puritatẽ & innocentiã,
vt ibi: Laudate pueri dñm. Tertio, propter ætatẽ permodicã, ſecundũ ꝙ Lucas ait, puer Ie- Pſal.112
“ ſus proficiebat, ⌊habẽs quinq; panes hordeaceos.⌋ Ecce quali cibo vti ſolebat Chrus cũ ſuis Luc.2
“ diſcipulis, condemnata eſt ergo delitioſitas, guloſitas, atq; carnalitas nr̃a. ⌊ſed hæc quid ſunt
“ inter tãtos⌋.i. parũ vel nihil proderũt multitudini tãtæ. Iohãnes q̃ vltimo ſcripſit euangeliũ
atq; hiſtoriã iſtã in aliquibus videt ab alijs Euãgeliſtis diſcordare, ſed illa facilime ſoluunt, q̃a
Iohãnes magis determinate & peculiariter recitat factũ iſtud, q̃ alij, ideo dicit dictũ ab vno
diſcipulo, puta Philippo vel Andrea, q̃d alij Euãgeliſtæ ſcribũt à diſcipulis cõiter dictũ. To- Mat.14
“ ta em̃ ſocietas fert facere, pati, vel dicere, q̃d facit, ſuſtinet, vel dicit, pars eius. ⌊Dicit ergo Ie Marc.6
“ ſus: Facite hoĩes diſcũbere⌋.i. ad mãducandũ ordinate ſedere, vnde in Marco habet, ꝙ ꝓce- Luc.9
“ pit vt facerẽt eos accũbere ſecũdũ cõtubernia ſua, ⌊erat aũt fœnũ multũ in loco,⌋ & ſic locus Marc.6
mollior & aptior fuit ad ſedẽdũ atq; veſcendũ. Fuitq; viride fœnũ ſecundũ Marcũ, vnde per
fœnũ intelligitur recens herba, ſeu gramẽ terræ quale ſolet eſſe circa paſcha, ⌊diſcubuerũt er-
“ go viri,⌋ per quinq̃genos & cẽtenos, vt dicit in Marco, ⌊numero quaſi quinq; milia,⌋ hoc Marc.6
dicit Iohãnes, q̃a fortaſſis erant paulo plures vel pauciores. Alij th̃ Euangeliſtæ ſimpliciter
aſſerunt, ꝙ erant quinq; millia, non curantes de tali exceſſu, vel defectu tantillo. Conſuetudo
em̃ ſcripturæ eſt, vt ponendo notabilẽ quantitatẽ in magnitudine, vel multitudine, nõ curet
de modico quod forte ſuperfuit aut defuit. Sic em̃ in veteri teſtamento dicunt homĩes tot vel
C tot annis vixiſſe, & raro vel nunq̃ ſit mentio niſi de annis, cũ tamẽ nõ ſit veriſimile, ꝙ omnes
illi vixerũt tot annis præciſe, quaſi eodẽ die morientes quo nati fuerũt. Præterea dicunt viri,
oẽs maſculini ſexus à viginti annis & ſupra, valentes ad bella procedere. De mulieribus vero Nũ.1
& paruulis, q̃ forſitan numerꝫ virorꝫ vicerunt, non ſit mentio, quia ſecundũ conſuetudinem
“ legis ſoli viri numerari conſueuerunt. ⌊Accepit ergo Ieſus panes,⌋ quinq; in ſanctas & ve-
“ nerabiles manus ſuas, organa vnite deitatis, ⌊& cũ gr̃as egiſſet⌋ ſecũdũ ꝙ hõ, deo patri, vel
“ ſummæ trinitati, à qua omne bonũ ex tpe ſibi collatũ accepit, ⌊diſtribuit diſcũbẽtibus,⌋.i. p
diſcipulos anteponi ꝓcepit turbis illic ſedẽtibus, nõ iã dũtaxat quinq; panes, ſed & illud quod
“ ipſe ſua diuina poteſtate vel creando, vel multiplicando adiecit. ⌊Similiter & ex piſcibus,⌋
duobus iã multiplicatis vſq; ad quãtitatẽ quaſi innumerabiliũ piſciũ, diſtribuit p manũ diſci-
“ pulorꝫ diſcũbẽtib⁹ ⌊q̃tũ volebãt⌋.i. optabãt diſcũbẽtes, videlicet ſufficiẽter, vſq; ad ſacieta-
“ tẽ ipſorꝫ, ⌊vt aũt ĩpleti ſunt⌋.i. diſcũbẽtibus copioſe refectis ac ſaturatis, ⌊dixit diſcip. ſuis:
“ Colligite q̃ ſupauerũt fragmẽta⌋.i. famẽ ſeu appetitũ comedẽtiũ vicerũt, itaꝙ ampli⁹ mãdu
care nõ poterãt, vel q̃ ſuperauerũt.i. ſupfluxerũt edẽtibus, ⌊ne pereãt⌋ ſed paupibus remean
tibus ꝓ viatico cõferant. Vñ Chrs docuit hoc exẽplo reliq̃as alimẽtorꝫ prudẽter ſeruari, vti-
“ literq; expẽdi. ⌊Collegerũt ergo (apl̃i ꝓcipue) & ĩpleuerũt duodecĩ cophinos fragmẽtorꝫ,⌋
vel q̃libet apl̃s cophinũ ſuũ, ſi th̃ ſoli apl̃i collegerũt, q̃d nõ apparet, q̃a ꝓpter mlt̃itudinẽ mã
ducãtiũ diu occupati fuiſſent ĩ circũeundo & cõgregãdo. ¶Sed nũq̃d increata dei ſapia Chrs Sap.8
attingens à fine vſq; ad finẽ & in numero, mẽſura ac pondere cũcta cõſtituens, ſine alto my- Sapiẽ.11
ſterio ordinauit vt duodecim cophini fragmẽtorꝫ ſecũdũ duodenũ nũerꝫ apſorꝫ remanerẽt?
Cur ergo ſic cõtigit, nõ plane à caſu, ſed eo moderante, quo operãte facta eſt multiplicatio

ff præme-

Prouer. 9 præmemorata. Palam eſt enĩ quòd per panem deſignetur ſalutaris doctrina, ad cuius guſtum D
inuitat ſapientia dicens: Venite, comedite panem meũ. Per fragmenta autẽ panũ ſignantur p-
ticipationes imperfectæ, ipſius doctrinæ perfectæ. Perfecta vero doctrina cõuenit Chro. Apo
ſtoli vero participando doctrinã Chriſti, quaſi fragmenta & partes perfectæ doctrinæ, à fon-
te ſapientiæ collegerunt. Horũ fragmentorũ vaſa ſeu cophini erant corda apoſtolorũ, in qbus
per totum mundũ fragmẽta ſapiẽtiæ Chriſti tulerunt, diſperſerũt & cõicauerunt, vnde ad pfi-
gurandum tantũ myſterium, impleti ſunt duodecim cophini fragmentorũ, iuxta numerũ bea-
tiſſimorũ apoſtolorũ. Collegerunt ergo tantas reliquias, ⌊ex quinq; panibus ordeaceis⌋ .i. ex
panibus in q̃s multiplicati fuerunt quinq; panes prædicti, qui erant quaſi ſemina omniũ panum
antepoſitorũ edentibus. Quinq; etenim panes nõ habuerunt immediate tanta fragmẽta, apud
Marc. 6 Marcum adiungit: Et ex piſcibus, ex q̃ perpenditur, ꝙ etiã ex duobus piſcibus, tanti cibi piſciũ
proceſſerunt, ꝙ diſcipuli Chriſti cõgregauerunt reliquias inde, quamuis nõ fiat plana narratio
de hoc. ¶ Sed qd biberunt hæ turbæ? certũ videtur ꝙ ſi nõ habuerunt aliunde potũ ꝙ Chriſtus
Deute. 32 dedit cibarijs iſtis virtutẽ agendi, q̃d efficit potus, ita q̃d ſitim perpeſſi non ſunt. Opera nempe
Chriſti ſummi opificis, pfecta fuerunt, q̃s ergo refecit perfecte refecit. ⌊Illi ergo homines cũ
vidiſſent⌋ imo & manducãdo experti fuiſſent, ⌊q̃d fecerat ſignũ dicebant, qa hic⌋ tanti mi-
raculi factor, ⌊eſt vere propheta (nõ qualiſcũq;, ſed) qui venturus eſt⌋ .i. venturus eſſe pnun-
ciatus eſt per alios prophetas, ⌊in mundũ,⌋ Hunc inferiorẽ ad ſaluandum eum .i. ad homines
redimendos. Nõ ergo ſolum cõfeſſi ſunt Ieſum eſſe prophetã, ſed veraciter eſſe ſummũ illum
Deute. 18 prophetã, de cuius aduẽtu alij cecinerunt, de q̃ & Moſes dixit: Prophetã ſuſcitabit vobis dñs.
An Chrs fuerit propheta ¶ Quærit an Chrũs fuit propheta, videtur ꝙ nõ, qa vt homo erat præ vniuerſis electis excellen E
tiſſimus cõprehenſor, cõprehẽſoribus aũt ſeu beatis in patria nõ cõuenit rõ prophetiæ, propter
perfectionẽ eorũ. Prophetia enĩ vt Thomas & multi ſecũ teſtant impfectionẽ notitiæ cõpre-
hẽdit. Et reſpõdendum ꝙ Chrs fuit vere & verus propheta, qa ſcd̃m aliqd fuit viator & hoĩm
cõuerſator, pdicẽs eis, cum qbus cõuerſabat futura cõtingentia atq; pſentia eis ignota. Prophe
ta enĩ dr̃ quaſi procul vidẽs, i. ea cognoſcens atq; annuntians his, inter q̃s habet vitã cõem; quæ
procul ſunt ab aliorũ notitia puta futura vel pſentia, ⌊quæ in abſentia⌋ quæ in abſentia horum
quibus loqtur fiunt, vt ſi qs in epiſcopatu Leodienſi cõſiſtens, dicat illic pñtibus q̃ fiunt in Aſia
dño reuelãte. Quãuis aũt deus & beati talia ſciant atq; denuntiẽt, nõ tñ prophetæ dicẽdi ſunt,
qm̃ cũ hoĩbus cõem nõ habẽt cõuerſationem, q̃uis vere intellectualis cognitio Chri fuit pfecta,
nõ propriæ prophetalis, tñ ſcd̃m notitiã imaginatiuæ potẽtiæ, habuit cõueniẽtiã cũ prophetis,
quia in imaginatiõe aĩæ Chri, formari poterãt formæ ſenſibiles, p quas occulta atq; futura rep-
ſentabãtur aĩæ ſuæ, vt viatrici, ſcd̃m ptẽ ſuã inferiorẽ. Poſtremo de moralitate huius euãgelicæ
lectionis tãta ab expoſitoribus dicta ſunt vt nõ videat opus aliqd addere nec illa repetere. Sed
qm̃ ſcriptura eſt velut infinita abyſſus, atq; inexhauſibile pelagus, ita ꝙ de eius expoſitiõe præ-
ſertim morali, tanta dici nõ poſſint quin in infinitum plura dici pualeãt. ¶ Nũc aliqd moralita
tis tangendũ eſt. In primis ergo ꝙ Ieſus facto ad Iudæos ſermone, & illis nõ credentibus abijt
trãs mare Galilææ, hoc figuraliter ſignat, ꝙ Iudæis in ſua prauitate atq; pfidia obſtinatis, trã-
Marc. 1. ſijt Ieſus ad gentes, illas p apoſtolorũ prædicationẽ vocãdo ad ſidẽ. Per locũ enĩ deſertum quẽ
Eſaiæ. 35. Ieſus ingreſſus ẽ p mare, ſignificat gentilitas, olim à deo relicta, ſterilis & vitioſa. De qua Eſaias F
Eſaiæ. 54. prædixit: Lætabitur deſerta & inuia. Et rurſus: Multi filij deſertæ magis q̃ eius q̃ habet virum.
Pſal. 87. Porro per mare figuratur abundantia pſecutionũ, atq; amaritudo paſſionis Chriſti. Vnde ait
in pſalmo: Omnes fluctus tuos induxiſti ſup me. Itẽq;: Saluũ me fac deus, qm̃ intrauerunt aquæ
Pſal. 68. vſq; ad animã meã. Per mare ergo, hoc eſt per paſſionẽ Chrs trãſiuit ad gẽtes. Et cõuenienter
per mare Galilææ, quæ interpretatur tranſmigratio, quia p paſſionẽ migrauit à ſynagoga, de-
Matt. 10 ſponſando ſibi eccleſiam ex gẽtilitate cõuerſam. Nam añ paſſionẽ iuſſit Chriſtus apoſtolis: In
viam gentiũ ne abieritis, ſed ite ad oues q̃ perierunt domus Iſrael. Ad has quippe & ipſe primo
Mat. 15 ac ſpecialiter miſſus fuit, ſecundum q̃d profitetur: Nõ ſum miſſus niſi ad oues quæ perierũt do-
Mar. 16. mus Iſrael. Poſt paſſionem autẽ mãdauit diſcipulis: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate
euangelium omĩ creaturæ, & docete oẽs gentes. Cum itaq; Ieſus hoc modo ad gentes proceſ-
ſiſſet, ſecuta eſt eũ maxima multitudo, qa innumerabiles gentes ad fidem conuerſæ ſunt, Chri
veſtigia imitãtes, atq; per fidem, dilectionẽ & opera bona, poſt ipſum euntes, tendẽdo de via
ad patriam, de exilio ad paradiſum, de terra ad cœlum, & hoc quia viderũt ſigna quæ fecit do-
minus Ieſus, per ſuos apoſtolos, cæteroſq; diſcipulos, in his qui infirmabantur, quos ſpũaliter
corpaliterq; curauit. Innumerabilia nãq; miracula fecerunt pdicatores Chriſti inter gẽtes. Nã
Acto. 19 & p contactum ſudariorũ Pauli ſanabantur ægri, p ſuppoſitionẽ baculi Petri, ac veſtium Euã-
Marc. 16 geliſtæ Iohannis ſuſcitabãtur defuncti. Propter q̃d dicitur in Marco: Illi profecti prædicaue-
runt vbiq; domino cooperante, & ſermonẽ confirmãte ſequẽtibus ſignis. Subijt ergo in mõ-
tem Ieſus, hoc eſt in die aſcenſionis dato apoſtolis præcepto prædicandi gentibus. Eritis (in-
Acto. 1 quiens) mihi teſtes vſque ad vltimum terræ. Tunc aſcendit ſuper omnes cœlos, quemadmo-
dum

A dum in actibus plenius edocet. Et Pſalmiſta ꝑdixit: Aſcendiſti in altū cœpiſti captiuitatem
Et: Pſallite dño q aſcendit ſup cœlū cœli ad orientē: A ſummo etem̃ cœlo egreſſio eius, & oc Pſal. 67. 18
curſus eius vſq; ad ſummū eius, & ibi ſedebat ad dexterā patris, cū diſcipulis ſuis. i. vniuerſis
beatis angelis, animabusq; glorificatis. Oēs nãq; ciues regni cœleſtis, tã angeli q̃ aīæ glorio-
ſæ, purgant, illuminant, & ꝑficiunt à Chr̃o, etiã ſecundū naturã aſſumptã, ſecundū diuinum
Dionyſiū, merito ergo nuncupant diſcipuli eius. Tunc deniq;, ſubleuauit Ieſus oculos ſuę in- Dionyſius
excogitabilis pietatis, & vidit qa multitudo maxima venit ad eū, qa in oībus finibus ter-
ræ, innumerabiles gētes cõuertebant ad ipm̃. Vnde & Paulus in ep̃la ad Coloſſ. teſtatur euan Col. 1.
geliū ſuo tēpore eſſe prædicatū in om̃i creatura, q̃ ſub cœlo eſt. ¶ Cūq; vidiſſet eos ſpūali ali- Matt. 5
monia indigentes, & iuſtitiã eſurientes, dedit atq; propoſuit eis quinq; panes, animã viatricē
dulciter atq; fortiſſime reficiētes. Primus panis eſt ipſa ſupbenedicta diuinitas, q̃ ſicut cõpre
henſores alit per ſpeciē, reficitq; indeſinenter p ſuipſius ſuauiſſimã fruitionē, ſic alit viatores
per fidē, & roborat per contemplationē, ac futurorũ gaudiorũ ꝑſſimã prælibationē. Secun-
dus panis eſt corpus ſaluatoris, ſub ſpeciebus ſacramentalibus tectū, panis viuus, verusq; cibꝰ
de quo infra pleniſſimus erit ſermo, de quo ait ap̃lus: Panis quē ſumimus, nonne communi- 1. Cor. 10
catio corporis dñi eſt? Hunc itaq; panē, qui eſt viaticum noſtrū, Chriſtiani tanto ardentius
cupiūt, quanto deuotiores ac ſanctiores extiterūt. Tertius panis eſt diuina ſcriptura canoni-
ca vtriuſq; teſtamenti, de quo in Eccleſiaſtico legit: Cibauit illū pane vitæ & intellectus. Et Eccl. 15
alio loco. Sapientiã omniū antiquorũ exquirit ſapiēs, & in prophetis vacabit. Hic panis adeo Eccl. 39
dulcis eſt, vt hominē ſtudioſum faciat omnē corporalē cibū atq; carnales delicias faſtidire ac
aſpernari. Quãobrē dicit Hieronymus: Ama ſtudia ſcripturarũ, & ventris delicias non ama- Roma. 15
B bis, & ap̃lus: Quæcunq; (inquit) ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt, vt per patientiã
& conſolationē ſcripturarũ, ſpem habeamus. Hinc nēpe in lib. Machabæorũ Ionathas faſſus
eſt: Nos nullo horũ indigemus, habentes ſolatio ſanctos libros, qui in manibus noſtris ſunt. 1. Macha. 12
Quartus panis eſt gratia gratū faciens, cū ſpūalibus bonis ſibi inſeparabiliter annexis, q̃ ſunt
tres virtutes theologicæ, ſeptē dona ſpūs ſancti, cæteræq; virtutes infuſæ, & fructus ſpiritus,
quibus anima ſpūaliter impinguat, armatur, fœcundat, inuincibilisq; efficitur. Vnde ſecun- Hebr. 13
dū apoſtolū: Optimū eſt gratia ſtabiliri cor, & pœnitens ait: Percuſſus ſum vt fœnū & aruit Pſal. 101
cor meū, quia oblitus ſum comedere panē meū. Hic panis gratiæ in anima noſtra ſpūalem vi
tã iniciat, deiformē ſimilitudinē præſtat, atq; ad omne bonū facit idoneum. Ideo inceſſanter
orare debemus dñm pro gratiæ incremento, quia quo illa magis in mente perficit, tanto ad
omnes operationes meritorias reddimur fortiores atq; proniores, ita vt laborē vix ſentiamꝰ.
Quintus panis eſt promiſſio futurorũ bonorũ, qui facit nos agiles, & aīo infatigabiles, in cul-
tu diuino, ſcientes ꝙ nō ſunt cōdignæ paſſiones ad mercedē nobis promiſſam, paratã, mox
dandã. De hoc pane dicit archiap̃lus in ſua canonica: Videntes Ieſum exultabitis lætitia ine- Roma. 8
narrabili, & glorificata, reportantes fructū fidei veſtræ ſalutē animarũ veſtrarũ. Et ipſe ſalua 1. Pet. 1.
tor: Fulgebūt iuſti ſicut ſol in regno patris eorũ. Iohannes quoq; ī ſua ep̃la: Chariſſimi nūc fi Matt. 13
lij dei ſumus, & nondū apparuit quid erimus, ſcimus quia cū apparuerit ſimiles ei erimus, qa 1. Iohã. 3
videbimus eū ſicuti eſt. Quicunq; manducat hunc panem, conſiderando futura atq; cœleſtia
præmia mente peruigili ac profunda, nō ſuccumbit laboribus, non deficit in aduerſis, nō fran Pſal. 118
C gitur proſperis, nec quærit laudes humanas, nō pigreſcit, ſed viam mandatorũ, non ſolū am-
bulat, ſed percurrit. ¶ Præterea prædictis quinq; panibus adduntur duo piſces, ſuauem gu-
ſtum præſtantes. Primus piſcis eſt actualis experientia diuinæ dulcedinis, qua guſtata deſipit
omnis caro, ad quam hortatur propheta: Guſtate & videte quoniã ſuauis eſt dominus. Vnde Pſal. 33
& Paulus teſtatur ad Corinthios: Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita per Chriſtū 2. Cor. 1.
abundat conſolatio noſtra. Et Pſalmiſta: Secundum multitudinem dolorũ meorũ in corde Pſal. 93
meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Secundus piſcis eſt abſorptio, reſolu-
tio, ſeu ſalutaris illa defectio mentis in deo, de qua loquitur Hieremias: Factus eſt ſermo do-
mini in corde meo quaſi ignis exæſtuans, & defeci ferre non ſuſtinens. Itemq; Pſalmogra- Hiere. 20
phus: Defecit caro mea & cor meum, deus cordis mei, & pars mea deus in æternum. Sponſa
quoq; in Canticis: Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus loquutus eſt. Hunc piſcem guſtamus Pſal. 72
dum anima noſtra ſupra ſe rapta atq; in diuicias creatoris expanſa, ac dilatata, reuerberatur, Cant. 5.
præ affectu diſſoluitur, à ſeipſa, omnibusq; creatis alienatur, & in ſolo deo ſenſificatur. Dū er
go fideles his panibus ac piſcibus fuerint ſaciati à Chriſto ſupra fœnum, hoc eſt in carne iſta
mortali, de qua Eſaias effatur: Omnis caro fœnum. Dicunt quia hic eſt vere propheta, imple
tor & finis, ac dominus prophetarũ, qui venturus eſt in mundum, eccleſiam ſuam vſq; ad fi- Eſa. 40
nem ſeculi ſpūaliter viſitando, & in fine ſeculorũ viſibiliter deſcendendo, & viuos ac mortu-
os iudicando. Ex huiuſcemodi em̃ refectione, interna certiſſime noſcunt, laudant, ac diligūt
clementiam atq; potentiam ſaluatoris. Quemadmodum dicit propheta: Duo hæc audiui qa Pſal. 61.
poteſtas dei eſt, & tibi domine miſericordia.

¶Proſecutio explanationis huius capituli ab eo loco q̃ dicit. Ieſus ergo cũ cognouiſſet qa vẽturi eſſent vt raperẽt & facerẽt eũ regẽ. Articulus. XVII. D

PAndit deinceps glorioſiſſimus Euãgeliſta, effectũ præinducti miraculi quinq; panũ,
duorumq́; piſcium, & cætera ſigna ac documenta Chriſti deſcribit. ⌊ Ieſus autẽ cum
cognouiſſet ⌋ .i. ſe cognoſcere demõſtraſſet. Oĩa qppe vt deus cognouit à princi-
pio æternitatis. Oĩa q̃q; vt hõ cognouit ab exordio incarnationis. Sed dr̃ aliqd q̃ſi
de nouo cognouiſſe, qñ p effectũ aliquẽ demõſtrauit ſe hoc ipſm agnoſcere, ⌊ qa vẽturi eſſent ⌋
illis q̃s tã miraculoſe pauit de qnq; panibus, piſcibusq́; duobus, ⌊ vt raperẽt & facerẽt eũ regẽ. ⌋
Matt. 8 cur ait vt raperẽt, q̃ſi violẽtiã illaturi, puto q̧ ideo, qm̃ Ieſum pſumebãt quẽ nouerãt humilita-
Lucæ. 9 tem ac paupertatẽ docere, nõ debere acqeſcere eis in accipiẽdo dominiũ. Propterea decreue-
rũt eũ q̃uis nolentẽ ac renitentẽ facere regẽ, vel ideo dicit, vt raperẽt, quoniã cũ ingenti tumul-
tu, affectu & gaudio, voluerunt eum ſibi in regem pręficere. Sed qũo hoc audebãt cum Roma-
ni, quibus erãt ſubiecti, iam ſub periculo mortis perhibuiſſent, ne aliqua plebs aſſumeret ſibi re-
Joban. 19. gem pter imperatorẽ, vel ſine Romanorũ cõſenſu. Et etiã qa Iudæi iſti Ieſum regẽ facere volẽ-
tes, ſciẽdãt q̧ principes ſacerdotũ, ſcribæ ac phariſæi, oderũt iã Chriſtũ, & egre acciperẽt, q̧ ali-
qua pars Iudæorum, præficeret eum ſibi in principẽ. Dicendũ q̧ iſti viſo præſcripto miraculo
multiplicationis panum ac piſcium, confeſſi fuerunt Ieſum eſſe præcipuũ illũ prophetam ab a-
liꝭ prænunciatum, q̧ eſſet ſaluator mundi. Sicq́; conſiderabãt q̧ eſſet Chriſtus in lege promiſ-
Hiere. 23 ſus, & per conſequens regnaturus, atq; hæreditarius rex Iſrael. Quẽadmodum p Hieremiã fuit
Eſaiæ. 9. prædictũ: Ecce dies veniunt dicit dñs, & ſuſcitabo Dauid germẽ iuſtũ, & regnabit rex & ſapiẽs
erit. Et per Eſaiã: Sup ſolium Dauid, & ſup regnũ eius ſedebit. Voluerunt ergo ſcripturas illas E
implere & Ieſum, ſup ſe tẽporaliter, corpaliterq; regnare, errãtes in hoc, q̧ putabãt ſcripturas
illas de tpali, carnaliq; regno intelligẽdas, quaſi primus aduẽtus Meſſiæ promiſſus eẽt in maie-
ſtate & gloria, vt dñaretur & nõ potius, in oĩmoda abiectione, pauptate & humilitate occi-
deretur. ¶Quærit cũ Chrũs etiã ſecundũ naturã aſſumptam fuerit rex & ſacerdos, à principio
incarnatiõis tanq̃ oĩi creaturæ platus atq; inter deũ & hoĩes mediator cõſtitutus, incipiens ex
vtero virgineæ genitricis ſeipſm offerre pro nobis, qũo voluerũt eũ facere regẽ. Dicendum q̧ à
principio fuit rex authoritate ac ptãte, ſed voluerũt eũ facere regẽ, quãtũ ad vſum ſeu executio-
nẽ ptãtis. Deniq; voluerũt eũ facere regẽ ſpecialiter, propter tria q̃ cõſiderauerũt in ipſo, & ſpe-
cialiter ſpectãt ac reqrunt ad regẽ. Primo, qa viderũt eũ piũ, cõpaſſiuũ ac liberalẽ, ſicut in ſatia-
tione ſua fuerũt experti. Secũdo, qa viderũt eũ valde ſapientẽ in oĩbus. Tertio, qa viderũt eũ
potentẽ ſupra naturã, ſicq; credebãt ſe defendẽdos ab ipſo. Idcirco nec Romanos nec põtifi-
ces proprios attẽderunt, ⌊ fugit (.i. feſtinãter aſcẽdit) iterũ in montẽ ⌋ in quẽ primo aſcendit, vt
dictum ẽ. Et à quo deſcendit, occurrẽdo turbæ quã pauit, ⌊ ipſe ſolus ⌋ vt nemo ſciret vbi eẽt.
Et vt quietius oraret, nõ q̧ multitudo potuit eius cõtemplationẽ impedire, vel ſolitudo iuuare
ſed vt nos ſuo informaret exẽplo, videlicet vt poſt occupationẽ quãuis diuinã cũ aliꝭ habitam,
feſtinemus ſolitarium locum expetere, illicq́; noſipſos recolligere, venialia cõmiſſa abſtergere
contemplationi & orationi vacare, aſcendit etenĩ Chriſtus in mõtem orare, ſecundum Mat-
Mat. 14. thæum & Marcum. Præterea q̧ Chriſtus promouẽdus in regẽ fugit, quæſitus vero ad crucifi-
Marc. 6 gendũ paratum ſe obtulit, confundit ſuperbiã, ambitionẽ, mollitiem noſtram, ipſe enĩ idcirco
hæc fecit, vt doceat nos honores, prælatiõesq; fugere, aduerſa autẽ equanimiter ſuſtinere. Sed F
heu pauci videntur, q non mallent præeſſe q̃ ſubeſſe, iubere q̃ obedire, honorari q̃ ſperni, q in-
Heb. 5. gerunt ſemetipſos nõ vocati à deo, tanq̃ Aaron. Pauci aduerſitatibus gaudẽt magis q̃ proſpe-
ris. In iſtis nondũ extinctus eſt amor priuatus, nondũ veraciter & perfecte ſe diligunt, nondũ
vtuntur hoc mundo velut exilio, hac vita & via, præſentibus in ordine ad futura. Veruntamen
Galat. 5 ſcimus teſte apoſtolo: Quia qui ſunt Chriſti carnem ſuã crucifixerunt cum vitiꝭ, & cum concu-
piſcentiꝭ. ⌊ Vt autem ſero factum eſt, deſcẽderunt diſcipuli eius ad mare, ⌋ hoc q̃d iã hic reci-
tatur de nauigatiõe diſcipulorum, in aliquibus differre videtur, à nauigatione, quam aliꝭ euan-
geliſtæ deſcribunt, poſt miraculum panum. Hic enĩ habetur, q̧ diſcipuli eius deſcenderunt ad
Mat. 14 mare, quaſi proprio motu hoc facientes. Sed apud Matthęum legitur, q̧ Chriſtus iuſſit eos in-
Marc. 6 gredi nauim. Et apud Marcum, q̧ coegit eos ad hoc. Itemq́; hic dicitur, q̧ Ieſus & diſcipuli ve-
nerunt Capharnaum, ibi vero habetur q̧ venerunt in terrã Geneſar, ſiue Genezareth. Rur-
ſusq; hic dicitur, q̧ cum diſcipuli voluiſſent Ieſum in nauim accipere, ſtatim fuit nauis ad terrã,
ibi autem q̧ intront nauim. Ob hæc dicit Chryſoſtomus, q̧ non ſit eadem res geſta, de qua lo-
quuntur Matthæus & Iohãnes, quamuis in multis conueniat. Auguſtinus vero dicit oppoſitũ,
Chryſoſtom⁹. & hoc verius puto, vt patet ex circũſtantia euangelicæ narrationis. Rationes vero Chryſoſto-
Auguſtinus mi ſoluerentur dicendo ad primam, q̧ quãuis diſcipuli inuite ſeparabãtur à Chriſto, libẽter ta-
men ſecundum rationem obediebant, & ergo deſcenderunt ad nauim, ſecundũ imperiũ Chri-
ſti. Ad ſecundam dicendum, quòd Geneſar quãdoq; eſt nomen ciuitatis, & quãdoq; regionis,
in qua, vel iuxta quam, eſt ciuitas Capharnaum ſita. Sicq; veniendo Capharnaum, venerũt &
Gene-

A Geneſar.i.in illam prouinciam. Vel dicendum, ꝙ primo applicuerunt, Capharnaũ, poſtea
Geneſar. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ quãuis Iohãnes dicat nauẽ ſtatim fuiſſe ad terrã, non tñ negat
Ieſum nauẽ intraſſe, ſecundũ hãc ergo poſitionẽ exponenda eſt lr̃a hæc vt dictis Matthæi ac Mat.14
Marci cõcordet. ⌊Et cũ aſcendiſſent (diſcipuli) nauẽ (iuxta ꝓceptũ Chriſti) venerũt trãs ma Marc 6
re Tyberiadis (ꝓmemoratũ) in Capharnaũ,⌋ hoc ſecundũ Bedã dicit̃ ꝑ anticipationẽ, vnde
infra recitat Euãgeliſta ordinẽ facti, quõ illuc venerũt. ⌊Et tenebræ iã factę erãt⌋.i. pricipiũ Beda.
noctis, ⌊& nõ venerat ad eos Ieſus,⌋ videlicet ad diſcipulos ſuos in nauẽ. Vnde ſecũdũ Mat. Matt.14
veſpere facto, fuit adhuc Ieſus ſolus in mõte. Et ſecũdũ Marcũ, cũ ſero factũ eſſet fuit naucu- Mar.6
la in medio mari. Sic ſpũaliter, dũ Chrũs q eſt lux vera nõ adeſt, tenebræ adſunt, caligo igno
rãtiæ & peccati, tribulatio, atq; tẽtatio. ⌊Mare aũt vento magno flãte,⌋ & aquas agitãte ſeu 1.Iohan.1.
cõmouẽte, ⌊exurgebat,⌋ intumeſcẽtibus fluctibus eius in tantũ, ꝙ nauis iactabat̃ in flucti-
bus. Pariformiter abſente auxilio atq; ꝓſentia Chr̃i, motus vitioſi inſurgũt in nobis. ⌊Cũ re-
migaſſent ergo (diſcipuli) quaſi ſtadia vigintiquinq; aut triginta,⌋ cauſa remigatiõis ſecũdũ
alios Euãgeliſtas fuit, qm̃ ventus fuit eis cõtrarius, propterea nõ poterãt procedere, ſed nite-
bant̃ ad Chriſtũ redire. Sic viri deuoti, dũ tẽpeſtatibus ꝑſequutionũ, varijſq; tribulationibus
agitant̃, cõuertunt̃ & reuertunt̃ ad Chriſtũ, vt eius gratioſa ꝓſentia, cõſolent̃, dicẽtes cũ Pſal-
miſta: Vſq; quo dñe obliuiſceris me in finẽ, vſquequo auertis faciẽ tuã à me. Vnde & in Iona Pſal.12
habet̃: Cũ anguſtiaretur in me ſpũs meus, dñi recordatus ſum. Stadiũ dicit̃ octaua pars mili- Ionæ.2
aris, ⌊vident Ieſum ambulantẽ ſup mare, circa quartã vigiliã noctis,⌋ videlicet in vltima no
B ctis parte, propinquãte aurora. Ex quo patet ꝙ diſcipuli tota pene nocte in labore & pericu
lo erant. Ambulauit aũt Ieſus ſup mare ꝑ dotẽ agilitatis ſecundũ Hugonem, quod communi Hugo
ter non tenet̃, ſed ꝙ diuina virtute ſic inceſſit, grauitate ſui corporis non agente in aquam eã
diuidendo, ſicut diuina virtute ignis interdũ non agit ſuo calore in corpus humanũ, vt patet
in Daniele de tribus pueris, & alijs multis in nouo teſtamento, ⌊proximum naui fieri⌋.i. ap Danie.3
propinquare nauiculæ. Sic vtiq; qñ in maximis tribulationibus ſumus, ita vt vix de euaſione
ſperemus, ſi ſuſpiramus ad Ieſum, mox experimur pijſſimũ eius occurſum, ſitq; proximus
naui.i. eccleſiæ aduerſitatibus laboranti. propter quod dicit apl̃us: Fidelis deus qui non patie
tur vos tentari vltra id quod poteſtis. Vnde orat propheta: Cũ deficiet virtus mea ne derelin 1.Cor.10
quas me. Incõcuſſibiliter ergo ſperemus in eo, dicentes cũ ſancto Iob: Etiam ſi occiderit me, Pſal.70
in ipſo ſperabo. Imò in tribulatione deus ꝓcipue adeſt quãuis non ſentiat̃, ſed quaſi abſcondat Iob.13
ſe, aſpiciens noſtrũ certamen. Dum ergo affligimur, impugnamur, tentamur, penſemus deũ
ꝓſentem, & noſtrum conflictũ conſiderantem, ſicq; animemur, viriliter militantes & de ſub
ſidio dei certiſſime confidentes, ſcientes verum eſſe quod ait, Cum ipſo ſum in tribulatione, Pſal.90
eripiam eũ, & glorificabo eũ, ⌊& timuerunt,⌋ propter nouitatem rei, & quia putabant eſſe
phantaſma, ſecundũ alios Euangeliſtas. Timebant em̃ ne forte eſſet ſpũs malignus in ſpecie Mat.14
Chriſti, & ne læderent̃, aut mergerent̃ ab eo. Vnde & præ timore exclamauerunt deum in- Marc.6
uocando. ⌊Ille autẽ dixit eis, Ego ſum,⌋ qui videor eſſe, videlicet magiſter quem quæritis,
quem amatis, qui poſſum ſuccurrere, ⌊nolite timere,⌋ inordinato timore, nimis timẽdo ꝓ-
prie pelli, & de illuſione phantaſtica. Sed eſt timor diuinus ac ſalutaris quo timemus culpam
incidere, deũ offendere, gloria ſpoliari, de quo ait ſcriptura: Qui ſine timore eſt, nõ poteſt iu- Eccl.1.
ſtificari, & beatus homo qui ſemper eſt pauidus. ⌊Voluerũt ergo eum diſcipuli accipere in Prou 28
nauem.⌋ Amor eſt em̃ virtus vnitiua, ideo magiſtro ſuo chariſſimo cupiebant corporaliter
quoq; adeſſe. Cum autem dixerat Chriſtus, Ego ſum, ſtatim poſt hoc, nõ tamen immediate
C iuſſit tempeſtatem ceſſare. Omittit hoc loco Iohannes quod alij Euangeliſtæ ſcripſerunt, vi Mat.14.
delicet ꝙ cum Ieſus dixiſſet, ego ſum, Petrus dixit: Domine ſi tu es iube me venire ad te ſu-
per aquas, Cui reſpondit: Veni. Cum vero Petrus tenderet ſuper aquas, videns ventum va-
lidum, timuit, & cum mergi cœpiſſet, clamauit: Domine ſalua me. Dixitq; Ieſus: Modicæ fi-
dei quare dubitaſti, & apprehendens manum Petri, intrauit cum eo nauiculam, & protinus
ventus ceſſauit. ⌊Et ſtatim fuit nauis ad terram,⌋ id eſt iuxta Capharnaum, ⌊ad quã ibãt,⌋
nauigio, non pedeſtres. Chriſto enim nauem ingreſſo, nauis diuina virtute, ductu forte ange
lico, in breuiſſimo, & quaſi imperceptibili temporis ſpacio peruenit ad littus. ¶ Sic itaq; fe-
cit Chriſtus quatuor magna miracula vno tempore. Primum, quod ipſe ſuper vndas in-
ceſſit. Secundum, quod eius virtute Petrus ſimiliter fecit. Tertium, quod tempeſtatem
tam ſubito fecit quieſcere. Quartum, quod nauem tam repẽte fecit ad littus pertingere. Sic
ſpiritualiter dat Chriſtus famulis ſuis electis virtutem ambulandi, atque calcandi ſuper aquas Iaco 1.
tribulationum ꝓſentium, & vincendi cuncta aduerſa, ita vt omne gaudium exiſtiment, cum
in diuerſas tentationes inciderent. Cum vero Ieſus ingreditur nauem, hoc eſt eccleſiam, ſeu
corda fidelium, ſtatim cum inſperata celeritate, eſt nauis ad terram optatam, quia tunc ſub- Phil.3
ito conſolantur, & patriam contemplantur, eamq; deſiderio ſancto introeunt, habentes cõ-
uerſationem in cœlis, qui paulo ante fluctuabant in imis, eſtqué hæc mutatio dexteræ excelſi Pſal.76

CAP. VI. qui vulnerat & medetur, & tunc & quomodo ei placuerit. ⌊Altera die poſt (miraculum panũ) D
Iob. 5 turba quæ ſtabat trans mare Tyberiadis.⌋ hoc eſt, ex oppoſito vrbis Capharnaum circa locum
Deute. 32. quo die præcedenti à Chriſto paſta fuit. Rediſt eñ ad illum locum vt quæreret & regem face-
ret Ieſum, ⌊vidit quia nauicula alia non erat ibi niſi vna⌋ id eſt, die præcedenti non fuit ibi niſi »
vna nauis in qua nauigauerunt diſcipuli, ⌊& quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in na- »
uim⌋ præfatam quæ ſola extitit ibi, ⌊ſed ſoli diſcipuli eius abiſſent⌋ in illa naui. ⌊Aliæ vero ſu »
peruenerunt naues à Tyberiade (vrbe prædicta) iuxta locum (.i. vſq; ad locum) vbi manduca- »
uerant panem⌋ turba quinq; milium virorum, ⌊gratias agentes⌋ domino qui eos tam mira- »
biliter pauit. Iſte naues venerunt poſtea, ſcilicet poſt receſſum diſcipulorum. ⌊Cum ergo vi- »
diſſet turba quia Ieſus non eſſet ibi⌋ hoc eſt, in loco manducationis iam dictæ, ⌊neq; diſcipuli »
eius aſcenderunt in nauiculas (illas quæ ſuperuenerunt) & venerunt Capharnaum quærentes »
Ieſum. Et cum inueniſſent eum⌋ trans mare in Capharnaum vel prope, ⌊dixerunt ei (cũ ad- »
miratione) Rabbi quando huc veniſti⌋ id eſt, quando & quomodo tranſuadaſti hoc mare, ſi- »
ne nauigio, vel per quem modum veniſti ad locum hunc, cum ſciamus te non intraſſe cum diſ-
cipulis tuis, vnicam illam nauiculam. ⌊Reſpondit eis Ieſus⌋ non ad interrogationem eorum, »
vel quia indigni erant audire tantum myſterium, vel quia non credidiſſent, vel quia nõ fuit eis
neceſſe hoc ſcire. Idcirco primo redarguit carnalitatem eorum, & deinceps moralem doctri-
nam propoſuit, ⌊& dixit: Amen amen dico vobis, quæritis me non quia vidiſtis ſigna⌋ id eſt, »
non propter ſpiritualem rationem, non ex admiratione ſyncera, ac vera dilectione mirabiliũ
operum dei, ⌊ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis⌋ hoc eſt, ex affectu carnali, & »
auiditate alimoniæ corporalis, cupientes frequentius ſatiari à me ſine veſtro labore. ¶Do-
Pſal. 7 minus Ieſus ſcrutans corda & renes, diſcretor intentionum, vidit interiorem imperfectionem E
iſtorum, qui voluerunt eum regem facere propter corporalia commoda, vt otioſam, delitio-
ſamq; ſub eius dominio agerent vitam, putantes quòd ſemper poſſet eos vſque ad ſatietatem
nutrire, ſine ipſorum ſolicitudine ac labore, qui ſemel tam mirabiliter pauerat ipſos, ideo eum q̃-
rebant, atque redargui meruerunt. Non eſt tamen putandum, quòd omnes fuerint tales, quia
nonnulli ex deuotione, pijſq; cauſis eum comitabantur. ⌊Operamini⌋ hoc eſt, operando ac- »
quirite & adipiſci ſtudete, ⌊non (ſolum vel principaliter) cibum qui perit⌋ hoc eſt, eſcã cor- »
poream, quæ in ſubſtantiam aliti tranſmutatur, amittendo propriam formam, ſicq; corrum-
pitur, ⌊ſed qui permanet in vitam æternam.⌋ id eſt manducantem confortat, in ipſoq; per- »
manet, quouſque perducatur ad patriam, ⌊quem⌋ cibum ſpiritualem animas vitaliter refici- »
entẽ, ⌊filius hominis dabit vobis.⌋ ¶Cibus iſte intelligi poteſt ipſum verbum incarnatum, »
Matt. 6 vel corpus dominicum, vel actio virtuoſa, & quicquid ſpiritualiter alit mentem, perducens e-
am ad vitam beatam. Primo enim quærendum eſt regnum dei & iuſtitia eius, & deinde licitũ
eſt, cum moderata ſolicitudine ac labore honeſto, quærere ſuſtentaculum vitæ, eſcam, potũ,
2. Theb. 2. veſtitum & domum, præſertim cum dicat apoſtolus: Qui non laborat nec manducet. Et pſal-
Pſal. 127. miſta: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Hinc vero quod
nunc loquitur Chriſtus. Operamini non cibum qui perit, concordat quod ait apud Matthæ-
Matt. 6 um: Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Et
aliud nihil intendit per hæc, niſi vt tanto ſolicitiores ſimus pro interna refectione, ſpũali con- F
fortatione, gratioſa pinguedine animæ quàm corporis, quanto præſtantior eſt immortalis a-
nima ſummæ trinitatis imagine decorata, vili iſto ac corruptibili corpore. Et quanto maius
damnum imminet, ſi anima negligatur, quàm ſi corpus maceretur. Denique ſicut leccatores
non contentantur qualicũq; alimento, ſed delicatiſſima fercula quærunt, ſic nos ſi veri religioſi
ſumus, non debemus inferiorum virtutum actionibus, animas noſtras tantum vel præſertim
reficere, ſed nobiliſſimorum virtutum æpulas deguſtare, inſiſtẽdo præcipue actibus fidei, ſpei
& charitatis, deinde actibus latriæ, aliarumq; virtutum cardinalium. Sed ad talia nemo idone-
us eſt, niſi per virtutes morales fuerint in eo paſſiones reformatæ, vitiaq; extincta. ⌊Hunc e- »
nim⌋ cibum ſpiritualem. ⌊pater ſignauit deus,⌋ hoc eſt, deus pater præcipue requirendum »
oſtẽdit. Vel, hunc filium hominis pater ſignauit deus, id eſt, hominibus per incarnationis my-
ſterium demonſtrauit, quatenus cibum ſpiritualem nobis conferret. Signauit quoque pater ſi
Matt. 3. lium ſuum in baptiſmo. Hic eſt inquiens filius meus dilectus, & per columbam atque per alia
Iohan. 1. teſtimonia, quibus probatur Ieſus eſſe Chriſtus filius dei. ⌊Dixerunt ergo ad eũ Iudæi: Quid »
faciemus vt operemur opera dei?⌋ id eſt, quid agendo erimus deo obedientes, ſeu opa ei pla- »
centia exequentes, vt prædictum panem ſpiritualem conſequi mereamur? ⌊Reſpondit Ie- »
ſus & dixit eis: Hoc eſt opus dei,⌋ hoc eſt, actio placita deo, & donum ipſius quo panis iſte »
acquiritur, ⌊vt credatis in eum quem miſit ille,⌋ id eſt, credere in me Ieſum Chriſtum miſſum »
à deo patre ſeu trinitate. Sumuntur itaque hoc loco facere & operari multum late atque com-
muniter, prout oẽm actũ interiorẽ & exteriorem includũt, ita quòd interior fidei actus voce-
Eſaiæ. 26. tur opus & factio dei, quoniam donum ipſius eſt qui fidem ipſam infundit, & omnia opera no
ſtra

A ſtra operatur in nobis.⌊Dixerunt ergo ei:Quod tu facis ſignum,vt videamus & credamus ti-
bi?⌋ hoc eſt,quod miraculum tam præclarum ac ſingulare operaris, vt illo conſpecto creda-
mus tibi tanquàm regi Meſſiæ & Chriſto filio dei?⌊Quid operaris?⌋ id eſt,nil tale facis,pro-
pter quod dignum ſit tibi ſic credere.¶Superius dictum eſt,quòd crediderũt in Ieſum viſo mi
raculo quinque panum.Quomodo ergo nunc reprehenduntur de incredulitate? Et reſpon-
dendum,quòd loquuntur ſicut homines paſſionati, qui ſecundum omnem ventum mutan-
tur,vnde ſatiati quaſi blandiendo dixerunt:Hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mun-
dum,nunc vero increpati dicunt.Quid operaris.Imperfecta ergo atque inſtabilis fuit fides e-
orum de Chriſto,& forte quæ dicta ſunt de credentibus, & iſtis, non ſunt referenda ad eoſ-
dem.In tanta enim turba erant diuerſi diuerſimode ſentientes.Quòd autem Chriſtus nil ope
retur comparatione Moſi probant.⌊Patres noſtri manna manducauerunt in deſerto, ſicut
ſcriptum eſt⌋ in pſalmo, quantum ad ſenſum. ⌊Panem de cœlo dedit eis manducare⌋ tan- Pſalm.77.104.
quam dicerent.Tu nos ſemel ſatiaſti multiplicando panes ordeaceos,ſed quid eſt hoc reſpe-
ctu cibationis patrum noſtrorum egredientium de Aegypto,qui quadraginta annis refecti
ſunt pane cœleſti ſub Moſi principatu ſecundum quod Exodi ſextodecimo dominus di-
xit:Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. ⌊Dixit ergo eis Ieſus: Amen amen dico vobis, Exodi 16.
non Moſes dedit vobis,⌋ hoc eſt,patribus veſtris,⌊panem de cœlo.⌋

¶Hoc tripliciter verum eſt. Primo,quoniam Moſes non dedit eis hunc panem, ſed de-
us omnipotens miniſterio angelorum formauit,dedit ac pluit manna.
Secundo,quoniam panis ille, non deſcendit de cœlo proprie dicto ,videlicet de cœlo em-
B pyreo,ſydereo,ſeu aliquo orbe cœleſti,altioris naturæ præ elementis,ſed de cœlo aereo.
Tertio,quoniam manna non fuit panis verus, ſed figuralis ac typicus . Sed ſciendum quòd
verum quandoque diſtinguitur contra fictum ſeu falſum,& ſic fuit verus panis . Quando-
que autem contra figuratiuum,ſic non erat verus panis,ſed typicus,præfigurans panem cœ-
leſtem ac ſpitritualem,qui datur nobis in ſacramento, de quo ſubditur, ⌊ſed pater meus dat
vobis⌋ quantum in ſe eſt,hoc eſt,paratum ad dandum ſe exhibet,⌊panem de cœlo verum⌋
non figuralem tantum. Et quis ſit panis ille ſubiungitur. ⌊Panis enim dei, ⌋hoc eſt , à deo
patre datus,⌊eſt(ille)qui deſcendit de cœlo.⌋ id eſt,vnigenitus filius dei, ſeu verbum incar-
natum,⌊& dat vitam(gratiæ)mundo,⌋ hoc eſt,hominibus in ipſum credentibus . Ipſe igi-
tur Chriſtus eſt verus panis,mentem reficiens, tam ratione ſuæ diuinitatis , per quam refi-
cit angelos,& gratiam cauſat in nobis,tam ratione ſuæ humanitatis , cuius virtute & meri-
to, omne ſpũale bonũ cõſeqmur , quaſi per cauſam mediatã ac inſtrumentalẽ,quia de pleni-
tudine eius omnes accipimus,gratiam pro gratia,vt dictum eſt primo capitulo.Denique pa- Iohan.1
nis iſte deſcendit de cœlo empyreo, in quo deus ſpecialiter habitare cenſetur , non locum
mutando,ſed noſtram naturam induendo,ſeq́; hominibus viſibiliter oſtendendo . Et quo-
niam anima Chriſti fuit creata à deo,& corpus eius immediate formatum à ſpiritu ſancto,
poteſt dici quòd etiam ſecundum aſſumptam humanitatem deſcendit de cœlo,ſecũdum ſen-
ſum expoſitum.⌊Dixerunt ergo ad eum (carnales Iudæi) domine ſemper da nobis panem
hunc.⌋ Non petierunt panem cœleſtem,de quo Chriſtus loquebatur ſed corporalẽ, de quo
eum loqui putabant. Optabant enim corporaliter reſici pane meliori quàm fuerat manna.
C Et ſicut mulier Samaritana non intellexit Chriſtum loquentem de aqua ſpirituali, ſed di- Iohan.4
xit.Domine da mihi hanc aquam ,vt non veniam huc haurire nec ſitiam, ſic iſti non intelle-
xerunt Chriſtũ loquẽtẽ de pane ſpũali, ſed dixerũt,da nobis ſemꝑ hunc panem, videlicet vt
ſine labore & cura tam optimo pane veſcerentur. ⌊Dixit autem eis Ieſus: Ego ſum panis
vitæ⌋hoc eſt,conferens vitam gratiæ in via,& vitam gloriæ in patria. Nec ſolum conſer-
uo ac roboro vitam iſtam,ſicut cibus corporeus conſeruat atque fortificat vitã naturæ præ-
ſentem,ſed etiam cauſo vitam hanc ſpiritualem cum deeſt,quod cibus corporalis non va-
let efficere,quantum ad vitam naturæ.⌊Qui venit ad me , non eſuriet, & qui credit in me,
non ſitiet in æternum.⌋Huic ſimile eſt quod ſupra dixit ſaluator : Qui biberit ex aqua quam Iohan.4
ego dabo,non ſitiet in æternum,quod illic prolixe,diuerſiſq́; modis expoſitum eſt,quibus ꝑ-
lectis,patet intellectus loci præſentis. Qui enim venit ad Chriſtum per charitatem & grati-
am,non eſuriet poſt hanc vitam , quoniam ſatiabitur ſacietate æterna,cum viderit deum per 1.Iohan.3.
ſpeciem,nec ſitiet in æternum , quamuis ad tempus ſitiat durante vita præſenti , in qua beati Matt.5
ſunt qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. In futuro etenim ſeculo inceſſanter potabitur torrente Pſal.35
voluptatis dei,vbi fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Pſal.45

¶Quomodo autem intelligi poſſit quantum ad vitam pręſentem,quòd ſcilicet veniens ad
Chriſtum & credens in ipſum non ſitiat neque eſuriat in præſenti, & quomodo hoc non Eccle.24
diſcordet ab eo,quod in Eccleſiaſtico inducitur:Qui edunt me , adhuc eſurient, & qui bibunt
me,adhuc ſitient, eluceſcit ex dictis in expoſitione quarti capituli.

¶Deinde Chriſtus oſtendit, ꝙ quantum in ſe fuit, ipſe obtulit panē vitæ Iudæis, ſed ipſi pro- D
pter ſuā incredulitatem, eum nō guſtauerūt. ⌊Sed dixi vobis, qa(.i.ꝙ) & vidiſtis⌋ me oculo
corporali ſcd̄m ꝙ homo ſum, ⌊& nō credidiſtis verbis meis⌋ nec in me ꝙ ſim vnigenitus fi
lius dei, & Chrūs vobis ꝓmiſſus. Obtuli ergo vobis hūc panē, oñdendo vobis meipm̄, ſed nō
mādūcaſtis, qa nō credidiſtis, q em̄ credit mādūcat. Sed ne putaremus oēs Iudęos deſerēdos
vel ꝓpter illoꝝ incredulitatē, miam dei euacuandā, declarat qbus dādus ſit panis iſte vitalis
atq; viuificus. ⌊Om̄e (genus hoim) q̊d dat mihi pr̄⌋ .i. quos pr̄ per inſpirationē internā in-
Roma.8 clinat ad me. Vel q̊s ab æterno elegit, ac p̄deſtinauit in me, vt potè q̊s decreuit p meā incarna
tionē ac paſſionē ſaluare, ⌊ad me veniet⌋ nūc p fidē & grām, in futuro aūt p beatificā viſio-
nem, imò & p localē ſui exaltationē vſq; ad cœlū empyreū. De his nēpè dicit Apoſtolus ad
Ephe.1 Epheſios: Deus elegit nos in Chriſto ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & imma
Pſalm.2 culati in cōſpectu eius. Et in Pſalmo ait pater ad filium: Poſtula à me & dabo tibi gentes hæ
reditatem tuam &c. ⌊& eum qui venit ad me⌋ per mentis ſuæ cōuerſionē, fidem & charita-
tem, vel qui facit quod in ſe eſt, quàmuis nondū grām habeat ⌊non eijciam foras⌋ .i. nō ſepa
rabo eū à grege electoꝝ meoꝝ, nec à pietate mea eū excludā, ſed incorporabit mihi. Et ſi
Acto.10 pr̄ meus dederit eū mihi modo p̄tacto, finaliter ſaluus erit. Nō em̄ eſt Chriſtus pſonaꝝ acce
ptor, ſed in om̄i gente q timet eum & operat iuſtitiā acceptus eſt illi. Ecce quanta eſt miſeri-
cordia ſaluatoris. Nullum quātumcūq; abiectū vel impiū deſpicit, aut relinquet, ſi conuertat
ad ipm̄, faciendo quod in ſe eſt. Cuius rō ſubdit: ⌊Quia deſcēdi de cœlo⌋ humanā naturam
aſſumendo vt dictum eſt plenius: ⌊nō vt faciā voluntatē meā⌋ .i. proprium beneplacitum,
⌊ſed voluntatē eius q miſit me⌋ puta pr̄is cœleſtis. ¶Quomodo intelligēdū eſt hoc? Nōnē
pr̄is & filij ſcd̄m naturā diuinā, eſt vna numero voluntas, ſicut & vna eſſentia. Quod em̄ di- E
citur abſolute, in tribus pſonis nō numerat, ſed voluntas Chriſti humana, fuit diuinę volun-
tati inflexibiliter ſubiecta, vnita, & conformata, nō ſolum propter beatificā fruitionem ani-
mæ Chriſti, ſed inſup propter hypoſtaticā humanæ naturæ vnionē cū verbo. Et rñdendū,
ꝙ Chriſtus loquit de voluntate humana, quæ licet fuerit deo ſemp cōformis, nō tn̄ Chriſtus
fecit eā inquantū fuit ſua, ſed inquantū erat volūtati paternæ ſubiecta. Idcirco formal'r dicit
voluntatem patris feciſſe, quoniā illa fuit ratio ob quā fecit quod ſuæ voluntati humanæ cō-
placuit. Vnde Chriſtus loqui videt ſcd̄m generalē modū loquendi, ſcd̄m quem aliquis ſubdi
tus vel amicus dicit de ſuo prælato vel dilecto. Non facio quod mihi placet, ſed quod illi, q̃-
uis quicquid placuerit illi, ſibi quoq; ſummè complaceat. ¶Quęrit cum deus ſit ſua voluntas
quomodo poteſt quis facere voluntatem dei, cum nullus poſſit facere deum. Et reſpōdendū
ꝙ voluntatē dei dicimur facere, dum eius p̄ceptis paremus, vel cōſilijs acquieſcimus. Frequē
ter em̄ ſumit voluntas pro ſigno volūtatis, vt; pro p̄cepto vel cōſilio, vel pro re volita. ¶De
niq; verbis iſtis incōparabilis nobis cōmendat humilitas Chriſti, q cum ſit verus deus, patri
æqualis, tam humiliter aſſerit ſe veniſſe, nō vt propriā impleat voluntatem, ſed patris. Con
fundit ergo & condemnat ſupbia noſtra, rebellio noſtra, duritia noſtra, qui ad murmuran-
dum, repugnandum, & intumeſcendum, tam proni conſiſtimus. Contemplemur igit effica
citerq; ſectemur caput noſtrum, propriam voluntatem penitus abnegantes, ſcd̄m ꝙ ipſe ali-
Lucæ.9 bi docet: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipm̄, & tollat crucē ſuā q̊tidie, & ſequat me.
Quo em̄ ſyncerè propter deum propriam voluntatē magis relinquimus, frangimus, abnega
mus, eò amplius deus ſeipſum ingerit nobis, ita ꝙ eum poſſidere incipimus, & noſtris deſide F
Eſa.58 rijs acquieſcit, offerēs ſe copioſimè mentibus noſtris. Vnde Eſaias inducit: Si glorificaueris
dominum dum non inuenit voluntas tua, tunc delectaberis ſuper domino, & ſuſtollam te ſu-
per altitudinem terræ ait dominus. Hanc abnegationem efficit vera charitas dei, quoniam
Dionyſius amor ſecundum Dionyſium non ſinit amantem eſſe ſuijpſius, ſed amati. ⌊Hæc eſt autem vo
luntas (hoc eſt, res placens ac volita) eius qui miſit me patris, vt omne quod dedit mihi⌋ mo
do iam explanato ⌊nō perdam ex eo⌋ hoc ē nullum electorum perire permittam, quia & ſi
Pſalm̄.36 ad tempus errauerit, finaliter perire non valet. Propter quod fertur in Pſalmo: Cum cecide
Pſalm̄.117 rit non collidetur, quia dominus ſupponit manum ſuam. Rurſuſq;: Impulſus euerſus ſum vt
caderem, & dominus ſuſcepit me, ⌊ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die,⌋ hoc eſt, in die iu-
Iob 19 dicij vniuerſalis. De quo ſanctus Iob ait: In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Om̄es qp-
pe reſurgemus, nec dubium quin p om̄ipotētiam Chriſti in momēto, in ictu oculi, in nouiſſi
1.Cor.15 ma tuba ſcd̄m Apoſtolum: Dies aūt iudicij appellat nouiſſimus, quia extunc motus cœli ceſſa
bit, & per conſequens tempus quod eſt menſura motus cœleſtis. Tempore aut ceſſante, ceſſa
bunt dies, & nox propriè ſumpti. ⌊Hæc eſt em̄ voluntas patris mei, qui miſit me, vt omnis q
videt filium (per contemplationem fidelem) & credit in eum⌋ per fidem formatam. Loqui
tur autem de viſione ænigmatica, non de viſione clara per ſpeciem. Viſio em̄ dei p ſpeciem
1.Cor.13 fidem excludit. De viſione vero iſta obſcura dicit Apoſtolus: Videmus nunc p ſpeculum in
ænigmate, & nūc cognoſco ex parte, ⌊habeat vitā æternam⌋ pro mercede in pr̄ia .i. claram
notitiam

A notitiam dei. Viſio enim per ſpeciem eſt tota merces. Patet ergo quòd voluntas patris eſt ſa- 1. Theſſ. 4.
lus, conſeruatio atq; redemptio noſtra. Vnde etiam proteſtatur apoſtolus: Hęc eſt volũtas dei
ſanctificatio veſtra, ſed quia vita iſta æterna, eſt ſubiectiue in anima, idcirco de corporis glo-
rificatione adiecit. ⌊Et ego reſuſcitabo eum⌋ hoc eſt, de morte naturæ ſeu ſomno mortis, ip-
ſum excitabo, corpus reſolutum, in cineresq; redactum redintegrando, eiq; animam copulã-
do, vt beatitudo animæ mox redundet in corpus, & vtrumque pariter glorificetur. ⌊Murmu
rabant ergo Iudæi de illo, quia dixiſſet: Ego ſum panis qui de cœlo deſcendi, & dicebant. Nõ-
ne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit, qa
deſcendi de cœlo?⌋ Iſti Iudæi increduli multipliciter errauerũt. Primo, quia murmurabãt, in Exod. 15.
quo imitati ſunt patres ſuos, qui deum grauiſſime offendiſſe leguntur, murmurando contra Exodi. 16
eum in ſolitudine. Verba enim quæ iſti intelligere propria ſubtilitate non poterant, debebant Exodi. 17
humiliter inueſtigaſſe ac didiciſſe, nec debuerunt ambigere de veritate loquentis, cuius in tan- Nume. 16.
tis miraculis experti erant ſanctitatem atque potentiam, aſſiſtentiamq; diuinam. Secũdo, quia
putabant Ieſum naturali ordine ex commixtione viri ac fœminæ natum. Et ergo putabant
quòd Ioſeph eſſet pater eius carnalis. Mariam quoque à viro cognitam reputabant. Tertio,
quoniam æſtimabant Ieſum eſſe purum hominem, idcirco non deſcendiſſe de cœlo, quia na-
tus in terra ex homine. ⌊Reſpondit ergo Ieſus & dixit: Nolite murmurare inuicem,⌋ quoni-
am grande peccatum eſt, Itaque nolite murmurare quaſi aliquid falſi dixerim. Nec tamen mi-
rum ſi murmuratis, & vtriuſque ratio ſubditur, ſcilicet quòd verba Chriſti nullam falſitatem
continebant, & quòd mirum non fuit murmurare Iudæos. ⌊Nemo poteſt venire ad me,⌋ id
B eſt, non ſolum nõ venit, ſed nec poteſt venire ad me interiori acceſſu per fidem & charitatem,
⌊niſi pater qui miſit me traxerit eum,⌋ hoc eſt, per ſuam charitatem & pietatem inclinauerit
atque perduxerit mentem eius ad me, infundendo ei fidem & gratiam, quibus mihi ſpiritua- Roma. 9
liter vniatur & incorporetur. Non eſt enim volentis neque currentis, ſed dei miſerentis, cu-
ius donum eſt omne bonum quod ineſt nobis.

¶ Tractus iſte interior eſt, non violentus neque coactus, ſed amoroſus atque ſpontaneus, ex
diuina charitate procedens. Deus namque mouet vnumquodque ſecundum propriam ſuam Rõnalis crea-
naturam. Rationalem ergo creaturam, conuertit & mouet ad Chriſtum intellectualiter, ſpon- tura libere mo-
te ac libere. Denique tractus iſte, inter charitatem trahentis & vnionẽ tracti, cum ipſo eſt me- uetur.
dius, ſine quo tractu nihil poſſumus, quia cum Chriſtus ſit finis noſter, ſeu terminus ſuperna-
turalis, nõ poſſumus ad ipſum moueri ſiue pertingere, niſi aliunde trahamur, puta à patre cœ-
leſti, imo à tota trinitate, cuius indiuiſa ſunt opera, ſicut nec terra poteſt aſcendere, niſi ab alio
eleuetur. Et cum homo ſit grauis, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & pote- Sapie. 9.
ſtas eius infirma, quia non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis, via quo-
que longa, periculoſa atque difficilis, nam & arta eſt via, anguſtaq; porta, quæ ducit ad vitam, 2 Cor. 3.
patet quòd maxime indigemus hoc tractu, ideo ſemper dicamus cum ſponſa. Trahe me poſt Matth. 7.
te. ¶ Præterea tractus iſte ex diuina vt dictum eſt charitate procedens, iuxta illud Hieremiæ: Cantic. 1.
In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans, tripliciter fit. Quoſdam etenim tra- Hiere. 31
hit deus flagellis, quæ tamen ex dilectione infliguntur, domino conteſtante: Ego quos amo, Apoca. 3.
arguo & caſtigo. Propter quod ait Oſeas: In funiculis Adam traham eos in vinculis charita- Oſee. 11.
C tis. Iſti funiculi ſunt pœnalitates originale peccatum ſequentes, quibus affligimur, & ad deum Pſalm. 12
conuerti monemur. Quoſdam vero trahit deus beneficiis, vt eum qui dixit: Cantabo domi- Pſalm. 115
no q tribuit mihi bona. Et: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi. Eſaiam Eſaie. 63
quoq; audi dicẽtẽ: Miſerationum domini rceordabor. Laudem domini ſuper omnibus quæ
reddidit nobis dominus, & quæ largitus eſt nobis ſecundum indulgentiam ſuam. Quoſdã ve-
ro trahit promiſſis, vt qui contemplatione præmiorum cœleſtium conuertuntur, quẽadmodũ
de Moſe dicit apoſtolus ad Hebræos, ꝙ aſpexit in remunerationẽ. Et pſalmiſta: Inclinaui (in- Hebr. 11
quit) cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem. ¶ Aliqui Pſal. 118.
inſuper trahuntur ſolo amore dilecti, à quibuſdam additur quintus modus trahendi, qui eſt ꝑ
occultam virtutem ſpiritus ſancti & inſpirationem internã. Sed iſte modus generalis eſt om̃i-
bus præinductis, quoniã ſine occulto influxu ſiue inſtinctu ſpiritus ſancti, nec flagellis, nec do-
nis, neq; promiſſis, nec aliquo alio modo traheremur ad Chriſtum. Illa autem tractio qua tra-
himur ad deum, ſolo eius amore, præſtantior eſt atq; diuinior, imo omnino deifica eſt, qa per
eam ad deum conuertimur, eumq; diligimus, honoramus, exquirimus, quoniam in ſeipſo na-
turaliter atq; totaliter bonus, ſanctus, ſummus, perfectus. Vnde hoc ipſum ad filios ſpectat cha Leuit. 19.
riſſimos. ⌊Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die⌋ Quid eſt hoc? Nonne & eos quos pater
non trahit ſuſcitaturus eſt filius? ¶ Cur ergo quaſi pro præmio ſpondet tracto, ꝙ ſuſcitabit eũ 1. Cor. 15
in die nouiſſimo? Et reſpondendum iuxta apoſtolum, quòd omnes vtiq; reſurgemus, ſed non
omnes immutabimur. Nunc ergo loquitur Chriſtus de ſuſcitatione beatæ immutationis, hoc
eſt glorificationis in carne, quoniã anima propter naturalem inclinationem ad corpus, nõ eſt
perfe-

perſecte beata, donec corpori glorificando reuniatur. Vel potius glorificato fuerit copulata D
¶ Inſup probat Chriſtus teſtimonio prophetarũ, ꝙ multi ſint patre trahēte conuertendi ad
ipſum. ⌊ Eſt ſcriptum in ꝓphetis (.i. in libris eorũ) Erunt (tpe grãæ) oẽs (homines) docibiles „
dei ⌋ .i. apti doceri, vł docti à deo. Sic tñ vt ſit diſtributio ꝓ gñibus ſingulorũ nõ ꝓ ſingulis ge „
Pſal.71 nerũ, quõ alibi dr̃. Et bñdicent in ipſo oẽs tribus terræ. Et itẽ in Daniele: Oẽs gẽtes trib⁹ & lin
Danie.7 guę ſeruiẽt ei, cũ tñ cõpatõe aliorũ pauci ſint q Chr̃o veraciter ſeruiũt, ſicut ſunt pauci electi.
Mat.22 Vñ ad inſinuãdũ, ꝙ poſt incarnatiõnẽ filij dei, ꝑ ꝓdicationẽ euãgelij, eẽnt incõpabilr̃ plures
diuinitus illuſtrãdi atq; ad Chriſtũ conuertẽdi, q̃ ante dicta ſunt verba ꝓallegata, & ꝙ nunc
Chr̃us allegat: Erũt oẽs docibiles dei. ¶ Quocirca ſciendũ, ꝙ Chr̃us, Apl̃i & Euãgeliſtæ fre
quenter allegãt ſcripturas veteris teſtamẽti potius quãtum ad ſenſum, q̃ quo ad formã ver
borũ. Vnde ꝙ dicit nũc: Erũt oẽs docibiles dei, inuenit nõ ſolũ in vno propheta, ſed in mul
Eſa.11 tis, quantũ ad ſenſum, q̃uis in nullo inueniat, quo ad formã ſermonis. Scriptũ eſt em̃ in Eſaias
Eſa.54 Repleta eſt terra ſc̃ia dñi, quaſi aquæ maris operiẽtes. Et rurſus: Ponã oẽs filios tuos doctos
Hiere.31 à domino. Hieremias quoq;: Omnes à maiore eorum vſque ad minorem cognoſcent me.
⌊ Omnis (homo viator) qui audiuit (auribus cordis) à patre, ⌋ intus loquẽte, i. diuinũ inſtin- „
ctum aduertit ⌊ & didicit ⌋ ꝑ inſpirationẽ internã .i. quę pr̃ docuit, de his quæ ſpectãt ad ſi- „
Pſalm.84 dem, qualis fuit q ait: Audiã quid loquat in me dñs deus ⌊ venit ad me ⌋ ꝑ ſidẽ & opationem „
Pſalm.93 per charitatẽ & obedientiã. Ideo dicit Propheta: Beatus homo quẽ tu erudieris dñe, & de le
ge tua docueris eum. Non ergo ad cõuerſionẽ hominis ſufficit vox ꝓdicationis, niſi fuerit de
Thomas ad. us interius inſtruẽs. ¶ Deniq; Thomas in ſumma cõtra Gentiles redarguit Origenẽ dicentẽ,
ꝙ deus dicit cauſa bonorũ noſtrorũ ſolũ, q a eſt cauſa habituũ infuſorũ, ꝑ quos meritorie ope- E
ramur, videlicet, gratiæ habitualis ſidei, ſpei, & charitatis. Dicit itaq; Thomas, quòd etiam
Eſa.26 quandoq; deus eſt proxima cauſa actionum noſtrarum interiorũ Eſaia teſtante qui ait: Do-
Phil.2 mine dabis pacem nobis. Omnia em̃ opa noſtra opatus es in nobis. Et item Apoſtolus: De-
us eſt q operat in vobis & velle & proficere pro bona voluntate. Hoc eſt ex ſua pietate vo-
Thomas ad. luntaria, voluntateq; pia, non meritis veſtris. Dicit inſuper Thomas, ꝙ ſemp acquieſcimus,
actuali inſpirationi, quæ nobis à deo infundit. Et fundat hoc verbum Thomæ in authorita-
Auguſtinus te Auguſtini, dicentis: Gratia quæ occulte humanis cordibus, diuina largitate tribuitur, à
nullo corde duro reſpuitur, quoniam ideo datur, vt duritia cordis penitus auferatur. Ad pro
poſitum igitur: Omnis qui audiuit, didicitq; à patre, hoc eſt actualem illuſtrationem imme-
diate à deo percepit, venit per conſenſum ad Chriſtum, quoniam omnis talis veraciter ac-
quieſcit, non tamen omnis talis ſaluatur, ſed qui prædeſtinatus eſt finaliter perſeuerans. Sed
ne ex verbis inductis aliquis æſtimaret deum patrem eſſe oculo carnis viſibilem, vel intelle-
ctu comprehenſibilem, addidit Chriſtus. ⌊ Non quia patrem (æternum) vidit quiſquàm, ⌋ „
hominum oculo corporali, vel etiã intellectuali, loquendo de viſione cõprehenſionis ꝑfectę,
quia ſic ſolus deus comprehendit ſeipſum, immenſus immenſum. Loquendo autem de viſio
ne dei per ſpeciem quam habent ſancti in patria, ſic nullus purus viator vidit deum viſione fi-
xa ac cœliformis, quàmuis Moſes & Paulus credantur deum in hac vita vidiſſe per ſpeciem
Supra ca.1. in raptu quodam, non diu durante. De hoc dictũ plenius primo capitulo, ſuper illud: Deum
nemo vidit vnquàm. Sed quoniam Chriſtus hæc proferens homo fuit, ne Iudæi putarent eũ F
non vidiſſe patrem, ſubiecit: ⌊ niſi is qui eſt à deo, ⌋ hoc eſt, filius natus à patre, vel miſſus à „
deo trinitate. Filius enim inquantum homo, miſſus ac originatus eſt à ſeipſo ſecundum quòd
deus. ⌊ Hic vidit patrẽ ⌋ viſione perfectæ comprehenſionis, inquantum eſt deus, & item vi- „
ſione beatificæ fruitionis, ſecundum quòd homo ab incarnationis exordio. Ex hoc ſequi vi-
detur, quòd Chriſtus non loquitur de viſione corporali, quia ſic nec ipſe videt patrem.
¶ Porrò per hoc quod ait: Niſi is qui eſt à patre non excluditur ſpiritus ſanctus quin & ipſe cõ
1.Cor.2 prehendat patrem, cum dicat Apoſtolus, ꝙ ſpiritus ſcrutatur profunda dei. Et quæ dei ſunt,
nemo nouit niſi ſpiritus eius. ⌊ Amẽ amẽ dico vobis, q credit in me ⌋ Fide, charitate ornata. „
⌊ habet (nũc) vitã æternã ⌋ in ſpe, in merito, in radice, in diſpoſitõe propinqua. Habet em̃ cau „
ſam meritoriã, ſpemq; idoneã ingrediẽdi vitã æternã, ſeu obtinẽdi beatificã diuinæ eſſentiæ
viſionẽ. Vel habet vitã grãæ realiter in ꝓſenti: Qui em̃ credit in Chr̃m habet Chr̃m. Et vtiq;
Iohan.14 Chr̃us eſt vita æterna, quẽadmodũ cõteſtat: Ego ſum via, veritas & vita. Iohannes quoq; in
1.Iohan.5 ptima ſua ait Canonica: Hic eſt verus deus & vita æterna. ⌊ Ego ſum panis vitæ ⌋ ſubſtantia
liter atq; cauſaliter. Panis ſum omnia paſcens, non tñ in queñ cõuertor, aut mutor, ſed fide
liter mãducantẽ cõuerto in me, ſum etiã panis vitæ, q a ſumẽtibus digne do vitã grãæ in ꝓſen
ti, & vitã gloriæ in futuro. De hoc verbo ſuperius dicta ſunt plura. Deinde inanem gloriatio
nem Iudæorũ de manna ꝓſumentium Chriſtus euacuat. ⌊ Patres veſtri mãducauerũt manna „
in deſerto, & mortui ſunt. ⌋ Palàm eſt, ꝙ mortui ſunt morte naturæ. Sed quia mox ſubdit: „
⌊ Hic eſt panis de cœlo deſcendens, vt ſi quis manducauerit ex ipſo non moriatur ⌋ Certum „
eſt, ꝙ loquit de morte culpæ. Hoc em̃ Chriſtus adiecit, diſtinguẽdo inter panem vitæ quem
ipſe dat,

A ipſe dat, & manna, ſed nunquid omnes patres Iudæorum, qui manna edebant, mortui ſunt morte culpæ? Nõ vtiq;. Quia nec Moſes, nec Aaron, nec Ioſue, nec cæteri iuſti, illius exercit⁹. Loqtur ergo ſaluator de patribus Iudæorũ, q̃rũ veſtigia iſti ſectabantur, puta incredulis ſeu puerſis, q dixerũt. Anima noſtra nauſeat ſup cibo iſto leuiſſimo. Illis quippe fuit panis ille inſipidus. Iuſtis vero optime ſapiebat, quemadmodum in libro ſapientiæ ſcribitur: Panem de cœlo præſtitiſti eis, omne delectamentũ in ſe habẽtẽ, & omnis ſaporis ſuauitatẽ, ad q̃d eñ quiſq; volebat, cõuertebaẽ. De illis vero carnalibus tñ, nõ carnalib⁹ ſimul & ſpũalibus patrib⁹ loqtur Chriſtus Iudæis alio loco. Murmuratores filij murmuratorum implete menſuram patrum veſtrorum. Subditur ergo de pane vero vitali, non figurali dũtaxat, quamuis & panis vitæ quem dat Chriſtus ſit aliquo modo figuratiuus illius panis cœleſtis in patria, de quo in Luca habetẽ: Beatus qui manducabit panem in regno dei. ⌊Hic⌋ panis vitæ, de quo dictum eſt, vtpote verbũ, vel corpus dominicum, ⌊eſt panis de cœlo deſcendens⌋ Verbum enim deſcendit per incarnationem, & noui effectus productionem. Corpus autem deſcendit, quia virtute ſpũs ſancti formatum, non quia de cœlo allatum. Deſcendens inquam ad hoc, ⌊vt ſi quis manducauerit ex ipſo⌋ manducatione ſacramentali & ſpirituali ſimul, vel ſpũaliter dumtaxat, de quibus in ſequenti articulo plenius dicam deo præſtante, ⌊non moriatur⌋ morte culpæ in præſenti, vel morte damnationis æternæ in futuro, quæ eſt mors ſecunda.

Nume. 21
Sapiæ. 16
Matt. 23
Lucæ. 14.
Apoc. 20

¶Elucidatio reſiduæ partis huius capituli. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Articulus decimus octauus.

B SAcramentum Euchariſtiæ inſtituit Chriſtus dupliciter. Primo verbo ſeu aſſertiõe. Secundo facto, ſeu conſecratione. De prima autem inſtitutione nũc agitur. Et quoniam ſacramentum iſtud incomprehenſibiliſſimum, vtiliſſimum'q; conſiſtit, idcirco ad excludendum omnem errorem ac dubitationem Chriſtus apertiſſime tractat de ſacramento hoc ipſo. ⌊Ego ſum panis viuus⌋ quia ſecundum naturam diuinam eſſentialitar vita ſum, viuens in meipſo, & vitam gratiæ, vitam'q; gloriæ cauſo in alijs, omnes electos reficiens & cõfortans. Porro ſecundum naturam aſſumptam ſum panis viuus, quoniam propter vnionẽ cũ verbo habeo plenitudinem omnium gratiarũ, & gloriã perfectiſſime fruitiõis in deo, atq; per corpus & ſanguinem meum, fidelium animas alo ac poto gratiam illis præſtando, per modũ cauſæ inſtrumentalis ac meritoriæ. Humanitas etenim Chriſti eſt inſtrumentum animatũ cõiũctum ac proprium verbi, per quod, & cuius virtute ac merito omnia diuina nobis præſtantur gratiarum chariſmata, ſicut & corpus noſtrum eſt inſtrumẽtum animatum, vnitũ & proprium animæ rationalis, per quod anima agit & effluit, ⌊qui de cœlo deſcendi⌋ per incarnationis myſterium, & noui effectus productionem, non per localem deſcenſum, vt dictum eſt ſæpius. ⌊Si quis manducauerit⌋ non ſacramentaliter tantum, ſed ſacramentaliter & ſpũaliter vel ad minus ſpũaliter, cum propoſito manducandi ſacramentaliter cum fuerit oportunum, ⌊ex hoc pane, viuet in æternum⌋ vita ſpũali, quę nunc in ipſo inchoatur, & virtute ſacramenti perficitur, atq; in patria conſummatur. Nunc enim viuit bene agendo per gratiã, & in futuro viuet, deum videndo per gloriæ lumen, dummodo finaliter perſeueret in huius manducationis effectu. Viuet itaq; in æternum, quantum eſt ex parte ſacramenti, quod tantæ efficaciæ eſt,
C vt poſſit vitam æternam influere.

Sacramẽtũ euchariſtię cur Chriſtus inſtituerit.

¶Cũ qlibet cõicans recipiat panẽ iſtũ totũ ac integrũ, nõ partẽ dũtaxat, cur ait, ſi qs manducauerit ex hoc pane, & non potius ſi quis manducauerit hunc panem. Dicendum, quòd ad inſinuandum quod panis iſte inconſumptibilis eſt nunquàm deficiens. ¶Præterea ad intelligendum omnia quæ de iſto ſacramento iam aſſeruntur, oportet ſcire, quòd in ſacramento altaris ſunt tria. Primum eſt ſacramentum tantum, videlicet ſpecies panis & vini poſt conſecrationẽ. Secundum eſt res & ſacramentum, videlicet corpus & ſanguis Chriſti. Tertium eſt res tãum, vtpote gratia ſacramentalis, vel vnitas corporis myſtici. Species itaq; panis & vini dicunẽ ſacramentum, quoniam rei ſacræ ſunt ſignum, videlicet corporis & ſanguinis Chriſti, corpus vero ẽ ſacramentum reſpectu ſui effectus, qui eſt gratia, vel reſpectu ſui ſignati, quod eſt corpus myſticum puta eccleſia. Cum igitur aliquis accipit corpus & ſanguinem ſub ſpeciebus ſacramentalibus, & non participat ſacramenti huius effectum ſcilicet gratiam, atq; eccleſiæ incorporationem, propter ſuam incapacitatem, indignitatem & prauitatem, qua ponit obicẽ gratiæ. Dicitur manducare ſacramentaliter tantum. Cum vero ſumendo ſacramentum, recipit eius ſalutarem effectum, manducat ſacramentaliter & ſpiritualiter. Dum ſortitur effectum pręfatum, nec tamen ſuſcipit ſacramentum, manducat ſpiritualiter ſolum. ⌊Et panis quem ego dabo⌋ per meipſum in cœna, hoc ſacramentum inſtituendo, diſcipulis'q; tradendo, & in ara crucis panem hunc patri offerendo, & deinceps per meos miniſtros, videlicet ſacerdotes, quibus conuenit ſacramentum iſtud conſecrare, atque porrigere alijs, ⌊caro mea eſt,⌋ quæ alit mentem fidelium. Tum, quia verbo vnita, tum, quoniam gratijs plena per redundantiã, & quia diuinitatis, gratiam creantis, eſt inſtrumentum, item'q; merito ſuæ actionis ac paſſionis,

In ſacramẽto Euchariſtiæ q̃ ſint.

⌊pro

⌊pro mundi vita⌋.i.ꝑ ſpirituali viuificatione hominū viatoꝶ in mundo degentiū. Ad hūc D
em̄ finem vt à morte culpæ ac miſeriæ eriperemur, vitā́ꝗ grē & gloriæ cṓſequeremur. De-
dit Chr̄us corpus ſuum in cruce in preciū, & in ſacramēto in edulium, atꝗ remedium. Quo-
tidie quoꝗ dat panem iſtum pro vita noſtra, hoc eſt, ad hoc, vt in vita gratiæ roboremur,
ac ꝑficiamur. Verūtn̄ nō eſt ſic intelligēdū quod ait, pro mundi vita, ꝙ ꝑ receptionē huius
ſacramēti, vita grē in hoīe inchoet, imò q ſine vita grē ad hoc ſacr̄m accederet, amplꝰ mo-
reret in aīa. Reuſ́ꝗ fieret corpis dn̄i. Cū em̄ ſacr̄m iſtud ſit cibus ſpūalis, ideo ſicut cibꝰ corpa
lis non dat nec prodeſt, niſi viuenti vita naturæ, ſic cibus hic ſpūalis non cṓuenit, nec ꝑficit,
1. Cor. 12 niſi viuēti vita grē. ⌊Litigabāt ergo⌋.i. verbis cōtendebāt, ⌊Iudæi⌋ hæc ab ore Chr̄i audi
entes, & carnaliter ac rudiſter capiētes ⌊adinuicē dicētes⌋ ex īfidelitate, & inordinata admi
ratione. ⌊Quō poteſt hic⌋ quem tenemus pro puro homine & filio Ioſeph, ⌊carnem ſuam
nobis dare ad manducandū⌋ quaſi dicant: Hoc impoſſibile eſt atꝗ inutile, Chriſtus vero te
ſtat hoc eē nō ſolū nō inutile, ſed inſuper neceſſarium ad ſalutē ipſoꝶ. ⌊Dixit ergo eis Ieſus:
Amen amē dico vobis: Niſi māducaueritis carnem filĳ hominis⌋ in ſacramēto ſacramatēli-
ter & ſpiritualiter, vel ſpiritualiter ad minus, per fidem & votum accedendo, gratiamq́ꝫ
Coloss. 1 Chriſti participando, ⌊& biberitis eius ſanguinem (modo prædicto) nō habebitis vitā⌋ ſpi
ritalem ⌊in vobis⌋ ſed carebitis gratia in præſenti, & gloria in futuro. Quemadmodum em̄
membra corporis naturalis moriunt ac pereunt, niſi capiti connectant, & ab eo motum ſen-
ſumq́ꝫ participēt, ſic homines ex quibus quaſi ex membris conſtituit myſticū corpus Chri-
ſti, vita gratiæ deſtituunt, niſi capiti quod eſt Chriſtus, per ſacram communionem nectant,
recipiēdo ab illo vitam ſpiritualem, & motum meritorium. ¶ Præterea ſicut corpus ſine cor
poreo cibo non ſuſtentat, nec permanet in vita naturali, ſic anima ſine hoc cibo viuifico, nō E
perſiſtit in vita gratiæ ſpirituali. Sed verba inducta intelligēda non ſunt quaſi ſanguis Chr̄i
ſeorſum ſumendus ſit à vulgo communicāte. In primitiua tamē eccleſia hoc fiebat, ſed nunc
ordinatum eſt aliter propter effuſionis periculum. Sanguinem ergo Chriſti accipit populus
ſpiritualiter, & etiam aliquo modo realiter, quia in ſacramēto corporis continet & ſanguis,
ſicut econtra: Licet em̄ trāſſubſtātiatio panis directe terminet ad carnem ſaluatoris, & cōuer
ſio vini ad ſanguinem eius, ex naturali tamen concomitantia ſub vtraꝗ ſpecie ſunt quatuor.
Quia ſub ſpecie panis eſt corpus Chriſti, vi conuerſionis. Anima vero ſanguis & verbum,
ſunt ibi ex naturali ſequela, cum nō ſint ſeparata abinuicem. Pariformiter ſub ſpecie vini eſt
ſanguis directe puta ex vi conuerſionis. Caro autē anima & verbum concomitantur. ⌊Qui
manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem,⌋ non ſacramentaliter tantum, ſicut
iam dictum eſt ⌊habet vitam æternam⌋ qm̄ habet meipſum, & habet vitam gratiæ, quæ vir
tute huius ſacramēti continuat, donec ad vitam gloriæ ſempiternæ ꝑtingat. Futuram quoꝗ
beatitudinem iam habet in ſpe, virtute & gratia huius ſacramēti. ⌊Et ego reſuſcitabo eum in
nouiſſimo die⌋ vt me deum & hominem videat oculis carnis & cordis ꝑ propriam ſpeciem
quem nūc cernit ꝑ fidem. Carnalibus em̄ oculis videbimus Chr̄m in humanitate, mētalibus
vero in diuītate. ⌊Caro mea vere ē cibus & ſanguis meus vere ē potus.⌋ Hoc ait ſaluator, ne
putaret parabolice loqui more cṓſueto, ita quòd carnem ſuam diceret panem, quia ſignaret
per panem, & eſſet ſub forma panis ſolum ſicut in ſigno. Vel propter aliquam proprietatem
1. Cor. 10 cum pane cibus diceret, quomodo dicit Apoſtolus: Petra erat Chriſtus, qm̄ ſigurauit Chri-
Esa. 40 ſtum. Et Eſaias: Vere fœnū eſt populus, propter cṓuenīētiā q̄ndā. Et infra ait de ſeip̄o ſalua
Infra ca. 15 tor: Ego ſum vitis vera. Ad inſinuādum ergo ꝙ caro ſua ſit vere & ſubſtātialiter ſub ſpecie F
panis, veraciterq́ꝫ ſumat à cōicante. Sāguis q̄ꝗ ipſius vere ſub ſpecie vini cōtineat & recipiat
adiecit. Caro mea.i. corpus. Sumit em̄ nūc caro, nō prout oſſa excludit, ſed pro toto corpo
re, neruos, venas ac oſſa habēte, vere eſt cibus animæ nō corpis, qa nō viſibiliter, nec corpo-
raliter ſumit, quāuis veꝶ corpus ſumat. Et potius dicit caro q̄ corpus, qa nūc loquit de cor-
pore ſuo inquantum eſt alimonia ſpūs, caro aūt magis dicit quid comeſtibile, quàm corpus,
& ſanguis meus vere eſt potus refrigerās, rigans, inebrians, mentem non ventrem. ¶ Oīa
quippe ſacr̄a nouæ legis ordinant ad ſpūalem vitam. Spūalis autē vita ꝑ baptiſmū acquirit,
qa baptiſmus ē regn̄atio ſpūalis, & ꝑ confirmationem auget. Oportet ergo vt ꝑ aliquod ſa-
cramētum nutriat, & hoc eſt euchariſtia, quæ eſt ſpūale alimētum huiuſmodi vitę: Cibū aūt
oportet realiter addi atꝗ vniri cibato, idcirco in ſacr̄o hoc Chr̄us realiter continet, ſubſtā-
tialiterq́ꝫ communicāti vnit. Et ſimiliter eſt de ſanguine, qui eſt potus. ¶ Præterea qm̄ ſacra
mentum iſtud eſt cibus, ideo quicquid opatur cibus materialis in corpore manducātis, hoc
agit hic cibus ſpūalis in anima dignè recipientis. Quemadmodum ergo cibus corporeus na
turalem vitam ſuſtentat, confortat, ad perfectionem deducit, deperditum reparat, delectat,
impingnat, ſic cibus iſte viuificus vitam ſpiritualem ac deiformem in anima fulcit, roborat,
perficit, amiſſa bona reſtaurat, exhilarat, & impinguat diuitias gratiæ accumulādo in anima.
Vnde effectus ſacramēti iſtius ſunt collatio gratiæ, adeptio glorię, remiſſio peccati mortalis
obliti

A obliti ac venialium, diminutio pœnæ, mitigatio ſomitis, ꝑſeruatio à malis futuris, ſecundum
quod dicit Chryſoſtomus: Sicut leones flammã ſpirantes, ſic ab illa menſa diſcedimus terri-
biles facti diabolo. Voluit quoq; Chriſtus in hoc ſacramento veraciter contineri ac ſuſcipi,
ad oſtendendũ perfectũ feruorẽ ſuæ incõprehenſibilis charitatis ad nos, & propter noſtram
vtilitatẽ, quia ex reali præſentia atq; immediata vnione Chriſti nobiſcũ, conſequimur maxi
“ ma bona, ſicut ſubiungitur. ⌊Qui manducat meã carnem,⌋ ſacramentaliter & ſpũaliter, ⌊&
“ bibit meũ ſanguinẽ (eodem modo,) in me manet,⌋ per charitatẽ & grãm, & mihi incorpo-
“ rat. Talis vtiq; habitat in adiutorio altiſſimi, & in protectione dei cœli cõmorat, ⌊& ego in Pſal. 90
“ eo⌋ permaneo, per ſalutares huius ſacramẽti effectus, ꝑ gratioſam cuſtodiã, ꝑ inhabitationẽ
“ benignã. Nã & per eadẽ dona qbus deus ad nos cõurrit & in nobis eſſe ac habitare, quaſi in
tẽplo aſſerit, inquantũ ea infundit atq; conſeruat, Nos quoq; ad eũ redimus, & in ipſo ſubſiſti
mus ac manemus. Palã eſt ꝙ ſpeciebus ſacramẽtalibus iam cõſumptis, deſinat Chriſtus eẽ in
“ cõmunicante per præſentiã carnis & ſanguinis, permanet tñ in eo per præſentiam ſuæ di-
uinitatis, & per affectus ſacramenti ꝑtactos. Cõmunicans ergo manet in Chriſto ſicut mem
brũ in capite, recipiendo influentiã eius, & Chriſtus manet in illo ſicut caput in membro in-
fluendo in illud. Ecce quanta beatitudo, dignitas & gloria deuotoꝝ, qui tam præſtantiſſimo
alimento veſcuntur, & Chriſto tam intime copulantur, tantiſq; gratiæ donis drificis adim-
plentur, quanta deniq; eſt dilectio, dignatio, liberalitas & miſericordia Chriſti veri dei, qui
B nobis pauperculis & indignis ſic præſtat, ſic vnit, ſic ingerit ſemetipſum. Nonne veraciter Prou. 8
monſtrat, ꝙ deliciæ eius ſunt eſſe cũ filijs hominũ? Et q̃ paratus eſt dare nobis omnẽ gratiam
ſuã, quibus tam ineffabiliter præſtat ſeipſum. Non ergo ſimus ingrati tanto benefactori, &
tam incõprehenſibilibus beneficijs eius, ſed feruido animo, ſolicita mente, reuerentiq; corde
ei miniſtremus, ad eius menſam nos præparemus, ad eius manſionem in nobis nos dignifice
mus, venialia cuncta pro poſſe vitando, mentem ad Chriſtum frequenter erigẽdo, cordis cu
ſtodiæ iugiter inſiſtendo. Tunc eñ poterimus fructum multiplicem huius ſacramenti per-
cipere, eiuſq; dulcedinem mirabiliter deguſtare, quod aliter non cõtingit. Quamuis eñ ve-
nialia & diſtractio improuiſa, ſacramenti huius principales effectus non impediant, impedi
unt tamen experimentalem guſtũ ſuauitatis ipſius. Dicamus ergo mente intenta ac grata cũ
propheta: Benedic anima mea domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius. Imò totũ Pſal. 102
pſalmum in quo continetur iſte verſiculus, quia ꝑcipue applicabilis eſt ad regratiandũ Chri
“ ſto pro beneficijs iſtis. ⌊Sicut miſit me viuens pater⌋. i. pater æternus oĩs vitæ fontale prin-
“ cipium, qui eſt ſubſtantialiter ſua vita, ⌊& ego viuo propter patrem.⌋ Hoc præcipue intel
ligendum eſt de Chriſto ſecundũ naturam aſſumptam, vt ſit ſenſus, Et ego viuo propter pa-
trem. i. vitã meam refero ad patrẽ, videlicet ad honorẽ & gloriã eius, ſicut ad ſuperiorem &
vltimum finẽ, imò ſic Chriſtus retulit vitam ſuam ad totam trinitatem, quæ eſt omnis crea-
tæ naturæ vltimus finis. Poteſt quoq; exponi de Chriſto ſecundũ naturam diuinam hoc mo
do, Viuo propter patrem, id eſt à patre vitam accepi, non aliam, ſed eandem quam poſſidet
“ ipſe. ⌊Et qui manducat me (ſacramentaliter ac ſpiritaliter) & ipſe viuet⌋ per charitatem &
“ gratiam, ⌊propter me⌋. i. ad honorem & gloriam meam ordinabit vitam ſuam, quemadmo
dum ait Apoſtolus: Omne quodcũq; facitis in verbo vel opere, in gloriam dei facite. Vel vi 1. Cor. 10
uet propter me. i. à me ſpiritualis vitæ augmentum recipiet, & viuificabitur quotidie magis Col. 3
perfecte. In hoc eñ ſacramento continetur fons gratiæ, qui communicantem perfundit, at-
“ q; viuificat, niſi obicem ponat. ⌊Hic eſt panis (ſuperſubſtantialis) qui de cœlo (ſummo) deſ-
C cendit,⌋ in quo patet nobilitas ac deſiderabilitas eius. Quomodo autem Chriſto ſecundum
“ vtranq; naturam conueniat eſſe panem & deſcendiſſe de cœlo, iam dictũ eſt ſæpius. ⌊Non Exo. 16
“ ſicut manducauerunt patres veſtri manna,⌋. i. panis iſte præſtantior & efficacior eſt q̃ man- Deut. 6
na, cum ſit verus cibus, non figuratiuus, gratiã conferens, non promittens. Manna autẽ fuit
figura huius panis, nec contulit gratiam, ſed præſignauit. Per hoc eñ quod omne delecta-
mentum continebat, figurauit ꝙ ſacramentũ Euchariſtiæ omnem ſpiritualẽ dulcedinẽ, vir-
“ tutem & gratiã cõtineret, ⌊& mortui ſunt.⌋ Omnes eñ illi qui manna comederũt mortui,
ſunt, morte naturali ac corporali, ſed quidam eoꝝ quibus iſti increduli Iudæi ſimiles erant,
“ mortui ſunt morte culpæ. ⌊Qui mãducat hũc panẽ,⌋ digne cũ debita reuerentia & deuotio
ne, in memoriã dñicæ paſſionis atq; eximiæ charitatis Chriſti, dijudicãs corpus dñi. ¶ Inſti-
tuit eñ Chrũs hoc ſacramentũ in memoriã ſuæ amariſſimæ paſſiõis & ardẽtiſſimæ dilectio- Mat. 26
nis, quatenus toties ſuæ dilectiõis nos flãma accenderet, & ad eius ſectãda veſtigia pronos ef
“ ficeret, quoties ſacramentũ iſtud ſupdigniſſimũ angelis adorandum ſuſciperemus, ⌊viuet in 1. Pet. 2
“ æternũ,⌋ in aĩa, per ſpũalem virtutẽ & grãm huius panis, imò & tandẽ viuet vita beata ac
“ immortali in corpore & aĩa ſuſcitatus atq; feliciter immutatus à Chriſto. ⌊Hæc verba (præ-
inducta) dixit Ieſus in ſynagoga, docens in Capharnaũ⌋ metropoli Galilææ. ¶ Poteſt aũt ꝑ
ſynagogã intelligi vel congregatio Iudæoꝝ, vel domus in qua ad audiendum atq; orandum

gg conflu

confluxerant. Quãuis em̃ Iudæi non poterant immolare, niſi in tẽplo Hieruſalẽ, in ſingulis D
tñ vrbibus habebant domũ vel ſynagogã, in qua conuenerũt ad audiendũ verbũ dei & lecti-
onem legis ac prophetarum, & ad deprecandũ dominũ. Docuit ergo Chriſtus in ciuitate præ-
cipua, in loco patenti, in populo magno, quaſi nõ timens reprehẽdi, nec falſa annuncians. Vn
Iohan.18 de in paſſione reſpondit: Ego palã loquutus ſum mũdo, ego ſemp docui in ſynagogis, &c.
Iohã.3 Oĩs em̃ qui facit veritatẽ venit ad lucem. ⌊Multi ergo audientes ex diſcipulis eius⌋ .i. multi »
diſcipulorum Chriſti audientes Chriſtũ tam alta & incõprehenſibilia de ſeipſo, & corporis ſui
edulio ac ſanguinis poculo prædicantẽ, ⌊dixerunt: Durus⌋ .i. ad intelligendũ difficilis, & ra »
tioni vel veritati contrarius, ⌊eſt hic ſermo,⌋ ille præcipuus, quo dixit: Panis quẽ ego dabo, »
caro mea eſt, &c. ⌊Quis poteſt eũ audire?⌋ cũ ſonet tam male. Quaſi dicant: Blaſphemare vi »
detur, & obturandæ ſunt aures. Verba ſiquidẽ Chriſti de comeſtione ſuæ carnis, potuq́ ſan-
guinis, carnaliter intelligebant, putantes ꝙ ſic promitteret ſe daturũ ſuum corpus ad mandu
candum, ſanguinemq́ ad potandum, quomodo alij cibi ac potus apponuntur. ⌊Sciens autẽ »
Ieſus apud ſemetipſum,⌋ .i. in luce propriæ notitiæ, abſq́ exteriori perceptione, ⌊quia mur »
murarent de hoc,⌋ quod dixit ſe panem viuum deſcendentem de cœlo, vel de hoc quod di- »
xit ſe præſtiturum carnem ſuam ad manducandũ. ⌊diſcipuli eius,⌋ non veri ac humiles, ſed »
ſuperbi, ⌊dixit eis: Hoc vos ſcandalizat⌋ .i. ad ruinam peccati, ad murmurationẽ, perfidiamq́ »
inducit, non ex parte mei, ſed ex veſtra imperfectione. Fuit ergo ibi ſcandalũ paſſiuũ, nõ acti-
uum. ⌊Si ergo videritis filiũ hominis aſcendentẽ (in corpore glorificato) vbi erat prius,⌋ .i. »
ad cœlũ, in quo fuit ante incarnationẽ, non ſecundũ naturã humanã, ſed diuinã. Vnde ad in-
ſinuandũ vnitatẽ perſonæ vtriuſq́ naturæ in Chriſto, dicit̃ filius hominis fuiſſe in cœlo, an- E
teq̃ deſcẽdit in virginẽ. His verbis Chrũs euacuauit atq́ diſſoluit ſcandalũ diſcipulorum. ¶ Per
hoc em̃ ꝙ prædixit ſe in conſpectu ipſorum, ſi ſecũ manerent, aſcenſurum in cœlũ, patere potuit,
ꝙ deſcendit de cœlo, & ꝙ non daret corpus ſuũ ad manducandum carnaliter eo modo quo
aliæ carnes eduntur, non ſine earum diuiſione, laceratione & conſumptione, quoniam natu-
rale eſt vnũquodq́ redire ad locũ ſuæ originis, imò ſecundũ philoſophos: Vnũquodq́ con-
uertitur ad id à quo proceſſit. Caro quoq́ ſic comeſta non potuiſſet aſcendere. ⌊Spiritus⌋ .i. »
ſpũalis intellectus verborum, quæ dixi de manducatione corporis mei, ⌊eſt qui viuificat⌋ ani- »
mã vita gratiæ, ⌊caro autẽ,⌋ carnaliter intellecta, & per ſe ⌊nõ prodeſt quicq̃⌋ cõmunican »
ti, imò qui verba inducta carnaliter accipit, & carnẽ non niſi ſacramentaliter edit, nõ ſolũ nõ
viuificatur, ſed animæ mortẽ illabitur. ¶ Verũtamen verba prætacta ad literã, nõ myſtice in-
telligenda ſunt de vero corpore Chriſti, ſed ipſum verum corpus ſpũaliter contemplandũ eſt,
atq́ ſumendũ, quoniã modus quo eſt in ſacramẽto, eſt ſupernaturalis, & incorporalis. Hinc
2.Cor.3 quoq́ dicit apſus: Litera occidit, ſpũs autẽ viuificat. Quẽadmodũ ergo ſcientia ſine charita-
te non prodeſt, ſed obeſt cũ inflet, non qa in ſe mala, ſed propter abuſum hñtis & ſicut corpus
naturale ſine aĩa mortuũ eſt, ſic caro ſine ſpũ, non prodeſt quicq̃, etiã nec caro Chriſti quia
ſine gratia ſpũs ſancti, & ſpũali intellectu, non cõfert quicq̃, ſed cõmunicantẽ dãnationi facit
obnoxiũ, eo ꝙ carnẽ tam ſanctã ſumat indigne, non ſpũaliter ac diſcrete. Verũ, ſicut ſcientia
maxime prodeſt, ſi adſit dilectio, ſic caro Chriſti adiuncto ſpũ, ſic etiã caro aplorum prædican
do & diſcurrendo profuit nobis, operãte ſpũ ſancto. Vnde quod ait, ſpũs eſt qui viuificat, ac
cipi poteſt de ſpũ ſancto ſeu gratia eius ⌊Verba quæ ego loquutus ſum vobis⌋ de corpore & »
ſanguine meo, ⌊ſpũs & vita ſunt⌋ .i. ſpũalem intellectũ requirunt, quantũ ad modũ intelligẽ »
di, ſicq́ viuificant mentem per gratiam, & ſapientiæ lucẽ. Corpus quippe Chriſti eſt in ſa- F
cramento per modũ incorporalẽ ac indiuiſibilẽ, quoniã non eſt ibi ſicut in loco, vel per pro
priam dimenſionem, ſed per dimenſionem panis, quamuis propriæ dimenſiones eius ſint ibi
cõcomitanter, ſicut & cætera quædã accidentia Chriſti, quia nõ minus ſplendet in manibus
ſacerdotis, q̃ in throno maieſtatis. ⌊Sed ſunt quidã ex vobis (diſcipulis meis) qui nõ credũt,⌋ »
verbis q̃ dixi, cũ tñ tot, tantiſq́ teſtimonijs ſcire poſſint me eſſe Chriſtũ, & p cõſequens, falſa
Ariſtoteles docere nõ poſſe. Et quia nõ credũt, nõ ſunt veri diſcipuli. Addiſcentem em̃ oportet credere.
Nec valẽt verba pdicta ſpũaliter intelligere, cũ Eſaias teſtet̃: Niſi credideritis, nõ intelligetis.
Eſa.7 ⌊Sciebat em̃ ab initio⌋ æternitatis, & à principio incarnationis, ⌊Ieſus, q eſſent credentes,⌋ »
futuri, ⌊& quis traditurus eũ eſſet,⌋ Ieſus ſecundũ ꝙ deus nouit ab æterno p ſcientiã increatã »
oĩa occulta, cõtingentiaq́ futura, ſecundũ naturã vero aſſumptã ſciuit hmõi, p ſcientiã infu-
ſam, ab exordio incarnationis. Iſta ſunt verba Iohãnis Euãgeliſtæ, q cõſequenter recitat ver
ba Chriſti. ⌊Et dicebat Ieſus (auditoribus ſuis:) Propterea⌋ .i. qa futura agnoſco, & quoſ- »
dã veſtros nõ credere puidebã, ⌊dixi vobis, qa nemo pt venire⌋ .i. p fidem cõuerti ad me, »
⌊niſi fuerit ei datũ à patre meo.⌋ Nõ em̃ omniũ eſt fides, & nouit dñs q ſunt eius. Atq́ vt Lu »
2.Theſſ.3 cas profitet̃ in actibus: Crediderũt quotquot pordinati erãt ad vitã æternam. Hoc em̃ dixit
2.Tim.2 Chriſtus ſuperius quantũ ad ſenſum. Nemo, inquiẽs, pt venire ad me, niſi pr̃ qui miſit me, tra
Act.13 Iaco.1. xerit eũ. Omne etem̃ donũ optimũ & omne datũ pfectũ eſt deſcendẽs à patre luminũ, ¶ Sed
dicit

A dicit aliquis, Si nemo põt venire niſi deus dederit, ergo qui nõ venit p impotentiã excuſat. De-
us nãq; vltra vires nil exigit. Et rñdendũ, ꝙ à nobiſipſis nil poſſumus, & tñ poſſumus quicqd
deus pcipit nobis, qa ſecundũ philoſophũ id dicimur poſſe p nos, qd poſſumus per amicos.
Quoniã ergo deus, quantũ in ſe eſt, paratus eſt opẽ impẽdere, imò & gratiã influit, dũmodo
fecerit homo quod in ſe eſt, ideo p impotentiã non excuſamur, ſed poſſumus quod iubemur.
⌊Ex hoc⌋.i. iſtis auditis, pſertim ob id quod dixerat Chrũs: Niſi manducaueritis carnẽ filij
hominis, &c. ⌊multi diſcipulorũ eius,⌋ non duodecim apoſtoli, nec ſeptuagintaduo diſcipu
li, ⌊abierunt⌋ mente per infidelitatẽ & apoſtaſiã, & corpore per localẽ receſſum, ⌊retro Sa
tanam,⌋ non poſt Ieſum, nolentes intellectũ ſuũ ſubijcere, incõprehenſibilibus teſtimonijs 2.Cor.10
Chriſti ac fidei. Quo contra dicit aplus: In captiuitatẽ redigentes omnẽ intellectum & obſe-
quiũ Chriſti, ⌊& iam cũ eo non ambulabant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim apoſtolos: Nun-
quid & vos vultis abire?⌋ Non quaſi ignorans ſciſcitatur, ſed vt illorũ fides manifeſtaret, no
biſq; imitãda proponeret, & vt oſtendat ꝙ coacta obſequia non acceptat. ⌊Reſpondit ergo
ei Symon Petrus⌋ pro oĩbus, quia feruentior ac principalior cæteris, vnde & ſolito feruo
re nunc reſpondit pro ſocijs. ⌊Domine ad quem ibimus?⌋ .i. ſi te relinquimus, alium tibi ſi-
milẽ, verumq; ſaluatorẽ inuenire nequaq̃ valebimus. Tu ſufficis nobis, propter quẽ cuncta Mat.19
reliquimus. ⌊Verba vitæ æternæ habes⌋.i. doctrina tua cœleſtis eſt, & obedientes tibi ad vi-
tam æternam perducit. Non eñ temporalia bona, vt Moſes & prophetæ, ſed æterna promit
tis. In his verbis oſtenditur vera & feruida charitas Petri ad Chriſtum, à quo nullatenus vo-
luit ſeparari. Amor nempe nectit amantẽ amato, tanto inſeparabilius, validius atq; intimius
B quo fuerit maior. Propter quod ait Paulus: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? ⌊Et nos Roma.8
credimus⌋ fide formata, quamuis nondũ perfecta & ſtabilita, ⌊& cognouimus,⌋ per donũ
intellectus, quod ineſt oĩbus fidem formatã habentibus, & per illud perſpicit anima quæ fi
del ſunt, videns per aliquam ratiõẽ qua fides oſtenditur eſſe à deo, quod vera ſint quæ aſſe-
rit fides, & congrue ait, credimus & cognouimus, quoniã credere præcedit intelligere, ⌊quia
tu es Chriſtus⌋ ſpirituali oleo, id eſt gratiarũ plenitudine vnctus, quantum ad naturã aſſum-
ptam, in regem & ſacerdotem altiſſimũ, ⌊filius dei,⌋ non adoptiuus, ſed naturalis. Hoc fre-
quenter confeſſus eſt Petrus, & in verbis iſtis tangitur duplex natura, vnitaſq; perſonæ in
Chriſto. Verũ quia reſponſio Petri quantũ ad Iudam claudicauit, de quo tamen Petrus nil
mali præſumpſit, ideo ſubditur. ⌊Reſpondit eis Ieſus: Nonne ego vos duodecim elegi,⌋ id
eſt præ cæteris ad gratiam apoſtolatus vocaui, ⌊& vnus ex vobis diabolus eſt?⌋ non p eſſen
tiam, ſed mutationem. Hoc eſt diabolicus propter maliciã, ſicut Iohannes Baptiſta dictus eſt Malac.3
angelus. Et alio loco ſaluator vocat diabolũ hominẽ, dicens: Inimicus homo hoc fecit. ⌊Di- Marc.1
cebat autẽ de Iuda Symonis Iſchariotis.⌋ Fuit etenĩ oriundus de vico nomine Iſcharioth. Mat.13
Iſta ſunt verba Iohannis Euangeliſtæ, non Chriſti. Chriſtus eñ non expreſſit Iudam, qa oc-
cultus fuit, & ne diffamatus fieret peior. Vel potius, vt per eius proditionẽ implerentur ſcri-
pturæ prophetarum de traditione Chriſti à ſuo diſcipulo. ⌊Hic eñ erat traditurus eum, cũ
eſſet vnus ex duodecim.⌋ Implicite ergo Chriſtus admonuit Iudam, qui ſibi de propria pra
uitate conſcius fuit. ¶Circa hunc locum aliqua dicunt Auguſtinus & Beda, quæ ſicut non au Auguſtinus Beda.
deo reprobare, ita nec approbare, quãuis aliqui reprobent ea. Dicunt ergo, ꝙ Chriſtus ele-
git Iudam, vt per eius proditionem compleret noſtram ſalutem, non tamen excuſatur Iudas
à culpa, quia non ideo tradidit, quia electus, ſed qui traditurus fuit electus eſt. Quẽadmodum
eñ iniqui male vtuntur beneficijs dei, ſic deus bene vtitur maleficijs hominũ, & ſic Chriſtus
bene vſus eſt malicia Iudæ. Ego puto ꝙ Chrũs elegit Iudam ad apoſtolatũ, vt videns tantam
C pietatem Chriſti pœniteret, & apoſtolicũ officiũ digne proſequeretur. Sed quoniã Chriſtus
nouit aliter eſſe futurũ, ſuſtinuit Iudã propter melius. ſ. vt per eum impleretur prophetia de
Chriſti proditione. Tanta quippe eſt bonitas dei ſeu Chriſti, ꝙ non ſuſtineret neq; permit-
teret malũ, niſi poſſet & vellet inde elicere bonũ. Prædicta autẽ aſſertio Auguſtini & Bedæ
fundatur in hoc, ꝙ dicunt Iudã à principio ſuæ vocationis malũ fuiſſe, & in malicia perſtitiſ
ſe, cuius oppoſitum tenet & probat Lyra, quia diſtributio bonorũ pertinet ad iuſtitiã cõmu-
tatiuã ſecundũ philoſophũ, vtpote vt melioribus maior honor impendatur. Nõ ergo Iudas Matt.9
vocatus fuiſſet ad apoſtolatũ, niſi tũc dignus fuiſſet, vel iuſtificatus à Chriſto, ſicut Matthęus Marc.2
vt eſſet dignus tãto honore. Quicquid autẽ ſit de veritate aſſertiõis Auguſtini & Bedę, tamen Luc.5
ratio iſta nil obtinet. Primo, qm̃ apoſtolatus ſicut & prophetia pertinet ad gratias gratis da-
tas, quæ ſæpe impijſſimis dantur. Vnde de facietibus miracula multa, & prophetãtibus ĩ no-
mine Chriſti, dicturus eſt Chriſtus: Diſcedite à me, qm̃ nunq̃ noui vos. Et Balaam perſeue- Matt.7
rãti in malo datus eſt ſpũs prophetiæ. Rurſus, qm̃ cõmunicatio bonorũ à deo libertima eſt, ſi Num.23.24
ne prauijs meritis, idcirco nõ proprie pertinet ad iuſtitiã cõmutatiuã, imò nec ad iuſtitiam.
¶Inſup quidã imponit Bedæ quod dicat Iudã nõ eſſe electũ ad apoſtolatũ, ſed ad proditionẽ
Diligenter ergo inſpiciẽs verba Bedæ ſuper Iohannẽ, inueni aliter. Dicit eñ Beda ꝙ vnde-

D
cim erãt electi vt apoſtolica dignitate pſeuerarẽt,& p eos fides pdicaret vbiq;,p quod Beda
dat intelligere,ꝙ Iudas nõ fuit electus vt ĩ apoſtolica dignitate maneret,ſed non negat eũ ad
Matt.10 apoſtolatum fuiſſe electum,imò ſi Beda hoc diceret,ſatis male ſonaret,quia apud Matthæũ
Mar.3 Iudas Iſchariot vocatur apoſtolus,& in Marco legitur,ꝙ Chriſtus vocauit eum cũ alijs vn-
decim,fecitq́; eum apoſtolum,committens ei ſicut & alijs prædicationis atq; curationis offi
Act.1. cium. In actis quoque loquitur Petrus de Iuda: Connumeratus eſt,inquit,in nobis, & ſorti-
tus eſt ſortẽ miniſterij huius. Et poſt pauca leguntur apoſtoli exoraſſe,vt deus oſtenderet,
quis inter Mathiã & Ioſeph acciperet ſortem apoſtolatus,de quo pỽaricatus eſt Iudas. Vere
Chryſoſt igitur electus fuit in apoſtolũ. Chryſoſtomus vero dicit,ꝙ Iudas tẽpore ſuæ vocationis fuit
bonus. ¶ Quærit cũ in ſcripturis cõmuniter electi accipiant pro pdeſtinatis,iuxta illud: Mul
Mat.22 ti vocati,pauci vero electi,quomodo Chrũs dicit ſe elegiſſe duodecim,quorũ vnus fuit præ-
ſcitus? Et reſpondendũ,ꝙ in ſcripturis interdũ electi dicuntur ad aliquã grãm particularem
1. Reg 9.10 gratis datã,vel etiam gratũ facientem ad tempus durantem promoti. Vnde Saul vocat ele-
Pſal.77 ctus. Et in pſalmo cantamus: Electos Iſrael impediuit. Et Salomon appellatus eſt amabilis
2. Reg.12 domino. In Eſaia quoq; dominus ait de Cyro rege Perſaꝝ,viro gentili atq; damnato. Elegi
Eſa.45 te,& nõ cognouiſti me. ¶ Poſtremo omnino certum eſt,ꝙ Iudas fuit malus tunc,cum Chri-
ſtus hæc verba de eo pronunciauit. Et forte extunc pmanſit in malo,quouſq; prodito Chri
Mat.27 ſto ſuſpdẽit ſeipſum. Nos ergo cũ beatiſſimo principe apoſtoloꝝ certiſſime credentes & co-
gnoſcentes,ꝙ Ieſus eſt Chriſtus filius dei,dicamus ſemper ad Ieſum. Dñe verba vitæ æternæ
habes,nõ me pmittas abire à te. Integerrima itaq;,deuotaq́; fide ſuſcipiamus corpus & ſan-
guinẽ ſaluatoris,in quo eſt ſalus,vita,& reſurrectio noſtra.
E

¶ Declaratio Cap. VII. Poſt hæc autem ambulabat Ieſus in Galilæã. Arti. XIX.

Ioban.6 QVid poſt mirabilem paſtionem quinq; millium virorũ de quinq; panibus,duo
buſq́; piſcibus,& cætera documenta Chriſti in præcedenti recitata cap. geſtũ
fit,pandit Euangeliſta. ⌊Poſt hæc autem,⌋ quæ in cap. præcedenti deſcripta »
ſunt,⌊ambulabat Ieſus in Galilæam⌋ .i. per diuerſa loca huius prouinciæ,præ- »
dicando in ſynagogis Galilæoꝝ. Sermonem quippe immediate præhabitum
fecit in ſynagoga Capharnaum metropolis Galilææ,& inde egrediẽs, peram
bulabat vrbes & villas Galilææ,faciendo diuerſa miracula,plurimaq́; docẽdo,quæ iſte Euã
geliſta omiſit,quia ab alijs tribus Euangeliſtis nouit eſſe ſufficienter conſcripta. ⌊Non em̃ »
volebat in Iudæã⌋ .i. in terram duarum tribuũ.ſ. Iudæ & Beniamin vbi & ſacerdotes,ſcribę »
ac phariſæi æmuli Chriſti cõmuniter habitabant,⌊ambulare (paſſim ac publice,) quia quære »
bant eum Iudæi interficere.⌋ Idcirco declinauit ab eis,nõ quaſi mortẽ,vel eos qui corpus oc »
cidunt formidãs,cũ fuerit in omni virtute perfectus,& ſolo nutu omnes aduerſarios ſuos oc
cidere potẽs,ſed vt daret exemplũ ſæpe pro cauſa,loco & tẽpore fugiẽdi perſequutores,ce-
dendo furori eoꝝ,ne grauius peccent,vel bono cõmuni inferant nocumentũ. Noluit autẽ
Chriſtus in om̃ibus ſupernaturali modo procedere,ne putaretur incarnatio eius phantaſti-
ca,& ne viri religioſi ſine magna cauſa quærãt miraculoſum effectũ à deo,ſed in aliquibus ꝓ-
ceſſit & habuit ſe modo humano,vt ſciatur veraciter homo factus,& vt nos faciamus quod
Iohan.1. in noſtra ſitũ eſt poteſtate,nõ tentãtes deum. ⌊Erat autẽ in proximo⌋ .i. de propinquo im »
Deute.6 minebat,⌊dies feſtus Iudæoꝝ,(videlicet) ſcænophegia⌋ .i. feſtiuitates tabernaculoꝝ, quæ »
Eccl.18 ſeptẽ diebus durauit. Hanc celebrauerunt Iudæi in Hieruſalem decima die menſis ſeptimi,in »
Eſa.7 memoriam,ꝙ poſt egreſſum de Aegypto habitauerũt in deſerto in vmbraculis,tentorijs,ta F
Mat 4. bernaculis ſeu papilionibus per annos quadraginta. De hac feſtiuitate pcipit Moſes in Deu-
1. Cor.10 teronomio. ⌊Dixerũt autem ad eũ fratres eius⌋ .i. conſobrini ſiue affines. Non em̃ erant ſe- »
Exo.13 cundũ Bedam filij Ioſeph ex alia cõiuge,qui creditur virgo mãſiſſe,vt puriſſimæ ac pudiciſ-
Deut.16 ſimæ virginis eſſet cuſtos,atq; miniſter condignus,ſed erãt cognati domini Ieſu,nõ tamen
Beda de numero eoꝝ quos Chriſtus iam ad apoſtolatum vocauit,quia poſt pauca ſubiungitur,ꝙ
iſti fratres eius non credebant in eum,apoſtoli autẽ credebant. ⌊Tranſi hinc, & vade in Iu- »
dęam,⌋ præſertim in Hieruſalem Iudææ regionis metropolim,⌊vt & diſcipuli tui,⌋ q̃s ha- »
bes in Iudæa,vel nunc aſcenſuri ſunt in Hieruſalem,⌊videant opera tua (.i. miracula) quæ tu »
facis.⌋ Habuit em̃ Chriſtus in diuerſis locis quoſdam diſcipulos,qui eum corporaliter nõ ſe
quebantur,& de illis iam agitur. ⌊Nemo quippe in occulto quid⌋ .i. aliquid magnum ſeu o- »
pus miraculoſum ⌊facit,& quærit ipſe in palam eſſe⌋ .i. talia operando deſiderat apparere, »
& in manifeſto coram alijs operari. Miracula em̃ ordinantur ad declarationem diuinæ po-
tentiæ,atq; ad conuerſionem videntium,ideo in manifeſto agenda ſunt. Hæc ſunt verba ho-
minum adhuc carnalium humanam laudem amantium, qui ſic de omnibus iudicant, quales
Marc.5 ipſi intra ſe ſunt. Vani em̃ & ambitioſi arbitrantur facile alios omnes eis eſſe conformes. Cæ
Luc.8 terum verba iſtorum vniuerſaliter vera non ſunt,quia non ſolum Chriſtus ſuſcitauit filiam
archiſy

A archiſynagogi occulte,multiſq́ꝫ à ſe curatis præcepit ne publicarēt ipſum, ſed Helias quoqꝫ 3.Reg.17
& Heliſæus ſuſcitauerunt pueros defunctos in cubiculo. ⌊Si hæc facis,⌋ quæ tibi ſuggeri- 4.Reg.4.
mus eundo Hieruſalem verſus,illicq́ꝫ ſigna agendo in feſtiuitate iam imminente,coram om-
nibus qui ibi nunc confluent,⌊manifeſtas teipſum mundo⌋.i.hominibus potentiam tuam
oſtendis,& ꝙ ſis Chriſtus opere monſtras.Quod autē verba prædicta inordinata fuerūt in-
nuit Euangeliſta,ſubdendo.⌊Non enī fratres eius(iam dicti)credebāt in eū,⌋ quia nō eſt ꝓ-
pheta ſine honore,niſi in domo ſua & in cognatione ſua.Vnde & iſti dubitabāt,an miracu- Marc.6
la Ieſu eſſent vera miracula,facta virtute diuina,vel ſi hoc crediderūt,non tamen tenuerunt
eum pro Chriſto vnigenito dei,veroq́ꝫ deo,ſed pro homine puro & propheta.⌊Dixit ergo
eis Ieſus:Tempus meum ⌋.i.tempus manifeſtādi meipſum,eo modo quo vos deſideratis,vi
delicet ad capiendū honorem,ac gloriam ab hominibus,quia nō veni miniſtrari,ſed mini-
ſtrare,& ad dominandū in mūdo,nondū aduenit.Primus enī Chriſti aduentus vſqꝫ ad paſſi- Mat.20.
onem debuit eſſe occultus,& in abiectione ac humilitate, vt iudicaretur,non in omnimoda
manifeſtatione,vt quaſi rex regū ab omnibus honoraretur, quoniā ſi ſic,tūc vtiqꝫ nemo au-
ſus fuiſſet iudicare ſiue occidere eū.Sed poſt paſſionem fuit tempus glorificationis, manife-
ſtationis,dominationiſq́ꝫ ſuæ,quia extunc per prædicationē & ſigna apoſtoloꝝ,aliorumq́ꝫ
prædicatoꝝ,cœpit Chriſtus ſuam maieſtatē oſtendere,& vbiqꝫ regnare,vt omnes agnoſce
rent & adorarēt ſublimitatē ipſius.Ideo itaqꝫ dicit:Tempus meū⌊ nondū aduenit.⌋ No-
uit enī Chrūs intentionem fratrū ſuoꝝ,ꝙ non inuitarent eum ad aſcēdendū Hieruſalem ver
ſus,& ad ſigna illic agēda ex deuotione,ſed vanitate,vt.ſ.ipſe Ieſus eorum cognatus,& ipſi
B propter eū,tanquam cognati eius humanam laudē,fauorem,& commodū,ex perpetratio-
ne miraculorum conſequerentur.¶Poteſt quoqꝫ ita exponi,Tempus meū.i.hora eundi ad
Iudæam & prædicandi & faciendi illic miracula,nondū aduenit, quoniā à deo præordinatū
non eſt,vt in principio huius feſtiuitatis ibi ſim,ſed in medietate ipſius aduenīā,⌊tempus au-
tem veſtrū ſemper eſt paratū.⌋ Tempus dicitur bonū & malum paratum & imparatū, pro-
pter ea quæ ſunt vel fiunt in tempore.Vnde ait ſaluator:Sufficit diei malicia ſua.Et Apoſto- Mat.26
lus:Redimentes tempus,quoniā dies mali ſunt.Et tamen rurſus dicit Apoſtolus:Ecce nunc Ephe.5
tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis,& vtiqꝫ tēpus acceptabile ac ſalutare non eſt malū 2.Cor.6
nihilominus vnum & idem tempus dicitur malum,propter mala pœnæ & culpæ, quæ ſunt
vel fiunt in eo,& acceptabile propter miſericordiam dei,& cætera dona gratiæ,operaq́ꝫ vir
tutum quæ fiunt in ipſo.Simili modo dixit ſaluator,tempus fratrū ſuoꝝ eſſe ſemper paratū,
quoniā quod quærebant,videlicet laus vana & fauor humanus, ac commodū temporale,ꝗ-
tidie inueniuntur,exhibētur,& acquiruntur.Vel ideo dicit,tempus ſuū nondū veniſſe,ſed tē
pus illoꝝ ſemper eſſe paratū,quoniā habuit multos inſidiatores,illi vero ſine periculo aduer-
ſarioꝝ aſcendere poterant.Et huic conſonāt verba ſequentia.⌊Non poteſt mūdus⌋.i.ho-
mines mūdani vobis ſimiles in peccatis ⌊odiſſe vos.⌋ Odiū enī ex diſſimilitudine oritur,&
amor ex cōformitate,ideo mali & ſeculares ſe inuicem amant carnali & cæco amore.Verū-
tamen ſimilitudo eſt cauſa odij indirecte,ſiue per accidēs,inquātū vnus ſimiliū impedit aliū
C à conſequutione rei optatæ.Propter quod figuli inuicē litigant,& hoies eiuſdē officij ſibi in
uicē inuident.Vnus quoqꝫ multū eruditus conatur deprimere aliū ſibi ſimilē.Hinc inter ſu-
bos ſemper ſunt iurgia,& inter iracundos diſcordiæ.Mundus ergo perſequitur mundū,imò Prouer.13
vnus puerſus odit atqꝫ interimit aliū.Sed verū eſt quod Chrūs nūc loquit̄,qm̄ mūdanus ho-
mo ſecundū ꝙ talis,nō poteſt directe odio habere ac deteſtari ſimilē ſibi,quia affectu & o-
pere ſunt cōcordes,tamē indirecte & ꝑ accidēs cōtingit oppoſitū, ſecundū ꝙ vnus ſecularis
cōcipit aliū quaſi ſuo voto cōtrariū aut nociuū.¶Deniqꝫ cū in diuinis ſcripturis dicit̄:Homo
malus nō poſſe corrigi vel facere bonū,& homo bonus non poſſe peruerti vel facere malū,in Eccl.1.
telligendū eſt de hominibus bonis & malis formalr̄,hoc eſt ſecundū ꝙ tales ſunt,nō materi- Hiere.13
aliter,quia perſonæ tales cū ſint liberi arbitrij,poſſunt mutari,durante ſtatu viæ præſentis.In
talibus quoqꝫ loquutionibus frequēter accipitur impoſſibile pro difficili,quemadmodū pec
catum in ſpiritū ſanctū dicitur non poſſe remitti.Et Hieremias ait:Si mutare poteſt Aethi- Matt.12
ops pellē ſuam,& pardus varietates ſuas,& vos poteritis bene facere.Et Chr̄s in euangelio: Marc 3
Non poteſt arbor bona fructus malos facere,neqꝫ arbor mala fructus bonos facere. Certūq́ꝫ Luc 12
eſt hoc de hominibus dici.Sic veriſſime dicimus,impoſſibile eſt ſuperbū deo placere,homi- Hiere.13
cidā ſaluari,iracundū à ſpū ſancto inhabitari,ſed & pœnæ quæ talibus determinant̄ intelligē Mat.7
dæ ſunt ſub cōditione,videlicet niſi pœniteāt,vel ꝑ modū cōminationis,vel quia frequēter
ſic accidit.Secundū hunc itaqꝫ ſenſum dicit nunc Chr̄s fratribus iſtis mūdanis.⌊Nō p̄t mun
dus odiſſe vos.⌋ Hinc dicit Iohānes in ſua epiſtola:Nolite mirari ſi odit vos mūdus.Hoc di 1 Iohan.3
cit de iuſtis.De impijs vero adiecit:Ipſi de mūdo ſunt,& de mundo loquunt̄,& mundus eos 1.Iohan.4
audit.Merito ergo amicitia huius mundi inimica eſt deo in tantum ꝙ deus diſſipauit oſſa eo Iaco.4
rū qui hominibus placent.⌊Me aūt odit mūdus⌋.i.homines vitioſi,ꝑſertim principes ſacer- Pſal.52

dotum cũ ſuis fautoribus, quibus grauis fuit Chrũs ad videndũ, ⌊quia ego teſtimoniũ perhi- D
Sapie.2 Prou.14 beo de illo, quia(.i. ꝙ) opera eius mala ſunt⌋.i. peccata eorũ aperte redarguo. Veritas autem
odium parit. Propter quod Salomon loquitur: Ambulans recto itinere, & timens deum, de-
Amos.5 ſpicitur ab eo qui infami graditur via. Et denuo ait: Non amat peſtilens eum qui ſe corripit.
De talibus ſcribit Amos: Odio habuerunt corripientem & loquentem perfecte abominati
ſunt. Hæc fuit prima atq; præcipua cauſa odij & perſequutionis Iudæorum in Chriſtũ, quia
increpauit prauitates eorum. ⌊Vos autem aſcendite ad diem feſtum hunc,⌋ hoc eſt ad prin-
cipium ſolennitatis præfatæ ſecundum legem. ⌊Ego autem non aſcendam ad diem feſtum
iſtum,⌋ id eſt ad exordium feſtiuitatis iſtius, ſed poſtea veniam. Itaq; non aſcendam, eundo
vobiſcum, & publice eundo, ⌊quia tempus meum nondum impletum eſt,⌋ ſecundum ſen-
ſum expoſitum. ⌊Hæc cum dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa. Vt autem(.i. poſtquam) aſcende
runt fratres eius⌋ ad Hieruſalem, ⌊tunc & ipſe aſcendit⌋ poſt paucos dies, quia vt cito pate
bit, ipſe venit in templum, quarta die feſtiuitatis prædictæ. Fratres vero ipſius interfuerunt
primo feſtiuitatis huius diei, ⌊non manifeſte, ſed quaſi in occulto,⌋ quia (vt dictum eſt) ad
hoc declinauit à ſuorum aduerſariorum aſpectu, vt daret exemplum aliquando fugiendi p-
ſequentes, & ne daret illis incitamentum amplioris rancoris. Venit itaq; non manifeſte. Vel
quia ſine magno comitatu proceſſit, Vel quia per rara itinera iuit, Vel quia conſpici noluit,
per quod dedit exemplum, vt interdum humiliter lateremus atq; occulte agamus bona quæ
agimus, ne alij contra nos prouocentur. ⌊Iudæi ergo quærebant eum in die feſto.⌋ in Hieru
ſalem, quoniam ſolitus fuit ibi adeſſe in præcipuis feſtis, ⌊& dicebant: Vbi eſt ille?⌋ famo-
ſus, qui omnibus notus eſt, quia in omnibus ſingularis, in pulchritudine vultus, in habitudine
corporis, in rectitudine æquitatis, in doctrina, in eloquentia, in miraculis. Hinc ergo non ex E
primunt nomen ipſius, & forte ꝙ quidam eorum ex contemptu, vt mali, quidam vero ex re
uerentia, vt credentes, hoc fecerunt. ⌊Et murmur multus⌋.i. magna contentio vel ingẽs cõ
fabulatio, ⌊erat de eo in turba,⌋ ſicut de abſentibus magnæ reputationis eſſe ſolet, cuius ra-
tio ſubditur. ⌊Quidam enĩ dicebant, quia bonus eſt,⌋.i. vera docens & iuſte viuens. Nullus
tamen eorũ æſtimauit eum eſſentialiter bonũ, tanquã verũ deum. ⌊Alij autẽ dicebant: Non
(eſt bonus,) ſed ſeducit turbas⌋ per ſimulatã iuſtitiam, falſa miracula, peſtiferamq; doctrinã
⌊Nemo tamem (iſtorũ) palã loquebatur de illo⌋ aliquid diffiniendo de bonitate vel prauita
te ipſius in audientia publica, ⌊propter metum Iudæorũ.⌋ Iſtud dupliciter poteſt intelligi.
Si enĩ quod ait, propter metũ Iudæorum, intelligatur de Iudæis, qui quærebant Chriſtũ oc-
cidere, tũc id quod dictũ eſt, Nemo palam loquebatur de eo, intelligendũ erit dũtaxat de his
qui dixerũt de Ieſu, quia bonus eſt. Illi enĩ ne offenderent, tacuerũt. Si vero quod ait, propter
metũ Iudæorũ, accipiatur ſimpliciter de Iudæis, inter quos multi etiã magni atq; potẽtes fue
runt, qui bene ſenſerũt de Ieſu, tunc quod dictũ eſt, Nemo palã loquebatur de eo, intelligen-
dũ erit de omnibus qui murmurauerũt & loquebant de Ieſu, dicẽtes: Vbi eſt ille. Nã aliqui ma
le ſentientes de Ieſu, non audebant corã omnibus Iudæis detrahere ei. ⌊Iã aũt die feſto mediã-
te⌋.i. prædicta feſtiuitate tabernaculorũ ſeptẽ diebus durante, iam pro media parte elapſa, vi
delicet quarta die eius. Sumitur ergo in iſto capitulo dies feſtus, nõ pro vno die dũtaxat, ſed
totalitate dierũ ſolennitatis iſtius, ⌊aſcendit Ieſus in templũ (Hieroſolymitanũ) & docebat⌋
Superius dixit Euangeliſta, ꝙ noluit Ieſus in Iudæam tranſire, quia quærebant eũ Iudæi occi
dere. ¶Quomodo ergo nũc refert eum tẽplum coram vniuerſis intraſſe, manentibus Iudæis
in voluntate tã impia? Et reſpondendũ, ꝙ propter prædictã cauſam diſtulit Chrũs quãdoq;
intrare Iudæam, non ex timore, vt dictũ eſt. Non tamẽ ſemper vt inſtruat prædicatores, ne F
gregi ſibi cõmiſſo ſubtrahant verbũ ſalutis in neceſſitatis articulo. Itemq;, vt declaret Iudęos
nil poſſe contra ipſum, niſi quantũ ipſe permiſerit. Docuit ergo Ieſus in tẽplo, introducẽdo
documenta legis ac prophetarum, & illa perfecit per propria documenta. ⌊Et mirabant (Iu
dæi,) dicentes: Quomodo hic literas ſcit (.i. ſcripturas legis ac prophetarũ) cũ nõ didicerit?⌋
eas ab homine. Audierunt nanq; excellentiſſima documenta Chriſti, teſtimonijs ſcriptura-
rum firmata. Et patuit eis, ꝙ Ieſus non frequentauit, neque ab hominibus inſtructus fuit, ideo
mirabantur. Admiratio quippe conſurgit, cum aliquid noui apparet, cuius cauſa naſcitur.
Iſtud vero nouum atq; inſolitum fuit, & neſcierunt quod Ieſus eſſet ille, de quo Eſaias pro-
Esa.11 pheta prædixit: Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & for
titudinis, &c. Latuit eos quòd Ieſus eſſet deus & homo, in quo ſunt omnes theſauri ſapien-
Col.2 tiæ & ſcientiæ abſconditi, qui ſecundum naturam aſſumptam accepit à deo trinitate omni-
um præſentiũ, præteritorum, ac futurorum plenam ſententiam, ab incarnationis principio.
Veruntamen admiratio horum partim rudis fuit & increpabilis. Cum enim vidiſſent plura
ſigna per Ieſum fieri, quàm fecerunt prophetæ, debebant attendere, quod qui prophe-
Mat.13 tas docuit per inſpirationem internam docuiſſet & Ieſum Chriſtum ſimiliter. Hinc eſt quod
Marc.6 Matthæus & MARCVS referunt dixiſſe Iudæos: Vnde huic ſapientia, & virtutes.

Nõne

Nonne hic eſt filius fabri? ⌊Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius
qui miſit me.⌋ Iuxta dialecticos nulla propoſitio verior eſt, quàm in qua idem prędicatur de
A ſeipſo, & nulla falſior quàm in qua idem de ſeipſo negatur. Quomodo ergo ait: Mea doctri-
na non eſt mea? Si enim ſic eſt ergo doctrina Chriſti non fuit Chriſti, & contraria ſimul ſta-
bunt. Dicendum quòd doctrina Chriſti fuit aliquo modo ſua, & aliquo modo nõ fuit ſua. Eſt
igitur ſenſus: Mea doctrina .i. prædicatio euangelica quæ eſt mea tanq̃ loquentis ac recipiẽ-
tis, non eſt mea tanquã à ſeipſo eam habentis. Chriſtus enim non ſolum ſecundum naturam
aſſumptam, ſed inſuper ſecundũ naturam diuinam accepit à patre quicquid habet & eſt, pu-
ta eſſentiam atq; ſcientiã. Vel ſic: Mea doctrina quæ eſt mea tanq̃ docentis, non eſt mea per
ſtudium inſtructionis humanę, quia per infuſionem eam accepi. Auguſtinus & Beda videtur Auguſtinus
ſubtiliorem tangere intellectum, tamen obſcurum & pia interpretatione egentem. Pro quo Beda
ſciendum, quod ſicut Chriſtus dicit verbũ & ſermo patris quo omnia loquitur, ſic dici poteſt do- 1. Cor. 1
ctrina patris, quia per ipſum inſtruit om̃es. Itaq; ait: Mea doctrina .i. ſapiẽtia quæ ego ſum,
non eſt mea, hoc eſt, à meip̃o, ſed eius qui miſit me, ſcilicet patris. Tanquàm primi æterniq;
fontis atq; datoris. Sic quilibet noſtrum conſiderans ſe ex ſe nihil habere, ſed totum quod ha
bet vel eſt diuinitus recepiſſe, dicere poteſt ac debet: Mea anima, mea virtus, mea ſcientia,
non eſt mea, ſed creatoris mei. Vnde ſecundum Auguſtinum: Doctrinam appellat hic Chri Auguſtinus
ſtus non doctrinam volubilem & ſonoram, ſed eſſentialem ſeu increatam ſciẽtiam. Iſtam ex-
B poſitionem non arbitror literalem, quia ſecundum eam Chriſtus non directè ſoluiſſet quæ-
ſtionem Iudæorum dicentium, quomodo hic literas ſcit? ⌊Si quis voluerit⌋ voluntati effica
ci, procedente in opus cum poteſt. ⌊Voluntatẽ eius facere⌋ .i. deo patri obedire eius præce-
pta ſeruãdo, atq; in me vnicũ filiũ eius credẽdo, paſſiões q; propriã voluntatẽ, ac vitia, rectũ
iudicii impediẽtia abiiciẽdo, ⌊cognoſcet⌋ p donũ intellectus, p experiẽtiã quãdã, & item p
admirabilẽ certitudinẽ ex diuina illuſtratiõe manãtẽ, ⌊de doctrina⌋ .i. Euãgelica diſciplina
quã doceo ⌊vtrũ ex deo ſit (.i. an vera & mihi à pr̃e collata cõſiſtat) an ego à meip̃o loq̃r⌋ .i.
ex proprio corde eã cõfingã, & nõ miſſus à deo, ſed meip̃m ingerẽs p̃dicẽ. Per fidẽ em̃ pue
ni ad intellectũ, iuxta illud Eſaiæ: Niſi credideritis, nõ intelligetis, & p obedientiã peruenit Eſa. 7
ad guſtũ, p opaq; ad illuminationẽ. Qui ergo voluntatẽ dei facit modo p̃dicto, meret dono
intellectus impleri ad cognoſcendũ ea quę fidei ſunt, meret quoq; ſupnaturalr̃ cõſolari, ineffa
biliterq; delectari in dño, & certificari ab ip̃o, per quæ fit in om̃i veritate fidei prorſus certiſſi-
mus, ita vt nihil ei videat rationabilius, certius, pulchrius, aſſertionibus fidei benedictæ. Ta
lis quoq; certiſſime ſcit, quod in Chriſtiana lege maxime cõdemnat om̃e pactũ cũ dæmone, oĩs
operatio magicæ artis, om̃is ſimulatio atq; calliditas, ſicq; cognoſcit miracula à Chriſtianis
vbertime facta, nõ eſſe facta ope diabolica, arteq; magica, aut circũuentiõe & calliditate hu-
mana, ſed poteſtate diuina, quæ falſam doctrinã miraculis nõ cõfirmat. ¶ Deniq; talis ſcit q̃
ſancta, pfecta, ſimplex, & pura ſit Chriſtiana religio, in qua oĩa ad priuati amoris plenã ex-
tirpationẽ, & ad diuini amoris pfectionẽ, p ordinatiſſima media ordinant, ſcit etiã q̃ virtuo-
ſi fuerunt patres, qui fecerunt miracula, quàm patientes, caſti & humiles, q̃ charitatiui, contẽ
C platiui, veraces, atq; pacifici. Ex quibus cognoſcunt, quòd diuina ſit Chriſti doctrina. Hinc
ergo viri interni, virtuoſi & contemplatiui ſunt in fide certiſſimi atq; immobiles. ⌊Qui à ſe-
ipſo loquit⌋ hoc eſt, proprias adinuẽtiones, nõ veritates deſuper reuelatas, ⌊docet & (prę-
dicat) gloriam propriam quęrit⌋ Operatur enim ex amore priuato non diuino, & vanus eſt
ac ſuperbus. Tales fuerunt hæretici, & malarum legũ doctores vt Mahumet⁹, qui licet dixe-
rint ſe quærere dei honorem, tamen mentiti ſunt, nam quæſierunt ſeipſos cupientes ab ho-
minibus honorari. Vel ſic: Qui à ſemetipſo loquitur, hoc eſt, ex proprio ſpiritu, non ex inſpi
ratiõe diuina, propriam gloriam quærit quàmuis prædicet vera ac ſancta. Tales ſunt modo
innumerabiles, qui quærunt videri, reputari, promoueri, præeſſe, & ad hæc obtinẽda, labo-
rant ſtudendo, docẽdo, & multa ſpecietenus bona agendo. Eſt em̃ qui nequiter ſe humiliat, Eccl. 19
& interiora eius plena ſunt dolo. Verũtamẽ tales primo & maxime fallunt ſeipſos. ⌊Qui au-
tem quærit gloriam eius qui miſit illum⌋ hoc eſt, ego et qui mea ſectantur veſtigia, qui quę-
rimus gloriam dei patris, ⌊hic verax eſt⌋ veritate doctrinæ & vitæ, quia deo inſtruẽte profa
tur ⌊& iniuſtitia (hoc eſt mala intẽtio ſeu peccatum reprehenſione dignum) in illo non eſt⌋
Hoc certum eſt quantũ ad Chriſtum, ſed q̃ntũ ad famulos eius non eſt ſic intelligendum, quod
ſint omnino à culpa immunes, ſed ſunt ſine peccato mortali. Et quantum ad hoc quod glo-
riam dei quærunt, iniuſtitia carent. Soli etenim deo debetur honor & gloria, idcirco q quę-
rit gloriã propriã furtũ cõmittit, ſubripiẽs deo q̃d eius eſt. Per hęc ergo probat Chriſtus ſuã
doctrinã eẽ à deo. Nõ em̃ quæſiuit gloriã ppriã inordinate, ſed totius pauptatis & humili- 1. Timo. 1
tatis p̃buit ſe in exemplũ, nemini blandiẽs, neminẽ palpãs, ſed vſq; ad mortẽ pro iuſtitia cer Eccl. 30
tans, ita quòd veriſſime dicere potuit illud beati Iob: Donec deficiam, non recedam ab in- Iob. 27
nocentia mea. Iuſtificationem quam cœpi, tenere non deſeram. Sed quia Iudæi obiecerunt

Chriſto quòd legem Moſi non ſeruaret. Dictum eſt em̃ quinto capitulo, quòd perſequebant D
Chriſtum, eo quòd paralyticum curaſſet in ſabbato, ideo ſubdit: ⌊Nonné Moſes dedit vo- »
bis legem.⌋ Tanquàm miniſter dei nõ ſicut principalis legiſlator, quomodo Chriſtus dedit »
nobis euangelicã lege, ⌊& nemo ex vobis facit (hoc eſt obſeruat) legẽ in om̃ibus.⌋ Hoc aſſe- »
rit Chriſtus cordium Iudex & cognitor, vel quia in turba quam alloquebatur, nullus fu-
it iuſtus legiſq; factor, vel quia tam pauci fuerunt, quòd comparatione aliorum quaſi nulli vi-
debant. Per hoc innuit Chriſtus, quòd digni nõ erãt eum arguere de ſabbati tranſgreſſiõe,
quàmuis ſic fuiſſet, quia qui in maioribus vel paribus culpis ſunt, non habent faciem alios in-
crepandi, præſertim ſi ex officio eis nõ incumbat. Charitas enim debet eſſe ordinata, vt vnuſ-
quiſq; in primis corrigat ſemetipſum, deinde & proximũ. ⌊Quid me quæritis interficere?⌋ »
quod eſt contra legem, quæ prohibeat innocentes occidi. Hoc Chriſtus dixit, vt oſtẽderet ſe
illorum machinationes cognoſcere, & eos ad emendationem induceret, nõ tamẽ vt mortẽ
imminentem euaderet. ⌊Reſpondit ei turba (multitudo illa turbata) & dixit: Dæmonium »
habes⌋ hoc eſt, quaſi inſenſatus & malicioſus loqueris, malum ſuſpicãdo de nobis. ⌊Quis⌋ »
noſtrum ⌊te quærit interficere⌋ quaſi dicant. Nullus. Et vtrũq; mentiti ſunt, imponentes fi
lio dei inſaniam atq; mendacium. Nam in principio huius capituli dixit Euangeliſta, ꝙ Iu-
dæi quærebant Ieſum occidere. Et quid tam irrationale, vt Chriſto qui eſt ſapientia & veri
tas patris, qui & dæmones expulit verbo, regnumq; diaboli diſſipauit idololatriam deſtruẽ-
Supra ca.5 do imponere tantam dementiã & falſitatẽ. ⌊Reſpondit Ieſus & dixit eis: Vnum opus feci.⌋
Non vnum dũtaxat quoniam omnia facta ſunt per me. Pater quoq; meus vſq; modo opera
tur, & ego operor, ſed vnum opus feci, cuius occaſione contra me murmuratis, mihiq; legis E
tranſgreſſionem imponitis. Opus iſtud eſt curatio paralytici, cui iuſſit Ieſus ferre grabatum
ſuum & ambulare, quod factum eſt ſabbato, quemadmodum dictum eſt quinto capitulo:
⌊& omnes miramini⌋ admiratione turbante, ex malitia procedente. Miramini (inquam) ꝙ »
ego qui videor religioſus & zelum dei me habere oſtendo, hoc feci in ſabbato. Qui em̃ odit
alium, facta illius faciliter interpretatur in peius, & ea quæ vel in ſe bona ſunt vel modice cul
pabilia, adeò magnipendit ac reprobat, vt apud ſe miretur quod ille talia operatur. Hoc mo
do Manichæus atq; Montanus mirabantur quod deus legis & prophetarum pręcepit plebi
Iſrahel ſpoliare Aegyptum. In verbis iſtis commendatur nobis ineffabilis patientia, manſue
tudo, atq; tranquillitas Chriſti, qui ad tantam contumeliam tam benignè mititerq; reſpon-
dit. Diſcamus ergo Chriſti exemplo iniurias verboꝝ æquanimiter ferre, aduerſa tranquillo
animo ſuſtinere, nõ reddere malum pro malo, nec vinci à malo, ſed vincere malum in bono
Pſalm.38 Ideo nẽpè dicit Pſalmiſta: Poſui ori meo cuſtodiã, dũ cõſiſteret peccator aduerſum me. Et
Prouer.26 Salomon in Prouerbiis: Non reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiatis ei ſimilis.
Prouer.20 Alibi quoq; hortatur: Ne dicas, reddam malũ pro malum, expecta dominum & liberabit te.
Prouer.24 Et ne dicas, quomodo fecit mihi, ſic faciã ei. ¶ Deniq; induratis iſtis Iudæis, qui tam faciliter
proruperunt in verba contumelioſa atq; blaſphema, aſſimilantur homines paſſionati, vitio-
ſi & impatientes, qui licet foris aliquid boni agere videantur, intus tamen languoribus animę
pleni ſunt, pręcipuè morbo qui dicitur: Noli me tangere, vnde cum parum pulſantur, tangũ
tur vel exercitantur, euomunt quo replentur. Prorumpunt enim in verba malitiæ & nequi- F
tiæ, in verba fœtida, pſigitiua & inordinatiſſima. ⌊Propterea⌋ hoc eſt, ad præfigurãdũ ope »
ra mea, qui ſpiritualiter circumcido ⌊Moſes (deo iubente) dedit⌋ hoc eſt, in ſcriptis redegit »
atq; propoſuit ⌊vobis circumciſionem⌋, hoc eſt, præceptum circumciſionis maſculorum in »
præputio, dicens. Maſculus cuius præputij caro circumciſa non eſt, delebitur anima illa de
populo ſuo. ⌊Non quia ex Moſe eſt,⌋ hoc eſt, circumciſio originaliter data ac iuſſa non eſt »
Moſi ⌊ſed ex patribus⌋ hoc eſt, patriarchis data ẽ primo. Primo em̃ data eſt Abrahæ vt pa- »
Gene.17.et.21 tet in Geneſi, deinde Iſaac, Iacob & duodecim patriarchis. Propter quod ad Romanos teſta
Acto.7
Roma.15 tur Apoſtolus: Dico Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circũciſionis, ad confirmandas pro-
miſſiones patrum. Hoc Chriſtus adiecit ad declarandum magnitudinem præcepti circumci
ſionis. ⌊Et in ſabbato⌋ hoc eſt, ſeptima die quę celebris eſt. ⌊circumciditis hominem⌋ in- »
Leui.12 fantem. Præceptum equidem fuit, vt infans octauo die circumcideretur. Dum ergo naſce-
batur in ſabbato circumcidebatur ſabbato ſubſequẽti. ⌊Si circumciſionem accipit homo in »
ſabbato,⌋ imò quia ſic eſt, ⌊vt non ſoluatur lex Moſi,⌋ hoc eſt, abſque tranſgreſſione præ- »
cepti de celebratione ſabbati per Moſen dati. ⌊mihi indignamini quia totum hominem⌋ »
hoc eſt, paralyticum illum in corpore & anima, ⌊ſanum feci in ſabbato?⌋ quaſi dicat: Hoc »
valde abſurdum eſt, cum maior atque vtilior ſit curatio totius hominis quàm circũciſio cor-
poris. *Sed* & curatio illa miraculoſe facta ſolo verbo ſine labore, magis confert ad gloriam
dei quàm circumciſio. In hoc verbo ſaluatoris quo dicit: Totum hominem ſanum feci, fun-
datur illud dictum commune, quòd Chriſtus ſanauit in anima, quos curauit in corpore.
Dei nanque perfecta ſunt opera, & iniquis potius obeſt ſoſpitas carnis quàm proſit, dum ex-

hibent

hibent membra ſua arma iniquitatis peccato. ⌊Nolite iudicare ſecundum faciem⌋ ſuperfi-
A cialiter ſecundum ſolam apparentiam, ſecundum ſigna incerta, ſecũdum ſenſum exteriorẽ.
Tale nãq; iudicium ſæpius fallit, ⌊ſed iuſtum iudiciũ iudicate⌋ hoc eſt, iudicando diſcernite
ac proferte, iudicãdo ſecundũ rationem, informatam prudẽtia, regulatã iuſtitia, procedẽtẽ
ſecundum ordinem iuris, & veritatẽ rei diligenter penſantẽ. ¶Præcipit ergo Chriſtus vt iu
dicemus eo modo quo Eſaias prædixit de ipſo. Non ſecundũ viſionem (inquit) oculorũ iudi Eſa.11
cabit, neq; ſecundũ auditũ aurium audiet, ſed iudicabit in iuſtitia. Quod igit in Matthæo ait Matt.7
ſaluator: Nolite iudicare vt nõ iudicemini, dictũ eſt de iudicio inordinato, vidrlicet vſurpa-
torio, ſuſpitioſo, peruerſo. ¶Deniq; ad rectitudinem ſeu veritatem iudicij multa exiguntur.
Primo, vt procedat ex lumine rationis, non ex impetu paſſionis. De hoc multa dicuntur in Iob 15
libro Iob: Vt eſt illud: Nunquid ſapiens reſpondebit, quaſi inuentum loquens, & implrbit Iob. 8
ardore ſtomachum ſuum. Et illud: Quid perdis in furore animam tuam, & reſpõdete abſ- Iob. 6
que contentione? Paſſiones quippe actum rationis impediunt. Secundo, vt ſit ſine perſona Deuter.1
rum acceptione, quemadmodum Moyſes loquitur in Deuteronomio: Dixi principibus &
iudicibus, quod iuſtum eſt iudicatr, ſiue peregrinus ſit ille ſiue ciuis, nulla erit diſtantia,
ita paruum audietis vt magnum, Nec accipietis cuiuſquàm perſonam. Oportet ergo priuati
amoris affectionem, amorem, odiumq́; abijcere, ne iudex ſit partialis. Tertio, vt clamori vel
fauorl plurimorum nõ cædatur, iuxta illud Exodi: Ne ſequaris turbam ad faciendum malum Exo.23
nec in iudicio acquieſcas ſententiæ plurimorũ, vt à vero deuies. Quarto, vt cauſa ignota ſeu
dubia debite inquiratur, prout Iob ait: Cauſam quam ignorabam diligentiſſime inurſtiga- Iob 29
B bam. Quinto, ne propter timorem æquitas deſeratur. Propter quod ſcriptũ eſt: Noli quæ- Ecci.7
rere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem poten-
tis. Sexto: Ne in iudicando plus quàm oportet vel decet iudicans alicui compatiatur, ſecun-
dum quod dominus præcipit in Exodo: Pauperis nõ miſereberis in iudicio. Et rurſus: Non Exo.23
declinabis in iudicio pauperis. In Leuitico quoq;: Non conſideres perſonam pauperis, nec Leui.19
honores vultum potentis. Septimo: Ne dona accipiant iuxta illud Exodi: Non accipias mu Exo.23
nera, quæ excæcant etiam prudentrs, & ſubuertunt verba iuſtorum. Octauo, ne precrs ad-
mittãtur in præiudicium aduerſariæ partis. Nono, vt altera pars audiatur, & quilibet æqua-
nimiter ſuam cauſam proponere permittatur, iuxta quod legitur in actis Apoſtolorũ: Non Acto.25
eſt conſuetudo Romanis damnare aliqurm hominem priuſquàm is qui accuſatur, præſentes
habeat accuſatores, locumq́; defendẽdi accipiat ad abluẽda crimina. Decimo, ne pœna exce
dat menſuram culpæ. Propter quod Moſes dicit: Iuxta menſuram culpæ, erit quantitas pla- Deut. 25
garum. Vndecimo, vt iudicium ordinetur ad bonum eius qui iudicatur. His itaque obſerua-
tis, erit iudiciũ verũ veritate iuſtitiæ & doctrinæ, hoc eſt, æquũ & ſapientiale. De hac materia
multa iam dixi Matthæi ſeptimo, & ad Romanos ſecundo, idcirco celrrius atque facilius Mat.7
transeo. ⌊Dicebant ergo⌋ videlicet, quoniam Ieſus dixit: Quid me quæritis interficere? Roma.2
⌊quidam ex Hieroſolymis,⌋ hoc eſt, ciurs Hieruſalem qui melius quàm alij nouerant, ma-
chinationem ſacerdotum, ſcribarum ac phariſæorum, qui maximè morabantur in Hieruſa-
lem contra Ieſum. ⌊Nonné hic eſt quẽ quærunt interficere?⌋ Tanquàm dicerent: Vtiq; iſte
eſt: ⌊Ecce palàm loquitur,⌋ contra illos dicendo: Nrmo ex vobis facit legem. Et quid me
C quæritis interficere? ſicq́; impoſuit eis grauiſſima crimina in templo coram omni frequen-
tia plebis, ⌊& nihil ei dicunt⌋ quod videtur procedere, vel ex timorr, quaſi timentes Ieſum,
vel ex ſcirntia quaſi ſcientes nunc eum eſſe Chriſtum, ideo addunt: ⌊Nunquid vere cogno-
uerunt principes⌋ hoc eſt. principales in populo, ſcilicet ſacerdotes, ſcribæ, phariſæi, ac ſe-
niores, præſertim pontifices, ⌊quia hic eſt Chriſtus⌋ quaſi dicant: Hoc apparet ex eo quod
ſilent. Iſti ciues ignorabant Ieſum eſſe tantæ potentiæ, quòd ſine eius virtute ac permiſſione
nemo loqui poteſt aut agrre quicquàam. Idcirco quòd principes tacuerunt, retulerunt ad
eorum ſcientiam, cum potius referendum fuerit ad Chriſti diſpenſationem ac ordinatio-
nem, qui quando voluit ſeu permiſit, perſecutionem ſuſtinuit. Iſta tamrn dixerunt dubi-
tando non affirmando. Vnde mox arguunt ad oppoſitum. ⌊Sed & hunc ſcimus⌋ hoc eſt,
cognoſcimus ⌊vnde ſit⌋ hoc eſt, de qua progenie, & de quo loco, videlicet, à Nazareth Ga-
lilææ. ⌊Chriſtus autem cum venerit nemo ſcit (hoc eſt ſciet) vnde ſit.⌋ Quomodo verum eſt
hoc cum vulgatum fuerit apud Iudæos Chriſtum naſciturũ de tribu Iuda per Dauid in Beth
lehem? Dicendũ quod Iudæi propter diuerſa loca ſcripturæ ambigui erant, de qualitate aduẽ
tus Chriſti, & forte ꝙ ideo, quia nõ intellexerũt ex ſcripturis, ꝙ in Chriſto eſſet duplex natu
ra, puta diuina & humana, idcirco nõ poterãt cõcordare ſcripturas. ¶Porro ꝙ aiũt: Chrſ cũ
venerit, nemo ſcit vnde ſit, habere poterãt ex eo quod ſcriptum eſt apud Eſaiam: Generatio Eſa.53
nem eius quis enarrabit? Et Malachias: Quis (inquit) poterit cogitare diem aduentus eius, Mala.3
aut quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans. Heremias quoq; ait decimo Hiere.14
quarto capl'o: Quare vẽturus es quaſi vir vagus? Et itẽ: Quare vẽturus quaſi colonus in terra

Vetum

Verum eſt ergo quòd nemo ſcit, hoc eſt, comprehendere poteſt vnde ſit Chriſtus. ⌊æternã D
atq; diuinam eius originem, ſed nec generatio eius de virgine comprehendi poteſt à nobis,
quantum ad modum eius. Quis em̃ capere queat, qualiter de clauſo dulciſſimæ virginis vte-
ro exiјt verum corpus Chriſti? ⌊Clamabat ergo⌋ Quia ex magno affectu ſalutis Iudæorum
Eſa. 58 Damaſcenus & voce ſonora, ſicut Eſaias prædixit: Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. Quod
ſanctus Hieronymus exponit de Chriſto ad literam ⌊docens in templo Ieſus.⌋ ¶ Quomo-
Eſa. 42 do nunc dicitur: Ieſus clamaſſe, cum in Eſaia ſit prophetatum de eo: Non clamabit nec au-
Ephe. 4 dietur: foris vox eius. Et reſpondendum, hoc dictum eſſe de immoderata ſeu paſſionata vo-
Pſalm. 21 Pſalm. 68 ciferatione, de qua dicit Apoſtolus: Omnis clamor, & amaritudo, & indignatio tollatur à
Infra ca. 8 vobis. ¶ Porro de ordinato eius clamore, fertur in Pſalmis: Deus meus clamabo per diem,
Matth. 11 & non exaudies. Et laboraui clamãs raucæ factæ ſunt fauces meæ. ⌊Et me ſcitis, & vnde ſim
ſcitis?⌋ Infra ait Chriſtus Iudæis: Neque me ſcitis. Et in Matthæo: Nemo nouit filium, niſi
pater, neq; patrem quis nouis niſi filius. Quomodo ergo nunc aſſerit: Et me ſcitis. Reſpon-
ſio plana eſt, quoniam aliquo modo nouerant eum, videlicet ſecundum ſenſitiuam cognitio
nem, & quantum ex illa intellectualiter elicere poterant. Nouerant eum ſecundum ſuam hu
manitatem quodammodo, ſed multum imperfecte. Putabant quippe quòd naturali ordine
genitus eſſet, & in eſſe creato ſubſiſteret, & vnde ſim ſcitis, hoc eſt, ortum & patriam meam.
Hoc locutus eſt Chriſtus, quantum ad id quod dixerunt Iudæi. Nunc ſcimus vnde ſit. Sed
quantum ad id quod dixerunt: Chriſtus cum venerit, nemo ſcit vnde ſit. Reſpondit: ⌊Et à
meipſo non veni,⌋ Hoc eſt, originem à vobis ignotam habeo, quia à patre per generatio-
nem æternam egreſſus ſum, & ille me miſit. ¶ Denique quòd ait, à meipſo non veni, ſi ſic in-
telligatur, propria voluntate non veni. Verum erit de Chriſto ſecundum quod homo, quia E
voluntas eius humana, non fuit cauſa quod venit in mundum per incarnationem, ſed in in-
carnatione voluntas illa creata eſt. Voluntas vero patris fuit cauſa huius aduentus. Chriſtus
autem vt deus habet eandem numero voluntatem cum patre, idcirco quod ait: A meipſo
non veni, non eſt accipiendum de Chriſto ſecundum naturam diuinam niſi in hoc ſenſu.
A meipſo non veni, hoc eſt, à patre voluntatem & poteſtatem accepi, per quam veni in mũ-
du m, aſſumendo naturam humanam. Nihilominus Chriſtus vt deus propria voluntate ve-
nit ac poteſtate, imo & miſit ſeipſum ſecundũ quòd homo eſt. ⌊Sed eſt verus qui miſit me.⌋
Hoc eſt, Deus pater qui eſt ſubſtantialiter verus veritate eſſentiæ in ſeipſo, & verax in verbis
atque operibus, ⌊quem vos neſcitis.⌋ Certum eſt quod Iudæi nõ ſciebant deum patrem per
ſpeciem ſicut beati in patria, nec per comprehenſionem plenariam, quia ſic nõ cognoſcitur
deus, niſi ab intellectu infinitæ virtutis & capacitatis, videlicet à ſeipſo dumtaxat.
¶ Sed quæſtio eſt, an ſciebant eum per fidem. Et reſpondendum, quòd non om̃es Iudæi ha-
buerunt explicitam fidem de ſuperbenedicta Trinitate, idcirco nec patrem nouerunt per fi-
dem explicite. Nouerunt tamen eum ſecundum eſſe abſolutum, inquantum eſt deus, per fi-
dem, vel etiam per naturalem rationem. Si vero loquamur de notitia formata non informi,
1. Iohan. 2 ſic mali Iudæi non nouerant eum, ſicut nec cæteri impij, quantũcũq; ſubtiles vel eruditi. Qui
em̃ ſe dicit noſſe deum & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. ⌊Ego autem ſcio eum.⌋
quia vt deus comprehẽdo eum plenarie. Secundum naturam vero aſſumptam vidi eum per F
ſpeciem ab incarnationis principio clariusq; q̃ aliquis beatorum ⌊Et ſi dixero quia non ſcio
eum, ero ſimilis vobis mendax,⌋ quod impoſſibile eſt, cum veritas non poſſit mentiri, nec
creator creaturis in vitijs conformari. ⌊Sed ſcio eum⌋ ſcientia increata, ſeu comprehenſiua
& creata vel fruitiua, ⌊quia ab ipſo ſum⌋ hoc eſt, ab eo accepi eſſe, & idem numero nõ diuer
ſum, per generationem æternam, ⌊& ipſe me miſit⌋ per incarnationis myſterium, hoc eſt,
me incarnari, hominibus apparere, mundumq; ſaluare conſtituit. Scientia autem comprehẽ
ſionis perfectæ competit filio, ratione generationis diuinæ. Scientia vero infuſa, fruitiua, & in
genere notitiæ creatæ, ſumme perfecta, conuenit Chriſto ratione miſſionis præfatæ. Quo-
niam enim miſſus eſt ad ſaluandum genus humanum, data eſt ei omnimoda plenitudo gra-
tiæ atque ſcientiæ inditæ. ⌊Quærebant ergo (principes & fautores eorum) eum apprehen-
dere⌋ hoc eſt, capere ad occidendum, non amplecti ad perfruendum, de qua apprehenſione
Cant. 8 loquitur ſponſa in Canticis: Quis mihi det te fratrem meum, vt inueniam te foris & deoſcu-
ler ac apprehẽdã te? Nos quoq; quia nõ poſſumus Ieſum cõprehẽdere, ſtudeamus ſaltem ap-
prehẽdere eum, hoc eſt per fidem & charitatem attingere eum, eiq; intime quãtum fieri po-
teſt vniri. ¶ Cur voluerunt apprehẽdere eum? Primo, quia tam dure ac iuſte corripuit eos.
Secundo, quia tam magna aſſeruit de ſeipſo, ⌊& nemo miſit in illum manus (violentas) quia
nondum venit hora eius⌋ hoc eſt, tempus ſuæ paſſionis in quo mori decreuit, non antea nec
poſtea. Hoc quod nondum venit hora eius fuit cauſa, ſignum, non efficiens quod non capie-
batur. Diuina vero voluntas atque potentia, erat cauſa efficiens quod captus non fuit, quia
refrænauit malitiam Iudæorum, non permittens eam in actum procedere.

¶ Præterea

A ¶Prætereà quia in Euangelio ſæpius legitur: Nondum venit hora eius, vel aliquid ſimile: Johan.2
Quidam hæreticorum dicere auſi ſunt, quòd Ieſus natus eſt ſub certo fato, vel conſtellatiõe,
cuius virtute fecit quæ fecit. Sed quàm falſum ſit hoc non oportet probare, cum certum ſit
ipſum ſupernaturaliter eſſe cõceptũ, ac natũ. ⌊De turba autẽ multi crediderũt in eũ,⌋ quòd
eſſet Meſſias, ⌊& dicebãt: Chriſtus cũ venerit, nũquid plura ſigna faciet, quã quæ hic facit.⌋
Ex quo hi qui ita dixerunt, erant credentes in Ieſum, videtur ſic exponẽdum: Chriſtus cum
venerit, hoc eſt, ſi ponatur ſecundum aliorum æſtimationem, quòd Chriſtus nondum ad-
uenit, tamen cum & ſi venerit, prout illi expectant, non faciet plura miracula quàm efficit
iſte. Ideo eſt credendum quòd ſit Chriſtus, in cuius aduentu dixerunt prophetæ multa ſi-
gna eſſe fienda. Vnde habetur apud Eſaiam: Ecce deus veſter veniet & ſaluabit vos. Tunc Eſa.35.
aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, &
aperta erit lingua mutorum. Nullus quippe ante aduentum Chriſti tanta fecit miracula ſicut
Chriſtus, & om̃es qui poſt eum fecerunt vera miracula, non niſi in nomine eius ea fecerunt,
immo qui ſcire deſiderat quàm innumerabilia, præclara, & glorioſa prodigia operatus eſt
Chriſtus aliorum trium Euangeliſtarum euangelia legat. Verum quoniam fides iſtorum nõ
fuit multum perfecta, idcirco quod aiunt: Chriſtus cum venerit, nunquid plura ſigna faciet?
Intelligi poteſt per modum cuiuſdam inquiſitionis. Quantitas enim miraculorum fiendo-
rum à Chriſto in eius aduentu, non fuit in ſcripturis determinata, ideo inquirebant inter ſe,
an ne plura ſigna fierẽt in Chriſti aduentu, quàm quæ viderunt à Ieſu produci. ⌊Audierunt
phariſæi (præcipui æmuli Chriſti) turbam (credentium) murmurantem⌋ hoc eſt, ſuppreſſa
voce dicentem: ⌊de illo hæc⌋ bona. Non em̃ audebãt palàm confiteri magnificẽtiam Ieſu,
timore phariſæorum, ſcribarum, atq; pontificum.

B ¶Proſecutio expoſitionis huius capituli ab illo loco quo dicitur: Miſerunt principes
& phariſæi miniſtros, vt apprehenderent eum &c.

Articulus vigeſimus.

ET miſerunt principes & phariſæi miniſtros, vt apprehenderent eum.⌋ Phariſæi li-
uore contra Chriſtum accenſi ac tabefacti, audito quòd turbæ confiterentur, glorifi-
carentq; Ieſum, aſſerendo quòd eſſet Chriſtus, & plurima faceret ſigna, timuerunt
quòd reciperent Ieſum pro rege Meſſia, idcirco collocuti ſunt cum principibus ſa-
cerdotum, vel principalioribus Iudæorum de occiſione Chriſti. Et inito pacto, miſerunt
miniſtros, vt caperent Ieſum. Aliqui dicunt, quòd perſonaliter hoc facere non audebant, ti-
more turbæ credentis, ſed miſerunt legatos viros periculis ſe tradentes, & quòd legati iſti
fuerunt Gentiles. Verum ex conſequentibus magis apparet, moxq; patebit, quòd fuerunt
Iudæi. ⌊Dixit ergo eis⌋ videlicet, miniſtris ad ſe capiendum miſſis, ⌊Ieſus: Adhuc modi-
cum (tempus) vobiſcum ſum⌋ Hoc eſt, non diu ero, nec conuerſabor ſenſibiliter inter vos,
⌊& vado⌋ hoc eſt, tempore hoc pauco expleto, ibo per paſſionem, reſurrectionem, & aſcẽ-
ſionem ⌊ad eum qui me miſit,⌋ hoc eſt, ad patrem cœleſtem, vt ſedeam ad dexteram eius.
Tanquàm diceret: Iam nunc non apprehendar à vobis, quia non volo, eo quod tempus me-
um nondum aduenerit. Sed adhuc parumper ambulabo in populo, ad docendum eum, &
ad complenda opera quæ pater dedit mihi vt faciam ea, quo facto, facietis, me permittente,
quod nunc facere cupitis, ſed non poteſtis me prohibente. Hæc omnia (vtpote) modicum
manere in mundo, ire ad patrem & capi, conueniunt Chriſto ſecundum naturam aſſum-
C ptam. Nempè ſecundum diuinitatem manet æternaliter in patre, non recedens neque re-
uertens ad eum, & totum mundum inuariabiliter implet, permanens vbique & in omnibus,
per eſſentiam, præſentiam atque potentiam. ⌊Quæretis me, & non inuenietis.⌋ Hoc à di-
uerſis varijs modis exponitur. Primo ſic: Quæretis me, poſt reſurrectionem, hoc eſt, ad me
conuertemini per fidem, in die Pentecoſtes, vel poſtea, quando videritis per Apoſtolos tã-
ta mirabilia fieri in nomine meo. Vnde in actibus Apoſtolorum habetur: Compuncti ſunt Acto.2
corde, & dixerunt: Quid faciemus viri fratres? Iuxta hunc ſenſum infra loquitur Chriſtus: Johan.8
Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum, & nõ inuenietis me, præ-
ſentia corporali, atque ſenſibili ſicut modo. Secundo ſic: Quæretis me, hoc eſt, auxilium me-
um implorabitis, & non inuenietis me ad libitum veſtrum, tempore deſtructionis Hieruſa-
lem à Romanis. Tunc enim (vt dicitur) multi Iudæorum nouerunt ſe vaſtari à Tito pro-
pter occiſionem Chriſti, & tunc Chriſtum habere liberatorem optabant, ſed non obtinue-
runt. ¶Iſta expoſitio modici eſt valoris, cum ſit incerta. Beda vero exponit ſic: Quòd quæ- Beda
ſierunt Ieſum poſt reſurrectionem, quando viderunt tot milia conuerti ad Chriſtum, ſed nõ
inuenerunt eum ſpiritaliter, quoniam magnitudinem ſui peccati, quo Chriſtum occiderunt
penſantes, non vere pœnituerunt, ſed baratrum deſperationis inciderunt. Videtur autem
ſic conuenienter poſſe exponi. Quæretis me, ante paſſionem, & poſt hanc vicem ad ca-
piendum, & non inuenietis me corporaliter vſque ad tempus. Vt enim infra habetur.

Prin

Iohan.11 Principes dederunt præceptum, vt ſi quis ſciret vbinam eſſet Ieſus, indicaret. Ex quo elicit̃, D
Iohan.5 quòd ſæpe quæſierunt eum ad capiendum, ſed non inuenerunt. ⌊Et vbi ego ſum⌋ Nunc ſe „
cundum diuinitatem, videlicet in ſummo cœlo, in ſinu patris. Vel, vbi ſum, hoc eſt, vbi poſt
paſſionem mox ibo & ero, videlicet ad dexteram dei ⌊vos non poteſtis venire⌋ propter pec „
cata veſtra, vel propria poteſtate, tamen per gratiam meam, ſi pœnĩam veram egeritis, ve-
nietis illuc ei eritis mecum. ⌊Dixerunt ergo Iudæi.⌋ Hoc eſt, miniſtri prædicti, & alij forte „
qui aderant ⌊ad ſemetipſos,⌋ hoc eſt, vnus ad alium, non intelligentes verba prædicta, ſed „
inter ſe conquirentes, quomodo eſſent intelligenda. ⌊Quo hic iturus eſt, quia non inuenie- „
muſ eum?⌋ Chriſtus apertè dixit: Vado ad eum qui me miſit, & tamen nõ intellexerunt, ꝙ „
prædixit ſe iturum ad patrem cœleſtem. ⌊Nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt,⌋ „
Hoc eſt, ad gentes vbiq; diſperſas, & per ſectas, ac loca, diuiſas. Sic enĩ contemptibiliter lo-
quebant̃ de gentilibus, quos multũ ſpernebant, propter peccata eorũ, & dilectionem ſuã, ac
patrum ſuorum, ⌊& docturus gentes⌋ videlicet corporaliter receſſurus à Iudęa, & cõgrega „
turus multos diſcipulos ex gentibus. ⌊Quis eſt⌋ hoc eſt, quomodo intelligẽdus eſt, ⌊hic ſer „
mo quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis, & vbi ſum ego, vos non poteſtis venire?⌋ „
¶Hoc forſitan repetebant ad innuendum, quòd ſecundum eorum æſtimationem verba
Chriſti nõ erãt intelligẽda, de receſſu eius ad Gentes, qm̃ per verbum de præſenti dixit: Vbi
ego ſum, vos nõ poteſtis venire. Ignorabant itaq; quid notauit per hoc: ⌊In nouiſſimo autẽ „
die magno (.i. multũ celebri) feſtiuitatis⌋ tabernaculorũ durantis ſeptem diebus vt dictũ eſt. „
Leui.23 Primus enĩ & vltimus dies huius feſti fuerant celebriores, ⌊ſtabat Ieſus⌋ tanquàm confirma „
Nume.29 tus in bono, erectus in omni virtute, & paratus ferre ſubſidium cunctis ad ipſum confugien- E
tibus. Poteſtq; per ſuam ſtationẽ diuinitatis ipſius inuariabilitas deſignari, ⌊& clamabat,⌋ „
affectuoſe, eloquẽtiſſime, ac ſecurè prædicando. ⌊Si quis ſitit⌋ hoc eſt, ſpiritualia bona deſi- „
derat, gratiam cupit, fluenta doctrinæ, aquam ſapientiæ appetit. De qua ſiti ſcriptum eſt in
Eccl. vltimo Eccleſiaſtico: Animæ veſtræ ſitiũt vehemẽter. Apud Eſaiã quoq; ait: Om̃es ſitiẽtes, venite ad
Eſa.55 aquas ⌊veniat ad me⌋ nõ corporis greſſu duntaxat, ſed & mentis humili præparatiõe, fa- „
ciendo quod in ſe eſt, ſide quoq; nõ hæſitãti, & oratiõe cõſtãti. Vnde ſcriptum eſt in Iacobo
Iaco.1 Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei.
Poſtulat autem in fide, nihil hæſitans. Ideo ſubditur: ⌊& bibat.⌋ hoc eſt, deſideratam grãm „
Lucæ.11 hauriat, ſpiritualiter recreetur, & refrigeret̃ à me. Omnis quippe qui petit, accipit. Propter
Apo.vlti. quod in Apocalypſi dicit̃: Qui ſitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Quicunq;
ergo mœſtificatus indiget conſolatione, qui fatigatus indiget confortatiõe, qui tribulatus
indiget ſubuentiõe, recurrat integra fide, ac humili mente ad Chriſtum. Non ceſſans ſpera-
Matt.11 re in eo, & proculdubio auxiliũ ſortiet̃. Ipſe enĩ veriſſime ait: Venite ad me oẽs qui laboratis
& onerati eſtis, & ego reficiam vos. ⌊Qui credit in me⌋ fide formata ac plena. Loquit̃ autẽ „
Chriſtus ad lĩam de his qui ſuo magiſterio ſtabiliter adhærebãt vſq; ad paſſionem & pente-
Prouerbi.5 tecoſten, ſicut patebit, ⌊ſicut dicit ſcriptura⌋ in Prouerbijs, quãtum ad ſenſum, nõ quãtum „
ad formã verborũ. Iſta allegatio refert̃ ad ſequẽtia. ⌊Flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuę⌋ „
¶Quõ aũt ĩtelligẽdũ ſit hoc Euãgeliſta ſubiecit, nec debemus anticipare expoſitionẽ rãti in
terpꝛtis ⌊Hoc ãt dixit de ſpũ quẽ accepturi erãt credẽtes in eũ⌋ Eſt igit̃ ſenſus: Flumina aquę „
viuæ .i. dona ſpũs ſancti, fluẽta doctrinæ cœleſtis & gr̃æ copioſę, ac multiformis, emanabũt
de corde ipſius ad alios Vel de habitu & ĩteriori actu, ad opa exteriora. ¶Itaq; p flumina deſi F
Iohan.4 gnant̃ dona ſpũs ſancti. Per aquã viuam ipſe ſpiritus ſanctus. De quo dictũ ẽ: Qui biberit ex
aq̃ quã ego dabo, ſiet in eo fons aquæ ſaliẽtis in vitã æternã. Per ventrẽ vero mẽs ipſa interna
Prouer.22 in qua habitat ſpiritus ſanctus per dona ſua, de huiuſmodi etenĩ ventre ait Salomon in Pro-
Eſa.16 uerbus: Fili ſuſcipe ſapĩam, quæ pulchra tibi erit, cũ ſuſceperis eã in vẽtre tuo. Et Eſaias. Vẽ
Acto.2 ter (inquit) meus quaſi cythara ad Moab ſonabit: Ex mẽtibus ergo Apoſtolorũ & aliorum, q
cum eis in die pentecoſtes ſpiritum ſanctum receperunt, fluxerũt prædicta flumina p euan-
1.Pet.4 gelicam prædicationem ad totum mũdum, qm̃ grãm ſibi diuinitus cõicatam, in alios admi-
niſtrauerũt, ſicut optimi diſpenſatores multiformis gratiæ dei. ¶Præterea ꝙ prædicta intel
Acto.2 ligẽda ſit de effuſione ſpiritus ſancti in ſigno viſibili, ſuper Apoſtolos & cum eis conſiſtẽtes
in die pentecoſtes pãdit Euãgeliſta ſubdẽdo. ⌊Nondum enĩ⌋ qñ Chriſtus hæc prædicauit „
⌊erat ſpiritus ſanctus datus⌋ fidelibus. ſ. in tãta plenitudine, tamq; euidẽter vt poſt reſurre- „
Iohan.20 ctionem quãdo Chriſtus dedit ſpiritum ſanctum in ſigno viſibili. Primo per inſufflationem
Acto.2 ante aſcẽſionem. Secũdo, per ignearũ apparitionem linguarũ in die pẽtecoſtes. Fuit autẽ ſpi-
ritus ſanctus datus à principio mũdi vniuerſis electis, qm̃ nullus ſine gr̃a eius, ſine donis eius
ſine fide & charitate ſaluatus eſt, & ſancti pr̃iarchæ atq; prophetæ in magna copia gratiam
2.Pet.1 ſpiritus ſancti ſortiti ſunt, quẽadmodum Petrus dicit: Non volũtate humana allata eſt aliqñ
prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti dei homĩes. Nihilominus Apoſtoli
Acto.2
Roma.8 p primitias ſpiritus ſancti receperũt, quia prę cęteris ſanctis antiquis exuberãtius euidẽtiusq;

reple

A repleti ſunt ſpiritu ſancto, & de myſterijs Chriſti excellentiſſime illuſtrati. Porrò quod ſub-
ditur aduertendũ eſt diligenter. Cauſam em̃ cur ſpũs ſanctus nondum datus fuit hoc modo
aſſignãs adiunxit, ⌊quia Ieſus nondũ fuerat glorificatus⌋.i. à morte reſuſcitatus, atq; in cor
pore glorioſus effectus. In anima em̃ fuit glorificatus à principio incarnationis, præſertim
quantum ad partem animæ ſuperiorem. ¶ Cur ergo ſpiritus ſanctus datus non eſt plene, &
in ſigno viſibili ante Chriſti reſurrectionẽ? Reſpondet Chryſoſtomus, quoniã talis cõmuni-
catio nõ debuit fieri, niſi per Chriſti paſſionẽ humano genere reconciliato. Auguſtinus ve-
ro dicit, ꝙ ideo, vt per tam copioſam ſpiritus ſancti receptionem certiſſime ſuſpiremus ad
patriam, ad futurã reſurrectionẽ, ad beatã immortalitatẽ. Cuius Chrũs in ſeipſo monſtrauit
exemplũ, apparendo diſcipulis in vero corpore veraciter glorificato. Sed literalis vt arbi- Act. 2
tror ratio eſt, q̃m ad hoc datus eſt ſpũs ſanctus tam copioſe in ſigno viſibili, vt apoſtoli omni
notitia ſcripturaꝝ, omniq́; vſu linguaꝝ impleti, Chriſti euangeliũ vbiq; & conſtãtiſſime prę
dicarent, & itẽ, vt per igneas linguas figuraretur, vt igneã legẽ eſſent prędicaturi, omniumq́;
linguarum nationes docturi. Hæc autẽ agenda non erant, niſi poſt reſurrectionem, nam an-
te reſurrectionem dictum eſt eis à Chriſto: In viam gentiũ ne abieritis. Chriſtus etiam no- Mat. 10
luit ſuam maieſtatẽ tam euidẽter oſtendere ante paſſionẽ vt poſtea, ne ſua paſſio impediref.
Poteſt quoq; alia ratio addi, quia nõ decuit mẽbra tanta gratia decorari, niſi capite totaliter
glorificato, omniq́; gratia accidentalis præmij adornato. ⌊Ex illa ergo turba cum audiſſent
hos ſermones eius,⌋ qui erant pulcherrimi atq; vehementer notabiles, ⌊dicebant (quidam)
B Hic eſt vere propheta.⌋ Secundũ Lyrã, per prophetã intellexerunt prophetã illũ antono-
matice dictũ, de quo Moſes ſcripſit: Prophetã ſuſcitabit vobis dñs de fratribus veſtris, tanq̃ Deut. 18
me. Sed cũ hoc dictũ ſit de Chriſto ad literã, & Euãgeliſta nũc ſubdat. ⌊Alij dicebãt, Hic eſt
Chriſtus,⌋ ſequitur, ꝙ illi per prophetã non intellexerunt Chriſtũ dominũ prophetaꝝ, ſed
prophetã ſimpliciter, quẽ vocabãt vere prophetã.i. diuinitus illuminatũ. Qui autem dixerũt
Hic eſt Chriſtus, melius conſiderauerunt verba & opera Ieſu. Qui vero dixerunt, hic eſt ve-
re propheta, errauerunt, ſi prophetam ſumpſerunt in ſpecie diſtinguendo prophetam con-
tra dominũ prophetarum Chriſtum Ieſum, qui fuit propheta, & comprehenſor, ſaluator,
& finis prophetarũ. ⌊Quidã autẽ⌋ increduli, volentes probare teſtimonio ſcripturarũ ꝙ Ie
ſus nõ eſſet Chriſtus, ⌊dicebant: Nunquid à Galilæa venit Chriſtus?⌋ q.d. A prouincia Ga-
lilææ Chriſtus nõ eſt deſcẽſurus, naſciturus, ſeu aduẽturus. ⌊Nõne ſcriptura dicit, quia ex ſe-
mine Dauid & de Bethlehẽ caſtello?⌋.i. modica vrbe, vel caſtello.i. domo, ⌊vbi erat⌋.i. ha
bitauit & ortus eſt ⌊Dauid, venit Chriſtus?⌋ Chriſtũ naſcituꝝ eſſe de ſemine Dauid prę nũ
ciatũ fuit in pſalmo: De fructu vẽtris tui ponã ſuper ſedẽ tuã. Et apud Hieremiã: Suſcitabo Pſal. 131
Dauid germẽ iuſtũ. Apud Eſaiã q̃q;: Egredief virga de radice Ieſſe &c. Certũ eſt em̃ ꝙ Chri- Hiere. 23 Eſa. 10
ſtus nõ deſcẽdit de ſtirpe Ieſſe per Dauid. Præterea ꝙ Chriſtus naſceretur in Bethlehẽ ꝑ Mi
chæã prædictũ erat: Et tu Bethlehẽ Ephrata, ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſra- Mich. 5
el. Q̃m ergo nouerãt Ieſum nutritũ in Nazareth vrbe Galilææ, putabãt ꝙ ibi natus fuiſſet, &
per cõſequens nõ eſſet Chriſtus. ⌊Diſſentio itaq; facta eſt in turba propter eum,⌋ diuerſis di-
uerſa ſentiẽtibus atq; dicẽtibus. ⌊Quidã autẽ ex ipſis voluerũt apprehẽdere eũ,⌋ putantes ꝙ
nec propheta nec Chriſtus eſſet, ſed ſeductor. Erant em̃ obſtinati & peſſimi, luminiq́; rebel- Iob. 24
les, ⌊ſed nemo miſit ſuper illũ manus,⌋ q̃a noluit Chriſtus, & eoꝝ prauitatẽ repreſſit. ⌊Ve-
nerũt ergo miniſtri,⌋ qui miſſi erãt vt caperẽt Ieſum, ⌊ad pontifices & phariſæos,⌋ à qui-
bus fuerãt miſſi, ⌊& dixerũt eis (.i. miniſtris) illi: Quare nõ adduxiſtis eũ (captũ & vinctum?)
Reſponderũt miniſtri: Nunquã ſic loquutus eſt homo ſicut hic loquitur⌋.i. tanta eſt ſapien-
C tia atq; facũdia oris ſui, tã prompte, ordinate & doctrinaliter loquitur, ꝙ nemo ei ſimilis fuit, Iob. 36
Nec mirũ, cũ ipſe ſit voicũ dei verbũ quod non laborat in verbo. Hinc ait Pſalmiſta: Diffũſa Iohan. 1 Pſal. 44
eſt gratia in labijs tuis. Et in Luca legitur: Omnes mirabãtur in verbis gratiæ quæ procede- Luc. 4
bãt de ore eius. ⌊Reſponderũt phariſæi: Nunquid & vos ſeducti eſtis?⌋.i. decepti eſtis, pu-
tãtes propter pulchritudinẽ verboꝝ eius, ꝙ ſit propheta, aut Chriſtus. Aliqui dicũt ꝙ iſti mi
niſtri, quãuis mala intentione acceſſerũt ad Chriſtũ, tamẽ audiẽdo efficaciſſimã prædicatio-
nẽ ipſius, immutati fuerũt à malo propoſito, incipiẽtes aliqualiter bene ſentire de eo. Vnde
phariſæi hoc attendẽtes voluerũt eos à fide Chriſti prorſus auertere, adijciẽtes. ⌊Nunq̃d ali-
quis ex principibus⌋.i. ſacerdotibus & ſcribis, ꝑ quos tũc regebãtur Iudæi & doctores & cæ-
teris doctiores fuerũt, ⌊credidit ĩ eũ aut ex phariſæis?⌋ q̃ cæteris religioſiores videbanf, tãq̃
dicãt. Nullus ex doctis & magnis atq; deuotis credit ei. ⌊Sed turba hæc (currẽs poſt eũ) q̃ nõ
nouit legẽ (.i. vulgus indoctũ & ignobile) maledicti ſunt⌋.i. miſerabilr̃ fallif, facile credẽs ꝓ
pter inſipiẽtiã ſuã & ruditatẽ. Totũ mentiunf phariſęi, quẽadmodũ mos ẽ Iudæoꝝ, q̃s in tm̃
excæcat inuidia, vt ſiue ꝑ vera, ſiue ꝑ falſa nõ ceſſent auertere alios ab eo quẽ odiũt. Nã & aliq̃
ex principibus crediderunt in Ieſum. ſ. Nicodemus & Nathanael legis doctor. Infra quoq; Iohan. 1 Iohan. 3
legitur ꝙ multi ex principibus crediderũt in Ieſum, ſed & deuotiſſimi Iudæoꝝ iã crediderũt Iohan. 12

CAP.VII. in Ieſum. Phariſæi quoq; pleni erant hypocriſi, auaritia, ambitione, inuidia. Turba quoq; non D
1. Cor. 1 fuit maledicta, ſed prælecta, quẽadmodũ fatur apoſtolus: Quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus vt confundat ſapientes, & infirma mundi eligit deus vt confundat fortia. Hoc ipſe ſaluator ꝑpendens exultauit ſpũ ſancto, vt apud Lucam introducitur, & ait: Confiteor tibi pater dñe
Lucæ. 10. Matt. 11. cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudẽtibus & reuelaſti ea paruulis. Et pſalmiſta: Teſtimonium (inquit) dñi fidele, ſapientiam præſtãs paruulis. Quãto ergo qs minus de ſeipſo præſumit, quanto minus in propria ſubtilitate & ſcientia gloriatur, q̃to minus alios vilipẽdit, tãto copioſius meretur illuminari à Chriſto. Hinc quoq; ſimplices & fœminæ ſunt deuotiores q̃ multũ literati & viri, qa quo minus habẽt de excellẽtia in naturalibus, eo humiliores ſunt, & per cõſequẽs pleniores ſunt vera ſapiẽtia, illa videlicet quæ eſt primũ donũ ſpũs ſancti
Prouer. 3 ex intima deuotiõe. Vnde Salomon ait: Cũ ſimplicibus ſermocinatio dei. ⌊Dicit Nicodemus
Iohan. 3. Ibidem. ad eos, ille q venit nocte ad eum (puta ad Ieſum, vt dictũ eſt) qui erat vnus ex ipſis⌋ .i. de numero principũ & phariſæoꝝ, vt patuit. ⌊Nunqd lex noſtra iudicat,⌋ hoc eſt, ad iudicandum per approbationẽ vel condẽnationẽ docet ⌊hominẽ, niſi audierit ab ipſo prius, ⌋ .i. verba de ore eius audierit, ⌊& cognouerit (ꝑ certitudinẽ) qd faciat?⌋ Vbertim eñi in lege præceptũ fuit vt cauſa iudicãdi inueſtigaretur, audiretur, diſcuteretur, & vt ipſe qui cauſam habuit ſtaret corã ſenioribus ſacerdotibus vel iudicibus (quoꝝ fuit iudicare) audireturq; ab eis, ſicq; opera ei⁹ vere cognoſcerẽt, hocq; Nicodemus inſeruit ne incaute dãnarent Ieſum, vel aliquẽ ab ipſo auerterent, & vt induceret eos ad diligẽtẽ aduertẽtiã atq; ꝑſentialẽ audiẽtiã Chri cõfidẽs eos ſi hoc facerẽt cõuertẽdos ad Chriſtũ, ſicut ipſe iã fuit cõuerſus ad eũ, cuius tãtã expertus fuit virtutẽ, ſapiẽtiam, eminentiãq; in ſermone. ⌊Reſpõderunt phariſæi & dixerũt ei (vtpote Nicodemo) Nunquid & tu Galilæus es?⌋ .i. à Ieſu Galilæo deceptus, diſcipulusq; illius effectus. ⌊Scrutare ſcripturas⌋ .i. tu q legis doctor es ſcripturas Moſi & prophetaꝝ diligẽter ingre ꝑ actualẽ cõſiderationẽ, q̃s noſti ꝑ habitualẽ notitiã, ⌊& vide⌋ .i. ſi hoc feceris ex ſcripturis oculo interiori videbis; ⌊q a propheta à Galilæa⌋ .i. à tã vili terra & plebe, ⌊nõ ſurgit⌋ .i. nõ naſcit, nõ procedit, E
nõ aſcẽdit. Mirabilis cæcitas phariſæoꝝ, q ſic loquunt ac ſi deus eligeret gẽtẽ ꝓpter locũ, & nõ
3. Reg. 19 potius locũ ꝓpter gẽtẽ, & ꝙ aſſerũt à Galilæa nõ ſurrexiſſe ꝓphetã patet falſum, de Heliſæo ꝓ
Iudicum. 4. pheta, & Delbora ꝓphetiſſa. Tobias q̃q; (quẽ cõſtat fuiſſe de Galilæa) ꝓphetico ſpũ fulſit, imo deus frequẽter in vilioribus locis efficit opa magis ꝑclara, vñ & Nazareth ciuitatulã Galilææ elegit pro loco cõceptiõis & educatõis. Bethlehem q̃q; ciuitatulã Iudæ ꝓ loco natiuitatis, nõ Romã caput mũdi, neq; Hieruſalẽ Iudeæ metropolim, ne exaltatio Ieſu ac diuulgatio fidei chrianæ aſcriberet potẽtiæ ciuiũ, vł eminẽtię loci, aut alicui cauſæ naturali, ſed ĩ oĩbus agnoſcat opata diuinitas, cui⁹ virtute & coopatiõe ſcim⁹ inualuiſſe fidẽ catholicã, chrianãq; legẽ. ⌊Et reuerſi ſunt vnuſqſq; in domũ ſuã⌋ Nã propter ꝑdictas diſſentiones ſolutũ eſt eoꝝ cõſilium.

CAP. VIII. ¶Elucidatio capituli octaui. Ieſus aũt perrexit in montẽ Oliueti. Arti. XXI.

QVid poſt facta ac documẽta in ꝑcedenti capitulo recitata egerit atq;
Iohan 7. docuerit Chrũs Euãgeliſta explanat. ⌊Ieſus aũt perrexit in montem oliueti,⌋ qui propter oliuas illic naſcẽtes & abundantes ſic dictus eſt,
Lucæ. 21 Apud Lucã habetur, ꝙ Ieſus exiens noctibus morabat in mõte qui F
Matt. 21 Marci. 11 dicitur oliueti. Apud Matthæũ vero & Marcum legitur, ꝙ egreſſus à Hieruſalem abijt in Bethania cũ duodecim. Quod ergo nũc dicit ꝓtexiſſe in montẽ oliueti intelligendũ eſt, vel qa intrauit domũ Mar-
Ibidem. Iohan. 12 thæ in Bethania, quæ fuit iuxta præfati mõtis radices, vel qa ad tẽpus morabatur in mõte hoc, vacãdo orationi in loco quieto & ſeparato, nõ ꝙ indigeret hmõi adminiculo, ſed vt cũctis fidelibus, & ꝑſertim ꝑdicatoribus daret exemplum quærendi locũ ſolitarium orationi, cõtemplationiq; aptũ poſt ꝑdicationẽ, vt ibi recolligerent ſemetipſos, & quæ in ſtrepitu populi minus recte egiſſent, diſcuterent atq; corrigerẽt, idem quoq; facerẽt añ prædicationẽ, qm̃ ordinatus modus prædicandi conſiſtit primo ꝑ orationẽ ad deũ recurrere pro illuſtratione ſapientiæ ſuæ, & omniũ vanitatũ & imperfectionũ euitatione, vt q̊d orãdo hauſerũt, prædicãdo diffundãt ⌊Et diluculo iterum
Lucæ. 2. venit in templum⌋ quia vt alibi ait: In his quæ patris ſui erant oportuit eum eſſe, in q̃ zelus ſuæ dilectionis quẽ habuit ad populũ Iudæoꝝ, quemadmodũ ait: Hieruſalem Hieruſalem, quotiẽs
Lucæ. 13 volui cõgregare filios tuos, quẽadmodũ gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas, ⌊& om̃is populus venit ad eum⌋ maxime vulgus. Iam eñi celeberrima fuit fama Ieſu in doctrina & eloquẽtia, in ſanctitate, in ſignis, ⌊& ſedens (in templo) docebat eos. Adducunt autem ſcribæ⌋ q doctiores fuerunt, ⌊& phariſæi⌋ qui videbantur religioſiores, vnde & iſti cum fuerint vani, nomen ſcientiæ & ſanctitatis affectãtes, ſpecialiter Chriſto inuiderunt, eo ꝙ in ſapientia & ſanctitate eos excederet, non ſolum ſecundum veritatem, ſed & ſecundum populi reputationem. Amatores etenim excellentiæ ac laudis humanæ inuident iugiter his qui eis excellentiores vel pares vident, timẽtes ne ſibi præferãtur. Adducũt itaq; ⌊mulierẽ in adulterio deprehenſam.⌋

A Cur nõ adduxerũt adulterũ, cũ eandẽ pœnã meruerit, dicunt aliqui vt facerent populo æſti-
mationẽ, ꝙ fuit diſcipulus Ieſu, ſed hoc ẽ magis in cõtrariũ. Cũ eñ ſtuduerint Chr̃m diffama
re, ſi inueniſſent aliquẽ diſcipulorũ eius in tanto facinore, illũ maxie publicaſſent ac produxiſ-
ſent in mediũ, quatenus crimẽ diſcipuli in magiſtrũ redũdaret. Queadmodũ eñ filius ſapiẽs Prou.10
eſt gloria patris, ſic bonus diſcipulus eſt honor magiſtri. Forſitan ergo adulter euaſit manus Prou.15
eorũ, vel muneribus eos placauit. Sed potius reor ꝙ ideo fœminã adduxerũt, nõ virũ, qa opta Job.9
bãt vt Ieſus parceret delinquẽti, indicãdo vt dimitteret adulterãs, ſicq́ accuſarent eũ de legis Leuit.20
trãſgreſſione, qm̃ lex iuſſit hmõi lapidare. Cõſuetudinariũ eſt iudicib⁹ fœis magis cõpati, fa-
ciliusq́ indulgere q̃ viris, qa & cęteris parib⁹ minus peccãt in eodẽ gñe culpæ q̃ viri, cũ ſit in
eis fragilitas maior, carnalitas fortior, itellectus debilior, propter q̃d mulier noie carnis fre-
« quẽter exprimit in ſcripturis. ⌊& ſtatuerũt eã in medio tẽpli (vel ppl̃i corã Chr̃o) & dixerũt
« Magiſter,⌋ blãde & reuerẽter, fraudulẽto corde loquunt, vt Ieſus min⁹ caueat ſe ab eis, magi
ſtrũq́ noiant, cuius noluerũt eẽ diſcipuli. Tales ſunt multi vulpini obſeruatores deo odibiles
à q̃bus tũc magis cauẽdũ eſt, dũ amplius ſe humiliãt, arridẽt & applicãt, vñ ſcriptũ ẽ: Ne cre- Eccl.12
« das inimico tuo ĩ æternũ, qm̃ ſeptẽ doli ĩ corde ei⁹, ⌊hęc mulier mõ dep̃hẽſa ẽ in adulterio⌋
diderũt ergo Iudæi⌋ quidã de quibus dictũ eſt, ꝙ dixerũt iſtũ ſimilẽ eſſe cæco nato. Vel pha
riſæi opa Chriſti calumniãtes, ⌊quia cæcus fuiſſet (à natiuitate) & vidiſſet⌋ beneficio Chriſti
⌊donec vocauerũt parẽtes eius, & interrogauerunt eos, dicentes: Hic eſt filius veſter, quem
vos dicitis (.i. de quo affirmatis) quia cæcus natus eſt, quõ ergo nunc videt⌋ ¶ Tria inquirũt:
Primo, an iſte ſit filius eoꝝ. Scdo, an cæcus à natiuitate. Tertio, qualiter viſum recepit, ſi na- F
tus eſt cæcus. Et qa ad duo prima poterãt parẽtes ſine periculo rñdere, nõ aũt ad tertiũ. Idcir
co rñdent ad duo hæc, quẽadmodũ ſubdiť: ⌊Rñderũt ei parẽtes eius, & dixerũt: Scimus quia
hic eſt filius noſter (de prole cuius ſit, certior eſt mater q̃ pater) & qa cæcus natus eſt, quomo-
do aũt nũc videat, neſcimus (.i. modũ & ordinẽ facti ignoremus) aut qs eius aperuit oculos⌋
hoc eſt, authorẽ tãti prodigij: ⌊nos neſcimus, ipm̃ interrogate, ætatẽ habet⌋ .i. annos diſcre-
tionis. ⌊Ipſe de ſe loquať (qm̃ nemo certior eo) Hæc dixerũt parẽtes eius timebãt Iudæos.⌋
hoc eſt, principales Iudæos, vz phariſæos, ſcribas & ſacerdotes inordinato & carnali timo-
re ex q̃ & mentiti ſunt, & opa Chr̃i pia atq; ꝑclara maluerũt tacere, q̃ à Iudæis perſecutionẽ
ſufferre. Vnde non excuſantur à culpa. Cauſa timoris ſubiungitur ⌊Iam eñ conſpirauerant
Iudæi (principales de quibus iam dixi) vt ſi quis eum confitereť Chriſtum, extra ſynagogam
fieret⌋ .i. quicũq; diceret Ieſum eſſe Chriſtũ, excludereť à populo Iudæorum tanquàm excõ-
municatus & perfidus, quod erat tunc grande opprobrium ⌊propterea⌋ .ſ. ne de ſynagoga
expellerenť ⌊parẽtes eius dixerũt, quia ætatẽ habet⌋ Et in hoc multum errabũt, magiſq́; di-
Iohan.12 lexerunt gloriam hominum quàm diuinam. Nonné ſalubrius eis fuiſſet à Chriſto recipi, qui
propter ſe expulſos clemẽter recepit, quàm in ſynagoga manere, in qua erant æmuli filij dei?
⌊Vocauerũt ergo (phariſæi) rurſus hominem qui fuerat cæcus⌋ Inuidia enim non quieſcit,
ſed indefeſſo animo molitur malum ei quem odit, & qui veritatem nituntur obruere varijs
exquiſitis falſiſſimiſq́; cautelis vtuntur. ⌊Et dixerunt ei, da gloriam deo⌋ hoc eſt, deũ hono-
ra nobis religioſis cõſentiendo, & tuam curationem nõ huic Ieſu, quaſi diuina poteſtate agẽti
aſcribendo, ſed ꝙ aliquo alio modo viſum recipiſti. ⌊Nos ſcimus, qa hic hõ pctõr eſt⌋ id ẽ,

A aſſiduus in peccato, ſeductor plebis, & ſimulator, magicis artibus vtens, nec diuina virtute
te illuminauit. Ecce quomodo malitia excæcauit eos, & q̃ ſtudioſe ſatagebant decipere cæ- Sapie.2
cum iſtũ, quaſi dicant, ex quo nos docti & religioſi hoc ſcimus, tu ſimplex & idiota nõ debes
contradicere nobis. ⌊Dixit ergo⌋ ille cæcus nondũ in anima ꝑfecte de Chriſto illuſtratus.
⌊Si peccator eſt neſcio⌋.i. dubius ſum vel incertus, an aliquo fuerit interdũ peccato ſaltẽ ve
niali obſtrictus, quẽadmodũ cæteri prophetaꝝ. Nemo eñ mundus à ſorde, & iuſtus ſepties Job 15
cadit in die. Alij exponũt ſic: Si peccator eſt neſcio.i. ego nõ ſcio veꝝ eſſe, q̃d vos dicitis, vo- Prouer.24
bis eſſe notoriũ, vtpote ꝙ ſit peccator, quin potius oppoſitũ ſecuti. Cæcus iſte non dubitauit
de ſanctitate Ieſu, quẽ dixit eſſe prophetã, ſed an fuit prorſus ab om̃i culpa immunis, nõ ſci-
uit, q̃m nondũ ſciuit eũ eſſe Chr̃m filiũ dei. ⌊Vnũ ſcio, q̃a cæcus cũ eſſem (paulo añ) nũc vi-
deo (ſecurus & impterritus fuit hic cæcus) Dixerũt ergo illi: Quid fecit tibi, q̃uo aperuit tibi
oculos?⌋ Hoc rurſus quærebãt inſidioſe, vt poſſent aliq̃d rep̃henſionis elicere, tãtum'q; mi-
raculũ obfuſcare, timebãt eñ ſi miraculũ iſtud diuulgaret, ꝙ propter nouitatẽ & magnitu-
dinẽ eius, multi acciperẽt Ieſum pro Chr̃o. ⌊Reſpõdit eis: Dixi vobis⌋ Iam q̃d fecerit mihi
& q̃uo dederit mihi viſum, ⌊quid iteꝝ vultis audire?⌋ quaſi dicat, nõ bono animo quæritis,
quatenus cognita veritate credatis in illum. Sed vt aliquã obiectionẽ fingatis. Ideo ſubditur
⌊Nunq̃d & vos vultis diſcipuli eius fieri?⌋ cuius ego iam diſcipulus fieri cupio, tanq̃ dicat:
Scio ꝙ nõ: Magna fuit cõſtantia huius cæci, qui tam ꝑtinẽter atq; audacter r̃ndit pro ſuo be
neſactore. Nec dubiũ, quin Chr̃us hãc ei cõceſſit cõſtantiã. ⌊Maledixerũt⌋.i. malũ impræ
cati ſunt ⌊ei (vel cæco huic phariſæi) & dixerũt: Tu diſcipulus illius ſis⌋ Hoc narrat Euãgeli
B ſta ſcd̃m intẽtionẽ illoꝝ, qui reputabãt diſcipulatũ ſub magiſterio Ieſu eſſe miſeriã, ſeducti
onem & perditionem, cum ſecundum veritatem fuerit benedictio, ſalus, & gratia magna.
⌊Nos autẽ Moſi diſcipuli ſumus⌋ Nec hoc vero locuti ſunt, quoniã mandatũ dei, de hono- Exod 20
ratione parẽtum ꝑ Moſen datum, ꝑ ſuã traditionem irritũ fecerũt, vt probat Chriſtus apud Deuter.5
Matthæum. Scripturã quoq; Moſi nõ verè expoſuerũt, propter q̃d ſupra dixit eis Saluator: Matth.15
Si crederetis Moſi, crederetis & mihi. De me eñ ille ſcripſit: ⌊Nos ſcimus⌋ authoritate ſcri Math.7
pturæ ⌊quia Moſi locutus eſt deus⌋ per angelũ in ꝑſona dei loquentẽ. Vnde in Exodo ſcri- Ephe.6
ptum eſt: Loquebat̃ dñs cum Moſe facie ad faciem, ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum. 1.Petri.2
⌊Hunc aũt (Ieſum) neſcimus vnde ſit?⌋ Paulo ante locuti ſunt phariſæi iſti increduli. Non Marc 15
eſt hic homo à deo, & nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. Opinabant̃ ergo ſe ſcire quòd Johan.5
non eſſet à deo, patriã quoq; eius & genus nouerunt, vnde ſuperius locuti ſunt Nicodemo. Exo.33
Scrutare ſcripturas & vide, quia à Galilæa propheta non ſurgit. Quomodo ergo nunc di-
cunt: Hunc neſcimus vnde ſit, præſertim cum putarẽt eum à diabolo eſſe & magicis artibus Johan.7
inhærere. Dicendum, ꝙ ex magno cõtemptu ſic loquebant̃ ad inſinuandũ vilitatẽ Ieſu, tanq̃
dicerẽt, velut inuẽtitiũ hunc reputamus cũ ignoremus eũ à deo miſſum, vel dicendũ, ꝙ lo-
quebant̃ ſicut homines paſſionati, & ideo mirũ nõ eſt, ſi verba eoꝝ ſint falſa atq; adinuicẽ re-
pugnãtia. ⌊Reſpondit ille homo (mente & corpore illuſtratus) & dixit eis⌋ increpando eo
rum duritiam, perfidiam'q; reprobando. ⌊In hoc eñ mirabile eſt⌋.i. in eo q̃d dicã patet mi-
rabile eſſe ⌊quia (.i. ꝙ) vos neſcitis vnde ſit?⌋.i. ꝙ Ieſus iſte à deo ſit. Deinceps ponit in quo
patet ꝙ mirãda ſit ignorãtia phariſçoꝝ ⌊& aperuit oculos meos⌋.i. ꝑ hoc ꝙ aperuit oculos
C meos à natiuitate clauſos & cæcos, merito agnoſceretis eũ eſſe à deo, cũ hoc ſit ſuꝑ naturalis
effectus, ſoli deo poſſibilis, q & fecit iſtũ effectũ in teſtimoniũ veritatis ſc̃titatiſq; Ieſu, & mi-
rũ ꝙ nõ attẽditis hoc, cũ cõſuetũ ſemꝑ fuerit populo Iudæoꝝ ſigna quærere illiſq; credere.
Propter quod dicit Apoſtolus: Iudæi ſigna quærũt. ⌊Scimus aũt q̃a pc̃tores deus nõ audit⌋ .Cor.1
Omnia verba cæci hic introducta, vno modo exponunt̃ determinate, ad probandum ſuum
propoſitũ, & ſic vera ſunt. Alio modo exponunt̃ cõiter, ſic'q; ſcd̃m Auguſtinũ ſunt verba cæ
ci nondũ perfecte interius illuſtrati. Vnde nec vera ſunt abſolute. Primo ſic: Scimus autem
ex ſcripturis, quia pc̃tores in vitijs ꝑmanẽtes deus nõ audit, propter preces eoꝝ faciendo mi
racula, ad teſtimoniũ bonitatis ipſoꝝ, tamẽ (vt dictũ eſt) interdũ ꝑ malos fiũt vera miracula.
Nam & ad inſtãtiã Alexãdri magni legit̃ deus maxima feciſſe miracula. ¶ Deniq; licet quis
ſit in ſtatu ſalutis, raro tamen vel nunq̃ facit miracula modo prædicto, niſi ſit vir heroicus &
perfectus. Vnde per peccatores intelligi poſſunt inſipiẽtes, animales & imperfecti, quàmuis
ſint pœnitentes, propterea ſubditur. ⌊Sed ſi q̃s dei cultor eſt⌋.i. deo deuotus ꝑ interiores la-
triæ actus ⌊& volũtatẽ eius facit,⌋ diuinis p̃ceptis & admonitiõibus obediendo in omnibus
⌊hunc exaudit⌋ faciẽdo ad precẽ eius miracula, pro teſtimonio virtutis talis cultoris. Sic au-
tem maximè exaudiuit deus Ieſum, ſicut cæcus ſubiungit. ⌊A ſeculo nõ eſt auditũ⌋.i. nunq̃
contigit vel perceptũ eſt, ⌊quia aperuit quis oculos cæci nati⌋ In nulla eñ ſcriptura hoc legi
tur factũ, niſi hoc loco. Ex his infert cæcus ſuũ intentum. ⌊Niſi eſſet hic à deo⌋ quaſi miſſus
ab illo eiuſq; gratia iuuaretur, non poterat facere quicquàm .i. aliquid tale quale fecit in me.
¶ Pro ſecunda explanatione huius ſcripturæ, ſciendum quòd aliquis dicitur peccator multi-
pliciter

pliciter. Primo quia aliquando magna peccata commiſit, quàmuis poſtea perfectus & vir- D
1. Timo. 1 tuoſus ſit factus, ſic Paulus vocat ſe peccatorē, dicendo: Venit Ieſus peccatores ſaluos facere,
1. Cor. 4 quorꝫ ego primus ſum, nihilominus de ſeipſo fateť: Nihil mihi conſcius ſum. Secūdo quia de
peccatis ſuis non ſatisfecit, quàmuis pœniteat. Sic publicanus peccator fuit, cum dixit: Deus
Lucæ. 19 propitius eſto mihi peccatori. Tunc eñ dimiſſa erant ei peccata, quantum ad culpam. Ter-
tio, quoniam in peccatis mortalibus eſt. Habet tamen propoſitum ſe emendandi, habetq́ꝫ ſæ
pe motum attritionis, quàmuis non habeat veram contritionē. Quarto, quia in vitijs iacet,
nec pœnitet. Sed in prauo manet propoſito & effectu. Itaqꝫ quod ait: Scimus quia peccato-
res deus non audit, verum eſt de peccatoribus quarto modo, vtpote quòd non exaudiuntur
Prouer. 28 ad vtilitatē, q̄diu ſunt tales, ideo enim Sapiēs dicit: Qui declinat aurē ſuā ne audiat legē, ora-
Eſa. 1 tio eius erit execrabilis. Et apud Eſaiam dominus loquiť: Cum multiplicaueritis preces non
exaudiam, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Et penè innumerabilia ſunt loca ſcriptu
Prouer. 1 ræ hoc idem teſtantia vt cum in libro Prouerbiorꝫ dominus aſſerit. Tunc inuocabunt me, &
Ezech. 18 non exaudiam, mane conſurgent ad me, & non inuenient me. Nihilominus verum eſt quod
dominus ait per Ezechielem: In quacunqꝫ hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum
eius non recordabor. Eluceſcit ergo ꝙ peccatorem ſecundo modo dictum, videlicet pœni-
tentem exaudiat dominus, dummodo ſalubriter & inſtanter pro ſeipſo orauerit, ſed de pec-
catore tertio modo maior eſt difficultas an exaudiatur in ſpiritualibus bonis. Et dicendum,
ꝙ nō exaudit de cōdigno, ſed de cōgruo, maximè ſi faciat ꝙ in ſe eſt. Certū eſt aūt q̊d qui in
mortali peccato eſt, non poteſt aliquid ꝓmereri, ſeu de cōdigno exaudiri, niſi miſericorditer E
præueniatur à deo gratiam gratumfacientem infundente, qua adepta habet homo motum
cōtritōis meritoriæ actionis & dignè atqꝫ idoneę oratōis, ⌊ ſed ſi q̄s dei cultor ē, & voluntatē »
eius facit ⌋. i. ſigna diuinæ volūtatis implet, videlicet præcepta & hortamēta, hūc exaudit ad »
vtilitatē, q̄uis non ſemp ad libitū, imò q̄nqꝫ negādo quod poſtulať dat meliora ac viciniora
Job. 8 ſaluti. Hinc ſcriptū eſt: Si diluculo cōſurrexeris ad deū & oīpotentē fueris deprecatus, ſi mun
Ibidem dus & rectus inceſſeris ſtatim euigilabit ad te. Itemq́ꝫ: Deus nō ꝓijciet ſimplicē, nec porri-
get manū malignis. Si ergo à deo exaudiri optamus, ſi aliquā ſpecialē grām adipiſci appeti-
mus, nō cōtradicat operatio orationi, nec oſtēdamus per opa iniqua, nos amare id q̊d p ora
tionem dicimus nos odire. Sed faciamus quod in nobis eſt, laborē debitū cōtinuamq́ꝫ diligē
tiā apponēdo, & effectū effectui cōfirmādo, tūc deus protinus aderit, noſtrūqꝫ imꝑfectū ſup
Job. 11 plebit, optatā ꝑfectionē virtutū præſtādo. Ideo quippe in Iob legiť: Si iniquitatē quæ eſt in
Pſalm. 144 manu tua abſtuleris, tūc leuare poteris faciē tuā. Et in Pſalmo: Voluntatē timentiū ſe faciet,
& deprecationē eorꝫ exaudiet & ſaluos faciet eos. ⌊ Rñderūt phariſæi & dixerūt ei. In pecca »
tis natus es totus ⌋. i. in originali pctō quātū ad aīam, & in ſpeciali pœna peccati, q̄ntū ad cor- »
pus, vcꝫ in cæcitate tibi cōgenita, ſicq́ꝫ inuebāt eū cæcū natū propter pctm̄ parētū vel ꝓpriū
cuius contrariū dixit ſaluator. ¶ Monſtruoſitas aūt prolis, q̄uis interdū ſit propter culpā pa-
rentū, vel vnius eorꝫ, cōiter tñ procedit ex cauſa naturali, puta ex diſproportiōe materiæ ſu-
perfluitate vel paruitate, aut debilitate virtutis formatiue in ſemine. Sicq́ꝫ monſtruoſitas eſt
à caſu quo ad naturā creatā, ſed quo ad diuinā prouidētiā eſt ordinata. Quandoqꝫ eñ (vt di-
ctum eſt) ordinať ad manifeſtationē diuinæ potentiæ in opere miraculoſo. Semper quoqꝫ va
let ad ampliorem declarationem naturalis perfectionis in rebus eiuſdem ſpeciei non mon- F
ſtruoſis, in qua perfectione repræſentatur diuina ſapientia atqꝫ potentia, quoniam oppoſita
iuxta ſe clarius eluceſcunt. ¶ Sed cum originale peccatum ſit vnum poſita, q̄uo pluraliter di
cunt: In peccatis natus es totus? Et reſpondendum, quòd originale peccatum formaliter ceu
eſſentialiter vnum eſt, ſcilicet carentia originalis iuſtitiæ debitæ ineſſe ſecundum Anſelmū
materialiter autem eſt multa, quoniam multas animæ vires inficit, & alia peccata naturaliter
continet, præcipue vero propter quatuor vulnera animæ, ex originali peccato inflicta. Se-
cundum Bedam quæ ſunt, ignorantia exiſtens in ratione, malitia exiſtens in voluntate, con-
cupiſcentia, quæ eſt in appetitu concupiſcibili, ſumendo concupiſcentiam pro pronitate ad
concupiſcendum inordinate, & infirmitas quæ eſt in iraſcibili. Hæ enim quatuor vires ani-
mæ ſunt ſubiecta virtutum, ⌊ & tu doces nos ⌋ hoc eſt, cū ſis tam vilis, præſumptuoſum eſt ni »
mis ꝙ per modū docētis & redarguētis alloqueris nos, q ſeniores & maiores ſumus in popu-
lo. Solet eñ ſuperiores ac doctiores, inferiorꝫ informationē deſpicere. Verūtñ veraciter ſa-
piētes & docti diligēter atqꝫ humilr̄ pēſant quę eis dicunť, informariq́ꝫ appetūt, nec propter
dicentis paruitatem contemnunt quod prædicatur. Quoniam veritas propter ſeipſam di-
Prouer. 9 gna eſt acceptōe. Ideo Salomon ait: Argue ſapientē & diliget te, doce iuſtū, & feſtinabit ac-
cipere. ⌊ Et eiecerūt eū foras ⌋. i. ex tēplo & ſynagoga, ſeu populo expulerūt, & tanq̄ excōi- »
catum habuerunt. Et ſicut pauloante neſciētes benedixerūt eum verbis, dicēdo: Tu diſcipu-
lus illius ſis, ſic modo ignorātes, benedicunt eum factis, expellendo eum à ſynagoga ſatanæ.
Quos enim ipſi expellebant crudeliter CHRISTVS recepit clementer. ⌊ Audiuit Ieſus, ⌋ »

A A narrantibus quod tamen antequàm fieret nouit futurum, & dum fiebat inſpexit, & ante-
quàm ſibi recitaret, ſciuit iam accidiſſe: ⌊quia eiecerunt eum foras⌋.i. ꝙ phariſæi cæcũ à ſyna
goga ſequeſtrauerũt. ⌊Et cũ inueniſſet eũ⌋ Secũdũ Bedã Ieſus quæſiuit eũ ⌊dixit ei⌋ iã inuẽ
to. ⌊Tu credis in filium dei?⌋ Non quaſi ignorãs id quærit, ſed vt cæcũ ad pfectiorẽ ſui agni
tionẽ promoueat. Quãto enĩ quis magis opprimit propter veritatẽ, tãto apud deũ meretur
ampliorem exaltationem & grãm. Cæcus iſte nondũ determinate credebat in filiũ dei, ſed
paratus fuit ad hoc. Ideo interrogat à Chriſto, quia q boni propoſiti ſunt, merent grãm dei
auxiliatricem, per quã dedicant in executionẽ ſalubrẽ. ⌊Reſpõdit ille (cæcus) Quis eſt (o) do
mine (filius dei quod quæro) vt credã in eũ?⌋ Nondũ eñ cognouit Ieſum ſecundũ faciem,
quoniã cæcus ab eo receſſit, & nondũ ad eum reuerſus fuit, & ſi cognouiſſet eum ſecundum
faciem, nõ tamen ſciuiſſet quod eſſet filius dei, quia vt dictum eſt, tenuit eum pro propheta.
⌊Et dixit ei Ieſus: Et vidiſti eum (nunc ad me accedẽdo) & qui loquitur tecum ipſe eſt⌋ id ẽ
ego ipſe quem nunc inſpexiſti oculo corporali qui præſentialiter tecũ loquor, ſum filius dei.
⌊At ille ait: Credo dñe⌋ in filiũ dei. His nẽpe verbis auditis cognouit, ꝙ is qui eũ alloquebat
fuit Ieſus oculoꝝ ſuoꝝ apertor, & quia tenuit eũ pro vero ꝑpheta, iuſtoq́ꝫ viro, credidit oĩa
verba eius eſſe vera. Idcirco cum audiſſet ab ore eius ꝙ eſſet filius dei mox credidit, ſciens de-
um eſſe cum illo cui credebat. ⌊Et procidens adorauit eum⌋ Si credidit explicite, ꝙ eſſet fi-
lius dei naturalis, adorauit eum adoratione latriæ. Si vero credidit quòd eſſet filius dei ꝑ gra
tiam ſingularem, adorauit eum adoratione Duliæ. Pauciſſimi autẽ diſcipuloꝝ habebãt ex-
B plicitã fixamq́ꝫ fidẽ de hoc quod Chriſtus eſſet dei vnigenitus verusq́ꝫ deus, ſic tñ diſpoſiti
erãt, ꝙ mox fidẽ talem reciperẽt. ⌊Dicit ei Ieſus: In iudiciũ ego in hũc mundũ veni⌋.i. ad fa
ciendũ iudiciũ diſcretiõis, hoc eſt, diſcretionẽ iudicialẽ inter electos ac reprobos, de quo iu-
dicio infra habet: Nunc iudiciũ eſt mundi. In primo ergo ſuo aduẽtu venit Chriſtus diſcer- Iohan.12
nere inter electos ac præſcitos, illos gratioſe & pie cõuertendo, hos iuſte deferẽdo. In ſecun-
do aũt aduẽtu veniet facere iudiciũ retributõis, de quo dixit: Non miſit deus filiũ ſuũ vt iudi- Iohan.3
cet mundũ, & ego nõ iudico quenq̃ ⌊vt qui nõ vidẽt⌋.i. ſimplices & indocti, quales fuerunt Iohan.8
diſcipuli Chriſti, & cæcus iſte ⌊videãt⌋.i. ſpũaliter illuminent à me, necq́ꝫ lucẽ mundi, fidei
oculis cõtemplent ⌊& qui vidẽt⌋.i. ſcribæ & phariſæi cæteriq́ꝫ in proprijs oculis ſapiẽtes li-
terati ac prouidi ⌊cæci fiant⌋.i. lumine fidei cæteriſq́ꝫ donis grãe ſpũs ſancti priuent, & gra-
uius q̃ ante obtenebrent, propter eoꝝ ſuperbiã atq́ꝫ demerita. ¶Huic verbo Chriſti cõſonat
quod Symeon iuſtus prædixiſſe legit: Ecce poſitus eſt hic in ruinã, & reſurrectionem mul- Lucæ.2
torum in Iſrael. Chriſtus quoq́ꝫ alio loco ait cõcorditer iſtis. Confiteor tibi pater, quoniam Mat.11
abſcõdiſti hæc à ſapiẽtibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Poſſunt quoq́ꝫ per nõ vi Lucæ.10
dẽtes intelligi peccatores vitijs obfuſcati. Sed prædeſtinati, vt Matthæus, Zachæus, Ma- Matth.9
gdalena, qui per Chrm̃ illuſtrati ſunt corde. Per vidẽtes vero hi quos inflauit ſuperbia in tm̃ Lucæ.19
vt Chriſti prædicationem deridere præſumpſerint. Tertio & cõmunius, ꝑ nõ vidẽtes intel- Lucæ.7
ligunt Gentiles, vnius veri dei agnitõe carẽtes. Per vidẽtes vero Iudæi diuina lege inſtructi.
In Chriſti aũt aduẽtu & deinceps cœpit populus Iudæoꝝ excæcari atq́ꝫ gẽtilitas illuſtrari,
præſertim poſt paſſionẽ Apoſtolis vbiq́ꝫ docẽtibus. Propter quod Chrus dixit Iudæis: Au- Acto.2
C feret à vobis regnũ dei, & dabit gẽti faciẽti fructus eius. Hinc in Eſaia ait Chriſtus: Et nunc Matt.21
hæc dicit dominus, formans me ex vtero ſeruum ſibi, vt reducam Iacob ad eum, & Iſrael nõ Eſa.49
cõgregabitur, & dixit dominus mihi: Parum eſt vt ſis mihi ad ſuſcitandas tribus Iacob, de-
di te in lucem gẽtium, vt ſis ſalus mea vſq́ꝫ ad extremũ terræ. ⌊Et audierunt ex phariſæis qui
cum ipſo erant,⌋ hoc eſt, aliqui phariſæorum exiſtentium cum Ieſu, quando hæc protulit,
⌊& dixerunt ei (ex ſuperbia murmurãdo) Nunquid & nos cæci ſumus?⌋ ea cæcitate, quam
dicis futurã quibuſdã vidẽtibus. Hoc eſt: Nunquid & nos cor excæcatũ habemus? Suſpica-
bant eñ phariſæi, qđ veꝝ fuit, videlicet ꝙ Ieſus more ſolito tetigit eos. ⌊Dixit eis Ieſus: Si
cæci eſſetis⌋ hoc eſt, ſi humiliter agnoſceretis inſipientiã, iniquitatesq́ꝫ noſtras, & me docto-
rem iuſtitiæ audiretis ⌊nõ haberetis pctm̃⌋ quoniã veſtrũ impfectũ confitẽdo meremini
indulgẽtiã & grãm iuſtificantẽ. ⌊Nũc vero dicitis quia (.i. ꝙ) videmus⌋ hoc eſt, quia vos ipſos
iactatis doctos ac ſapiẽtes ⌊pctm̃ veſtrũ manet⌋ in vobis inſanabile atq́ꝫ damnandũ. Vel ſic
Si eſſetis, habẽdo ignorantiã inuincibilẽ, nõ haberetis pctm̃, qm̃ talis ignorãtia omnino ex-
cuſat à culpa. Vel, ſi cæci eſſetis, cæcitate, ſeu ignorãtia facti. Ignorantia vero iuris affectata
nõ excuſat, ſed auget pctm̃. Ignorãtia vero quæ contingit ex negligentia quadam excuſat à
tanto, non à toto. Plus igitur peccat, qui ſcripturas cognoſcit, q̃ alius cæteris paribus, vt pote
ſi ignorantia alterius excuſabilis eſt in toto vel in parte. Popter quod Iacobus proteſtatur: Iacob 4
Scienti bonum & non facienti, peccatum eſt illi. Et Petrus in ſecunda ſua Canonica: Meli- 2. Pet 2
us erat non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum reuerti. ¶Denique Lucæ.12
ſeruus ſciens voluntatem domini ſui & non faciens, plagis vapulabit multis. Qui autem non
cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis.

¶Eluci-

¶Elucidatio capituli decimi: Amen amen dico vobis, qui non intrat per oſtiũ.
.Articulus viceſimusquintus.

Johan.9 SICVT in fine præcedentis capl'i patuit, phariſæi iactabant ſe eſſe
videntes hoc eſt eruditos & dignos alioꝝ rectores, nõ tamen crede
bant in Chriſtũ, ſed eum negabant, idcirco Saluator in exordio hu
ius capl'i pandit errorẽ ac falſitatẽ illoꝝ, ꝑ quandã parabolã quã ipſe-
met poſt pauca partim exponit. Ait ergo: ⌊Amẽ amẽ dico vobis⌋
o elati phariſæi: ⌊Qui nõ intrat per oſtiũ in ouile ouium, ſed aſcen
dit aliunde, ille fur eſt & latro.⌋ Hoc totũ in corporalibus rebus ita
ſe habet. Sed iſta exponẽda ſunt ſpiritualiter ſecũdũ ſenſum à Chri
ſto intentũ. In locutõe quippe parabolica qualis eſt iſta, ſenſus prin
cipalis ac literalis nõ eſt qui immediate per verba ſignificaꝫ, ſed qui
per ipſas res vocibus deſignatas inſinuaꝫ. Eſt igiꝫ intellectus: Qui nõ intrat ſpirituali ſeu cor
porali introitu, per oſtiũ .i. ordinate per Chriſtum, videlicet, ſecundũ Chriſti voluntatẽ, li-
cite ac honeſte, vel per fidem catholicã atq; indiuiduã charitatem, in ouile ouium, hoc eſt, in
eccleſiã, in congregationẽ fidelium, ad præſidendum gregi dominico, ſed aſcendit aliũde .i.
Hebr.5 ſibĳpſi aſſumit honorem, non vocatus à deo tanq̃ Aaron, idcirco aſcẽdere diciꝫ ſuperbe in-
Luc.9 trare, per ambitionem propriam, per alioꝝ intruſionem, per ſimoniacã prauitatem, per cor
Hebr.5 ruptam & non canonicam electionem, non ſequens Chriſti veſtigia, de quo ad Hebræos di
Pſalm.109 cit Apoſtolus, ꝙ non ſemetipſum clarificauit vt pontifex fieret. Sed qui locutus eſt ad eum: E
Tu es ſacerdos in æternum, ille fur eſt & latro, furem appellamus qui rapit aliena. Indignus er
go prælatus qui per Chriſtum non intrat ad præſidendum fidelibus. Vel quicunq; deceptor
fuſusq; doctor credentium eſt fur, quoniam populum dei ſubtrahit deo, quoniam ſuo peſti-
fero documento ſeu prauo exemplo, ac alĳs modis auertit fideles à deo, & ſubiugat eos ſi-
bi, atq; in ſuum commodum redigit eos, bona eorum conſumendo, eorum ſeruitute vtendo,
Matth.23 & ipſos tanq̃ mancipia poſſidendo, quemadmodum de his phariſæis loquitur Chriſtus: Væ
vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia comeditis domus viduaꝝ. Huiuſmodi itaq; aſcen-
ſor ouilis & ouium doctor, ſeu indignus prælatus, & rector gregem ſibi conformat, & maxi-
mũ damnum infert Chriſto, cuius prædilectam ſubſtantiam, pro qua ipſe ſanguinem fudit
Eccl.10 taliter diſſipat. Vnde in Eccleſiaſtico legiꝫ: Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius, &
Hiere.10 qualis eſt rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Hieremias quoq;: Quoniam (inquit) ſtul-
te egerunt paſtores, & dominum non exquiſierunt, propterea om̃is grex eoꝝ diſſipatus eſt.
¶Deniq; talis etiam dicitur latro, quoniam gregem fidelium ſpiritualiter ſtrangulat, vitam
gratiæ ſuffocando in eis, atq; diaboli deuorationibus eos exponendo, imò ad mortẽ æternã
ducendo. Inducit enim eos ad vitia quibus occiditur anima gratiam amittendo, & dæmonũ
1 Pet 5 dentes incurrendo. Aduerſarius enim noſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit quærẽs quem
deuoret. ⌊Qui autem intrat (præfatum ouile) per oſtium⌋ .i. per Chriſtum, videlicet ordi-
nate, charitatiue, humiliter, non quærens præeſſe vel dominari, ſed prodeſſe & auxiliari; non
quærens vel propria libertate, ſed pro aliorum ſalute infatigabiliter laborare, ⌊paſtor eſt oui
um⌋ hoc eſt, fidelium re & nomine, quoniam verbo & opere paſcit, cõfortat & recreat eos.
Hiere.3 Tales paſtores deus promiſit apud Hieremiam: Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & pa F
ſcent vos ſcientia & doctrina. Ad hanc veram paſtoralem perfectionem hortatur princeps
1. Petri.5 Apoſtoloꝝ in prima ſua epiſtola, dicens: Seniores obſecro paſcite qui in vobis eſt gregẽ dei
prouidentes non coacte ſed ſpontanee ſecundum deum, non turpis lucri gratia, neq; vt do-
minantes in cleris, ſed forma gregis facti & ex animo. ⌊Huic (tam fructuoſo paſtori) oſtiari-
us aperit⌋ id ẽ, ſpiritus ſanctus diuinas veritates reuelat, modum regiminis manifeſtat, & de
Johan.16 om̃ibus neceſſarĳs inſtruit. Vnde de ipſo infra habeꝫ: Cum venerit ille ſpiritus veritatis do-
cebit vos omnẽ veritatẽ. Igiꝫ ſpiritus ſanctus admittit, vel potius introducit timoratũ ac di-
1. Timo.3 ligentẽ paſtorẽ in ſanctuariũ ſapientiæ ſempiternæ vt diſcat & ſciat, quomodo oporteat ſe
Pſalm.30 conuerſari in domo dei, & illic dat ei guſtare multitudinem dulcedinis ſuæ, ita vt rediens ad
Pſal 44 gregem dominicum ſibi commiſſum, eructet illis memoriam abundantiæ ſuauitatis diuinæ
ſicq; de plenitudine ſibi collata illuminat & accendit corda ſuoꝝ. ¶Hac apertiõe ſpiritus ſan
cti maxime indiget omnis paſtor, & tanto amplius quanto pluribus præeſt. Cum enim ne-
mo ſuĳpſius poſſit operari ſalutem ſine ſpeciali atq; continuo auxilio ſpiritus ſancti, quomo-
do poterit ſuam & alioꝝ operari ſalutem, ſine ingenti, ſingulari, iugiq; ope paracleti. ¶Pro-
pterea oportet paſtorem frequẽter nimis ad deum recurrere, eius auxilium cum humili pro-
ſtratione requirere, vt in om̃ibus dirigatur, moueaꝫ & reguleꝫ ab ipſo, itemq; vt ſpũs ſanctus
corda ſubditoꝝ docibilia faciat, tãgat, gubernet. Væ ergo diſſolutis & intimoratis prælatis,
qui ſe ad exteriora impudẽter effundunt, qui non ponderant q̃ graue onus ipſis impoſitum
Luc.16 ſit, neq; præcogitant quam Chriſto pro ſe ſuisq; ouibus tribuant rõnem. Iſti nõ pẽſant illud.

Sapien

A Sapientiæ:Iudiciũ duriſſimũ in his qui præſunt fiet. Ideo bene ait Chryſoſtomus: Quis eſt ꝗ
“ deſiderat ꝓlationẽ & curã animaꝝ, niſi qui non timet iudiciũ dei,⌞& oues vocem eius au- Hebr.13
“ diunt⌟.i.electi ſubditi qui ſunt oues,per ꝓdeſtinationẽ æternã talis paſtoris doctrinã ſuſci- 1.Pet.4
piunt ac ſequunt. Humiliter eñ & deuote audiunt & obſeruant verbũ ſui ꝓlati tanꝗ vicarij
Chriſti,quẽadmodũ apl'us in ſuis epiſtolis ſæpius gloriat in dño de ſuis diſcipulis ſeu popu- Roma.5
lis à ſe conuerſis,ꝙ ſuã prædicationẽ cũ omni attentiõe & reuerentia ꝑceperũt,ꝙ vtiq; opor Phil.5
tet omnem ſubditũ diligenter implere. Quoniã prælatis loquit Chriſtus apud Lucam:Qui 2.Cor.9
“ vos audit,me audit:& qui vos ſpernit,me ſpernit.⌞Et proprias oues vocat nominatim⌟.i. 2.Cor.10
ſingulos ſubditoꝝ ſuoꝝ determinate cognoſcit,ad meliora hortat, ad felicitatem inuitat,om Phil.3
nium mores penſando,quid ſingulis expediat perpendendo,cunctis familiariter condeſcen 2.Theſſ.1
do,vnicuiq; ſecundum propriam capacitatem ac indigentiam prouidẽdo,ſubueniendo & Luc.10
influendo,quemadmodum Salomon admonet in lib prouerbiorũ:Diligenter agnoſce vul- Prou.27
tũ pecoris tui,tuoſq; greges conſidera. Quemadmodum eñ medicus corpoꝝ diſpoſitio-
nes,cõplexiones atq; morboꝝ diuerſitates in languido penſat,quatenus vnicuiq; medicamẽ
tũ ſuæ diſpoſitioni ac morbo proporcionatũ apponat. Quod eñ vni prodeſſet,obeſſet alte
ri. Sic ꝓlatus & paſtor cũ ſit medicus animaꝝ attendere debet inclinationes, motus & ſtudia
ſinguloꝝ:ſic vnũquemq; à malo retrahere,& ad virtutes prouehere ꝑ media aptiora, quod
non eſt parum difficile,propter quod conuenienter ait Gregorius:Ars artium eſt regimen
B animarum,& magna valde perfectio,exercitatio,vnctio,diſcretio erigitur ad bonum præ-
latũ,vnde in Deuteronomio loquitur Moſes:Date ex vobis ſapientes & gnaros,quorũ con Deut.1.
“ uerſatio ſit probata in tribubus veſtris,& ponã eos vobis principes.⌞Et educit eas⌟de via
ad patriã,de carne ad ſpiritũ. Educit inſuper eas ad paſcua alimoniæ ſpũalis,ad panẽ vitæ & Pſal.40
“ intellectus,ad panẽ ſacramentalẽ,ad diuinoꝝ cõtemplationẽ.⌞Et cũ proprias oues emiſe- Eccl.15
“ rit⌟.i.ꝓdicto modo eduxerit atq; de tenebris ignorãtiæ & peccati in lucẽ veritatis ac ſplen-
“ dorẽ virtutũ trãſtulerit,⌞ante eas vadit⌟.i.in via dei ipſas exẽplariter ꝓit,& in virtuoſa cõ-
uerſatione excedit,faciẽdo ꝗd docet,& nõ verbo dũtaxat,ſed ope quoq; viã mõſtrãdo,quẽ-
admodũ ad Tim. Paulus ait:Eſto exẽplũ fideliũ in verbo,in cõuerſatiõe,in charitate, profe-
ctus tuus manifeſtus ſit oĩbus, hęc eñ faciẽs,teipm ſaluũ facies,& eos ꝗ te audiũt. Deniq; cũ 1.Tim.4
ꝓlatus ſit ꝗſi ſignũ ad ꝗd omniũ ſubditoꝝ oculi dirigunt,ideo nihil tãtũ ædificat ſubditos vel
tantũ cõfert ad omnẽ profectũ virtutũ, vt bona & irreprehenſibilis vita paſtoris. Frequẽs nãq;
occurſus & ꝗtidianus aſpectus in habitũ vertit,atq; in cordibus ſubditoꝝ, verã in virtutibus
cõſtantiã operat. Oportet ergo ꝓlatũ in virtute & ſapĩa ſtabilẽ eſſe, ne paſſionibus agitet,ne Deut.16
ꝑſonaꝝ acceptor ſit,ne vnũ præ alio palpet vel tribulet,ne priuato amore vel odio corrum- Eſa.42
patur,ſed deũ ſemꝑ ꝓ oculis habeat,iugiter formidet,ne ꝑ ſuã impꝑfectionẽ aut iniuſtitiã ali- Iaco.2
quẽ ex ſibi cõmiſſis ſcandalizet. Prælatus quippe eſt iudex & caput ſiue principiũ gregis ſui.
Iudex autẽ ſecundũ philoſophũ debet eſſe quaſi animata iuſtitia, viuaq; lex,nuſꝗ ab æquita-
tis tramite deuians. Primũ quoq; in omni ordine eſt menſura & regula poſterioꝝ. Menſurã
vero & regulã neceſſe eſt eſſe vniformẽ ac ſimplicẽ,aliter nõ poſſent alia ꝑ eã mẽſurari ac re Pro.11.
gulari. Sit ergo ꝓlatus vniformis,fixus & ſimplex,nõ ſimulator & callidus,ſed mitis & humi-
“ lis.⌞Et oues illũ ſequunt⌟tanquã ducẽ ꝓdignũ.i.opibus illius ſe cõformãt,eiuſq; verbis ob-
C tẽperãt,quẽadmodũ ad Heb. docet apl'us:Obedite ꝓpoſitis veſtris & ſubiacete illis. Ipſi eñ Hebr.13
ꝑuigilãt tanꝗ rationẽ pro aĩabus veſtris reddituri. Bonus ergo paſtor bonas efficit oues,oui-
umq; vitia & defectus maxĩe accidũt ex negligẽtia atq; inſufficiẽtia ꝓſidẽtis. Propter ꝗd ma
ximũ dei donũ eſt,habere virtuoſum ꝓlatũ. Vnde videmus,ꝙ in veteri teſt.tꝑe iudicũ & re-
gũ quãdo iudex vel rex bonus fuit,populus Iſrael dño miniſtrauit,ſed rege vel iudice impie
“ cõuerſante,populus quoq; cõmuniter vixit inique,inſiſtẽdo frequẽter idololatriæ,⌞ꝗa ſciũt
“ vocẽ eius⌟.i.doctrinã eius ꝑ approbationẽ cognoſcũt,⌞alienũ aũt⌟.i.ſeductorẽ,peſtiferũq;
“ doctorẽ ſchiſmaticũ ſiue hæreticũ,vel impiũ Chriſtianũ,⌞nõ ſequunt⌟.i.eius doctrinis non
“ acquieſcũt nec opa ſequunt,⌞ſed fugiũt ab eo⌟.i.aĩo illũ deteſtant. vel etiã interdũ corpore
“ ſe elongãt ab ipſo,ne cũ ꝑuerſo ꝑuertant. Qui eñ tetigerit picẽ,inquinat. Et apl'us:Exite(in
“ quit)de medio illoꝝ,& immũdũ ne tetigeritis,⌞ꝗa nõ nouerũt⌟ꝑ approbationẽ & imitati- Pſal.17
“ onẽ,⌞vocẽ alienoꝝ⌟.i.verba fallaciũ. Totũ hoc intelligẽdũ eſt de ouibus,nõ ſolũ ſecũdum Eccl.13
ꝓſentẽ iuſtitiã,ſed & ſecundũ ꝓdeſtinationẽ diuinã,& de auditu ſeu fuga vel cognitione fi- 2.Cor.6
nali. Certũ eſt eñ,ꝙ multi electi ad tẽpus errãt,& hæreticoꝝ vel alioꝝ deceptoꝝ doctrinas Leuit.11.
aduertũt,ſed final'r pœnitẽt,& in Chriſti ſermone diẽ claudũt extremũ. Similiter multi ꝓſci
ti,ad tẽpus verba bonoꝝ,aduertũt paſtoꝝ & alienoꝝ vocẽ abhorrent,ſed non perſeuerant Mat.24
vſq; in finẽ,nũc implent illud apoſtoli:Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Et:Op- Heb.13
timum eſt,gratia ſtabiliri cor. Vel loquit Chrũs de ouibus formal'r,hoc eſt inquantum ſunt Ibidem
oues,nõ materialiter. Formaliter eñ de eis loquendo nõ errãt,quẽadmodũ arbor bona non Matt.7
“ poteſt facere fructus malos.⌞Hoc prouerbiũ⌟.i.ſimilitudinẽ iſtã vel ſermonem hunc para- Mar.4
Luc.6

CAP. X. bolicum, ⸤dixit eis Ieſus: Illi autem (phariſæi) non cognouerunt quid loqueretur eis,⸥ q̄d per
verba prædicta ſignificaret. Certi enim fuerunt, ꝙ intentio eius finalis non erat de pecoribus, D
⸤Dixit ergo eis iterũ Ieſus⸥ qui nouit ignorãtiam illorũ. Expoſuit ergo prouerbium iſtud pro »
parte. Expoſitio nãq; non intelligentibus eſt neceſſaria. ⸤Amen amẽ dico, quia ego ſum oſti »
um ouium⸥ hoc eſt porta ſecundum proprietatem quãdam, per quam electi intrant in ſocie- »
tatem eccleſiæ militantis, & deinceps ad conſortium eccleſiæ triumphantis. Chriſtus quoq; eſt
oſtium per quod intramus ad patrem, nunc per fidem & gratiam, tunc vero per ſpeciem, pro-
Iohan. 14. pter q̄d ait: Ego ſum via, veritas & vita. Nemo venit ad patrem, niſi per me. Itemq; apoſto-
Ephe. 2 lus: Per ipſum (inquit) acceſſum habemus ad patrem. Et rurſus: Per ipſum offeramus hoſtiam
Heb. 13. laudis deo ſemper, Chriſtus ergo eſt oſtium, quia per eius auxilium incorporamur eccleſiæ, ad
Acto. 2.
Prouer. 18 patriam deuenimus, deo immediate vnimur. Propterea Petrus teſtat: Neq; enĩ datum eſt ho-
Acto. 10. minibus aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat eos ſaluos fieri. Dicitur autem Chriſtus oſtiũ
Hiere. 11. per ſimilitudinem quandam, q̄modo dicitur, agnus, leo, petra, lucerna. ⸤Omnes quotq̄t vene- »
Apoca. 5.
1. Cor. 10 runt fures ſunt & latrones⸥ Non abſolute de omnibus loquitur Chriſtus, quia ſuperius laudauit »
Iohan. 5 Iohãnem Baptiſtam & Moſen, ſed de quibuſdã pſeudoprophetis, qui non longe ante Chriſti
Apoca. 21 aduentum venerunt, quales fuerunt Theodas & Iudas Galilæus, de quibus ſcribitur in actibus
Iohan. 5.
Iohan. 9 apoſtolorũ. Vel de omnibus qui ſine Chriſto (hoc eſt ſine dei verbo) venerunt non miſſi à deo,
Acto. 5. ſed proprio ſenſu ſe ingerentes, de qualibus dñs ait per Hieremiam: Ipſi currebant, & ego non
Hiere. 23 miſi eos. ⸤Sed non audierunt eos oues⸥ .i. finaliter ipſis non conſenſerunt, q̄uis forte ad tem- »
pus deceptæ ſint. Ego ſum oſtium, ſicut nunc dictum eſt. ⸤Per me ſi quis introierit⸥ .i. q ſecũ- »
dum doctrinam & vitã meam conuerſatus fuerit, q per fidem & gratiã meam congregationi E
fidelium ſe iunxerit, ſi quis mihi intima charitate inhæſerit, ⸤ſaluabitur⸥ hoc eſt æternã beati- »
tudinem conſequetur, nuncq; à peccatis purgabitur, aliter Chriſtus non eſſet ſaluator. Vnde
Acto. 15 in actis Petrus diſſeruit: Per gratiã domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari. ⸤Et ingredie- »
tur & egredietur⸥ .i. in latitudine charitatis, & ſpũs libertate verſabitur, quia lex Chriſti eſt lex »
Deute. 6. amoris, & vbi ſpiritus dñi, ibi libertas. Itaq; ingredietur, redeundo ad propriã conſcientiam,
2. Corin. 3 examinando ſeipſum, atq; interioribus virtutum theologicarũ actibus inſiſtendo, & egredie-
tur de habitu virtuoſo in opus meritorium, de cognitiõe ad operationem, de via ad patriam:
Egredietur quoq; ad proximos illis miſericorditer condeſcendendo, conſulendo, ſubueniẽ-
Galat. 6 do, quemadmodum dicit apoſtolus: Alter alterius onera portate. Et: Non quæ ſua ſunt ſingu-
Philip. 2.
Treno. 3. li conſiderantes, ſed quæ aliorũ: Egredietur demum quotidie, leuando ſe ſuper ſe, vt ſit conuer
Philip. 3. ſatio ſua in cœlis, omnibusq; terrenis ac ſenſibilibus rebus tranſcenſis, ſola cœleſtia, ſpiritualia
Ibidem. & æterna contempletur, amet, recogitet, omnia arbitrans vt ſtercora, propter eminentem ſciẽ-
tiam Chriſti, ⸤& paſcua⸥ .i. ſpiritualia alimenta copioſæ, ⸤inueniet⸥ in præſenti & in futuro. »
Nunc enĩ quotidie reficitur corpore & ſanguine ſaluatoris, incremento virtutum, conſolatiõe
interna, riuis ſapientiæ, cæterisq; donis & chariſmatibus ſpũs ſancti. His bonis anima ſeipſam
Deute. 32 diligenter cuſtodiens, vt ſponſo ſuo cœleſti ſe incontaminatã exhibeat, feliciter impinguatur
Pſal. 30 & conſortatur, ita vt cibum faſtidiat corporalem, omnemq; conſolationem carnalem & ſecu-
Eſaiæ. 64
1. Corin. 2 larem. Porro in patria inueniet paſcua illa vberrima, quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec
Ephe. 1. in cor hominis aſcenderunt, vbi deus eſt omnia in omnibus, omnesq; beati de eius fruitione cõ-
tentantur & ſuperdulciſſime ſatiantur. ⸤Fur non venit⸥ .i. ſeductor, indignusve paſtor non »
accedit fideles, ⸤niſi vt furetur⸥ hoc eſt oues Chriſti ſubtrahat Chriſto, & officium ſibi indebi »
tum præſumptuoſæ vſurpet. Quàmuis enĩ dicat ſe homo non intendere, tamen male agendo, F
& debita omittendo hoc facit, ⸤& mactet & perdat⸥ .i. ſpũaliter occidat, atq; ad ſempiternũ »
perducat interitum. Tales ſunt negligentes prælati, carnales, auari & ambitioſi, quibus domi-
Ezech. 34. nus ait per Ezechielẽ: Væ paſtoribus, qui paſcebant ſemetipſos, lac comedebatis, & lana ope-
riebamini, gregem autem meum non paſcebatis. Ego dñs requiram gregem meum de manu
eorũ. ⸤Ego veni⸥ in mundum per incarnationem, & in publicũ per prædicationẽ, ⸤vt (oues) »
vitam (gratiæ) habeant (in præſenti) & abundantius habeant⸥ .i. plenam fœlicitatem, ſeu vitã »
Eſaiæ. 51 gloriæ ſortiantur in patria, de qua abundantia, abundantiq; gloria cecinit Eſaias: Gaudium &
Eſaiæ. 51 lætitia inuenietur in ea, gratiarumactio & vox laudis. Itemq;: Lætitia ſempiterna ſuper capita
Eſaiæ. 61 eorũ, gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.
Eſaiæ. 35

¶Proſecutio expoſitionis huius capituli, ab eo loco quo dicitur: Ego ſum paſtor bonus. Articulus. XXVI.

LOquutus iam fuit dominus Ieſus in præcedenti lectione de paſtore in generali, nunc
tractat de paſtore in ſpeciali, videlicet de ſeipſo. ⸤Ego ſum paſtor bonus,⸥ Secundũ »
vtrãq; ſuam naturam eſt Chrũs paſtor, & paſtor bonus. Secundum diuinitatem qp-
pe paſcit non ſolum intellectuales creaturas ſpũali alimẽto, ſed & omnia animata. Hæc
Pſal. 144 inferiora paſcit corporeo nutrimento, quemadmodum ait pſalmiſta: Oculi omnium in te ſpe
rant dñe, & tu das eſcam illorũ in tempore oportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne
animal

A animal benedictione. Rurſusq́ꝫ: Qui dat iumentis eſcam ipſorum. Hinc ait ſaluator: Reſpi-
cite volatilia cœli, quoniã non ſerunt neqꝫ metunt, & pater veſter cœleſtis paſcit ea. Quòd Mat.6
vero Chriſtus vt deus ſit hominũ paſtor in ſpũalibus eſcis, conſtat ex eo quod ait apud Eze
chielẽ: Ego ipſe paſcã oues meas. Sic ꝗqꝫ eſt Chrũs paſtor eſſentialiter bonus & pura, infini- Ezech.34
taq́ꝫ bonitas. Secundũ naturã vero aſſumptã eſt paſtor inſtrumẽtalis, ꝑ excellẽtiſſimã diui-
næ bonitatis participationẽ bonus. Eſt igitur paſtor bonus, quoniã iuſte & charitatiue ac ſa
luberrime alit fideles, ſanctitatis exẽplo, ſapientiæ verbo, oratione & ſignis. Deniqꝫ tã affe-
ctuoſus, liberaliſq́ꝫ paſtor eſt, vt ſeipſum præſtet in cibũ, ꝑ quẽ conſequimur vitã æternã. Eſt
aũt Chrũs paſtor ſummus, iuxta illud Petri: Cũ apparuerit princeps paſtoꝝ, percipietis im
marceſſibilẽ gloriæ coronã. Eſt quoqꝫ paſtor maximus, ſecundũ illud Pauli ad Hebrę. Deus 1.Pet.5
pacis qui eduxit de mortuis paſtorẽ magnũ dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ, aptet vos in om̃i bo Heb.13
no. Eſt etiã paſtor vnicus, ſumme ſingularis & potẽtiſſimus, cui nullus aduerſarius valet reſi-
ſtere, de quo deus ꝑ Ezechielẽ ait: Suſcitabo ſuꝑ gregẽ meũ paſtorẽ vnũ, qui paſcat eũ Da- Ezech.34
uid, ſeruũ meũ.i. Chriſtũ. Paſcit itaqꝫ Chriſtus ſuos electos in vita præſenti, pane lachryma-
rum, pane euchariſtiæ, pane iuſtitiæ ſeu obedientiæ, de quo dictũ eſt ante: Meus cibus eſt, vt Pſal.41
faciam volũtatem patris qui miſit me. ¶Deinde Chriſtus diſtinguit inter bonũ & malũ pa- Iohan.6
“ ſtorem. ⌊Bonus paſtor,⌋ qui ex charitate præeſt, & fouet ſibi cõmiſſos, vt eoꝝ cooperet ſa- Mat.26
“ luti & ſimul cũ illis ſaluetur, ⌊animã ſuam⌋.i. vitã animalẽ, naturalẽ ſeu corporalẽ, ⌊dat⌋.i. Iohan.4
“ morti exponit, ⌊pro ouibus ſuis⌋.i. pro defenſione atqꝫ ſalute gregis ſibi cõmiſſi, imò cuiuſ-
libet eoꝝ in certo caſu, videlicet q̃n gregi imminet ſalutis periculũ, vt ſi hæretici vel pagani,
B aut tyranni irrũpant eccleſiã, conãtes Chriſtianã plebẽ à fide vel æquitate auertere, & ne-
mo ſit qui poſſit tũc populũ dei cõfirmare in fide vel æquitate, ſi paſtor abierit. Cũ em̃ anima
ſit præſtantior vita corporali, & corpore debet ꝓlatus qui paſtor eſt animaꝝ, pro ſalute ſui
gregis ad mortẽ eſſe paratus. Si aũt ſola tẽporalia ſubditoꝝ quærant ab aduerſariis, nõ opor
tet vt exponat ſe morti. Talis paſtor fuit Paulus qui dixit: Ego ipſe libenter impendã, & ſuꝑ-
impendar pro animabus veſtris. Nec ſolũ paſtor, ſed & quilibet Chriſtianus tenetur in caſu 2.Cor.12
animã ſuam pro quocũqꝫ proximo ponere, vtpote ſi proximus aliter peccatum mortale nõ
poſſit euadere. Quilibet em̃ tenet plus diligere animã proximi q̃ propriã pellẽ. Vnde apud
Iohãnẽ ſcriptũ eſt: In hoc apparuit charitas dei, qm̃ ille pro nobis animã ſuã poſuit, & nos de 1.Iohã.3
bemus pro fratribus aĩas ponere. Si iſta eſt ratio veri ſeu boni paſtoris, nullus ꝓlationẽ ſeu cu
“ rã aĩaꝝ ꝓſumat optare vel adipiſci, niſi ſe tãtæ ꝑfectionis inueniat. ⌊Mercenarius aũt, & (ꝓ
“ id eſt) q nõ eſt paſtor⌋ verus, & ex cõſequẽti, nec paſtor, itaqꝫ mercenarius.i. falſus paſtor, q
tꝑalis vtilitatis intuitu ſeu ꝓpriꝫ lucri affectu, qui ꝓpter diuitias atqꝫ delicias vel mũdi hono
res, ac vanitates facit ea, q̃ facit in paſtorali officio, non ſyncero amore aĩaꝝ ꝓpriꝫ gregis, ad
“ obtinendã vitã æternã, ⌊cuius nõ ſunt oues ꝓpriæ⌋.i. ad quẽ nõ ꝑtinẽt ꝑ dilectionẽ & debi
tã ſolicitudinẽ, q͂a nõ q̃rit principaliť atqꝫ finaliť bonũ ouiũ ſuaꝝ, ſed ꝓpriũ emolumentũ, car
“ naleq́ꝫ cõmodũ, vitã lautã, quietẽ & mollẽ, ⌊videt⌋.i. cõſiderat, ꝑcipit vel corporaliť cõſpicit
“ ⌊lupũ venientẽ⌋.i. hęreticũ, tyrãnũ, ꝑſequutorẽ, vel ſeductorẽ, q quærit aĩas falſa doctrina
inficere, vel corpora violẽter occidere, aut gregẽ ad pctã inducere. De talibus equidẽ lupis
dicit ſaluator: Attẽdite à falſis ꝓphetis, q veniũt ad vos in veſtimẽtis ouiũ, intrinſecus ãt ſunt
C lupi rapaces. Perſequutores vero & tyrãni, potẽtes & diuites huius mũdi ſunt lupi apti, ⌊& Matt.7
“ dimittit oues⌋.i. gregi ſuo debitũ auxiliũ nõ impẽdit, nec aduerſariis ouiũ, debito ordine ſe
opponit, illos excõmunicãdo, & improbãdo eoꝝ falſam doctrinã, irrationabiliſſimũq́ꝫ erro
“ rẽ monſtrãdo, ⌊& fugit,⌋ vel locũ mutãdo, vel ſolatiũ ſubtrahẽdo, q̊d valde abſurdũ eſt. Si
em̃ nõ ꝓt oues à corporali læſione, vel dãni illatiõe protegere, debet tñ eas ad patientiã ani-
mare exẽplis ſanctoꝝ, q multa grauiora ꝑpeſſi ſunt, cõſolari, futuræ vitæ beatitudinẽ cõme-
morare, ſicq́ꝫ ſubditos ſuos ab interiori læſione ac morte eripere, atqꝫ in oĩbus ſeipſm illis for-
“ titudinis exẽplũ ꝓbere. ⌊Et lupus (iã dictus) rapit⌋.i. ſuæ volũtati ac malignitati ſubdit, ⌊&
“ diſpergit⌋.i. ab eccleſiaſtica vnitate, charitate atqꝫ iuſtitia diuidit ⌊oues,⌋ ſi tñ ſint oues per
ꝓdeſtinationẽ, tandẽ reuertunť nec pereũt. Hinc ꝑ Ezechielẽ dñs loquiť: Diſperſæ ſunt oues
“ meæ, eo ꝙ nõ eſſet paſtor. Et Salomon ꝓfiteť: Vbi nõ eſt gubernator, ppľus corruet. ⌊Mer Ezech.34
“ cenarius aũt nõ fugit (modis ꝓfatis) q͂a mercenarius eſt⌋.i. ea rõne cõpetit ſibi, imminẽte pe
“ riculo fugere, qm̃ tꝑalia cõmoda (nõ ſpũalia ſubditoꝝ lucra ſeu emolumẽta) requirit ⌊& nõ Prou.11.
“ ꝑtinet ad eũ de ouibus⌋.i. ordinatũ affectũ, debitãq́ꝫ diligentiã nõ habet ad eas. Pertinet vti-
qꝫ ad eũ de ouibus, qm̃ eas paſcere obligať, & ratio de eis ab ipſo requireť, ſed nõ pertinet ad
eũ de ouibus.i. ꝑtinenter ſe nõ habet ad eas. Pertinet ergo ad eũ de ouibus, ſecundum iuſtitiã
dei, ſed non ꝑtinet, quantũ ad debitam curã. His itaqꝫ verbis docet ſaluator, ꝙ paſtor habere Ezech.3
debet fortẽ ac ſtabilẽ manſionẽ cũ ouibus ſuis, vt protegat eas ab occurſu hoſtili, metuẽs ne
eo abſente, lupus.i. hoſtis inuiſibilis ſiue viſibilis diſpergat & rapiat oues, videnſq́ꝫ lupum ve
nientem, clamitet contra eum, & quicquid valet pro gregis facit cuſtodia. Hinc contra in-

Eſa.56 dignos,mercenariosq́ paſtores,contra negligentes, carnales,ac pigros ꝓlatos ſcribit apud D
Eſaiam:Speculatores cæci,canes muti,nõ valentes latrare,vidẽtes vana, & dormientes. Za-
Zach.11. charias quoq; ait:O paſtor & idolũ,derelinquẽs gregẽ,brachiũ eius ariditate ſiccabit.Opor
tet ergo ꝑlatũ vehemẽter eſſe ſolicitũ,vt ſit ſeruus fidelis & prudẽs,quẽ conſtituit dñs ſup ſa-
Luc.12 miliã ſuam.Eſt enĩ cuſtos eorũ pro quorũ ſalute vnigenitus filius dei verus deus incarnatus at
Mat.24 q; occiſus eſt, idcirco nõ minus ſolerter,affectuoſe atq; ſolicite cuſtodire debet animas ſibi
cõmiſſorũ,q̃ ſanguinẽ Chriſti,ſi illũ in propria ſpecie haberet aliquo vaſe incluſum.Vnde in
Act.20 actis Paulus hortat̃ prælatos:Attendite vobis & vniuerſo gregi,in quo vos ſpũs ſanctus po
ſuit epiſcopos,regere eccleſiã dei,quã acquiſiuit ſanguine ſuo.Non igit̃ intumeſcat prælatus
ſuperbia,ſed ornetur ac immobilitetur iuſtitia,imò tanto extet humilior,quãto ampliori in
diget gratia ac miſericordia dei,tantoq́ iuſtior ſit,quãto expreſſius dei ſimilitudinẽ gerit,&
Deute.17 locũ ipſius ſupplet.Hinc in Deuteronomio Moſes ꝓcepit:Non eleuet̃ cor eius in ſuperbiam
ſup fratres ſuos,neq; declinet in partẽ dexterã vel ſiniſtrã.¶Præterea qualis debeat eſſe pa-
ſtor,docet Gregorius in paſtorali,dicẽdo:Oportet vt ſolicite metiri ſe ſtudeat,quãta tenen
Gregorius dæ rectitudinis neceſſitate cõſtringit̃,ſub cuius æſtimatione populus grex vocat̃.Sit ergo ꝓ
latus cogitatiõe mũdus,actione ꝓcipuus,diſcretus in ſilentio,vtilis in verbo,ſingulis cõpaſſi-
one proximus,præ cũctis cõtemplatione ſuſpẽſus,bene agẽtibus ꝑ humilitatẽ,ſocius contra
delinquentiũ vitia,ꝑ iuſtitię zelũ erectus,internorũ curã in exteriorũ occupatiõe nõ minuẽs,
exteriorũ prouidentiã interiorũ ſolicitudine nõ relinquẽs. Hucuſq; Gregorius.De indigno
demũ paſtore ait in homilia:Mercenarius eſt,qui locũ ꝓlationis in eccleſia tenet,ſed lucrum E
aĩarũ nõ quærit,terrenis cõmodis inhiat,honore ꝓlationis gaudet,impẽſa ſibi ab hoĩbus reue
rentia lætat̃.¶Poſtremo,ꝓlatus ſic debet eſſe mitis,nõ iracũdus,vt tñ nõ ſit remiſſus,ſed ſtre-
Ephe.6 nuus,penſans illud apoſtoli ad Epheſios:Patres nolite ad iracũdiã prouocare ſilios veſtros,
ſed educate illos in diſciplina & correctione dñi.¶Sciendũ quoq; ꝙ ſecundũ Auguſtinũ tũc
Auguſtinus miniſtri eccleſiæ ſeu paſtores fugere poſſunt, quãdo eorũ dũtaxat ꝑſonæ quærunt̃, vel eorũ,
locũ ac miniſteriũ alij poſſunt ſupplere,quibus nõ eſt cauſa rationabilis fugiendi. Cũ autem
omniũ cõmune extat periculũ,ſeu generalis ꝑſequutio,clericorũ videlicet & laicorũ,vel ſingu
lariter laicorũ ſeu ſubditorũ,nec eſt qui plebi remanẽti ſufficiẽter miniſtret,nullo modo de-
bent miniſtri eccleſiæ fugere,nec illos deſerere qui indigẽt ipſis.Præterea docet ſaluator pro
prietates boni paſtoris ſibi ineſſe.⌞Ego ſum paſtor bonus,⌟ ſicut nũc dictũ atq; expoſitum »
eſt,& cõſequẽter exponitur,⌞& cognoſco meas⌟.i.oues electas,quarũ nõia ſcripta habeo in »
Apoca.21. libro vitæ.Vnde ad Moſen loquit̃:Noui te ex nomine,⌞& cognoſcũt⌟.i. cognoſcendo ſe- »
Exo.33 quunt̃ me,mihiq́ ꝑ charitatẽ obediũt,⌞meæ⌟.i.oues electæ.Obediũt enĩ anteq̃ moriant̃,q̃- »
uis interdũ diu rebelles ſint.Palã oĩno eſt,ꝙ Chr̃s ſecundũ vtrãq; naturã cognoſcit oues ſuas
Hebr.4 duplici cognitiõe,vtpote cõtemplatiua,de qua ſatur apl'us:Oĩa nuda & apta ſunt oculis eius
Eccl.23 de qua etiã in Eccleſiaſtico legit̃:Dño deo anteq̃ crearent̃ oĩa ſunt cognita.Et itẽ cognitiõe
operatiua ſeu approbatiua,qua prouidet ſuis de oĩbus neceſſarijs ad ſalutẽ,de qua cognitiõe
1.Cor.8 Paulus teſtat̃:Si quis diligit deũ,hic cognitus eſt ab illo.⌞Sicut nouit me pr̃,& ego agnoſco »
patrem.⌟¶Verba iſta dupliciter exponũtur. Primo,vt in eis determinet̃ modus,quo Chri- »
ſtus cognoſcit oues ſuas,atq; ab eis cognoſcit̃.Eritq́ ſenſus,ſicut nouit me pr̃,notitia amo-
roſa & approbatiua,& ſicut æqualiter ego agnoſco patrẽ,eodẽ modo,imò & eadẽ nũero no F
titia,ſecundũ ꝙ deus ſum.Sic enĩ triũ perſonarũ eſt vna notitia,ſubaudiendũ eſt, ſic cognoſ-
co oues meas ꝑ amorẽ & approbationẽ,& cognoſcor ab eis,qm̃ gratæ ſunt mihi,& obediẽ-
tes.Hoc loco dictio,ſicut,dicit ſimilitudinẽ aliqualẽ,nõ verã æqualitatẽ.Filius enĩ vt deus co
gnoſcit patrẽ,& à patre cognoſcitur,notitia cõprehẽſiua,æterna & infinita,quæ nulli eſt cõ
Mat.11. municabilis creaturæ,iuxta illud:Nemo nouit filium niſi pater,neq; patrem quis nouit niſi fi
lius.Filius quoq; vt homo nouit patrem beatificæ fruitionis notitia,quæ nõ competit viato
ribus. Amor etiam electorũ ad Chriſtũ non eſt æqualis amori Chriſti ad eos,nec mutuæ dile
ctioni patris ac filij.Deſignat ergo ſimilitudinẽ quandã,iuxta quẽ modũ ait Iohannes in ſua
1.Iohã 4 canonica:Sicut pater eſt,& nos ſumus in hoc mũdo. Paulus quoq;:Tunc cognoſcam ſicut &
1 Cor.13 cognitus ſum.Et itẽ ſaluator apud Matthæũ:Eſtote ꝑfecti ſicut pr̃ veſter cœleſtis ꝑfectus ẽ.
Mat.5 Secũdo exponit̃,ſicut nouit me pr̃,& ego agnoſco patrẽ,quod ideo dico,vt pateat ex q̃ fon-
te procedit,ꝙ oues cognoſco & diligo. Ex amore enĩ mutuo patris & filij,factũ eſt, vt filius
pro hominibus moreret̃,Ideo ſubdit̃,⌞& animam meã pono⌟.i.pœnis mortis expono,vel »
animã.i.vitã corporalẽ pono ĩ ara crucis pro ouibus meis,vt à morte peccati ac inferi liberẽ
tur. Vnde Eſaias dicit:Tradidit in mortẽ animã ſuã. Et Hieremias ait:Dedi dilectam ani-
Eſa.53 mam meã in manum inimicorũ meorũ.In his vero & ſimilibus verbis per animã ſuam intel-
Hiere.12 ligit Chriſtus ſe totum,perfectumq́ hominẽ,quemadmodũ dicit apl'us:In fide viuo filij dei
Gala.2 qui dilexit me,& tradidit ſemetipſum pro me. Deniq; Chr̃s nõ ait:Animam meam pono
1.Pet.2 pro oĩbus,ſed pro ouibus meis,puta electis,nam licet Chr̃s pro oĩbus paſſus ſit & ſatisfecit
ſufficiẽ

ſufficienter,non tamen efficienter,quia in ſolis electis paſſio Chr̃i fructificat, per cõſecutionẽ
A ſui finalis effectus,qui eſt ſalus æterna. Hinc Chriſtus dixit in cœna diſcipulis. Hic eſt calix ſan- Pſal.18
guinis mei,q pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatoꝝ. Et in Eſaia ſcriptum Mat.26.
eſt:Ipſe peccata multoꝝ tulit. Ait igit̃ filius dei:Sicut nouit me pater,&c. Hoc eſt moriẽdo pro Eſaiæ.53
ouibus oſtendo,quãtum patrẽ oueſq; diligo,q̃a pro patris honore & gloria hoĩes redimo. Et: Iohan.15
“ Maiorem charitatẽ nemo habet,vt animã ſuã ponat qs pro amicis ſuis. ⌊Et alias oues habeo⌋
hoc eſt multi gentilium ad me pertinẽt,meiq; ſunt ſecundum prædeſtinationem æternã, q̃uis
ſecundum præſentem iuſtitiã necdum ſint oues,ſed hœdi ac lupi,de q̃bus alibi ait Chr̃s: Multi Matt.8.
“ ab oriente & occidente veniẽt & recũbent cũ Abraham in regno cœloꝝ, ⌊quę nõ ſunt ex hoc
“ ouili⌋.i.de ſynagoga ſeu numero Iudęoꝝ, ⌊& illas oportet me⌋ nõ per coactionẽ, ſed immo
“ bile bñplacitũ, ⌊adducere⌋.i.ꝑ apoſtolicã prædicationẽ,& ſpũs ſancti illuſtrationẽ, ad ſidem
colligere,& de erroribus varijs in q̃bus errauerũt ad catholicã veritatẽ atq; eccleſiaſticã vnita-
tem ꝑducere. Errabant em̃ alienati à vero paſtore,& lupoꝝ dentibus patuerunt. Propter q̃d
in prima ſua canonica aſſerit Petrus:Eratis aliq̃ñ ſicut oues errãtes, ſed cõuerſi eſtis ad paſtorẽ Eſaiæ.53
& epiſcopũ animaꝝ veſtraꝝ. Et Eſaias:Om̃es(inq̃t)nos quaſi oues errantes, vnuſquiſq; in viã
“ ſuã declinauit, ⌊& vocem meã⌋.i.euangelicã legem atq; internã alloquutionem, ⌊audient⌋
credendo & obediendo,iuxta illud in pſalmo:Populus quem nõ cognoui ſeruiuit mihi,in au- Pſalm.17
ditu auris obediuit mihi. Et Paulus:Notum(inquit)ſit vobis quia gentibus miſſum eſt hoc ſalu Acto.28.
tare dei,ipſi & audient. Hoc Chr̃s præinductis verbis adiecit, ne pro ſolis Iudæis crederet̃ paſ-
“ ſurus vel miſſus,eo q alibi dixerit:Nõ ſum miſſus,niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. ⌊Et Matt.15
“ fiet vnũ ouile⌋.i.vna eccleſia ſeu vna fidelium cõgregatio ex electis Iudæis atq; cõuerſis genti-
B libus conſtans quæ quæ dicit̃ vna,propter fidei,ſpei,charitatiſq; vnitatẽ. Ipſa em̃ eſt vnum my
ſticum corpus Chriſti q̃d ab vno capite.ſ.Chriſto gubernat̃,vno ſpũ ſancto viuificatur,vna le
ge regulatur,vno fonte purificatur,vno pane reficitur, ab vno patre regenerat̃,ad vnã patriã
proficiſcitur. Huic ouili prælati præſident,hoc dæmones obſident,angeli protegunt,Chriſtus
Gala.4 taꝛ viſio pacis,ſignificat eccleſiã triũphantẽ,de qua ad Galatas dicit apl'us:Illa quæ ſurſum eſt
Hieruſalem libera eſt,quæ eſt mater noſtra. Bethania igitur diſtat à Hieruſalem quindecim
ſtadijs.i.per quindecim gradus virtutũ,de quibus tractant quindecim pſalmi graduales,per-
tingit viator ab eccleſia militãte ad triumphantẽ.Prolixum eſſet hos gradus iam proſequi.
Poſſunt quoqꝫ per quindecim ſtadia intelligi tres virtutes theologicæ,duodecimq́ꝫ virtutes
morales,per quarũ actus pertingimus à via ad patriã. Virtutũ em̃ moralium opera non ſunt
æternæ vitæ meritoria,niſi theologicaꝝ virtutũ actibus imperenꝛ ac regulenꝛ. Nam ſine fi-
Hebr.11 de impoſſibile eſt deo placere. Et charitas eſt forma virtutũ,origo & finis,ac vita eaꝝ, in tan
1.Cor.13 tũ,vt ſi linguis angeloꝝ loquamur & hominũ,omnẽq́ꝫ habuerimus fidẽ,ita vt montes tranſ-
feramus,corpora ꝙqꝫ dederimus ita vt ardeamus,charitatem vero nõ habuerimus,nil nobis
profint oĩa illa.Rurſus per quindecim ſtadia intelligi poſſunt ſeptẽ dona ſpũs ſancti,& octo
beatitudines,quibus ad eccleſiã triũphãtẽ ꝑducimur.⌊Multi aũt ex Iudæis venerãt ad Mar
thã & Mariam,vt conſolarenꝛ eas de fratre ſuo⌋.i.de eius interitu. Multi cõuenerant, quia
de magna progenie fuerunt hæ fœminæ,& propter ſuã bonitatem amabanꝛ à multis,vnde
nõ ſolũ cognati earũ atqꝫ vicini,ſed multi ꝙqꝫ Hieroſolymitaꝝ acceſſerãt eas,& forte multo
plures veniſſent ad ipſas,niſi tã familiares fuiſſent Chriſto,propter ꝙd multoꝝ indignationẽ E
incurrerũt.⌊Martha ergo vt audiuit quia Ieſus venit.⌋ Ipſa equidẽ tanꝗ̃ prudens matrona
rexit domũ,ideo aliquis præcurrens,& forte à Chriſto miſſus,primo indicauit ei Chr̃i ad-
uentum. Videtur em̃ fuiſſe nuncius ille bonus & credens,quia occulte intimauit Marthæ de
Chriſti acceſſu,ſciens eũ Iudæis odibilem, vnde nec eis indicauit.⌊Occurrit illi,⌋ deuote ꝑ
pter tanti viri reuerentiam & magnum amorem ad eum,nec aſſumpſit Mariam ſecũ,ſed ſo-
la profecta eſt,cupiens Ieſum ſingulariter alloqui & precari,& ne Iudæi domino aduerſan-
tes,notarent aliquid de Chriſti præſentia,ſicq́ꝫ recederent.⌊Maria autem domi ſedebat,⌋
cum Iudæis conſolantibus eam.¶Martha vitam ſignat actiuam,Maria contemplatiuam.
Martha ergo Chriſto foris occurrit,qm̃ actiuam vitã ducentes,Chriſto obuiãt in exterio-
ribus practicarũ virtutũ operibus,proximis miniſtrantes,& miſericordiæ exercitijs inten-
dentes,quemadmodũ Petrus hortaꝛ:Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Contempla-
1.Petr.4 tiui vero domi reſidẽt,quoniã in ſolitudine atqꝫ ſilentio vacant deo,tanto vtiqꝫ purius,ſtabi-
lius,dulcius & quietius,quãto ab omni ſtrepitu ſecularium negotiorũ, omniq́ꝫ tumultu homi-
num mundanorum fuerint remotiores, non loco tantũ, ſed etiam voto,ideo ait Pſalmiſta:
Pſalm.30 Abſcondes eos in abſcondito vultus tui,à conturbatione hominũ.Proteges eos in taberna-
culo tuo,à contradictione linguaꝝ. Et Eſaias:In ſpe(inquit)& ſilentio erit fortitudo veſtra.
Eſa.30 Nihilominus,ſicut patebit, Maria cũ euocaſſet eam Martha exiuit obuiam Ieſu, quoniã con
templatiui,quãdo eis iniungitur à prælatis,qui ſimul eſſe debẽt actiui & cõtemplatiui,queãd
modũ Martha,vel quãdo ab indigentibus id roganꝛ,vel ſi nõ rogenꝛ nec iubeanꝛ,tamẽ con
ſpiciunt proximoꝝ neceſſitatẽ hoc ipſm exigere,tunc vtiqꝫ cõtemplatione pauliſper ſuſpen-
ſa,opera vitæ exercẽt actiuæ quãdiu ratio dictat,neceſſitas exigit, vel obedientia ſancta re- F
quirit.⌊Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domine ſi fuiſſes hic⌋.i.in domũ & apud lectũ fratris
mei,anteꝗ̃ obijt,⌊frater meus nõ fuiſſet mortuus.⌋ Certa ſum em̃,ꝙ tantæ ſis poteſtatis,ꝙ
potuiſſes eũ curaſſe,tantæ quoqꝫ bonitatis,ꝙ eum curaſſes. Quantũ ad hoc,magna fuit fides
beatiſſimæ Marthæ,prælectæ ab æterno matronæ ad hoſpitandum ac nutriendũ filium dei
incarnatũ deũ & hominẽ,ſed quo ad hoc,fuit(vt apparet)fides eius incõpleta,ꝙ nõ nouit Ie
ſum ſecundũ diuinitatẽ ſuam fuiſſe ꝑſentẽ, tantũq́ꝫ potuiſſe & cognouiſſe abſentẽ quantũ ꝑ-
Matt.8 ſentẽ,ſicq́ꝫ fides Centurionis eius fidei præferreꝛ,quoniã ille Chriſti diuinitatẽ perpendens
Luc.7 credidit eũ miniſterio angeloꝝ poſſe curare,quãuis corporaľr nõ adeſſet.Nec hoc abſurdum
putetur,quia de Centurione proteſtatus eſt Ieſus:Nõ inueni tantã fidẽ in Iſrael, vnde & con
ſequenter Martha alloquiꝛ Chriſtũ,tanquã virũ ſanctũ & virtuoſum,deo chariſſimũ,nõ qua
ſi filium dei naturalem,verũq́ꝫ deũ.⌊Sed & nũc ſcio⌋per fidem certiſſimã, quantũ ad hoc,&
itẽ,ꝑ multam experientiã,quoniã tot miracula vidi,& percepi fieri per te,⌊quia quæcunqꝫ
popoſceris à deo,dabit tibi deus.⌋Nã certa ſum,ꝙ nihil irrationabile petere potes,& ꝙ deo
Marc.10 oĩa quantũcunqꝫ magna,difficilia & ſupnaturalia,poſſibilia ſint,imò facilima & æque faci-
lia.Si habuiſſet Martha fidem explicitam de Chriſti diuinitate,æſtimo ꝙ dixiſſet:Quicquid
iuſſeris,fiet.⌊Dicit illi Ieſus:Reſurget frater tuus.⌋ Non aperte dixit,nũc eũ ſuſcitabo,ſed in
determinate ait,Reſurget,vt occaſione reſponſionis Marthæ aliquid de ſua diuinitate aſſere
ret,nõ ſolum ad Marthæ,ſed inſup ad omnium informationẽ fidelium.⌊Dicit ei Martha,⌋
quæ verba præfata penſauit poſſe intelligi dupliciter,ſcilicet de reſurrectione iam ꝑpetran-
da,& de illa quæ fiet in die nouiſſimo.⌊Scio⌋ ex tua frequenti ꝑdicatione & prophetarum

doctrina

“ doctrina ⌊quia reſurget in reſurrectione⌋ formaliter. Reſurrectio nanq; eſt cauſa formalis
A inhærens, per quam mortuus dicitur reſurgens. Vel in reſurrectione, hoc eſt, in numero re-
“ ſurgentium, ⌊in nouiſſimo die⌋ Audiuit enim Martha, quòd Ieſus prędicauit generalem re-
ſurrectionem futuram. Vnde ſuperius ſæpius dixit de quocunq; fideli & digne cõmunican- Iohan.6
ti. Ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Ex doctrina quoq; prophetatum idem agnonit,
& etiam, quia in hoc ſequebatur doctrinam Phariſæorum non Sadducæoꝝ reſurrectionem
negantium, quam phariſæi concedunt. ¶ Deniq; ſcio hoc loco ſignificat credo. Dupliciter
nempè ſciẽtia ſumitur. Primo, pro notitia naturali quæ humana ratione poteſt inueniri, ſeu
comprobari. Secundo, pro quacunq; agnitione, ſiue habeaꝰ ex reuelatione, ſiue ex naturali
ratione, ſic modo accipiꝰ. Et Iob: Scio (inquit) quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo Iob.19
“ die de terra ſurrecturus ſim. ⌊Dicit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio⌋ id eſt, cauſa reſurrectiõis
omnium mortuoꝝ, potens ſuſcitare defunctos. Secundũ vtrãq; naturam eſt Chriſtus cauſa-
liter reſurrectio. Secundum diuinam, quoniam diuina virtute fiet in die iudicij generaliter &
interim facta eſt particulariter reſurrectio mortuoꝝ. Secundum humanam quoq;, inquantũ
reſurrectio Chriſti poniꝰ cauſa exemplaris noſtræ reſurrectionis, ⌊& vita⌋ per eſſentiam .i.
in meipſo ſecundum propriam naturam ſum ſubſtantialiter puriſſima vita, infinita, ſimplici Iohan.5
terq; perfecta, intellectualis, & incorporea. Sicut eñ pater habet vitam in ſemetipſo, ſic de-
dit & filio vitam habere in ſemetipſo, ſum quoq; ſontalis origo, atq; cauſale principium oĩs Iohan.1
vitæ naturæ, gratiæ & gloriæ. Vnde dictum eſt: Vita erat lux hominum. Sic etiam Chri- Col.3
ſtus eſt vita noſtra cauſaliter, quẽadmodũ ad Coloſſenſes dicit Apoſtolus: Cum aũt apparue
B rit Chriſtus vita noſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Et in Deuteronomio lo- Deut.30
quitur Moſes: Ipſe dominus eſt vita tua, & longitudo dieꝝ tuoꝝ. Cum ergo ſim eſſentialiter
viuẽs, ac vita fontana, poſſum mortuis vitam conferre. Quod enim eſt tale per eſſentiam, eſt
cauſa eorum quæ ſunt talia per participationem, ſecundum philoſophorum doctrinam.
“ ⌊Qui credit in me⌋ fide formata, quæ tẽpore opportuno per dilectionem operaꝰ; & vſq; in Galat.5
“ finẽ perſeuerat, ⌊etiam ſi mortuus fuerit⌋ corpore .i. q̃uis contigerit eum de hoc ſeculo emi Matth.24
“ grare, ſicut nũc Lazarus mortuus ẽ ⌊viuet⌋ in anima, vita gratię, in purgatorio, quouſq; pur
getur, & euolet, vitamq; gloriæ ſortiaꝰ, vel ſi nihil purgandũ habuerit, viuet mox vita glorię
euolando à corpore ad patriam. Iuſti enim in perpetuũ viuent. Et ſi coram hominibus tor- Sapiæ.5
menta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt. ¶ Inſuper talis viuet, tandem vita cor- Sapiæ.3
porali & glorificata in corpore, quia non ſolum reſurget, ſed & immutabiꝰ. Vel ſic: Qui cre-
dit in me, fide formata ex prædeſtinatione cauſata .i. tali fide qualem deus prædeſtinatis lar-
gitur, & ex prædeſtinatione ſe daturum diſpoſuit, etiam ſi mortuus fuerit .i. licet ad tempus in
peccatum mortale corruerit, per quod vita gratiæ tolliꝰ, viuet .i. per miſericordiã meam pœ
“ nitebit, & pœnitẽdo vitã gratiæ recuperabit. ⌊Et oĩs qui viuit⌋ in ſeculo iſto vita naturæ,
“ ⌊& credit in me⌋ perſeueranter, quod nõ eſt ſine gratia gratumfaciẽte, quæ eſt vita animæ
“ ⌊non morieꝰ in æternum⌋ .i. finaliter nõ peribit neq; æternam damnationem (quæ eſt mors Apoc.11
ſecunda) incurret, q̃uis in ſeculo iſto corporalem ſuſtineat mortem. Iuſtoꝝ eñ animæ in ma Sapiæ.3
nu dei ſunt, & nõ tẽget illos tormentũ mortis. Vel, nõ morieꝰ in æternũ .i. nunq̃ morieꝰ, ſpũa
C lem vitam amittẽdo, dum in fide formata manſerit conſtans. Iuſtus quippe in ſua fide viuet, Roma.1
“ quouſq; ad ſpẽm veniat. ⌊Credis hoc?⌋ O Martha. Ideo quęrit q̃d nouit, vt illa conſitẽdo
“ maiorẽ g̃ram mereaꝰ. Ore eñ cõfeſſio fit ad ſalutẽ, eiuſq; fides nobis innoteſcat, & in exem- Roma.10
“ plum proponaꝰ. ⌊Ait illi (Martha) Vtiq; dñe,⌋ imò quicq̃d aſſerit credo, & iam fidẽ ma-
gis explicitã de te habeo ex hac tua inſtructione q̃ ante. Impoſſibile eñ arbitror te poſſe fal-
“ ſum aſſerere. ⌊Ego credidi (iamdudum) quia (.i. ꝙ) tu es Chriſtus⌋ .i. rex Meſſias & ſacerdos
ſcd̃m ordinẽ Melchiſedech, mundi ſaluator, vnctus à deo in regẽ & ſacerdotem ſpirituali vn Pſal.109
ctione, ſeu omniũ diuinoꝝ chariſmatũ plenitudine, iuxta illud in Pſalmo: Vnxit te deus de- Pſal 44
us tuus oleo lætitiæ p̃tæ conſortibus tuis. Chr̃s quippe interp̃taꝰ vnctus. Saluator aũt per ex
cellentiam Chriſtus vocaꝰ, nõ ob corporalem vnctionẽ, ſed ſpiritualẽ, de qua ait Eſaias: Spi- Eſa.61
ritus dñi ſup me, eò ꝙ vnxerit me. Et Petrus in Actis: Vnxit eum deus ſpũ ſancto & virtute. Acto.10.
“ ⌊filius dei⌋ paulo ante iam dictum eſt, ꝙ Martha de Chriſti diuinitate non habuit fidem ex-
plicitam. Quod ergo nunc ait ſe credidiſſe, quòd ſit filius dei, non videtur intelligendum de
filiatione naturali, ſed communi, non determinando ſe ad hanc vel illam. Vel ſi de naturali
filiatione accipiatur, referendum erit ad tempus huius informationis ſuæ à Ieſu, in qua Chri
ſtus ſuam diuinitatẽ explicauit dupliciter. Primo, per hoc quod ait: Qui credit in me. Cum
enim fides ſit virtus theologica, habens deum pro proprio ac immediato obiecto, non cre-
dendum in aliquem, niſi in verum deum. Secundo per hoc q̃d ait: Non morietur in æternũ,
quibus verbis conſtituit noſtram ſalutem in ip̃o. Salus vero hominum non conſiſtit, niſi in Hiere 17
vero deo. Propter quod Hieremias: Maledictus (inquit) vir qui confidit in homine. Et ite- Hiere.3
rum. Vere in domino deo noſtro ſalus. Hinc quoque dominus proteſtatur per Ozeam: Ego Ozee.13

D

dominus deus tuus, & ſaluator nõ eſt præter me. Dicũt ergo nõnulli, ꝙ Martha p̄dicta verba attendens, atq; Chriſto intus radiante intelligens, nũc explicite credidit, ꝙ ſit dei filius naturalis, ⌊qui in hunc mundũ veniſti,⌋ per humanitatis aſſumptionẽ, viſibilem apparitionem & nouorum documentoꝝ ac operum productionem. ⌊Et cũ hæc dixiſſet (Martha,) abijt,⌋ non ſine cõmiſſione vel licentia Chriſti. Non em̃ à tã dilecto & reuerendo magiſtro ſe irreuerenter, vel ex abrupto auertit. Dixit itaq; ei Ieſus: Vade voca Mariã, tunc abijt, ⌊& vocauit Mariam ſororẽ ſuam ſilentio, dicens: Magiſter adeſt, & vocat te⌋.i. vocari te iuſſit ꝑ me ex quo conſtat, ꝙ Ieſus fecit eã vocari, quãuis Iohãnes gratia breuitatis nõ ſcripſerit, ſed his verbis intelligi dedit. ¶Quæriť ſi Martha loquebať Mariæ dicendo, magiſter adeſt, qũo vocauit eã ſilentio? Dicendũ, ꝙ vocauit eã ſilentio.i. voce ſubmiſſa, & forte in aure prolata, vel primo vocauit eã aliquo nutu ſine voce, & cũ ad eã veniſſet, dixit ei verba p̄habita, quę noluit ei alte proferre, propter Iudæos p̄ſentes Chriſto inſidiantes, Magiſter adeſt, vtiq; magiſtrorũ magiſter ſingularis, ſummus, vnicuſq; magiſter, qui ſolus intus informat propria poteſtate ſalubiter, de quo apud Eſaiã legiť: Dñs deus aperuit mihi aurem, vt audiam eũ quaſi magiſtrũ. Vnde in Matthæo loquiť: Neq; vocemini magiſtri, Vnus eſt em̃ magiſter veſter, Chriſtus. Cur Ieſus vocauit Mariã? Non dubium quin ad conſolationem ipſius, & quoniã eã dilexit, & vt in p̄ſentia eius ac Iudæoꝝ fieret miraculũ mox futuꝝ. ⌊Illa vt audiuit⌋ ſe vocatam à magiſtro ſuo chariſſimo atq; dulciſſimo, quẽ præ toto mũdo amauit, ⌊ſurgit cito,⌋ tanq̃ obediens, feruidaq; diſcipula, dans obediẽtiæ formã, vt cito & feruide obediamus. Neſcit em̃ tarda molimina ſancti ſpũs gratia, teſte Ambroſio. Vehemẽter q̃q; fuit gauiſa, audito Chriſti aduentu, p̄ſertim quoniam vidit ſororem ſuam Marthã animęquiorẽ effectam & gaudio quodã perfuſam, & venit ad eum. ¶Quotidie & indeſinenter vocat nos Chriſtus ad ſe, ꝑ ſacram ſcripturã, per angelicam directionem, per paſtoꝝ exhortationem, per diuinum inſtinctum, dicens per Zachariam: Cõuertimini ad me, & conuertar ad vos. Faciamus ergo quod fecit Maria. Cito ſurgamus ab omni ignauia & torpore, à carnali affectu, vitiorũq; pondere & veniamus ad Ieſum, per morũ noſtroꝝ conuerſionem, per diuinorũ contemplationẽ, atq; cœleſtium bonorum deſiderium amoroſum. ⌊Nondũ em̃ venerat Ieſus in caſtellum,⌋ videlicet domum Marthæ, ⌊ſed erat adhuc in loco, vbi occurrerat ei Martha.⌋ Noluit em̃ ſe ſine cauſa, aduerſariorum præſentare aſpectibus, ne peccarent. ⌊Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & conſolabãtur eam, cũ vidiſſent Mariam, quia cito ſurrexit (& exijt,) ſequuti ſunt eam dicẽtes, quia vadit ad monumentũ⌋ Lazari, ⌊vt ploret ibi,⌋ & plorando oret pro anima fratris defuncti. Iudæi iſti verba Marthæ non audierũt, propter quod æſtimabant Mariam ex ſubita recordatione ſui fratris dolore affectã, & ire ad tumulũ, vt ibi per exteriorẽ lamentationem quæreret ſuæ deſolationis internæ ſolatium, dilectoq; fratri, quantum poſſibile ſuit coniungeretur. Dolor nanq; interior per lachrymarum effuſionem & externam lamentationem mitigatur ac minoratur, quoniam intentio animæ ad plura diffunditur, & q̃d quaſi violenter incluſum fuit, erumpit. ⌊Maria ergo cum veniſſet vbi erat Ieſus, videns eũ,⌋ oculis carnis ac fidei, ⌊cecidit ad pedes eius.⌋ Hoc Martha feciſſe non legitur, vnde probatur Maria fuiſſe feruentior, & maiorem ad Chriſtum reuerentiam habuiſſe, cui vtiq; nihil in toto vniuerſo putauit comparabile. Multum dilexit, quia multa ei peccata fuerunt dimiſſa, veramq; à ſuo magiſtro didicit humilitatẽ, nec verecũdata eſt ſe illi proſternere in cõſpectu aduerſariorum illius. Quidam vero ſunt, quorum humilitas modica eſt vel nulla, quoniam licet æquanimiter tolerent ꝙ increpentur ſecrete, tamen ſi coram multis humilientur vel arguantur, impatientia agitantur. ⌊Et dixit: Domine ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus.⌋ Hæc verba Martha quoq; loquuta eſt. Et nunc elucidata conſiſtunt. Forte Maria dixit alia, pluraq; verba, quæ dixit & Martha, quæ Euangeliſta non recitat, eo ꝙ ſemel deſcripta ſint. Cõmuniter tamen tenetur, ꝙ non dixit plura verba propter doloris vehementiã de fratris interitu, & gaudij exuberantiã de Chriſti aduentu. Quemadmodũ em̃ magnus dolor, ſic & magna lætitia, verba abrũpit atq; p̄ſcindit, vel quoniã iacuit ſuꝑ terrã, non erat diſpoſita ad loquendum prolixe, quemadmodũ Martha quæ ſtetit. ⌊Ieſus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerãt cũ ea plorantes, fremuit ſpũ⌋.i. ex rationis iudicio, & poteſtate animæ impetum quendã affectuoſum, vel potius doloroſum & indignabundum emiſit, indignans peccato & actori peccati diabolo, cuius inuidia mors introiuit in orbem terraꝝ. Indignabatur igiť contra diabolũ, eo ꝙ ſua perſuaſione induxit prothoplaſtos parentes ad culpam, ſicq; totã infecit poſteritatem, & genus humanum tot pœnis, miſerijſq; addixit, Ita vt Lazarum quoq; ſuum amicũ mors ipſa, quæ eſt pœna peccati proſtrauit, ⌊& turbauit ſeipſum⌋.i. vehementer cõmouit, & quodam dolore affecit ſuam ſenſualitatem ex prædeliberato rationis iudicio atq; voluntatis imperio. Hæ em̃ & ſimiles paſſiones fuerũt in inferiori parte animæ Chriſti, non ex ſubreptione, neceſſitate vel infirmitate, nec aliquam imperfectionẽ cauſabãt in Chriſto, actũ rõnis aliqualr̃ impediẽdo, ſed erãt ibi ex ꝓuio rõnis iudicio &

E

F

Eſaię.50 / Mat.23 / Zacha.1. / Luc.7 / Sapię.2 / Gene.3

volun

A volũtatis decreto ſpontaneo,propter rationabiles cauſas,propter q̃d erant actus virtuoſi ac
meritorij,quia ex charitate,pietate atq; iuſtitia proceſſerũt. Quẽadmodũ enĩ motus paſſio-
nũ ſunt vitia,niſi rationis cenſura per virtutes morales regulent̃,ita ſunt actus virtutũ, ſi debi
te dirigantur. Notãter itaq; ait Euangeliſta,ꝙ Ieſus turbauit ſeipſum,ad inſinuandũ ꝙ pote-
ſtatiue,non ſolito modo aliorũ orta fuit in ipſo turbatio talis. ¶ Infremuit ergo ſpũ,& turba-
uit ſeipſum. Primo,ad inſinuandũ veritatẽ humanæ naturæ in ipſo. Secundo,in exemplum,
vt doceat nos contra vitia atq; diabolũ fremere & moueri. Tertio,vt formã cõpaſſionis ꝓbe
ret. Quarto,vt dilectionẽ ſuã ad Lazarũ,eiuſq; ſorores oſtenderet. Nam poſt pauca fleuit,vt
ſequitur. Itaq; fremitus iſte & turbatio nequaq̃ diminuebãt pacẽ & tranquillitatẽ mentalem
animæ Chriſti,propterea ſecundũ Hieronymum fuerunt potius propaſſiones q̃ paſſiones.
¶ Porrò ꝙ turbatio Chriſto cõueniat frequenter teſtat̃ Pſalmiſta,vt cũ ait in ꝑſona Chriſti: Pſal.87
Pauper ſum ego,& in laboribus à iuuentute mea,exaltatus aũt humiliatus ſum & cõturbatus.
Sed his videt̃ obuiare quod Eſaias de Chriſto aſſerit: Non erit triſtis neq; turbulẽtus. Et per Eſa.42
Hieremiã ait: Ego non ſum turbatus te paſtorem ſequens. Dicendũ ꝙ talia intelligenda ſunt Hiere.17
de inordinatis motibus paſſionũ,videlicet immoderata turbatione & apparatu diſtorto,quę
in Chriſto totius mãſuetudinis,modeſtiæ ac probitatis exemplo nullatenus ſortita ſunt lo-
“ cũ, ⌊ & dixit: Vbi poſuiſtis eũ? ⌋ .i. locũ ſepulturæ mihi oſtendite. Nõ quaſi ignorans id ſciſ-
citatur,ſed vt ordinate ad perpetrationẽ procedat miraculi,atq; humano modo ſe homini-
“ bus applicet. ⌊ Dicunt ei ⌋ ſorores Lazari,& etiã forſitan alij. ⌊ Domine veni & vide (ſepul-
“ chrum.) Et lachrymatus eſt Ieſus ⌋ ex cõpaſſione ſororũ,& alijs cauſis,vt dixi. Verũtamẽ ſe-
B cundũ Hieronymũ fleuit Ieſus Lazarũ,non quia mortuus fuit,ſed quia ad huius vitæ ærũnas
quæ ſine peccatis non agitur,fuerat reuocãdus. ¶ Frequẽter legitur Chrũs planxiſſe, nuſquã
vero riſiſſe,in quo leuitas noſtra & diſſolutio cõdemnat̃. Vnde apud Lucã teſtat̃: Væ vobis Luc.6
qui ridetis nũc,quia plorabitis & flebitis. Et Eccleſiaſtes: Melior (inquit) eſt ira riſu,quia per Eccleſ.7
triſtitiam vultus corrigit̃ animus delinquentis. Deniq; probabile reor,ꝙ Ieſus amicus huma
næ naturæ,non Lazarũ tantum,ſed totius humani generis multiplicia mala deplanxit,præ-
“ cipue mala culpæ,& futuram damnationẽ multorũ. ⌊ Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo
“ amabat eũ, ⌋ quaſi dicant,multũ,quem tã affectuoſe deplorat. Verũ dixerũt, tamen in parte
errabant, videlicet quoniã reputabãt eum ꝓcipue lachrymari propter mortẽ Lazari corpo
“ ralem,quod ita nõ eſt. Nam illam poterat ſolo imperio impedire,imò gaudebat de ea, ſecun
“ dum ꝙ ordinabatur ad gloriam dei,vt dictũ eſt. ⌊ Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non po
terat hic qui aperuit oculos cæci nati facere,vt & hic non moreretur? ⌋ hoc dixerunt pręad-
miratione,quaſi dicant, Videmus per experientiã,ꝙ multum dilexit Lazarum,& dolet de Iohan.9
eius interitu,ex quo apparet,ꝙ ſi potuiſſet,eius mortem impediuiſſet. Et rurſus mirũ, ſi hoc
non potuit,qui potuit cæcũ natum illuminare,quod nunquã legitur accidiſſe. Cur non dixe
runt iſti Iudæi, Nõ poterat hic qui aperuit oculos cæci nati facere,vt & hic reſuſcitet̃? Puto
“ ꝙ ideo,quoniã reputabant hoc impoſſibile,ꝓſertim propter hoc,ꝙ Lazarus tot diebus mor
tuus fuit. ⌊ Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, ⌋ eadem ratione qua primo.
¶ Sciendum tamen,ꝙ ſecundũ Auguſtinum,per Lazarũ,mortuum,ſepultũ & quatriduanũ
figurantur peccatores grauiſſimi,habituati in malo & peſſima cõſuetudine preſſi,qui de con
ſenſu venerunt in actum,& de actu in habitum quo ſepeliuntur in malo. Ad declarandũ er-
C go ꝙ tales raro ac difficilime emendant̃,ipſe Chriſtus antequã Lazarũ ſuſcitauit, multa fe-
cit,quæ difficultatem cauſæ oſtendũt. Fremuit quippe & turbauit ſeipſum,deinde lachry-
mas fudit,locũ quæſiuit,denuo fremuit,lapidem iuſſit auferri,tuncq; clamauit voce ſublimi,
“ ⌊ venit ad monumentũ. Erat aũt ſpelunca ⌋ .i. cauerna & fouea magna pretioſe & artificio-
ſe cõſtructa,iuxta conſuetudinẽ Iudæorũ,qui ſumptuoſiſſimas ſepulturas facere conſueuerũt
occaſione patriarcharũ Abrahæ,Iſaac & Iacob,qui pro ſepultura ſua ac ſuorũ adeo erant ſo- Gene.25
“ liciti,vt patet in Geneſi, ⌊ & lapis (grandis) ſuppoſitus erat ei. Ait Ieſus: Tollite lapidẽ ⌋ qua Gene.35
“ tenus reſuſcitando pateat exitus. ⌊ Dicit ei Martha ſoror eius qui mortuus fuerat: Dñe iã fœ Gene.49
“ tet,quatriduanus enĩ eſt ⌋ .i. quatuor dies habet in monumento vel morte, ſicq; cadauer ex
reſolutione,exhalatione,& putrefactione,malum fundit odorem,quem non decet ſentiri à
te magiſtro ac domino meo. Secundũ Bedam Martha non dixit hæc verba ex incredulitate
vel diffidentia reſuſcitationis ſui fratris. Theophilus vero dicit oppoſitũ,quod ex verbis ſe-
“ quentibus apparentiã habet. Subditur enĩ reſponſio Chriſti quodãmodo increpatoria. ⌊ Di
“ cit ei Ieſus: Nõne dixi tibi,quoniã ſi credideris,videbis gloriã dei? ⌋ quaſi dicat, Noli propter
temporis diuturnitatẽ diffidere,quoniã omnia poſſibilia ſunt credenti. Dicendũ ergo, ꝙ li- Marc.9
cet Martha paulo ante crediderit,tamen videns apparatũ rei tam admirandæ fiendæ iam-
iamq; præſentẽ,paſſa eſt aliquem motũ hæſitationis præ admiratione, raritate, & inaudita
talis miraculi nouitate,imò & ꝓ vehemẽti deſiderio vt ſic fieret. Sic nẽpe accidere ſolet homi
nibus,ex quadã debilitate rationis. Vnde & multũ læta,vix credunt̃,& quotidie experimur,

 ꝙ licet

ꝙ licet narrantibus magnam proſperitatẽ affuturam credamus, tamẽ cũ in ꝓximo eſt, vt ſic D
eueniat, hæſitare incipimus. Dixit ergo Ieſus Marthæ: Nonne dixi tibi, q̃m ſi credideris, ſic
miter videbis gloriã dei .i. glorioſum & miraculoſum diuinæ poteſtatis effectũ, videlicet fra
tris tui viuificationẽ, in quo diuina maieſtas agnoſcet̃ ac honorabit̃. Hæc verba Chrũs non
legitur ſupra dixiſſe ad Marthã, quantũ ad formã verboꝝ, tamen quoad ſenſum protulit ea,
dicendo, reſurget frater tuus, &c. Et poſt pauca: Credis hoc? Nos quoq; ſi fide formata cre-
diderimus perſeueranter, videbimus gloriã .i. beatitudinẽ dei in patria, imò beatitudinẽ me
rito fidei ſortiemur. ⌊Tulerũt ergo lapidẽ (de monumẽto.) Ieſus aũt eleuatis ſurſum oculis
2. Para. 20 dixit.⌋ ¶Cur oculos in cœlos leuauit? Primo, vt oſtenderet ſe operari non arte magica, ſed
ope diuina. Secũdo, vt nobis formã daret orandi, videlicet vt oculos mẽtis eleuemus in deũ
per cõtemplationẽ & dilectionẽ, terrena & ſenſibilia relinquẽdo, fortiq; conatu diuinis me-
Thren. 3 moriter inſiſtẽdo. Vnde in Threnis dr̃: Leuemus corda nr̃a cũ manib⁹ ad deũ in cœlos. Ter
tio, vt in orãdo, laudãdoq; deũ vtamur bonis induſtrijs ad acquirẽdã, cõſeruãdã ſeu inflãmã-
dã deuotionẽ cõferẽtibus, vt ſunt tonſio pectoris, expãſio brachioꝝ, erectio oculoꝝ, q̃ tñ ſi
ne rõnabili cauſa fieri nõ debẽt in publico. Veruntñ eleuatio hmõi oculoꝝ nil contulit Chr̃o
ad mẽtis ꝓfectũ ſeu erectionẽ in deũ, q̃m aĩa Chr̃i nõ profecit in talibus, ſed à principio ſuæ
creationis vidit deũ per ſpeciẽ. ⌊Pater gratias ago tibi, q̃m audiſti me, ⌋ .i. orationẽ meã in-
ternã ſeu deſideriũ pro Lazari ſuſcitatione acceptaſti, & mihi reuelaſti, ꝙ facturus ſis id q̃d
opto. ¶Non legit̃ hoc loco Ieſus oraſſe explicite, ſed quia ſe aſſerit exauditũ, certũ eſt, ꝙ men
tali ſaltẽ prece deprecatus ſit patrẽ pro Lazaro ſuſcitãdo. Perhibet q̃q; ſe auditũ, nõ ꝙ effe- E
ctus impletus eſt, ſed q̃m certificatus fuit de eius impletione. Et gr̃as agit pr̃i, docẽs nos om̃ia
bona deo cũ humili ac feruenti gratiaꝝ actiõe aſſcribere, quod ſi fecerimus, beneficia amplio
ra ſuſcipiemus. Præterea palam eſt, ꝙ gratias agere & orare cõueniant Chriſto ſecũdum na-
turam aſſumptam. ¶Sed cũ Chriſtus ſit vere om̃ipotens, tanq̃ verus deus, cur ſecundũ quod
homo patrẽ potius orauit q̃ ſeipm̃ ſcd̃m ꝙ deus eſt. Dicendũ ꝙ ideo vt mõſtraret ſe à deo pa
tre habere quicquid habet & eſt, & ꝙ in patre ſit authoritas. Sed tunc rurſus quærendum eſt:
Johan. 13 Quõ Chriſtus orauit pro faciẽdis miraculis, ſecundũ ꝙ homo eſt, cũ pater dederit om̃ia in
Johan. 17 manu eius (vt dictũ eſt) & infra dicet̃, dediſti ei ptãtem om̃is carnis? Reſpõdendũ, ꝙ Chriſto
etiã ſecundũ aſſumptã humanitatẽ datũ eſt oĩm creaturaꝝ dominiũ & miraculoꝝ ptãs ab in-
carnatiõis principio. Nihilominus ptãs iſta in Chriſto vt homo eſt, tanq̃ in cauſa inſtrumẽ-
tali, & depẽdebat à virtute pr̃is ſeu trinitatis, tanq̃ à cauſa principali ac cõſeruãte, ideo pr̃em
orauit, nõ ꝙ poteſtate careret ipſe Chriſtus, ſic orãs, ſed q̃a virtus eius creata, virtute pr̃is in-
creata operabat̃ & ꝑmanebat, & q̃m vſus collatæ ptãtis fuit ſcd̃m voluntatẽ & inordinatio-
nem pr̃is ſeu trinitatis. ⌊Ego aũt ſciebam, q̃m ſemper me audis ⌋ .i. quicquid ex deliberata ra
tione poſtulo fieri facis, q̃m ratio & voluntas animæ meæ eſt diuinæ voluntati magis cõfor-
mata q̃ alicuius beatoꝝ in pr̃ia, q̃ꝝ preces nõ repellunt̃. ¶Sed cõtra id videt̃ quod ait in Pſal
Pſalm. 21 mo: Deus meus clamabo per diem & nõ exaudies, & nocte & nõ ad inſipientiã mihi. Itemq;
Vt quid dñe repellis orationẽ meã, auertis faciem tuã à me. Reſpondendũ ꝙ authoritates illæ
atq; cõſimiles loquunt̃ de oratiõbus Chriſti ſcd̃m naturalẽ appetitũ, & ſub quadã cõditione
Mat. 26. formatis, vt fuerũt oratões Chriſti tp̃e paſſionis. Pater ſi fieri põt, tranſeat à me calix iſte. Ve F
runtamẽ quia in talibus precibus Chriſtus finaliter & abſolute ſubiecit ſuũ inferiorẽ ac natu-
ralem appetitũ voluntati diuinæ, dicẽdo: Non quod ego volo, ſed q̃d tu, propterea tales ora
Hebr. 5 tões ſimpliciter loquẽdo ſunt exauditæ. Vnde Aplꝰs cũ dixiſſet, ꝙ Ieſus cum clamore valido
& lachrymis preces fudit ad eum q̃ poſſet illũ à morte ſaluũ facere, mox adiecit, ꝙ exauditus
eſt pro ſua reuerẽtia ⌊ſed propter populũ qui circũſtat (.i. Iudæos p̃ſentes) dixi⌋ tibi gr̃as ꝙ
exaudiſſes me, ⌊vt credant, quia tu me miſiſti⌋ .i. audiẽdo ꝙ inuoco te, ſciant me nõ in prin-
Pſalm. 144 cipe dæmonioꝝ ſeu magicis artibus opari, ſed tua virtute, & per cõſequẽs ꝙ ſim miſſus à te,
verus in ſermõe, & iuſtus in ope. ⌊Hæc cũ dixiſſet, voce magna clamauit: Lazare veni foras⌋
Matt. 9 ſimiliter legit̃ alibi dixiſſe: Adoleſcẽs tibi dico ſurge. Et: puella ſurge. Sed dum Chriſtus dice-
Lucæ. 7 re cœpit, Lazare veni foras, nondũ anima Lazari fuit corpori reunita. Cui ergo dixit, La-
Mar. 5 zare? Dicendũ, ꝙ dicere Chriſti fuit facere. Vnde eodẽ momẽto reuixit, quo Chriſtus verbũ
finiuit, ideo reuiuiſcẽti iuſſit prodire. ⌊Et ſtatim prodijt (.i. foras exiuit) q̃ fuerat mortuus⌋
Virtus nẽpe diuina cũ ſit immenſa, operat̃ in inſtãti, ⌊ligatus pedes & manus inſtitis⌋ hoc ẽ
habẽs manus colligatas & pedes ſimiliter faſcijs iuxta pr̃iæ morẽ, ⌊& facies illius ſudario erat
ligata⌋ Vnde patet eundẽ fuiſſe ſuſcitatũ qui obijt. Quod aũt ſic egrediebat̃ & ambulabat li-
gatus, fuit miraculũ, præſertim ſi ligatio pedũ fuerat ſtricta ſiue cõpreſſa. Potuit eñ ligamẽ di
uina virtute Laxari. ⌊Dixit eis Ieſus: Soluite eum, ⌋ auferendo ligamina atq; ſudarium. ⌊&
ſinite (eum) abire⌋ hoc eſt, libere procedere, & opera vitæ exercere, vt oſtendatur veraciter
reſuſcitatus. Non exprimit Euangeliſta, quibus Ieſus dixit, vt ſoluerent Lazarum, ſcilicet, an
ſororibus eius, an Iudæis, vel diſcipulis, Tamen ſcd̃m Auguſtinum, hoc dixit diſcipulis, ad fi-
guran-

A gurandum, ꝙ ſacerdotes qui ſunt Apoſtoloꝝ ſucceſſores, abſoluunt confitentes, quos Chri-
“ ſtus intus per grām ſuſcitauit à morte peccati ſtatim dum pœnitent. ⌊Multi ergo ex Iudęis
“ qui venerant ad Mariam, & viderant quæ fecit Ieſus.⌋ In Lazari ſuſcitatiōe, vdidelicet, quō
“ oculos erexit in cœlū, & deo grās retulit, Lazarūq́; vocauit ac ſuſcitauit, ⌊crediderūt in eū.⌋
quoniam iſtud miraculum nō potuit eſſe niſi diuina virtute, quæ doctrinæ & cōuerſationi 1.Teſſ.3
Chriſti teſtimonium perhibebat in iſto ꝓdigio. Itaq; nō oēs Iudęi qui aderant crediderūt,
q͞a nō omniū eſt fides & quātacūq; miracula foris fiant & oſtendant. Nullus tamē ad fidē cō-
uertit, niſi deus tāgat cor eius, per inſtructionem & operationem internam, q̄uis poſſit quā-
“ dam opinionem cōcipere de veritate, quæ miraculis approbat. ⌊Quidā aūt ex ipſis abierunt
“ ad phariſæos, & dixerunt eis quæ fecit Ieſus.⌋ Hoc intelligi pōt dupliciter. Primo ſic: Quidā
aūt ex ipſis.i.alij à ꝑdictis credētibus, puta increduli, qui fuerūt de numero Iudæoꝝ, viſitanti
um Mariam & Marthā, abierūt eodem die ad phariſæos, & dixerūt eis quæ fecit Ieſus, mala
intentione, vt ſolicitarēt eos cōtra Ieſum, & tantū miraculū offuſcarēt. Secūdo ſic: Quidam
ex ipſis.i.de numero credentiū, abierūt ad Phariſæos, & dixerūt eis quæ fecit Ieſus, bona in-
tentione, quatenus phariſæi cognito tanto miraculo, ceſſarēt perſequi Ieſum, & cōuerterent
ad ipſum. Prima tamē expoſitio magis literalis videt. Nemo itaq; conquerat, ꝙ ſuo tpe non
fiant vt olim multa miracula, quaſi videre miracula ſanctificet hominem, quanta miracula vi
derunt obſtinati Iudæi à Chriſto & Iudas proditor, & tamen ex hoc obſtinatiores effecti Pſal 105
ſunt, ſicut & patres eorum in Aegypto viderunt maxima illa mirabilia Moſi, & tamen quid
profuit eis?

¶Expoſitio ſequentis partis huius capituli. Collegerunt ergo pontifices & phariſæi.
Articulus viceſimusnonus.

B CRedit autem Lazarus ſuſcitatus per quindenam ante dominicam paſſionem, ſeu
diem paraſceues, ſcilicet ſexta feria ante dominicam in paſſione quando & Euan-
gelium de Lazari ſuſcitatione legit eccleſia, eodem quoq; die nuntiatum fuit pha-
riſæis hoc ſignum, qui & ipſi intimauerunt pontificibus, ſtatimq́; decreuerunt ce-
lebrare conſiliū contra Ieſum. Vnde ſequenti die fecerunt, quod nunc recitat Euangeliſtas
“ ⌊Collegerunt ergo⌋.i.ob id ꝙ audierūt Ieſum ſuſcitaſſe Lazaꝝ quatriduanū ⌊pontifices⌋
“ qui authoritate & ſcientia eminebant, ⌊& phariſæi (qui religioſiores putabant) conſilium⌋
“ hoc eſt, ſeipſos & cæteros cōſiliarios cōuocauerūt in vnum ⌊& dicebant⌋ conquirēdo adin
“ uicem. ⌊Quid facimus⌋ hoc eſt, quid incumbit vel reſtat nobis ad agendum in tāto negotio
“ ⌊quia hic homo⌋ quem ex cōtemptu & inuidia proprio noīe exprimere non valebāt. ⌊mul
“ ta ſigna facit (etiam plura q̄ Moſes, Helias & Heliſæus) Si dimittimus eum, ſic⌋ libere ire, ꝑdi
“ care & opari ⌊oēs credēt in eum⌋ Iſti ꝑditiſſimi atq; incorrigibiles hoīes, multo peiores q̄
patres eoꝝ in Aegypto, viſis tot ſignis nō cōſulebāt de hoc, an credendū eſſet in Ieſum, in quē
naturalis ratio tot ſignis cōuicta dictabat, & dictat credendū, ſed quaſi pro vero ſupponētes,
ꝙ quicquid faceret Ieſus, nō tamē ei eſſet adhærendū. Tantā eñ auerſionē habuerūt ab eo ob
quam nō poterant recte iudicare de ipſo. Sed ad hoc tēdit eoꝝ cōquiſitio, vt inueniant mo-
dum prohibendi Ieſum à ſolitis ſignis, ſiue interficiēdo eum, ſiue includēdo &c. Dixerūt: Si
dimittimus eum ſic, multa incōuenientia ſequent. Primo, quòd oēs Iudæi credēt in eum, ꝓ
“ pter miracula. Secundo, ꝙ ⌊veniēt Romani⌋ cōtra genus noſtrum, reputātes nos Impera-
C tori rebelles, eò ꝙ ꝓpter ipſius cōſenſum populus noſter acceperit Ieſum hūc pro rege Meſſia
“ & in vltionē huius rei ⌊tollent (.i.deſtruent) locum noſtrum⌋.i.vrbē Hierl͞m templū & reli
quas vrbes ⌊viculoſq́; (Iudææ) & gentē⌋.i.populum Iudæoꝝ nobis ſubiectum, & de quoꝝ
numero ſumus. Prohibuit eñ ſenatus & Cæſar, ne aliqua gens aliquem principem regē vo-
caret, vel pro rege ſuſciperet ſine eoꝝ cōſenſu. Et quoniam ſancti prophetæ ꝓdixerūt Chr͞m
fore regem, Iudæi qui Ieſum pro Chriſto acceperāt, tenuerūt eū pro rege. Timebāt ergo pō
tifices & phariſæi, ꝙ Romani percepto negotio iſto, venirēt cōtra eos, erantq́; Romani tūc
“ ram præpotētes, ꝙ nulla gens potuit eis reſiſtere. ⌊Vnus aūt ex ipſis Caiphas nomine, cum
“ eſſet pontifex anni illius⌋.i.ſummo ſacerdotio fungēs pro anno illo. Quāmuis eñ ſcd͞m le- Deut.17
gem nō debuit eſſe, niſi vnus ſummus ſacerdos, qui toto tēpore vitæ ſuæ præeſſet, eoq́; mor-
tuo ſuccederet alter, tamē Iudæi nati de genere ſacerdotali, vel etiam alij quidam cum eſſent Nume.35
auari & ambitioſi acceſſerunt ad principē Romanum, & qui maiorem pecuniæ ſummam de-
dit, ſacerdotium ſummū obtinuit, quouſq; alius plura dando eum extruſit, vel vt alij aſtruūt,
“ iſti de genere ſacerdotali inter ſe ſtatuerunt, ꝙ quolibet anno prçeeſſet vnus recēs ⌊dixit eis⌋
“ Nā q͞a maioris extitit autoritatis, ſecurius loquebat, & attētius audiebat. ⌊Vos neſcitis q͞cq̄⌋
“ hoc ē, nihil attēditis eoꝝ, quæ in iſto negotio ſunt pēſanda ⌊nec cogitatis⌋ q͞d merito cogi-
“ taretis, ⌊quia expedit vobis⌋ pro cōſeruatiōe vitę pñtis & poſſeſſiōe terræ ac tēpli ⌊vt vnus
“ moriat hō pro pp͞lo (.i.pro ereptōe gētis nr͞æ de manibus Romanoꝝ) & nō tota gēs pereat⌋
hoc eſt, non vniuerſum genus noſtrum occidatur à Romanorum militibus, quaſi dicat.

Mirum quòd tam ſegnes eſtis in conſiderando quòd non perpenditis, propter bonum rei- D
publicæ, atq; totius cõmunitatis vtilitatem, occidendũ eſſe hominẽ vnum, qualiſcũq; exiſtat
& quicq̃ operatur. ¶ Conſilium huius pontificis multipliciter fuit erroneum. Non enim faciẽ-
da ſunt mala, vt veniant bona, nec interficiendus eſt innocens timore humani periculi, imò
per talia, tota communitas deum offendit, atq; ab eo plagatur, & aduerſariorum poteſtati
ſubijcitur, quemadmodum etiam contigit his Iudæis. Ideo enim Ieſum occiderunt, ne à Ro-
Dani.9 manis vaſtarentur, ſed ideo ſunt vaſtati, quoniam Ieſum occiderunt, prout apud Danielem
fuit prædictum: Occidetur Chriſtus, & nõ erit eius populus, qui eum negaturus eſt, & ciuitatẽ
& ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas, & vſq; in finẽ per-
ſeuerabit deſolatio. ⌊Hoc autem⌋ videlicet, expedit vobis vt vnus moriatur pro populo &c.
⌊à ſemetipſo (.i. proprio ſpiritu) non dixit⌋ quãtum ad veram & ſpiritualem ſignificationẽ
horum verboꝝ intentam à ſpiritu ſancto, qui Caiphæ linguam mouit ad proferendũ hæc
verba. Nihilominus Caiphas dixit hæc verba à ſeipſo, imò & à diabolo eum ad mala inſti-
gante, quãtum ad ſignificationem intentam à Caipha, quæ nunc poſita eſt. Sic nempè ver-
ba hæc falſa fuerũt, & ipſe peccauit ea proferẽdo. Intendebat enim dare conſilium pro morte
Chriſti. Dixitq; vtilius eẽ occidere Ieſum, q̃ incidere manus Romanoꝝ, ⌊ſed cum eſſet pon
tifex anni illius (.i. ex dignitate ſui officij, nõ merito vitæ) prophetauit⌋ hoc eſt, verba pro-
phetica pronuntiauit, quæ nõ erant prophetica, quo ad ſenſum à Caipha intentum vel intel-
lectum, ſed quo ad ſenſum quem verba iſta faciũt in animo audiẽtis, ex vera ſpirituali ac pro
pria ſignificatione, quæ cõpetit eis ex intentione ſpiritus ſancti, cuius operatiõe prolata ſunt
quo ad ſenſum hunc prophetalem ac verum, vtpote quod expediens fuit Ieſum occidi pro ſa E
lute Iudæoꝝ, ne tota gens illa in æternum periret, imo mors Chriſti tam meritoria fuit, ꝙ di
luit, quantum in ſe fuit etiam peccata eoꝝ, qui eam Chriſto intulerũt. Pro om̃i etenim pecca-
to ſatisfecit Chriſtus in cruce. Prophetauit igitur Caiphas, hoc eſt, ꝑ verba prophetica ab ipſo
nõ intellecta, deſignauit his qui bene intelligunt verba prædicta, nõ cõſilio ſecum collecto,
quod intellexit verba Caiphæ ſecundum quod ipſemet intendebat, ⌊quia (.i. ꝙ) Ieſus mori-
turus erat pro gente⌋ hoc eſt, Iudæoꝝ ſalute ad quos ſaluandos ſpecialiter miſſus fuit. ¶ Por-
ro quod ſubditur additum eſt à Iohanne: ⌊Et nõ tantũ pro gente⌋ hoc eſt, nõ ſolum pro æter
na Iudæoꝝ ſalute moriturus fuerat Ieſus, ⌊ſed (inſuper) vt filios dei⌋ hoc eſt, prædeſtinatos
quàmuis iniquos qui erant filij dei ſecundum prædeſtinationem diuinam, nõ ſecũdum præ-
ſentem iuſtitiam, ⌊qui erant diſperſi⌋ .i. per varias ſectas & ritus perditionis diuiſi, atque à
deo vndiq; elongati, per idololatriam, aliaq; peccata, ⌊congregaret⌋ ſpirituali collectiõe ꝑ
prædicationem Apoſtoloꝝ, & ſancti ſpiritus illuſtrationem, ⌊in vnum⌋ .i. ſub vna fide atq;
indiuidua charitate, vel in vnum myſticum corpus ſeu in vnum ouile eccleſiæ, vt eſſent vnius
Iohan.10 veri dei cultores. Vnde ſuperius dixerat Chriſtus: Alias oues habeo quæ nõ ſunt ex hoc oui-
li, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile. Sic cõmuniter litera iſta exponitur. ¶ Sed q̊-
niam Euãgeliſta exponit verba Caiphæ nõ eo modo, quo Caiphas ea intellexit, ſed ſecũdũ
ſenſum quẽ habent, inquãtum prophetica ſunt, tanq̃ à ſpiritu ſancto prolata, hoc eſt, ſecun-
dum ſenſum, qui ex eis elici poteſt ex ipſa ordinatiõe verboꝝ, ideo poſſunt alio modo expo
ni, eritq; ſenſus: Ieſus moriturus erat pro gente .i. pro gẽtilium redemptiõe, iuxta illud Eſaiæ:
Eſa.55 Ecce gentẽ quam neſciebas, vocabis. Et nõ tantum pro gẽte hac, de qua deus ait ad Chriſtũ F
Eſa.42 per Eſaiam: Dedi te in lucem gẽtium, ſed vt filios dei, hoc eſt, electos Iudæos vnius dei culto-
res, qui erant diſperſi, ꝑ mundum habitantes, non ſolum in Iudæa, ſed in cæteris gẽtiũ diuer-
Acto.2 ſarum prouincijs. Vnde in Actis Apoſtoloꝝ habetur, ꝙ erant in Hieruſalem habitantes Iudæi,
viri, religioſi, ex om̃i natione, quæ ſub cœlo eſt, cõgregaret in vnũ .i. in eandẽ fidẽ Chriſtia-
Actoꝝ.13 nam atq; eccleſiaſticam vnitatẽ, quod factũ eſt quando Paulus & Barnarbas in diuerſis pro-
uincijs ꝓdicabãt ſolis Iudæis, multoſq; cõuerterũt ad fidẽ. Cæteri quoq; Apoſtoli plurimos
Iohan.1 cõuerterunt Iudæoꝝ. Hinc Iacobus ait in exordio ſuæ epiſtolæ: Duodecim tribubus, quæ
ſunt in diſperſiõe ſalutẽ. Petrus quoq; in principio primæ ſuæ canonicæ: Electis (inquit) ad-
1.Pet.1 uenis diſperſionis ponti, Galaciæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ. De huiuſmodi ſpũali Iu-
dæoꝝ cõgregatiõe multa vaticinati ſunt ſcti Prophetæ, maxime Eſaias, quæ carnales Iudæi
de corꝑali cõgregatiõe intelligũt, aſſerẽtes, ꝙ in aduẽtu Meſſiæ vniuerſi Iudæi toto orbe ter-
raꝝ diſperſi adducentur in terrã promiſſiõis & in Hierl'm. ¶ Præterea aduertendũ, ꝙ licet Euã-
geliſta teſtãte, Caiphas prophetauit, non tamen fuit, nec dici debet Propheta. Ad rationem
Dani.10 nãq; prophetiæ maxime pertinet cognitio occultoꝝ, iuxta illud Danielis: Intelligentia eſt
Gene.41 opus in viſione. Caiphas vero (vt dictum eſt) non intellexit propheticum ſenſum verborum
Dani.2 ſuoꝝ. Quẽadmodũ ergo Pharao qui dixit prophetica verba videlicet: Vidi ſeptẽ boues &c.
Dani.5 Et Nabuchodonoſor, q vidit ſtatuã. Balthaſar quoq; qui vidit articulos manus ſcribẽtis, nõ
Gene 41 fuerũt prophetæ, qa nõ intellexerũt illa, ſed Ioſeph & Daniel exponẽtes fuerũt prophetæ, ſic
Dani.2
Dani.5 Caiphas nõ fuit propheta, ſed Iohannes Euãgeliſta, cui ſpiritus ſanctus reuelauit, quomodo

Caiphas

A Caiphas protulit illa. Et ſi dicatur quòd prophetare eſt actus prophetæ, ergo Caiphas prophetans fuit propheta. Dicendum quòd prophetare propriè ſumptũ, videlicet pro cognitiua futurorum occultorum & contingentium prænuntiatione eſt actus prophetę. ¶ Deniq; in Eccleſiaſtico habet, ꝙ corpus Heliſæi mortuum prophetauit: Nunquid & illud cadauer fuit propheta. Quòd autem Caiphas nõ fuit propheta, nõ erat ex ſanctitatis defectu, vel ob ſuam malitiã, quoniam Balaam, Ariolus & Malignus fuit verus propheta, ſed quia nõ intellexit ſenſum ſpiritus ſancti vt Balaam, qui ſciuit ſe loqui ex inſpiratione diuina, & illuminatione angelica, iuxta quod ſcriptũ eſt in libro Numeroꝝ: Balaam irruente in ſe ſpiritu dei ait: Hauddubium quin de ſeipſo: Dixit homo cuius obturatus eſt oculus, dixit auditor ſermonũ dei, qui viſionem om̃ipotentis intuitus eſt, qui cadit & ſic aperiunt oculi eius. ⌊Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum⌋ citius quo valerent, ſed & ante hoc cogitauerunt vt patuit. Nunc vero confirmati in ſuo propoſito pontificis ſui conſilio, ꝗd eis rationabile apparebat. Qui em̃ alium odit, facilius perſuadetur ad perſecutionem ipſius. Decreuerunt per diffinitiuam ſententiam, quòd non quieſcerent, donec occiderent Ieſum. ⌊Ieſus ergo⌋ ſciens cogitationes illorum, qui putabant Ieſum ſecreta eorum ignorare, ⌊iam in palam⌋ hoc eſt, in locis manifeſtis per aliquot dies circiter octo, ⌊non ambulabat apud Iudæos⌋ qui ſuam necem quærebant, ⌊ſed abijt in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Effrem⌋ in qua etiam habitauerunt Iudæi, ſed non aduerſarij Chriſti, ⌊& ibi morabatur cum diſcipulis ſuis,⌋ hoc eſt, Apoſtolis paucis diebus, vt dictum eſt. Nam in principio ſequentis capituli fertur, quòd ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam. Nunc quoq; ſubiungit: ⌊Proximũ autẽ erat paſcha⌋ hoc eſt, paſchalis feſtiuitas Iudæorum. ¶ Cur autem Ieſus aduerſarios ſuos fugiendo declinauit, dictum eſt ſæpius: Nondum enim venit hora eius, nec ſuam poteſtatem oſtendere voluit ſed exemplum fugiendi præbere pro cauſa, loco, & tempore, prout frequenter expoſitũ eſt. Dicit autem Origenes, quòd ſicut honeſtum & iuſtum eſt gratia veritatis, & pro Chriſti confeſſione mortem ſubire, quando ab aliquo requiritur cõfeſſio veritatis vel fidei, ſcilicet, an ſit Chriſtianus, ſic nullus debet ſe tentationi ingerere, propter proprię virtutis inexperiẽtiam. Et quoniam ignoratur rei euentus, itemq; ne det alteri occaſionem peccandi. Proximũ autẽ erat, id eſt, de propinquo imminebat Paſcha Iudæoꝝ, id ẽ, illa feſtiuitas in qua crucifixus eſt Chriſtus. ⌊Et aſcenderunt multi (Iudæoꝝ) Hieroſolymam de regione⌋ .i. tota terra Iudææ ⌊ante paſcha⌋ quia ſecundum legem tenebant in ipſa feſtiuitate paſchali eſſe in Hieruſalem Præuenerũt autem feſtiuitatem ⌊vt ſanctificarent ſeipſos⌋ .i. ad eſum agni paſchalis diſponerent ſe ſcd̃m legem. Nam immundi purificabãt ſe raſura piloꝝ, certis lotionibus, ieiunijs & quibuſdam oblationibus. ⌊Quærebant ergo Ieſum⌋ quidã bona intentione, vt eius prædicationẽ audirẽt, quidã peruerſa ⌊& colloquebant adinuicẽ in tẽplo ſtantes. Quid putatis?⌋ cauſæ eſſe, ⌊quia non venit ad diem feſtum?⌋ more ſolito, vt in tanta multitudine doceat, atq; miracula faciat. Certum eſt, quòd Ieſus interfuit feſto paſchali. Vnde nunc agitur, imò in die Palmarum, duobuſq; diebus ſequentibus venit Hieruſalem, ſecundum quod alij Euangeliſtæ teſtantur: Quòd ergo Iudæi dicunt, quid putatis, quia non venit ad diem feſtum, ſic intelligendum eſt: Quid putatis, quòd non acceſſit nunc cum alijs in Hieruſalem, vt feſto imminenti interſit. Putabant enim Ieſum non eſſe venturum ad feſtiuitatem inſtantem, eo quod nondum aduenit cum alijs. Cur autem mali quæſierunt Ieſum, ſubiungitur: ⌊Dederunt autem pontifices & phariſæi mandatum,⌋ cui obediendum non fuit. Quàmuis enim obediendum ſit malis prælatis, nõ tamẽ in malo, aliter interfectores martyrũ excuſarent, qui ad imperia principũ martyres occiderũt, ⌊vt ſi quis cognouerit vbi ſit, indicet⌋ alicui ſacerdotum vel phariſæoꝝ, vt põtifices & phariſæi ⌊apprehendant (.i. capi faciant) eum⌋ de quo locutus eſt Hieremias: Chriſtus dñs captus eſt in peccatis noſtris, cuius apprehenſio noſtrorum diſſoluit vincula peccatorum.

Eccl. 48; Nume. 22; Nume. 24; Iohan. 12; Iohan. 2; Iohan. 7; Origenes; Leui. 23; Leui. 14; Mat. 21; Marci. 11; Lucæ. 19; Threno. 4

¶ Declaratio capituli duodecimi. Ieſus ergo ante ſex dies Paſchę venit Bethaniã &c.

Articulus triceſimus.

REDIENS Chriſtus ab vrbe Effrem, appropinquante hora ſuæ paſſionis, acceſſit Hierl'm verſus, vbi ſe paſſuꝝ ſciuit, & ſæpe prædixit: Non capit (inquiens) prophetam perire extra Hieruſalem. Et: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum &c. Rediẽs ergo nõ iam occultè, ſed apertiſſimè proceſſit, multa prodigia agẽs in via, decẽ leproſos curãdo, cæcos illuminãdo, cũq; exiſſet de Hiericho. accidit ꝗd nũc recitat euãgeliſta ⌊Ieſus ergo ante ſex dies paſchæ⌋ .i. ſabbato ramis palmaꝝ, ꝗd fuit ſex diebus ante primũ diem feſtiuitatis paſchæ inſtantis. Incepit em̃ feſtiuitas paſchę, feria quinta ſequenti ad veſperas, durauitq; dieb⁹ ſeptẽ ⌊venit Bethaniã vbi fuerat (.i. pro tũc habitauit, pſenſq; fuit) Lazarus (paulo ante) mortuus⌋

Lucæ. 13; Matth. 20; Marci. 10; Lucę. 18; Lucæ. 17

Sed nunc

Johan.11 Sed nunc viuus vel vbi fuerat Lazarus mortuus,& in loco quo obijt,⌊quem ſuſcitauit⌋ no- »
uem diebus vel circiter ante reditum iſtum in Bethaniam. Suſcitaſſe enim creditur Lazarum D
quindecim diebus ante diem paraſceues, in quo occiſus eſt. ⌊Feceruut autem ei cœnam ibi⌋ »
quia fortaſſe tarde intrauit, Iohãnes non dicit à quibus,& in qua domo facta ſit Chriſto hæc
cœna, ſed quoniã ſequitur: ⌊Martha miniſtrabat,& Lazarus vnus erat ex diſcumbẽtibus.⌋ »
Origenes aſſeruit cœnam iſtam Chriſto exhibitã in domo Marthæ, ab ipſa Martha ſororeq́;
Matt.26 eius ac Lazaro, ſed hoc tenendum non eſt q̃m apud Matthæũ & Marcũ maniſeſte deſcribit,
Marc.14 ꝙ cœna præſens(in qua ſicut patebit Maria fudit vnguentum ſuper Ieſum)facta ſit in domo
Symonis leproſi, qui tamen protunc non erat leproſus, ſed à Chriſto ante curatus. Fecerunt
ergo habitatores Bethaniæ. ſ. Symon & eius familia cœnam ibi. i. in domo Symonis, Ieſu &
Martha miniſtrabat, q̃uis enim inuitata fuerat ad conueſcendum, tamen propter reuerentiã
Johan.11. magiſtri ſui, de quo dixit: Ego credidi quia tu es Chriſtus filius dei, maluit miniſtrare,& for-
te propter prudentiam ſuam rogata fuit à Symone, vt diſponeret negotia domus ſuæ, quan-
tum ad menſę prouiſionem. Eſt quoq; conſuetudo, vt amici interdum miniſtrent in domi-
bus familiarium amicorum & conſanguineorum, præſertim dum magni & multi hoſpites
aſſunt. ⌊Lazarus vero vnus erat ex diſcumbentibus(.i. manducantibus)cum eo,⌋ hoc eſt, cũ »
Ieſu. Sedit enim in eadem menſa cũ Chriſto,& forte ad latus eius, in ſignũ amoris,& præteri
ti ſigni commẽdationem, aliorũq; conſolationem. ¶ Voluit aũt Chriſtus primo introire Be-
thaniam anteq̃ ingrederet Hieruſalem, vt memoria ſuſcitationis Lazari renouaret,& Iudæi
vndiq; ad ipſum confluerent, occaſione Lazari aſpiciendi, ſicq́; dominus Ieſus die ſequenti E
cũ ſolenniſſima proceſſione turbis ex om̃i parte vallatus intraret Hieruſalem, tanq̃ verus rex
Zacha.9 Iſrael, prout Zacharias prædixit,& infra clarebit. Item ad cõſolationem Mariæ, Marthæ, ac
Lazari, qui de eius receſſu paulo ante non mediocriter triſtabantur. ¶ Præterea ſecundũ Au-
guſtinũ in illa cœna interrogatus Lazarus à cõuiuantibus de ſtatu animarũ poſt vitam p̃ntẽ,
de pœnis inferni, de expectatione iuſtorũ, omina per ordinem diligenter narrauit. Per hoc
quoq; quod Lazerus diſcumbebat, oſtendebatur non fantaſtice, ſed veraciter reſuſcitatus.
Mat.26 ⌊Maria ergo accepit libram⌋. i. vas talis menſuræ. Per librã em̃ quãtitas deſignat vnguẽti,
Mar.14 vnde ſcd̃m Matthæum & Marcum accepit alabaſtrũ. i. vas de alabaſtro formatũ. Sumpſit er »
go libram ⌊vnguẽti nardi⌋. i. expreſſi ſeu cõfecti de nardo. Nardus vero dicit frutex ſeu her
ba aromatica parua, ſpinoſa, magniq́; odoris & calida ⌊vnguẽti(inquàm)pyſtici⌋. i. fidelis »
Mar.14 puri, nõ mixti aut ſophiſticati. In Marco legit: Nardi ſpicati. i. ſpicas habẽtis, de quibus ex- »
trahit liquor aromaticus, efficiturq́; vnguentũ ⌊pretioſi⌋ nam valuit tricẽtos denarios ſe- »
Ibidem. cundum Marcum ⌊& vnxit(.i. vnguẽto iſto pfudit ac rigauit)pedes Ieſu⌋ ſcd̃m Matthæũ »
Mat.26. & Marcũ: Maria fudit vnguentũ ſuper caput Ieſu recumbẽtis. Eluceſcit ergo ꝙ vnxit caput
Mar.14 & pedes Chriſti, qui nudo capite nudiſq; pedibus legit inceſſiſſe. Probabile eſt, ꝙ vnguentũ
hoc fuit ſubtile velut liquor, vel lachryma de re aromatica fluens, quoniã indecẽs videret vn-
guentum groſſæ materiæ ſuper caput hominis fundere, ⌊& exterſit capillis ſuis pedes eius⌋ »
Credit primo pedes Chriſti lauiſſe & exterſiſſe, ac poſtea vnguẽto perfudiſſe, ⌊& domus im »
pleta eſt ex odore vnguenti⌋ in quo patet valor prætioſitasq́; vnguẽti, liberalitas quoq; re- »
uerẽtia & deuotio Mariæ ad Ieſum. Fuit quippe vnguentũ iſtud refrigeratiuũ, cõfortatiuum
ac odoriferũ. ¶ Myſticè dum Ieſus venit Bethaniã. i. eccleſia viſitat corda fideliũ per gratiæ F
infuſionẽ clemẽter itrãdo, Bethania aũt q̃ interp̃tat domus obediẽtię ſignat eccleſiã. Tũc mẽ
tes fideliũ faciũt ei cęnã. i. ſil' cũ Chr̃o mãducãt panẽ cęleſtẽ ac ſpũalẽ, guſtãdo q̃ dulcis ẽ dñs,
1.Pet.2 q̃ eſt cibus atq; interna refectio electorũ, actibus q̃; iuſtitiæ iſiſtẽdo, de q̃ cibo ait ſaluator: Me
Johan.4 us cibus ẽ, vt faciã volũtatẽ ei' q miſit me. Talia nãq; opa Chriſtũ delectãt. Propter q̃d ait in
Apoca.3 Apocalypſi: Ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis aperuerit mihi, intrabo, & cœnabo cum illo,
& ipſe mecum. In hoc conuiuio Martha miniſtrat, hoc eſt, anima Chriſtum intra ſe habens
opera miſericordiæ exercendo reuerenter obedit & Chr̃o deſeruit, Lazarus vero, qui inter
Ezech.18 p̃tatur adiutus à domino, hoc eſt, ſpiritus rationalis à morte peccati per gratiam ſuſcitatus,
Mat.18 vnus eſt ex diſcumbentibus cum Ieſu, qui non vult mortem peccatoris, ſed ouem perditam
Lucæ.15 & inuentam imponit humeris ſuis gaudens. Vbi enim abundauit iniquitas, ſuperabundat
Roma.5 & gratia. Ideo talis in actibus virtuoſis epulatur cum Chriſto. Tunc Maria, hoc eſt, anima
contemplatiua charitatis feruore ignita, ac ſanctæ deuotionis dulcedine liquefacta & lachry
moſa, accipit libram vnguenti precioſi, hoc eſt, bonæ & exemplaris vitæ famam ſiue odorẽ,
vngens caput & pedes Chriſti, hoc eſt, Chriſtum ſecundum diuinam atq; humanam natu-
2.Corin.2 ram ſapienter contemplans, honorans, ac diligens, eiuſq́; membra ædificans, vt ſit Chriſti
Cant.1 bonus odor in omni loco,& dicere poſſit cum ſponſa: Cum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus
Sapiæ.7 mea dedit odorem ſuum. Tunc demum tota domus, hoc eſt, vniuerſa fratrum collectio, vel
Ephe.5 anima quę ẽ templũ dei implet odore vnguẽti iſtius, quoniam ſpũali hilaritate pfundunt glo
riantes in domino, gratias referendo, cantando, & pſallendo deo in cordibus ſuis ſemper.

⌊Dixit

A ⌊Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariothis.⌋ Hoc ē, de vico nomine Scarioth ori- Matth. 26
undus ⌊qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentũ nõ vænijt: (.i. venditũ nõ eſt) trecẽtis Marci. 14
denarijs.⌋ In Marco leguntur diſcipuli cõmuniter murmuraſſe atq; dixiſſe, vt quid perditio
iſta? Potuit enim vnguentũ iſtud vænundari plus quàm tricẽtis denarijs. Sed maior quantitas non excludit minorem. Et conſuetudo ſcripturæ eſt, imò & vſus loquentium, vt toti communitati vel ſocietati aſcribatur, quòd à parte eius cõmittit. Vel ſi alij quoq; diſcipuli murmurabant, non eadem ratione murmurauerũt qua Iudas, ſed ex pietate quadam, & cito ceſſabant à murmure, Chriſti reſponſione audita. Iudas vero ſuã maliciã palliauit pauperum cõpaſſione, ſubiungẽs: ⌊& datũ eſt egenis.⌋ hoc eſt: cur preciũ vnguẽti nõ eſt cõſeruatũ, vt eroget pauperibus? ⌊Dixit autem hoc, nõ quia de egenis ptinebat ad eũ⌋ .i. verã curam & charitatem nõ habebat ad pauperes, ⌊ſed quia fur erat, & loculos (.i. repoſitoria) habẽs, ea quæ mittebantur⌋ hoc eſt, eleemoſynas quæ Chriſto dabant ad ſuſtentationem ſui & diſcipulorum ſuorum, vel vt ipſæ illas vlterius diſtribueret in pauperum vſus. Multa quippe dabant Chriſto ab auditoribus ſuis & fœminis religioſis, & q̃d Chriſto eiuſq; diſcipulis ſuperfluxit, fecit Chriſtus dari egenis, propter quod & inopes multi eum comitabant. Chriſtus quoq; officiũ procuratoris & diſpenſatoris commiſit Iudæ, tanquàm minus ſpirituali & inferiori, nam & inter Apoſtolos vltimus computatur. Talia ergo quę ſic mittebant in ſacculos, quos Iudas portauit, ipſe ⌊portabat.⌋ hoc eſt, in alios vſus cõuertit & occultauit. Decimũ (vt dicitur) nummum furando. ¶ Quàmuis autem aliqui dicant Iudam à principio ſuæ vocatiõis malũ fuiſſe, probabilius tamen videt dictum aliorum dicentium, quòd quando à Chriſto in Apoſtolum promotus fuit, extitit bonus, ſed poſtea à tentatore victus, & in auaritiam eſt delectus. Nec Matth. 10
B puto quòd Chriſtus commiſiſſet ſibi prædicationis officium, niſi protunc dignus fuiſſet. Mi- Lucæ. 9
ſit enim illum prædicare, quemadmodum alios Apoſtolos: Qui vero in vitijs iacet, peccat mortaliter, docendo quæ non facit. Chriſtus autem nulli præcepit facere quæ non licent.
Peccatori vero dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas? ⌊Dixit ergo Ieſus:⌋ qui ſuam Pſalm. 49
prædilectam Magdalenam frequenter excuſauit fideliter atq; benignè. ⌊Sine illam⌋ hoc ē, Mariæ nõ ſis moleſtus, nec eam prohibeas facere, q̃d nunc facit, ⌊vt in die ſepulturæ meę ſeruet illud⌋ .i. quatenus tunc reſeruet vnguẽtum, quod mihi ſepulto ſuper funderet, ſi me tunc
inueniret. Loquitur ergo Chriſtus de vnguẽto ſimili, quod Maria ſecum portauit in die do- Marci. 16
minicæ reſurrectionis, vt vngeret corpus Ieſu, q̃d vnguẽtum tunc ſeruauit, nec in Chriſtũ il- Lucę. 24
lud expendit, q̃niam tunc ſurrexit. Dicit ergo Chriſtus Iudæ, vt permittat Mariam nũc fa- Iohan. 20
cere, q̃d tunc faceret ſi valeret, quatenus tunc reſeruet vnguẽtum, cuius ſimile nunc effudit.
Verba Euangeliſtæ ſunt intricata, ſed ꝙ iſte ſit ſenſus, patet ex eo q̃d ſcriptum eſt apud Mar- Marc. 14
cum: Præuenit vngere corpus meum in ſepulturam, id eſt. nũc fecit corpori meo quod face-
ret ei in monumento ſi poſſet. Vnde in Matthæo habet: Mittens hæc mulier vnguentũ hoc Matth. 26
in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit. Aliqui textus habent: Sinite illam, & ſic Chriſtus diſcipulos affatur pluraliter, ex quo elicitur, quod non ſolus Iudas murmurauit, propter q̃d nunc pluraliter ſubditur: ⌊Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum.⌋ Quàmdiu eſtis in vita præſenti, & ita poteſtis eis quotidie benefacere, atque id damni quod in huius vnguenti effuſione perpeſſi ſunt eis recuperare. ⌊me autem non ſemper habebitis.⌋ corporaliter,
C viſibiliterq; pręſentem vt modo, idcirco non poteſt mihi quotidie fieri, quod nunc factum eſt mihi. ¶ Veruntamen Chriſtus ſecundum ſuam diuinitatem omnibus adeſt, imo in omnibus eſt per eſſentiam, potentiam atq; præſentiam. In bonis quoq; per gratiam, ſecundum na-
turam quoq; aſſumptam, adeſt nobis iugiter, atq; quotidie per ſacramentalem præſentiam, Matth. 28
ſecundum quod ait apud Matthæum: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi. ⌊Cognouit ergo turba multa ex Iudæis,⌋ Hoc eſt, plurimi Iudæorum, pręſertim eorum, qui in Hieruſalem habitabant, vel illuc conuenerant, ad diem ſolennem inſtantem, Hieruſalem enim prope Bethaniam fuit ad quindecim ſtadia, ſicq; faciliter perce-
perunt Ieſum aduenisſe, præſertim, quia ſecundũ alios Euangeliſtas, magna quoq; turba ve-
nit cum Ieſu vſq; ad Hiericho, & vltra forte vſq; ad Bethaniam, ⌊& venerũt⌋ ex Hieruſalem Mat. 21
locisq; vicinis ad Ieſum, vel ad Bethaniam, ⌊nõ propter Ieſum tantũ, ſed vt Lazarum vide- Marc. 11
rent, quem (Ieſus) ſuſcitauit⌋ à mortuis. Duplici ergo de cauſa venerunt. Vna, propter Ieſum Lucæ. 19
vt eius prædicationem audient, eiuſq; perſonam viſitarent, & opera cernerent. Alia, propter Lazarum, vt tam mirabile factum experimentaliter intuerentur, atq; de pœnis gehennę, & ſtatu alterius vitæ aliqua ſciſcitarentur vel docerentur. Homines quippe auide currunt ad videndum mira & incõſueta. Erat autem mirabile valde, itemq; iocundũ cernere quatriduanũ mortuum reſuſcitatũ, cũ hominibus denuo cõuerſantẽ, manducantẽ, bibẽtẽ, loquentẽ & cætera vitæ opa exercentẽ. Legit tñ, ꝙ Lazarus poſt ſuã ſuſcitationẽ nõ riſit. Auguſtinus dicit, ꝙ iſti venerũt in Bethaniam ex curioſitate, nõ charitate. Eſt tñ probabile, ꝙ multi eorum ex deuotione venerũt, quod ex duobus elicit. Primo, qm̃ ſtatim ſubiungit, ꝙ ꝓpter Lazarum multi

credi

crediderunt in Ieſum. Secundo, quia ſequenti die ſolēniſſime ac deuotiſſime perduxerunt Ie D
ſum in Hieruſalem. ⌊Cogitauerunt autem⌋ Hoc eſt, cogitando decreuerūt. Cogitare vero »
malum ſine cōſenſu, nō eſt adeò malum, ſed iſti cogitationi malignæ adiecerunt cōſenſum.
Eccl.10 Cogitauerūt ergo ⌊principes ſacerdotum,⌋ qui videbant regere populum, ſed ſubditos p- »
netterūt, quia ſcd̄m iudicem populi, ſic miniſtri eius ⌊vt & Lazarum interficerent⌋ in quo »
patet eoꝶ intolerādā peruerſitas, ſummaq; cæcitas. Primo, ꝙ illum voluerūt occidere, quē
deus tam ſupernaturaliter viuificauit. Secūdo, ꝙ putabāt Ieſum nō poſſe ſuſcitare occiſum,
quem ſuſcitauit per quatuor dies ſepultum. Cauſa vero quare hoc ſtatuerunt, annectitur,
⌊quia multi propter illum abibant⌋ .i. multi Iudæoꝶ, & ex cōſideratione tāti miraculi, & ex »
viſione ſenſibili Lazari, loco & voto ſeu corpe & mente ſegregauerūt ſe à Iudæis incredulis, »
⌊& credebant in Ieſum⌋ ꝙ eſſet Chriſtus & filius dei. ¶ Hoc quippe miraculum fuit ſufficiēs »
teſtimoniū ꝙ vera eſſet prædicatio Chriſti. Ne ergo hi crederēt, & vt tanti miraculi memo-
ria ſopiret, voluerūt perimere Lazarū, quē deus ideo ſuſcitauit, vt homines fidem adhiberēt
Prouer.21 dño Ieſu. Sed nō eſt ſapientia, nō eſt prudentia, nō eſt cōſilium cōtra dn̄m & verū, atq; in iſtis
Pſal.32 ſacerdotū principibus cōſtat impletū, quod ait Pſalmographus: Dn̄s diſſipat cōſilia gentiū,
reprobat aūt cogitatiōes ppl̄oꝶ, & reprobat cōſilia pricipū. Cōſiliū āt dñi in æternū manet.
¶ Porrò qui cōtra iuſtitiā machinatur, & veritatē opprimere nitif, ꝙ ꝓfundius modos exco
gitat, ſtudioſiusq; laborat, eò amplius præcipitaf, & in falſitatis tenebras prauitatisq; abyſſum
Iohan.9 demergif. ¶ Quæriſ cum ſuperius dictum ſit, ꝙ multi Iudæoꝶ crediderūt in Ieſum, propter
natū cæcū, quem illuſtrauit, cur principes potius propoſuerūt, interficere Lazaꝶ, ꝗ cæcū illū E
illuminatū? Dicendū ꝙ propter cauſas diuerſas. Primū, qm̄ miraculum illud factū in cæco, q̄-
dam palliatiōis colore diffamauerūt, eò ꝙ factum fuerit ſabbato, hoc aūt nō poterant facere
in Lazari ſuſcitatione. Secundo, qm̄ cæcum illum quaſi vilem inopemq; perſonam phariſæi
iecerunt de ſynagoga, Lazarus vero potens, diues, & nobilis fuit, idcirco eius ſuſcitatio mul-
to famoſior erat, pluresq; ad eū ierūt. Tertio, qm̄ ſuſcitatio iſta miraculoſior fuit ꝗ illumina
tio illa ꝓpter q̄d plures crediderūt in Ieſu ꝓpter Lazarū, ꝗ propter cæcū illū. Et ꝗuis ſcriptū
nō ſit, ꝙ principes ſacerdotū cogitauerūt cæcum illum occidere, nō eſt tamen incredibile, ꝙ
cogitauerunt hoc ipſum. Nullum tñ miraculū fecit illos ſic furere, ſicut ſuſcitatio Lazari qm̄
nulla tergiuerſatione poterat negari vel accuſari. ⌊In craſtinum⌋ .i. die ſequenti ſeu die Pal- »
marum ⌊turba multa (non ſolum Iudæorum ſed & gentiliū, vt patebit) quæ venerat⌋ ad Hie »
ruſalem ⌊ad diem feſtum⌋ hoc eſt ad hoc, vt imminenti ſolennitati intereſſet paſchali ⌊cum »
audiſſent, quia venit Ieſus Hieroſolymā, acceperunt ramos palmaꝶ, & proceſſerūt obuiā ei⌋ »
Mat.21 Aliꝫ Euāgeliſtæ teſtanf, ꝙ multi ex turba cedebāt ramos de arboribus, & ſternebant in via.
Mar.11 Solus Iohānes ſcribit, ꝙ cum ramis Palmaꝶ in manibus obuiauerūt dño. Certum eſt ergo, ꝙ
Luc.19 vtrūq; fecerūt. Et ipſi quidam ad literam hoc fecerunt, ad reuerētiam ſaluatoris, diuina vero
inſpiratione, ideo factum eſt, vt victoria Chriſti qua mox ſuperaturus erat diabolum, victu-
rusq; mortem, & ſuos ex lymbo erepturus præfigurareſ. Sic eñ obuiari victoribus ſolitum
fuit. Rami quoque palmarum, antiquitus dabantur victoribus in prælijs præualentibus.
⌊& clamabāt: O ſanna (.i. obſecro ſalua) benedictus (.i. ſanctus & laudatus ſit) qui venit in no »
mine dñi⌋ .i. in deo, & ſcd̄m voluntatem, præordinationemq; dei, quēadmodū de Chriſto »
per prophetas prædixit. Iſti ſolam Chriſti humanitatem nouerūt, ſicq; putabant eſſe purum
hominem, ſanctiſſimū tamē, & mundi ſaluatorē, ac regē Meſſiam, ideo dicunt eum venire in F
nomine dñi .i. miſſum eſſe à deo, & ſcd̄m deum oīa facere, atq; ad eius honorē venire. Et ve
Iohan.5 rum fuit, ꝙ Chriſtus venit in nomine dñi, quia & ipſe iam dixerat: Ego veni in nomine pr̄is.
mei, imò ſcd̄m q̄d hō venit in nomine cuiuſlibet diuinæ perſonæ ⌊rex Iſrael⌋ .i. verus rector »
& ſummus princeps Iſraeliticæ plebi promiſſus, & nobis iam datus, de quo Eſaias prædixit:
Eſa.9 Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt cōfirmet illud, & corroboret in iudicio
Ozee.3 & iuſtitia. Et Ozee: Reuertenf filiꝫ Iſrael, & quærent dn̄m deum ſuū, & Dauid regē ſuum, id ē
Meſſiam vt oēs exponūt. Dauid ſiquidē tpe Ozee diu mortuus fuit. Prophetæ eñ cōcor-
diter dixerūt Chriſtū fore regē Iudæoꝶ. Et quidam Iudæoꝶ intellexerūt verba huiuſmodi
prophetaꝶ carnaliter, de ſolo regno terreno ac tēporali. Aliꝫ ſpiritualiter de regno veræ obe
dientiæ, quod inchoatur in via, & conſummaf ac perpetuatur in patria, ita ꝙ Chriſtus dando
legem perfectam, ſuis ſpiritualiter præſideret regnando in corde eorum per fidem & obediē
tiam, nunc in via, deinceps transferre eos ad regnum cœleſtis paradiſi, regnando in eis ꝑ glo
Ezech.34 riæ cōmunicationem. Hoc quippe dn̄s prænuntiauit per Ezechielem: Saluabo (inquiens) gre
gem meum, & ſuſcitabo ſuper eum paſtorē vnum qui paſcat eum Dauid ſeruum meū. Ego
dn̄s erò eis in deum, & ſeruus meus Dauid princeps eoꝶ. ¶ Præterea ꝗuis prophetæ ſpeciali-
ter diſſeruerunt Chriſtum fore Iſraelitici populi regē. Nihilominus prænūtiauerūt eum oīm
Zacha.9 gentium regē eſſe ventuꝶ, iuxta illud Zachariæ: Poteſtas eius à mari vſq; ad mare, & à flu-
Pſalm.71 minibus vſq; ad fines terræ. Et in Pſalmo: Adorabunt eum oēs reges, oēs gētes ſeruient ei.
¶ Porrò

A ¶Porrò hanc laudē turbæ Chriſto oblatā, alij Euangeliſtæ plenius deſcripſerūt. Dicitur em̄
apud Lucā: Cū appropinquaret Ieſus ad deſcenſum montis Oliueti, cœperūt oēs turbæ de-
ſcendentiū gaudētes laudare deū ſup oībus quas viderant virtutibus, dicentes: Benedictus q
venit rex in noīe dñi. Pax in cęlo, & gloria in excelſis. Ex qbus verbis & cæteris q̄ Lucas p̄mi
ſit, probat̃, q̄ non ſolū turbæ ex Hieruſalē & cæteris locis Chriſto obuiantes, ſed multi quoq;
eū ſequentes, & cū eo de Bethania exeuntes cecinerūt canticū iſtud. In Matthæo legunt̃ dix- Mat. 21.
iſſe: O ſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine dñi o ſanna in altiſſimis. Marcus ve- Marc. 11.
ro ſic refert: O ſanna benedictus q venit in nomine dñi. Benedictū q̄d venit regnū patris no
ſtri Dauid. Longū eſſet oīa iſta exponere, ſed breuiter p̄ſtringendo, petierūt ſaluari à Chri-
ſto ſalute illa quæ habet̃ in altiſſimis, hoc eſt in cœlo. Præſcripſit aūt hanc laudem Pſalmiſta,
« dicendo: O dñe ſaluū me fac, o dñe bene proſperare, benedictus q venit in noīe dñi. ⌊Et in- Pſal. 117
« uenit Ieſus,⌋ nō à caſu, ſed per diſcipulos duos ſibi iuſſit adduci, ⌊aſellū⌋.i. pullū aſinæ ſub-
« iugalis, cui pullo tūc vſq; nullus hominū ſedit, ⌊& ſedit ſup eū,⌋ diſcipulis veſtimēta ſua ſup Mat. 21.
ponētibus Chriſto inſedēti. Quomō facta ſint hæc, q cupit plenius ſcire alioꝝ inſpiciat Euā
geliſtaꝝ volumina. Iohānes em̄ talia p̄termiſit, quia ab alijs nouit ſatis deſcripta, ⌊ſicut ſcri-
« ptū eſt⌋ per Zachariā quantū ad ſenſum. ⌊Noli timere⌋ carnali, humano & inordinato ti- Mat. 21.
« more, de quo ſcriptū in Eccleſiaſtico: Qui timet dñm, nihil trepidabit, ⌊filia Sion⌋.i. popu Mar. 11.
lus Iſrael. Prophetæ em̄ noīe filiæ totā plebē ſoliti ſunt deſignare, quēadmodū Eſaias ait: Se Luc. 19
de in puluere filia Babylon. Et Sophonias: Exulta in omni corde filia Hieruſalē. Sion vero ē Zacha. 9
nome montis in quo erat templū ac regis palatiū, vnde per Sion frequēter totus Iudaicus po Eccl 34
« pulus explicat̃. ⌊Ecce rex tuus venit ſup pullū aſinæ.⌋ Noſtra tranſlatio habet: Exulta ſatis Eſaiæ. 47
B filia Sion, iubila filia Hieruſalē. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper & aſcē Soph. 3
dens ſup aſinā, & ſup pullū filiū aſinæ. Vnde apud Matthæū inducit̃ Ieſus vtrūq; animal inſe Zach. 9
diſſe, videlicet aſinā & pullū ſucceſſiue. Hoc teſtimoniū prophetale Euangeliſta adiecit, vt fi-
dē corroboret, eo q̄ Chriſtus prophetaꝝ vaticinia adimpleuit, & itē, vt inueniat q̄ ſacerdo
tes & ſcribæ, qui erāt eruditi in lege, ex hoc facto merito attendiſſent Ieſum eſſe Chriſtum.
¶Præterea q̄d turba p̄fata Chr̃o corporalr̃ ſemel exhibuit, nos debemus ei quotidie ſpūali-
ter exhibere. Dū ergo cognoſcimus q̄ Ieſus Hieroſolymā venit.i. eccleſiā viſitat, q̄d vtiq; fa
cit quotidie, debemus ramos palmaꝝ accipere.i. florida opa charitatis dei ac proximi. Pal-
ma em̄ eſt arbor æſtate ac hyeme florens, ideo charitatē (q̄ nunq̄ excidit) figuralr̃ exprimit, 1 Cor. 13
de qua in Canticis ſponſa: Aquæ multæ nō poterūt extinguere charitatē, nec flumina obru- Cant. 8
ent eā, idcirco æſtate & hyeme, hoc eſt in proſperis atq; aduerſis permanet florēs, & fructus
ſalutis producēs, quēadmodū ait ap̄ſus: Charitas patiens eſt, benigna eſt, ſicq; Chriſto obuia 1. Cor. 13
re corde deuoto, eius aduētū cordialr̃ ſuſpirādo, eius p̄ſentiā amoroſe amplectēdo, eiuſq; vo
luntati in oībus cū congrua reuerentia obediēdo, iuxta illud Amos: Præparare in occurſum Amos 4
dei tui Iſrael. Tunc quoq; debemus Chriſtū orare & collaudare, dicētes: O ſanna in excelſis
Oratio nāq; p̄conijs mixta efficaciſſima eſt ad impetrandū, prout fatet̃ Pſalmiſta: Laudans Mat. 21.
inuocabo dñm, & ab inimicis meis ſaluus ero. Et eſt Chr̃s laudādus in omni loco, propter Pſal. 17
ſuæ maieſtatis p̄ſentiā atq; dñij vniuerſalitatē, propter quod fert̃ in Pſalmo: Benedicite dño
oīa opa eius, in omni loco dñationis eius, itē in oībus horis, propter inceſſabilē ſuæ pietatis Pſal. 102
C ſup nos effuſionē, gr̃æ influentiā, omniūq; reꝝ cōſeruationē. Vnde Tobias filiū hortat̃, di-
cēs: Omni tpe benedic deo. Et in pſalmo: Semp laus eius in ore meo. In Eccleſiaſtico quoq; Tob. 4
Laudabo nomē tuū aſſidue, & laudabit vſq; ad mortē aīa mea dñm. Laudādus vero ē Chr̃s Pſal. 33
rex immortalis & verus deus, nō pigra, irreuerentiq; mēte, ſed corde ſyncero, ignito ac ſta- Eccl 51.
bilito, ſecundū illud Eccleſiaſtici: Et nūc in omni corde & ore collaudate & benedite nomen Joſue. 24
dñi. Vnde vbertim ait ardentiſſimus ille Pſalmiſta: Confitebor tibi dñe in toto corde meo. Eccl. 39
Tunc Ieſus inueniens aſellū.i. humile mancipiū, iugo legis diuinæ ſubiectū quod dicere po- Pſal. 9
reſt: Vt iumentū factus ſum apud te, & ego ſemp tecum. Sedebit ſup illud.i. in oībus diriget Pſal. 85
« animā eius, omnēq; alienū dominatorem excludet. ⌊Hæc nō cognouerūt diſcipuli eius⌋.i. Pſal. 110
cur Chr̃s aſellū ſibi iuſſit adduci, & ſup illū ſedit, & q̄ in hoc implebat̃ prophetia de Chr̃o p̄- Pſal. 137
« dicta, nō intellexerūt apoſtoli, ⌊primū⌋.i. ante paſſionē, & tūc q̄n fiebant. Erant em̄ adhuc Pſal. 72
mirabilr̃ ſimplices, rudes & inerudití, nā (vt infra Iohānes de ſeipſo teſtat̃) in die dñicæ reſur
rectiōis nōdū ſciuit, q̄ opteret Chr̃m à mortuis ſurgere, q̄d tamen Chr̃us ſibi & coap̄lis tam Johā. 20
« vbertim p̄dixit & p̄pheta tū edocuit. ⌊ſed q̄n glorificatus eſt Ieſus⌋.i. poſt reſurrectionem
« q̄n corpus impaſſibile & glorificatū reſumpſit, ⌊tūc recordati ſunt⌋.i. attenderūt, nō q̄ pri-
us illud ſcierint, & poſt obliuiōi tradiderint, rurſuſq; pēſauerint, ſed recordatio ſumit̃ nūc ex
« tenſe, pro cōſideratiōe, ⌊quia hæc ſcripta erant de eo⌋ in Zacharia, vt dictum eſt. Tunc em̄
aperuit illis ſenſum, vt intelligerēt ſcripturas, inſufflauitq; in eos & dixit: Accipite ſpm̄ ſan- Zacha. 9
« ctū, in die quoq; pentecoſtes docuit eos ſpūs veritatis, de oībus plene ac euidēter, ⌊& hęc fe Luc. 24
« cerunt ei⌋.i. tunc q̄q; recoluerunt, q̄d turba fecit Chriſto quæ dicta ſunt, vt impleret̃ vatici- Johā. 20
Act. 2
Johā. 14

Zacha.9 nium Zachariæ. ⌊Teſtimoniũ ergo perhibebat turba q̃ erat cũ eo qñ vocauit Lazarũ de mo D
nũmẽto,& ſuſcitauit eũ à mortuis.⌋ Hæc turba cõteſtabaẽ q̃d vidit, videlicet ꝙ Lazarus ve-
re mortuus fuit atq; veraciter à Chr̃o reſuſcitatus, ⌊propterea & obuiã venit ei turba,⌋ nõ »
illa, de qua iã dictũ eſt, ꝙ interfuit ſuſcitatiõi Lazari, ſed illa q̃ id ꝑcepit ab alia. Subdiẽ enim,
⌊qa audierunt eũ feciſſe hoc ſignũ.⌋ Hæc turba & illa fuerũt vna turba totalis, cuius partes »
turba dicunẽ. Quidã eñ eorũ q occurrerũt Chr̃o affuerũt qñ Lazarũ ſuſcitauit, & alij nõ affu
erũt, ſed ab illis hoc didicerũt, ſicq; ſimul obuiauerũt ſaluatori, tanq̃ excellenti viro, mirabili,
potẽtiq; homini ac regi Meſſiæ. ⌊Phariſæi ergo dixerũt ad ſemetipſos⌋.i. ad inuicẽ inuidẽ- »
tes gloriæ Chr̃i. ⌊Videtis qa nihil proficimus⌋.i. negligenter & pigre habemus nos in exe- »
quẽdo propoſitũ noſtrũ, de interfectiõe hoĩs huius, & nõ obtinemus q̃d proponebamꝰ. Pro
poſuimus eñ impedire cõuerſionẽ hominũ ad ipſm, & oppoſitũ cõtigit, ideo ſubdũt. ⌊Ecce »
mũdus totus⌋.i. magna pars hominũ in mũdo viuentiũ, ⌊poſt eũ abijt⌋ ei adhæret, credit, »
obſequiẽ. Vnde q̃d dicũt, mũdus totus, accipiendũ eſt ꝑ hyperbolẽ, q̃ eſt figura habẽs locũ cũ
aliquid diciẽ ꝑ exceſſum, ad inſinuandũ magnitudinẽ rei, quẽadmodũ in Geneſi Pharao lo-
quitur ad Ioſeph: Abſq; tui oris imperio, nemo mouebit manũ vel pedẽ in omni terra Aegy
Gene.41 pti. ¶ Chryſoſtomus & alij quidã exponũt hunc locũ de phariſæis credẽtibus. Aliosq; à ꝑſe-
quutione Chr̃i retrahere peroptãtibus, vt ſit ſenſus, Videtis qa nihil proficimus.i. quicqd fe-
cerimus vel molimur cõtra Ieſum, nil prodeſt, nec eius magnificentiã impedire valemus, vt
patet ad ſenſum. Nã ecce mũdus totus poſt eũ abijt. ⌊Erant aũt gẽtiles qdã ex his q aſcende E
rant Hieruſalẽ, vt adorarent deũ Iſrael⌋ in q̃dã loco tẽpli ad hoc deputato, Nõ eñ ingredi- »
Act.22 poterant ipſum templũ. Vnde in actis Iudæi leguntẽ Paulo impoſuiſſe, ꝙ locũ ſanctũ violaſ- »
ſet, gentiles inducendo in templũ, ⌊in die feſto⌋ paſchæ, quia non ſolũ templũ à Salomone »
conſtructũ, ſed & illud q̃d ædificauit Zorobabel, tantæ fuit famæ & excellentiæ, ꝙ gentiles
1.Eſd.5 ex diuerſis mundi partibus cõfluxerunt in Hieruſalẽ, vt deũ Iſrael adorarent in loco ad diui-
na ſacrificia atq; obſequia prælecto, præſertim in feſtiuitate paſchali. Hoc in libris Macha-
2.Mach.3 bæorũ plenius recitatur. Vnde in actis apl'orũ ſcriptũ eſt quomodo quidã eunuchus potens
Act.7 Candacis reginæ Aethiopum aſcendit adorare in Hieruſalem, qui cũ rediret, ſedens in curru
legensq; Eſaiam, à Philippo diacono eſt cõuerſus. Quidã ergo gentiles vnius dei cultores, q
bus etiam ad ſalutẽ ſufficiebat fides Chriſti vẽturi cũ lege naturali, aſcenderunt cum Iudæis
Lucæ.6 Hieruſalẽ verſus. ⌊Hi acceſſerũt ad Philippũ (apoſtolũ) qui erat (oriundus) à Bethſaida⌋ vr- »
be Galilææ, de qua ciuitate fuerunt Petrus & Andreas. ¶ Cur potius acceſſerunt Philippum
q̃ alium apl'm? Forte ꝙ maiorẽ eũ eo habuerunt notitiã, vel ex circũſtantia loci poterant eum
facilius alloqui, vel quia ſpecialẽ pietatẽ ac manſuetudinẽ cõſiderauerunt in eo, propter q̃d
affati ſunt eũ prius atq; audentius, ⌊& rogabant eũ dicentes: Dñe.⌋ Dominũ vocant Philip »
pum, propter reuerẽtiam ſui magiſtri, & quia videbant ꝙ eſſet honeſta ac religioſa perſona,
⌊volumus Ieſum videre.⌋ Sedit eñi Ieſus ſup animal paruũ, vndiq; turbis vallatus, ita ꝙ ab »
vniuerſis non poterat conſpici. Hi ergo quoniã famam operũ Chriſti audierunt, ipſum q̃q;
actorem optabant videre, eiusq; colloquio frui, vel verbis doceri. ⌊Venit Philippus & dicit »
Andreæ⌋ deſideriũ gentilium, in quo patet Philippi humilitas, ꝙ per ſe non præſumpſit hæc »
Chriſto intimare, magna quoq; reuerentia quã habebat ad Chriſtũ, & quia Philippus infe-
rior quodãmodo erat Andrea, monſtraẽ ꝙ inferiora ꝑ ſuperiora ad deũ ſint reducenda, vt ſit
Deut.17 ordinatus proceſſus, inferiora quoq; ad ſuperiora per media. ⌊Andreas rurſum & Philip- »
pus dixerunt Ieſu,⌋ vnus protulit verba, & alius cõfirmauit ſeu annuit, vt in ore duorũ ſtaret F
Matt.18 firmũ verbũ. ⌊Ieſus aũt reſpondit eis dicens: Venit hora⌋.i. iam partim adeſt, & cito pleni- »
2.Cor.13 us erit in paſſione & poſt paſſionẽ, ⌊vt clarificeẽ⌋.i. clarus & magnus, verusq; Chriſtus eſſe »
monſtreẽ ſeu agnoſcaẽ, ac per hoc in hominũ cordibus clarificeẽ, exalteẽ ſeu honoreẽ, ⌊filius »
hominis,⌋ vt eñ poſt pauca ſubiungiẽ, eadẽ hora qua Chrũs hæc dixit, venit vox de cœlo di- »
cens: Et clarificaui, & iterum clarificabo, quo facto dixit turba (in cuius mente iam aliquali-
ter clarificatus fuit Ieſus) Angelus ei loquutus eſt. ¶ Porrò in paſſione clarificatus eſt in cordi
bus aſſiſtentium cruci, qui cum vidiſſent ſolis obſcurationem, terræ motum, & cætera quæ
Matt.27 fiebant, percutientes pectora ſua reuertebantur, quemadmodum apud Lucam legiẽ: In re-
Lucæ.23 ſurrectione aũt clarificatus eſt Ieſus.i. proprio corpore glorificatus, atq; in aſcenſione ſuper
Acto.1 cœlos eleuatus, ſecundum ꝙ apoſtolus: Humiliauit ſemetipſum, factus obediẽs vſq; ad mor
Phil.2 tem, propter quod & deus exaltauit illum. Deinde miſſo ſpũ ſancto clarificatus eſt per apo-
Acto.2 ſtolorum prædicationem, ac multa miracula. Primo in Hieruſalem, vbi maxime inhonora-
tus extiterat, ita vt non eſſet ei ſpecies neq; decor, deinde in tota Iudæa, Galilæa atq; Sama-
Eſa.53 ria. Poſtremo maxime clarificatus eſt per ꝓdicationem apoſtolorum in vniuerſo mundo ſeu
gentibus vniuerſis, quæ vbiq; terrarum ad Chriſtum conuerſi ſunt, prout per Eſaiam prædi
Eſa.24 ctum fuit: A finibus terræ audiuimus laudes, gloriam iuſti. Et in pſalmo: Reminiſcẽtur & cõ
Pſal.2 uertenẽ ad dñm vniuerſi fines terræ. De hac clarificatione exponit Auguſtinus verba indu-
cta,

A ꝯta, ita ꝙ Chrs his verbis cõuerſionẽ prædixit gentiliũ, quæ figurabaſ ꝑ cõuerſionẽ hoꝝ pau
coꝝ gentiliũ, qui Chriſtũ videre optabant, de qua etiã clarificatione accipit Auguſtinus il- Pſal. 56
lud Pſalmiſtæ: Exaltare ſup cœlos deus, & ſup omnem terrã gloria tua. Pſal. 107

¶ Proſequutio elucidationis huius capituli ab eo loco, Amen amen dico vobis, niſi granũ frumenti. Arti. XXXI.

EX decreto æternæ ſapiẽtiæ, ſummæ trinitatis debuit paſſio Chriſti eius glorificatio- Phil. 2
nem, gentiũq́ conuerſionẽ præcedere, quoniã Chriſtus patri vſq; ad mortem obe-
diendo, meruit ſibiipſi præmiũ accidẽtale, videlicet corporis glorificationem atq;
iudiciariam poteſtatem, omnibus quoq; hominibus meruit non ſolum veniam cul-
pæ, ſed etiã conuerſionis, iuſtificationisq; gratiam, propter quod ait apud Lucam: Nonne Lucæ 24
hæc oportuit pati Chriſtũ, & ita intrare in gloriam ſuã? Et iterũ: Oportebat Chriſtum pati, Ibidem
" & reſurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã in remiſſionem peccatorum Heb. 9
" in omnes gentes. Porrò ꝙ ita ſit, Chrũs oſtendit per aptũ exemplũ. ⌊Amen amen dico vo
" bis, niſi granũ frumenti cadens in terrã (.i. ſeminatũ) mortuũ fuerit⌋ .i. corruptũ & reſolutũ,
" ⌊ipſum ſolũ manet⌋ .i. fructũ non affert nec multiplicaſ. Corruptio quippe vnius genera-
" tio eſt alterius, propter hoc vnũ non generaſ ex alio, niſi illud primo corrumpaſ. ⌊Si autem
mortuũ fuerit (.i. putrefactũ in terra) multũ fructũ affert,⌋ quia generat ſpicã granis plenã.
¶ Per granũ Chriſtus ſeipſum ſignauit, qui ex cœleſti area in hunc mundũ per incarnationẽ
B ſeminatus eſt, vnde de ipſo habeſ in pſalmo: Erit firmamentũ in terra in ſummis montium. Pſal. 71
Tranſlatio Hieronymi iuxta Hebræũ ſic continet. Erit memoriale triticũ. Et Zacharias ait:
Quid bonũ domini, & quid pulchrũ eius niſi frumentum electoꝝ? Vult ergo ſaluator aſſere- Zacha 9
re, ꝙ ſicut granũ non corruptũ, nequaq̃ fructificat, ſic ipſe non fructificaret in gentibus, illas
per apoſtolos conuertendo ad ſidẽ, niſi prius à Iudæis occideretur, quod per Eſaiam manife Eſa. 53
ſte inuenitur prædictum, quo ſcribiſ: Si poſuerit animam ſuam pro peccato, videbit ſemen
longæuũ, & voluntas domini in manu eius dirigeſ. Per ſemen longæuũ intelligitur plebs fi-
delis credens in Chriſtũ, quæ vſq; in finem ſeculi perdurabit. Deniq; per voluntatẽ domini
deſignatur conuerſio gentium, ſecundũ ꝙ Theſſalonicenſibus ſcribit apoſtolus: Hæc eſt vo- 1. Theſſ. 4
luntas dei, ſanctificatio veſtra, hæc in manu Chriſti directa eſt .i. ad bonũ finẽ atq; ſalubrem
" effectũ perducta, eo ꝙ poſuit animã ſuam pro peccato generis humani delẽdo. ⌊Qui amat
" animã ſuã, perdet eã.⌋ ¶ De multiplici amore loquiſ ſacra ſcriptura. Primo de vero, diuino
ac ſpũali amore, qui fundaſ in bono honeſto, cuiuſmodi ſunt bona animæ, virtus, ſapientia, 1. Cor. 13
gratia, beatitudo. De hoc amore dicit aplus: Si linguis angeloꝝ loquar, &c. Et Petrus: Ante 1. Petri. 4
oĩa (inqt) mutuã in vobis charitatẽ cõtinuã habẽtes. Huic amori opponiſ odiũ q̃d eſt ſummũ
peccatũ. Secũdo de amore carnali inordinato & ſeculari, q fundaſ in bono tpali, delectabili,
vel vtili ſaltẽ apparenter, de quo amore dicit apoſtolus alloquẽs Timotheum. In nouiſſimis
diebus inſtabũt tpa periculoſa, & erũt hoĩes ſeipſos amantes. Huic amori opponiſ odiũ bonũ 2. Tim. 3
de quo Pſalmiſta: Perfecto (ait) odio oderã illos. Porrò iuxta philoſophũ amare eſt alicui bo
nũ velle. Dupliciter ergo intelligi poteſt pſens ſcriptura. Primo, Qui amat animã ſuã .i. q ve Pſalm. 138
re ac ſpũaliter diligit eã in ſeculo iſto, volens ſibiipſi & cupiens pſeuerãter bona honeſta ſpi-
C ritualia ac diuina, ꝑdet eã .i. in ſeculo iſto exponet eã propter deũ atq; iuſtitiã aduerſis ac mor
tis periculis, ꝓponetq́ dura corpori delectabilibus mũdi, incedẽs ꝑ artã viã, nec timẽs eos q
corpus occidũt. Hęc eſt ſalutaris ꝑditio, q̃ eſt effectus ſancti amoris, eſtq́ ꝑditio iſta, ſuiipſius Matth. 7
abnegatio, propriæ crucis portatio, & Chri imitatio, de qbus apud Matthæũ ait ſaluator: Si Matth. 10
quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucẽ ſuã q̃tidie & ſequaſ me. Secũdo Matt. 16
Qui amat animã ſuã, carnali & vitioſo amore, ambulãdo in cõcupiſcẽtiis propriis & tpalibꝰ Lucæ. 9
potius q̃ æternis inhærẽdo, ꝑdet eã .i. æternã dãnationem incurret, & ſeipſum vera felicitate
poſt hanc vitam priuabit, iuxta illud Eccleſiaſtici: Si præſtiteris animæ tuæ cõcupiſcẽtias eius Ecci. 18
facient te in gaudiũ inimicis tuis. Tales vere odiunt ſemetipſos, dicente ſcriptura: Qui dili-
git iniquitatem, odit animam ſuam. Vult em̃ ei quæ nocent. De talibus ait Iudas in ſua cano- Pſalm. 10
nica: Hi ſunt in epulis ſuis cõuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ
à ventis circumferunſ, quibus procella tenebraꝝ conſeruata eſt in æternũ. Huic autem ſecun
" dæ expoſitioni magis concordant ſequẽtia. ⌊Et qui odit animã ſuam in hoc mundo⌋ .i. de-
lectabilia mundi & carnis ei ſubtrahit, eãq; quotidie propter Chriſtũ mortificat, & ſi occur-
" rat articulus, pro fide & iuſtitia mortẽ amplectiſ temporalẽ ⌊in vitã æternã⌋ adipiſcendam
" merito odii huius, ⌊cuſtodit eã.⌋ de quo odio dicit ſaluator apud Lucã: Si quis venit ad me
& nõ odit patrem ſuũ, & matrẽ, & fratres, & ſorores, & vxorẽ, & filios, adhuc aũt & animam Lucæ. 14
ſuã, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Fugiamus ergo delectabilia vitæ pſentis, omnẽq; mundi
honorẽ, famã & gloriã cordialiter aſpernemur, crucifigẽtes iuxta doctrinã apoſtoli carnem
noſtrã cũ vitiis & cõcupiſcentiis. ⌊Si quis mihi miniſtrat⌋ obediendo meis pceptis, vel ac- Galat. 5
" quieſcẽdo cõſiliis euãgelicis, ⌊me ſequaſ⌋ .i. patiẽdo aduerſa, me æq̃nimiter, fortiter atq; ſta-

biliter imitet̃,non recedendo à via iuſtitiæ propter tormẽta. Vnde admonet Petrus: Chr̃s D
1.Pet.2 paſſus eſt pro nobis, vobis relinquẽs exẽplũ, vt ſequamini veſtigia eius. Hoc eſt q̃d Iohannes
1.Iohan.2. in ſua docet ep̃la: Qui ſe dicit manere in Chr̃o, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.
2.Tim.3 Paulus quoq;: Oẽs (inquit) q̃ volũt pie viuere in Chr̃o, pſequutionẽ patient̃. Quid tã iuſtum,
decẽs & ſanctũ, q̃ vt diſcipuli imitent̃ magiſtrũ, ſerui dñm, mẽbra quoq; caput. ⌊Et vbi ſum »
ego,⌋ inuiolabilr̃ ſecundũ diuinã naturã, ſemp quoq; poſt aſcenſionẽ, i. in regno cœlorũ, in »
patria beatoꝝ, ⌊illic & miniſter meus erit⌋ poſt vitæ p̃ſentis occaſum, & plenã ſatisfactio- »
Apoc.3 nẽ, hic vel in purgatorio factã. Vnde in Apoca. loquit̃ Chr̃s: Qui vicerit, dabo illi ſedere me
cũ in throno meo, ſicut & ego vici & ſedi cũ patre meo in throno eius. Et ap̃lus: Cupio (ait)
Phil.1. 2.Tim.2 diſſolui & eſſe cũ Chriſto. Hinc iterũ dicit ad Timotheũ: Si cõmortui ſumus & cõuiuemus, ſi
cõpatimur & cõregnabimus. ⌊Si quis mihi miniſtrauerit⌋ pſeuerãter vſq; in finẽ, declinan »
Matt.24 do ab omni peccato mortali, iuxta illud in pſalmo: Ambulans in via immaculata, hic mihi mi
niſtrabat, ⌊honorificabit eũ⌋, i. honorabilẽ eũ faciet, magnãq; ei reuerentiã exhibebit, ⌊pa »
Psal.100 ter meus qui ẽ in cœlis⌋, i. in cœleſti palatio, in angeloꝝ cõſortio, in cœleſtis paradiſi delitijs »
conſtituet eũ pater æternus, ſed & diuinæ eſſentiæ vniet animã eius, vt videat deum ſicuti eſt
1.Iohan.3 clare p ſpeciẽ. ¶ Sæpe inſup deus exaltat ſeruos ſuos fideles in vita p̃ſenti & poſt mortẽ, pro-
1.Cor.13 pter q̃d dicit propheta: Mihi aũt nimis honorati ſunt amici tui deus. Magna honorificatio
Psal.138 filioꝝ adoptiuoꝝ eſt eſſe cũ filio naturali, cohæredesq; Chr̃i, de quo honore ait inferius. Pa-
Iohan.17 ter quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videãt claritatẽ meã. ⌊Nũc »
anima mea turbata eſt⌋, i. vehemẽter mota, non tñ inordinate affecta. ¶ Turbatio iſta fuit in »
anima Chriſti, quantũ ad inferiorẽ eius partẽ & appetitũ ſenſitiuũ, nõ ex infirmitate, ſed præ E
uia rationis deliberatione abſq; ſuperioris partis animæ inquietudine, vnde nomine pertur-
bationis aliud nihil deſignat̃, niſi ingens cõmotio appetitus ſenſitiui, inſtantem paſſionem na
turaliter abhorrentis, ex præuia imaginatione illius, ipſa ratione talem paſſionẽ imperante,
ad inſinuandũ veritatem humanæ naturæ in Chriſto. Talis quoq; turbatio fuit meritoria no
bis, ſicut & cæteræ afflictiones, paſſionesq; Chriſti, & itẽ cõſolatoria, vtpote ne deſperatiõe
vel puſillanimitate frangamur, dũ neceſſitate vel infirmitate turbamur. In nobis tamen tur-
batio ſolet mentis tranquillitatẽ auferre. Deniq; q turbatio nõ ſemp ſonet in vitium, ſed ma
gnam motionẽ ſignificet, patet eſt hoc q inanimatis quoq; ſolet aſcribi, quẽadmodũ dictũ
Iohan.5 eſt ſupra. Cũ turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam. Et in pſalmo: Qui cõturbas profun
Psal.64 dũ maris. Qualiter vero turbatio & cæteræ paſſiones fuerint in Chriſto, dictũ eſt plenius in
Iohan.12 p̃cedẽti capitulo. ⌊Et quid dicã?⌋ i. ex turbatione p̃dicta ſentio in me diuerſos affectus, ex »
quibus diuerſæ p̃ces procedere poſſunt, ideo quæro quid dicã, nõ q ignorẽ quid dici expedi-
at, vel præ anguſtia ſp̃us loqui nõ valeam, ſed vt arduitatem cauſæ ſiue negotij pandam, quia
ſecundũ appetitũ ſenſitiuũ refugio mortẽ, ſed ſecundũ rationẽ & voluntatem deſidero mori
pro beatitudine mundi. Veruntamen appetitus animæ Chriſti non fuerũt ſibi inuicem inor
dinate repugnantes neq; contrarij. Inferior eñ permittebatur naturaliter agere quod ſuum
erat ſub moderamine rationis. ⌊Pater ſaluifica me ex hac hora.⌋ ¶ Hoc exponi poteſt du- »
pliciter. Primo, vt ſit oratio deliberatæ rationis quæ ſemp exaudiebat̃ in Chriſto, eritq; ſen-
ſus, Pater ſaluifica, i. ſaluũ fac me ex hac hora, i. paſſione inſtante, & turbatiõe atq; pauore p̃- F
ſenti, nõ vt non moriar, vel vt nõ turber & paueam, ſed vt per acceleratã reſurrectionem ab
oĩbus pœnis his liberer, ſimq; impaſſibilis corpore & anima. Iuxta hunc ſenſum orat Chr̃s
frequenter in pſalmo, vt cũ ait: Tu autẽ domine ne elongaueris auxilium tuum, erue à framea
Psal.21. deus animã meam. Salua me ex ore leonis. Hieremias quoq;: Confundant̃ (inquit) qui me pſe
quunt̃, & nõ confundar ego, paueant illi & nõ pauẽã ego. Secũdo exponit̃, vt ſit oratio ani-
Hiere.17 mæ ſecundũ ſenſitiuũ appetitũ, ſecundũ quẽ dixit: Tranſeat à me calix iſte: Pater ſaluifica me
ex hac hora, i. à malis pœnalibus tẽporis nunc inſtantis, videlicet à morte & afflictionibus cæ
teris, quas naturaliter horreo. Verũ quoniã Chr̃s hoc abſolute nõ petijt, ſed ſimpliciter, hoc
Matt.26 eſt ex deliberata rõne & volũtate rõnali, diuinæ volũtati perfectiſſime ſubiecta & cõformata
pati optauit, propterea ſubdit̃, ⌊ſed propterea⌋, i. vt patiar iſta pro tuo honore, hominũq; »
ſalute, ⌊veni in hãc horã⌋, i. humanã naturã aſſumpſi, & mortalis ac tẽporalis fieri volui, at- »
q; hucuſq; pueni, ducẽs vitã pſequutionibus atq; laboribus abundantẽ. Deinde ſubiungit̃ de
liberatæ rõnis petitio. ⌊Pater clarifica tuũ nomẽ⌋, i. teip̃m manifeſta, tuã bonitatẽ, maieſta »
tẽ ac oĩpotentiã p meã paſſionẽ declara. Virtute quippe & merito paſſionis Chr̃i pater totũ
Esa.53 Roma.8 mundũ illuminauit, ſuiq; nõis notitiã gẽtibus p ap̃loꝝ doctrinã patefecit. ¶ Ex hoc eñ q pa
ter tradidit filiũ ſuũ pro nobis in mortẽ, oſtẽdit̃ miſericordia atq; dilectio eius ad nos, & item
iuſtitia eius, quæ tãta eſt, q maluit vnigenitũ ſuũ occidi, q̃ peccatũ manere inexpiatũ, inultũ,
immune, ſapiẽtia quoq; q tã admirabilẽ & cõuenientiſſimũ modũ inuenit. Itaq; mors Chri
Ephe.1. ſti fuit clarificatio patris, imò paſſio martyꝝ clarificatio nõis eſt diuini, quoniã moriendo p
veritate deum honorant & veꝝ ac iuſtũ oſtendunt. Propter quod dicit apoſtolus ad Ephe-
ſios

A ſios;In omni fiducia magnificabitur Chriſtus in corpore meo,ſiue per vitam, ſiue per mor-
tem.Infra quoq; de Petro habetur:Hoc autē dixit,ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Joban.21
deū.⌊Venit ergo vox de cœlo.⌋.i.in aere formatus eſt ſermo cœleſti virtute,videlicet à deo
miniſterio angeli loquētis in ꝑſona dei patris,quēadmodū in Chriſti baptiſmo & transfigu Matth 3
ratione.Quæ aūt fuerit vox iſta,ſubiungit.⌊Et clarificaui & iteꝝ clarificabo,⌋ hoc quidam Marci 1.
exponūt de clarificatione filij à patre,vt ſit ſenſus:Et clarificaui te ò vnigenite,& iterū clari- Lucæ.3.
ficabo te,poteſtq; clarificatio iſta exponi de Chriſto ſecundū vtrāq; ſuā naturā,quia ſecun- Johan 1.
dū diuinitatē pater clarificauit.i.ab æterno clarū,glorioſumq; genuit filiū,quē produxit ſi- Mat.17
bijpſi æqualē,cōmunicando ei eandē numero claritatē,quā habuit & ipſe,ſecundū humani- Marci.9
tatē vero pr̄ clarificauit.i.claꝝ fecit,ac propalauit Chriſtū in oībus mirabilibus, q̃ circa eius Lucæ.9
humanitatē oſtendit,ꝓnunciando eius incarnationē per prophetas,annunciando eius cōce-
ptionē virgini ſanctæ per angelū,educendo eū de clauſo virginis vtero, & cætera miracula Lucæ.1.
faciendo per Chriſtū,in teſtimoniū ꝙ ſit Chrūs,& iteꝝ clarificabo te,in paſſione, per mira-
bilia q̃ tunc fient,in reſurrectione,aſcenſione,ſpūs ſancti miſſione,apl'oꝝ ꝑdicatione & mira
culoꝝ per eos,eorūq; ſequaces perpetratione.Vnde in actis loquit Petrus:Deus patrum no Actoꝝ.3
ſtroꝝ glorificauit filiū ſuū Ieſum, ſed qm̄ Chrūs immediate ante hæc verba orauit, dicendo:
Pater clarifica tuū nomen. Videtur clarificatio iſta referenda ad patrem qui dicendo: Et cla
rificaui,& iterū clarificabo,oſtendit ſe exaudiuiſſe precem filij ſui dilecti,qui paulo ante aſſe-
B tuit:Ego ſciebam,quoniā ſemꝑ me audis:Pater ergo clarificauit ſeipſum in filio& per filium Johan.11.
quoniam quicquid cōmunicauit filio ab æterno per generationē diuinam,vel in tēpore per
miraculoꝝ operationem totū ceſſit ad clarificationem patris,cuius tota perfectio relucet in
filio,imò cū patris & filij ſit vna ſubſtantia,eorū eſt vna clarificatio.Quod em̄ eſt ad gloriam
vnius diuinarū perſonarum,eſt ad gloriam ſingularū. Propter quod dixit ſaluator:Qui non
honorificat filium,nō honorificat patrem qui miſit illū.⌊Turba ergo quæ ſtabat,⌋ ex q̃ pa- Johan.5
tet ꝙ domino Ieſu ſtante & verba iſta loquēte,populus quoq; ſubſtitit & aſpexit,atq; aduer
tit,⌊& audierat vocem,⌋ præfatam de cœlo allatam,⌊dicebat tonitruum factum eſſe.Alij
dicebant:Angelus ei loquutus eſt.⌋Per turbam intelliguntur rudiores qui vocem prædictā,
nec intellexerunt,nec diſcernebant,ſed ſonū confuſum iudicauerunt,& forſitan æſtimabant
ꝙ tale aliquid factū eſſet miraculoſe,quale in libris Regum factum legitur,vbi habetur ꝙ Sa-
muele orante, dedit dn̄s voces & pluuias.Per alios intelliguntur ſubtiliores,qui vocem prę- 1.Reg.12
dictam attendebant eſſe articulatam & ſignificatiuam.Et quia credebant eum eſſe regē Iſra-
el & Meſſiam,putabant angelum ei loquutū, quemadmodū in ſcripturis veteris teſtamenti
leguntur angeli prophetas affati.¶Sed multū mirandum videtur,ꝙ vocem prædictam non
intellexerunt,quæ(vt arbitror)facta eſt in Hebræo idiomate.Chryſoſtomus autem teſtatur
circa hunc locū,ꝙ aperta quidē & bene ſignificatiua erat vox iſta,ſed cito ab eis euolauit,q̄- Chryſoſt
ſi à groſſioribus carnalibus & deſidioſis & hi ſonitum tantū retinuerūt.Alij vero ꝙ articulata
vox erat nouerāt,quid aūt ſignificaret ignorabāt,ſed nec verba hæc ſatisfaciūt dubitationi
meæ.Si em̄ vox iſta in Hebræo facta eſt,intellexerūt eā Hebræi, q̄tū ad ſenſum ſuꝑficialem
ꝓſertim cū dubiū nullū ſit,quin vox iſta fuerit multū altiſona & diſtincta.Q̄uo ergo turba di
xit factū eſſe tonitruū,cū & turba eſſet Hebrææ linguæ nō ignara?Si aliquis dicat,ꝙ ideo di-
xit factū tonitruū,qm̄ facta fuit vox magna tonitruo ſimilis,q̄uo Iohānes ait in Apoca.Audi
C ui vocē quaſi tonitrui magni.Et apud Iob inducit:Cū vix paruā ſtillā ſermonū eius audieri- Apoc.14
mus,quis poterit tonitruū magnitudinis eius intueri?Si inquam hoc aliquis dicat,tūc turba Job.26
iſta non differebat ab alijs,qm̄ vox angeloꝝ aſſimilat tonitruo.Puto ergo ꝙ turba quæ dixit
tonitruū factū,maxime fuit gētilis.Dictū eſt em̄,ꝙ multi gētiliū aderāt.Hi em̄ qm̄ linguam
Hebræā nō intellexerūt,putabāt factū eſſe tonitruū,ſicut in paſſione Chr̄o clamāte,Heli heli
lamazabathani,quidā audiētes dixerūt:Ecce Heliā vocat iſte.Illi em̄ ſecūdū Hieronymū fu- Pſal.21.
erūt gētiles & miniſtri Pilati,q linguā Hebræā nō intellexerūt ꝑfecte,ſed nomē Heliæ ſæpe Matth.26
audierūt,propter q̄d Ieſu dicēte Heli,putabāt ꝙ inuocaret Heliā.Sic iſti ꝑdicta verba nequa
quā intelligētes,dixerūt factū eſſe tonitruū.Alij vero,puta Iudæi,intellexerūt verba quantū
ad ſenſum ſuꝑficialē,quēadmodū ſimplex clericus legēs verba hæc,ſignificationē eoꝝ ſuꝑfi
cialiter cōcipit,ſenſum tñ intentū atq; latentē nō intellexerūt,idcirco dixerūt:Angelus ei lo
quutus eſt,& hoc verū fuit,q̄tū ad hoc,ꝙ immediatus formator vocis angelus fuit, ſed quo
ad hoc veꝝ nō fuit,ꝙ angelus in propria ꝑſona,vel tanq̄ ſuperior loqui putabat, putabāt tñ
ꝙ vox illa aliquid magni notauit,ad declarādū ꝙ Ieſus eſſet verus rex Iſrael.⌊Reſpondit Ie
ſus & dixit:Nō propter me.⌋.i.nō ad meā iſtructionē vel vtilitatē aut neceſſitatē,⌊hęc vox
venit,ſed propter vos.⌋.i.ad veſtrā informationē atq; ſalutē, Chrūs nēpe ꝑfecte cognouit
ſeipſum,nec eius beatitudo ex noſtra cōuerſione augetur,ſed pplſus ille & nos indigemus in-
ſtructione angelica,& cōuerſione mētis noſtræ ad Chriſtū.Nihilominus vox illa venit pro
pter clarificationē Chriſti,vt dictū eſt.⌊Nūc iudiciū eſt mūdi.⌋ Supius dixit filius dei,Ego

mm 3 non

non iudico quenq̃. Et: Nõ miſit deus filiũ ſuũ vt iudicet mũdũ, q̃ intelligenda ſunt de iudicio D.
Johan.8 diſcuſſionis & reprobatiõis finalis ſeu cõdẽnationis. Quod ergo iã aſſerit: Nũc iudiciũ ẽ mũ-
Johan.3 di, accipiendũ eſt de iudicio diſcretiõis, vt ſit ſenſus, Nũc.i. tempore euangelicæ legis, & nũc
Roma.8 in præſenti atq; poſt paſſionem meam, iudiciũ eſt mundi.i. iudicialis diſretio hominũ agi-
tur, vtpote prædeſtinatorum clemens ad Chriſtum cõuerſio & reproborũ iuſta relictio. Ex
tempore eñ prædicto deus mox me demonſtrauit qui eſſent electi & qui præſciti, per hoc,
ꝙ aliquibus magnã largitus eſt gratiam, alioſq; deſeruit, ſicq; iudicauit diſcretione pruden-
ti inter electos & reprobos illos vocando, iſtos derelinquendo. ⌞Nunc,⌟ virtute paſſionis »
meæ, & per apoſtoloꝝ prædicationẽ, ſancti ſpũs illuſtrationẽ, ⌞princeps huius mundi,⌟ id »
eſt diabolus, rector & dominus hominũ mundanoꝝ, qui à diabolo ſuperantur, propter q̃d
eius ſerui dicuntur, iuxta illud Petri: A quo quiſquam ſuperatus eſt huius & ſeruus eſt. Nec
2 Pet.2 mirum ſi diabolus appelletur princeps mundi, cum de ipſo dicat Apoſtolus: Deus huius ſe-
2.Corin.4 culi excæcauit mentes infidelium, quæ verba male intelligentes Manichæi, dixerunt diabo-
lum dominũ eſſe ſubſtantiæ mundialis, ſecundũ ꝙ alibi ſpondet Chriſto: Hæc omnia dabo
Matt.4 Matt.4 tibi, ſi procidens adoraueris me. Itaq; nunc princeps huius mundi ⌞eijcietur foras⌟.i. à cor »
Lucæ.4 dibus hominum expelletur, quia in toto mundo innumerabiles qui ſeruierunt peccatis, ido-
lis, ſiue dæmonibus, conuertentur ad me, & fient templum ſpũs ſancti, in quibus paulo ante
habitauit diabolus. Hoc ſtatim poſt miſſionem ſpũs ſancti cœpit vehementer implere. Pri-
mo in populo Iudæoꝝ, quando ad prædicationem Petri tot millia Hebræorũ conuerteban-
Actoꝝ.6 tur, ita vt etiam multa ſacerdotũ turba obedierit euãgelio, ſicut in actibus ſcribit Lucas. De- E
inde in omni terra gentilium, quando cœpit copioſe impleri illud in pſalmo: Et benedicen-
Pſal.71. tur in ipſo omnes tribus terræ. Omnes gentes magnificabũt eũ. ¶ Sed nõne per gratiam dei à
principio mũdi eiectus eſt diabolus à cordibus hominũ electoꝝ? Vtiq;. Quõ ergo ait, nunc
eijcietur, quaſi ante eiectus non fuerit? Dicendũ ꝙ ideo, quoniã tunc eiectus fuit à paucis, nũc
Johan.7 vero cœpit ab innumerabiliũ cordibus eijci. Simili modo dictũ eſt ante: Spũs nondũ erat da
tus, quia Ieſus nondũ erat glorificatus. ⌞Et ego ſi exaltatus fuero à terra⌟.i. in cruce leuatus. »
Quod ait, ſi, nõ eſt intelligendũ dubitatiue, ſed aſſertiue, ſicut iam dixit de grano frumenti, ſi »
Amos.3 mortuũ fuerit, multũ fructum affert. Et Amos dicit: Si erit malum in ciuitate, quod dominus
Job.31. non fecit. Sic etiam ait Iob: Si cõtempſi iudiciũ ſubire cũ ſeruo meo, quæ oĩa certitudinaliter
nõ dubitatiue dicũtur, ⌞oĩa⌟ genera hominũ.i. quoſdã de oĩbus.ſ. iuuenes & virgines, Iudæ »
os & paganos, doctos & ſimplices, pauperes & diuites, ⌞trahã ad meipſum⌟ non violenter, »
ſed amoroſe.i. per fidem & charitatem cõuertã eos ad me, Chriſtus eñ moriendo ſatisfecit
pro oĩbus quantũ fuit in ipſo, & merito ſuæ paſſionis infuſa eſt electis in toto mũdo gratia, p
Eſaiæ.55 quã audita euangelica prædicatione, ad Chriſtũ cõuerſi ſunt, ſecundũ ꝙ Eſaias prædixit: Gẽ
tes quæ nõ cognouerunt te, ad te current. Et Pſalmiſta: Adorabũt in cõſpectu eius vniuerſæ
Pſal.21. familiæ gentiũ. ¶ Deinde ponũtur verba Euangeliſtæ, exponentis p̃inducta Chriſti verba.
⌞Hoc aũt,⌟ videlicet ſi exaltatus fuero à terra, ⌞dicebat, ſignificãs qua morte⌟.i. quali mo- »
do ſeu genere mortis, ⌞eſſet moriturus,⌟ quia per exaltationẽ intellexit ſuã crucifixionem. »
⌞Reſpondit ei turba⌟.i. pars turbæ, quæ nõ credidit, ſed Chriſto oppoſuit. In turba nanq; »
Johan.12 multi fuerũt qui crediderũt, videlicet qui dixerũt: Benedictus qui venit in noĩe dñi rex Iſrael,
Matt.21 aliqui quoq; fuerũt ibi qui inuidebant gloriæ Chriſti, p̃ſertim ſcribæ & phariſæi ac fautores
Marci.11 eoꝝ. Hi ergo dixerunt. ⌞Nos audiuimus ex lege⌟.i. ex ſcripturis veteris teſtamenti (ſumũt »
Lucæ.13 eñ legem pro libris Moſi & prophetaꝝ) ⌞quia Chriſtus manet in æternũ⌟.i. immortaliter »
ſubſiſtit, & incorruptibiliter perſeuerat. Cognouerunt ergo iſti Iudæi aliquid de Chriſti æ-
ternitate, de qua Daniel ait: Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius F
Danie.7 quod non corrumpetur. Et in pſalmo: Tu es ſacerdos in æternum. Atq; in Eſaia: Multipli-
Pſalm.109 cabitur eius imperium & pacis non erit finis. ⌞Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium »
Eſa.9 hominis?⌟ ¶ Chriſtus non ſcribitur iam dixiſſe, oportet exaltari filiũ hominis, ſed ego ſi ex- »
altatus fuero à terra, omnia trahã, &c. Cur ergo ſic repetũt: Quomõ tu dicis, oportet exaltari
filiũ hominis? Dicendũ ꝙ iſti Iudæi memoriter tenuerunt, ꝙ Chrũs cõmuniter appellauit ſe
filium hominis, & paulo ante iam dixerat: Venit hora vt clarificetur filius hoĩs, ideo ſenſum
potius q̃ verba Chriſti reſumũt. Attenderũt q̃q; ꝙ Chrũs nõ dubitãter, ſed certitudinalr̃ di-
xit, ſi exaltatus fuero, propter q̃d dicunt eũ dixiſſe, optet exaltari. Sed vñ ſciebãt ꝙ Chrũs p
ſui à terra exaltationẽ intellexit ſuã crucifixionẽ? Ad hoc quidã rñdent, ꝙ apud Iudæos erat
prouerbiũ, per exaltationẽ deſignari crucifixionẽ, velut ſi aliquis ei quẽ cupit ſuſpẽdi, dicat,
eleueris in altũ. Sed ſi hoc ita eſſet, tũc vtiq; verbũ Chr̃i valde manifeſtũ fuiſſet, nec Euãgeli-
ſta indiguiſſet illud exponere tanq̃ obſcuꝝ. Vnde ſecũdũ Auguſtinũ verbũ illud exaltatiõis
adeo fuit obſcuꝝ, ꝙ nec diſcipuli protũc illud intelligebãt, ideo ſcd̃m Aug. & Bedã Iudæi il-
lud intellexerũt nõ vigore ſapiæ, ſed peſte ac ſtimulo inuidẽtię. Iã eñ decreuerũt crucifigere
Ieſum, propterea ſtimulata eoꝝ inuidia dedit eis facilem intellectum ſermonis eorum pro-
poſitũ

A poſitum deſignantis. Itaq; dicunt: Quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis, tanq̃
dicant, verba tua contraria ſunt. Dicis em̃ ꝙ tu filius hominis ſis Meſſias, & item, ꝙ ſis crucifi
gẽdus, hæc aũt ſimul ſtare nõ valent, qm̃ nos audiuimus ex lege, ꝙ Chriſtus maneat in æter-
num, ideo diligẽtius ſciſcitamur à te. ⌊Quis eſt iſte filius hoĩs?⌋ quẽ dicis crucifigẽdum, q̃ſi
dicãt: Tu ille eſſe nõ potes, cũ te Chr̃m eſſe inſinues. Magna ꝓculdubio cæcitas atq; peruerſi
tas Iudæoꝝ iſtoꝝ, volentiũ demõſtrare, ꝙ ideo Ieſus nõ ſit Chriſtus, qm̃ dixit ſe occidendũ.
Cum Daniel qui prophetauit de Chriſti æternitate, apertiſſimè vaticinatus ſit de eius paſſio- Daniel.7
ne. Poſt hebdomades (inquiẽs) ſexagintaduas occidet Chriſtus. Et Eſaias, qui de Chriſti in- Daniel.9 Eſa.53
terminabili pace prædixit, de eius quoq; amariſſima paſſione præſcripſit: Nos putauimus eũ
quaſi leproſum, & percuſſum à deo & humiliatum. Dauid quoq; eodem Pſalmo quo dixit de Pſalm.109
æternitate Chriſti, de paſſione adiecit: De torrẽte in via bibet. Et alibi dicit Pſalmiſta: Aruit Pſal.21
tanq̃ teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis, & in puluerẽ mortis deduxiſti me.
Itaq; ſimul ſtant mors Chr̃i & eius æternitas dupliciter. Primo, qm̃ mors cõuenit ei rõne na-
turæ humanæ, æternitas ex parte diuinæ naturæ. Secũdo, qm̃ licet ſcd̃m aſſumptã humanita
tem occiſus ſit, & homo eſſe ad tp̃s deſijt, tamẽ poſt triduum glorificatus eſt in carne aſſum-
pta, & ſecundũ humanitatẽ ad vitã ineffabilem ſuſcitatus, ſic'q; æternitas cõpetit ei etiã quo
ad naturã aſſumptam à parte poſt, iuxta illud Ap̃li ad Hebræos: Chriſtus eo quòd maneat in Hebr.7
æternum ſempiternum habet ſacerdotium, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.
⌊Dixit ergo eis Ieſus (Adhuc) modicum lumen in vobis eſt⌋ hoc eſt, nõ penitus caretis no-
titia veritatis, ſed de luce cognitionis Chriſti parũ habetis, videlicet, quia cognoſcitis ꝙ ma-
B neat in æternum. Imperfecta vero eſt veſtra cognitio, quoniam ignoratis quomodo paſſio
& æternitas Chriſti ſibijnuicem nõ repugnẽt, quia nõ referunt ad idem ſecundum idem ſeu
eodem modo, vt dictum eſt. Vel ſic: Adhuc modicũ.i. modico tẽpore ſeu paucis diebus, lu-
men in vobis eſt, hoc eſt, ego qui ſum lux mundi, inter vos conuerſor atq; deambulo, Ideo Baruch.3
⌊Ambulate⌋.i. de imperfecta notitia Chriſti, ad eius perfectiorem cognitionem procedi-
te, & totum intelligite, ſcilicet, Chriſtum eſſe crucifigendum, & in æternum victurum,
⌊dum lucem habetis⌋.i. dum me ſplendorem lucis æternæ præſentem cõſpicitis, qui vos in- Hebr.1
ſtruere ſum paratus, ⌊vt nõ tenebræ vos cõprehẽdant⌋.i. ne caligo vitioꝝ & cæcitas igno-
rantiæ atq; perfidiæ animas veſtras capiant illaqueent, ſeu cõſtringant, ſecundũ ꝙ Salomon
ait in Prouerbijs: Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccatoꝝ ſuoꝝ conſtringetur. Prouer.18
⌊Et qui ambulat in tenebris (erroris & culpæ) neſcit quo vadit⌋.i. inordinate & errabunde
incedit, nec proprios actus intelligit, neq; ad finem ſalubrem perueniet, ſed tendit periculo-
ſius, & perit magis q̃ arbitraẽ. Omnis em̃ qui peccat eſt ignorãs ſecundũ philoſophos & theo
logos, quoniam acquieſcit malo ſub ſpecie boni, & operaẽ illicita tanq̃ bona. Vnde Salomon
in Prouerbijs loquiẽ: Via ſtulti recta in oculis eius. ¶ Deniq; & nos ambulare debemus per ſe Prouerb.12
mitas æquitatis, & viam mandatoꝝ cœleſtiũ currere, dum lucẽ gr̃æ & veritatis notitiam ha Pſal.118 Galat.6
bemus, quẽadmodũ dicit Ap̃lus: Dum tempus habemus, operemur bonum ad om̃es. Et i No 1.Timo.4
li negligere gr̃am dei, q̃ data ẽ tibi: ⌊dũ lucẽ (.i. me Chr̃m) habetis (p̃ſentẽ) credite in lucẽ,⌋
C vnigenitũ filiũ dei, ad quẽ pater ait, per Eſaiã: Dedi te in lucẽ gẽtium. Et: Populus qui ambu- Eſa.49
labat in tenebris, vidit lucẽ magnã, ⌊vt filij lucis ſitis⌋.i. filij Chr̃i, per fidẽ, dilectionẽ, & imi- Eſa.9
tationẽ ipſius, quẽadmodũ ad Galatas dicit Ap̃lus: Om̃es vos filij dei eſtis per fidẽ. Vel filij lu Galat.3
cis.i. gr̃æ & ſapientiæ. ⌊Hæc locutus eſt Ieſus (obſtinatis Iudæis) & abijt⌋ extra Hieruſalem,
⌊& abſcondit ſe ab eis⌋ trãſeundo per mediũ eoꝝ, cedẽs furori eoꝝ, qm̃ nõdum venit hora Iohan.7
ſuæ paſſionis, dans'q; exemplum, ſæpe humiliter declinãdi, ac fugiẽdi, potius q̃ poteter reſiſtẽ
hoc ẽ, cõſolator ſpũs ſc̄tũs, q ſpem ueniæ imprimẽdo lætificat pœnitentẽ, & diuinorum ſapidã
Roma.5 cognitionẽ p̄ſtando exhilarat cõtemplantẽ. ⌊quẽ ego mittã vobis⌋ dãdo & influẽdo mẽti-
bus v̄ris munera eius, imò & ip̄m, iuxta illud Apoſtoli: Charitas dei diffuſa ẽ in cordibus n̄ris
per ſp̄m ſanctũ q datus eſt nobis. ¶ Porro per hoc ꝙ Chrũs aſſeruit, quẽ ego mittam vobis,
oñdit ꝙ ſpũs ſc̄tũs ab ip̄ſo ꝓcedat. Nõ em̄ vni diuinarum perſonarum cõpetit dare vel mittere aliã
ſecũdũ naturã diuinã, niſi rõne originis ſeu authoritatis ad illã, ideo nunq̃ legiſ p̄r miſſus à fi-
lio vel ſpũ ſc̄tõ, ſed ecõtra. Nõ itaq; cõgrueret filio mittere ſp̄m ſc̄tm̄, niſi eſſet in filio autho-
ritas reſpectu ſpũs ſc̄ti, vel niſi à filio emanaret. Quòd vero adiecit, à p̄re, accipi p̄t dupl'r. Pri
mo ſic, quẽ mittam vobis à patre, quaſi à fonte, de quo profluit ſpũs ſanctus, vel quem proce
dentem à patre mittam vobis. Secundo ſic: quem mittam vobis à patre, hoc eſt, virtute diui-
na quam ſuſcepi à patre, à quo habeo ꝙ ſpiritus ſanctus procedit à me proceſſione æterna, &
Johan.14 mittitur à me miſſione temporali, ſpiritum veritatis, hoc eſt, ſpiritũ meum, qui ſum veritas
& ſapien

A ſapiẽtia patris,vel ſpiritũ qui eſt examẽ & doctor totius veritatis. Dicit eñ apl'us de ſpũ ſancto 1. Cor. 1
ad Romanos:Si quis ſpiritum Chriſti nõ habet,hic non eſt eius, ⌊qui à patre procedit,⌋ Hoc Roma. 8
addit ſaluator,ne putaremus,ꝙ à filio dũtaxat procederet ſpũs ſanctus,eo ꝙ dixit:Quem ego
mittã vobis.Procedit ergo à patre & filio,nõ quaſi à diſtinctis perſonis,ſed in quantũ ſunt vnũ
in natura & voluntate.Eſt nãq; ſpũs ſanctus amor.Amor vero eſt germen atq; proceſſio vo-
luntatis.Quẽadmodum ergo mundus creatus eſt à tribus perſonis,nõ in quantũ ſunt diſtincta
ſuppoſita,ſed vt ſunt vnus deus in eſſentia atq; potẽtia indiſtinctæ,ita ꝙ tres ꝑſonæ ſunt vnus
creator,ſic ſpũs ſanctus procedit à patre & filio per id in q̃ idem ſunt .ſ.per voluntatem, pro-
“ pter q̃d ſunt vnus ſpirator,vnus fons,vnũq; principiũ ſpiritus ſancti. ⌊Ille teſtimonium perhi
“ bebit de me⌋ per opera ſua miraculoſa.¶Hoc in die ſancto pentecoſtes conſtat impletũ. Per
hoc ſiquidẽ ꝙ ſpũs ſanctus inſudit formidoloſis illis ideotis,rudibusq; diſcipulis,inuincibilẽ,for
tiſſimãq; cõſtantiã,diuinaꝝ ſcripturaꝝ copioſam notitiã,oĩm q̃q; linguaꝝ notitiã, apte mõ-
ſtrauit,ꝙ Ieſus(pro cuius honore hoc factũ fuit)eẽt verus Chr̃s, vñ tã forte teſtimonium perhi
buit Chr̃o ſpũs ſanctus,ꝙ multi q̃ añ crucifixionẽ eum oderunt,poſt viſo ꝑdicto opere ſpirit⁹
ſancti cõpuncti ſunt corde,& cõuerſi ad Chr̃m,quẽadmodũ in actis apl'oꝝ plenius recitat̃,vbi
legit̃: Cœperunt loqui varijs linguis,prout ſpũs ſanctus dabat eloqui illis. Facta autẽ hac voce
cõuenit multitudo,& mente cõfuſa eſt.Stupebant autẽ omnes & mirabant̃ ad inuicẽ dicentes: Actoꝝ. 2.
B Quidnã vult hoc eſſe? Et poſt pauca. His auditis, cõpuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petꝝ &
“ ad reliq̃s apl'os:Quid faciemus viri fratres? ⌊& vos teſtimoniũ perhibetis⌋ de me,virtute ſpũs
ſancti efficaciter ꝑdicãdo. Vñ in actis probat Petrus,in hac miſſione ſpiritus ſancti impletam Ibidem.
eſſe prophetiã Iohelis,per quem dñs ait apud Iohelem : Effundã de ſpũ meo ſuper omnẽ car- Iohel. 2
nem. Hinc Petrus & Iohannes,qui in paſſione fugerunt,accenſi ſpũ ſancto,principibus ſacer-
dotum,Chr̃i teſtificatiõem perhibentibus,cum ingenti authoritate dixerunt:Obedire opor-
“ tet deo magis q̃ hominibus. Nõ eñ poſſumus q̃ audiuimus & vidimus nõ loqui, ⌊qa ab initio Acto. 5.
“ mecum eſtis⌋.i.ab exordio ꝑdicationis meæ ,vel cõuerſionis vr̃æ ,ad me mihi inſeparabiliter
adhæſiſtis,propter q̃d eſtis idonei teſtes,quaſi certiſſimi de re geſta, & digni eſtis recipere gra-
tiam teſtificandi de me. Hinc apud Lucã Chr̃s ait apl'is. Vos eſtis qui permanſiſtis mecũ in tẽ-
tationibus meis. Iohannes q̃q; in principio primæ ſuæ canonicæ, certitudinẽ apoſtolicæ ꝑdi- Lucę. 22
cationis inſinuans,ita exorſus eſt. Quod audiuimus,q̃d vidimus oculis nr̃is,q̃d perſpeximus,&
“ manus nr̃æ tractauerũt de verbo vitæ,quod vidimus & audiuimus,annunciamus vobis. ⌊Sed 1. Iohã. 1.
“ hęc⌋ de aduentu ſpũs ſancti,& cæteris multis,⌊locutus ſum vobis,vt non ſcandalizemini⌋.i.
ne tp̃e perſecutionis cadatis per impatientiã vel infirmitatem,cędendo tormentis. Per ꝑdicta
eñ cõfirmauit eos in fide,futuraq; mala ſeu aduerſa prædixit,atq; exemplo ſui diſcipulos ad pa
tiẽtiam incitauit,q̃ oĩa præſeruant à ſcandalizatione,quia & iacula præuiſa minus ledunt, &
qui añ ꝑſecutionẽ ſagaciter penſat quãta ſint tribulationum fructus, merces atq; vtilitas, cum
oĩ alacritate ipſas amplectit̃,eo ꝙ purgent à culpa,diſponant ad gratiã, Chr̃o conforment,
“ ab æternis pœnis eripiant,purgatorij pœnas abbreuient, & ad gloriam introducant cœleſtẽ.
⌊Abſq; ſynagogis facient vos⌋.i.infideles Iudæi à ſocietate ſua,& cõmunione , ac materiali- Matt. 10. 24.
“ bus ſuis ſynagogis vos repellent,tanq̃ excõmunicatos & hæreticos. Hoc in actibus apoſtoloꝝ Marc. 13
“ legitur adimpletum in Paulo & Barnaba. ⌊Sed venit hora⌋.i.tẽpus propinquat & prope eſt, Lucæ. 21.
⌊vt omnis qui interficit vos,arbitret̃ obſequiũ ſe præſtare deo⌋.i.rem deo placitam facere. Si Acto. 14
hoc ꝙ ait deo,intelligatur de deo vero,locus iſte de ſolis Iudæis,perſecutoribus diſcipulorum
C Chriſti erit intelligendus. Sola eñ plebs Iudæoꝝ habuit veri dei notitiã. Infideles ergo Iudęi,
quoniã Ieſum pro ſeductore & eius diſcipulos pro hypocritis tenuerunt,quaſi ſub ſpecie boni Iohan. 7.
vellẽt cultum dei Iſrael impedire,legẽ deſtruere,hoĩes ad pſeudo Chriſtũ cõuertere, ideo ęſti-
mabant occiſionem diſcipuloꝝ eſſe ſacrificium deo. Si vero ꝙ ait,arbitretur obſequiũ ſe præ-
ſtare deo,intelligatur de quocũq; deo perſecutoꝝ,intelligi poteſt hic locus cõmuniter,qa qui-
cũq; tyranni & æmuli fidei chriſtianæ occiderunt diſcipulos Chr̃i,putabãt ſe ſuo deo rem gra
tiſſimã facere.¶Quærit̃,cũ dicat Ambroſius: Intẽtio imprimit ſpeciẽ operi tuo,eſtq; cõmune
dictũ. Si finis ſiue intẽtio bona ſit,opus eſt bonũ,qũo ꝑſecutores apl'oꝝ,q̃ perſequẽdo eos, pu-
tabant ſe obſequi deo,& ei honorẽ facere intendebãt,nõ excuſant̃ à culpa? Dicendũ,ꝙ verbũ ”
Ambroſii intelligendum eſt de intentione operi correſpondente,nõ de intentione operantis ”
dũtaxat. Quemadmodum ergo non excuſatur qui hoſtem occidit vt viuat pacifice, ſic non ”
excuſantur prædicti. Porro commune dictum intelligendum eſt de fine proportionato,non ”
extorto & abuſiuo. Hinc patet error periculumq; multorum delinquentium, qui quędam illi- ”
cita perpetrantes,excuſant ſe,dicentes :Nil mali intendimus, cum tamen opus eorum ſit tale, ”
“ vt bono fine fieri nequeat,loquendo de fine proportionato ac proprio. ⌊Et hæc (mala) faci- ”
“ ent vobis,quia non nouerunt patrem.⌋ ſecundum proprietatem relatiuã. Nõ eñ nouerunt
generationem æternam,vel emanationem diuinarum perſonaꝝ ad intra. Vel,non nouerunt
“ patrem,notitia ſalutari,quę charitate ornatur,& obedientia cõprobat̃, ⌊neq; me⌋ vnigenitũ
patris

patris ſcd̄m naturam meam diuinam & propriam. Vel neq; me ſcd̄m naturā humanam vt à D
verbo aſſumptā, quāuis facietenus noſcant me. Qui eñ ignorat p̄rem, & filiū neſcit, cū p̄r &
filius ſint correlatiua, quoꝝ vnū diffinit̃ per reliquū. Hæc tñ ignorātia nō eos excuſat, cū fue-
rit affectata & iuris procedēs ex obſtinatōe vel peruerſitate, qua veritatē recipere cōtempſe
runt. Hæc dicta ſunt ſæpe, idcirco illa p̄tereo. ⌊Sed hæc (de v̄ra futura pſecutōe) locutus ſum
vobis (p̄muniēdo vos cōtra mala futura) vt cū venerit hora eoꝝ⌋.i. t̄ps pſecutoꝝ, quo vos ag
gredient̃, ⌊reminiſcamini, q̄a (.i. ꝙ) ego dixi vobis⌋ iſta anteq̄ facta ſunt, hocq; recolēdo cō
firmemini in fide, & talia nō velut inopinata & improuiſa vos obruant, ſed tanq̄ diu præco-
gnita, æquanimiter tolerent̃. ⌊Hæc autem vobis ab initio⌋ quo mecum cōuerſari cœpiſtis
⌊non dixi⌋ Quòd ſaluator dicit: Hæc vobis &c. nō eſt referendū ad immediate p̄cedētia. ſ. ad
Lucæ.21 prænuntiationē perſecutionū, quia vt alij Euāgeliſtæ teſtant̃: Chriſtus diu ante hoc t̄ps præ-
dixit Ap̄lis ſuis p̄ſius ac ipſoꝝ multiplicē perſecutionē futurā, ſed referendū eſt ſcd̄m Auguſti
num ad ea quæ pauloante p̄miſit de aduentu & conſolatōe ſp̄ūs ſancti. De talibus eñ nūc pri
mo edocuit eos, cuius ſubdit̃ cauſa, ⌊quia vobiſcū eram⌋ p corporalē ſenſibilemq; p̄ſentiam
ex qua magnā cōſolationē habuiſtis, & adeò magnā, ſed ſenſualē partim & imp̄fectā, ꝙ ſp̄ūa-
lis conſolatōis nō fuiſtis capaces, nec vobis tam neceſſaria vt modo, ideo nunc iſta tetuli vo-
bis quatenus de meo corporali receſſu ſeu paſſione non nimium doleatis.

¶ Expoſitio capituli decimiſexti: Et nunc vado ad eum qui me miſit &c.

Articulus triceſimusnonus.

ADHVC Chriſtus ſons pietatis, compaſſionis amator, condolens E
mœſtiſſimis ſuis diſcipulis, conſolat̃ eos de corporali ſuo receſſu, eò
ꝙ hoc ipſum expediat eis. ⌊Et nunc vado⌋.i. per paſſionem & aſcē
Philip.2 ſionem reuertor ſcd̄m formam ſerui quā indui ⌊ad eū qui me miſit⌋
hoc eſt, ad p̄rem cœleſtē, adipiſcēdo beatitudinē pleniorē, quātum
ad prēmiū accidentale, videlicet corporis glorificationē, in cœleſti
bus manſionē ad p̄ris dexterā cōſeſſionē. Et q̄uis Ch̄rus vt homo nō
redierit motu locali ad p̄rem, q vere vbiq; eſt, tñ ad locum in quo p̄r
ſpecialiter eſſe aſſerit̃ reuerſus eſt motu locali, aſcendēdo ſup oēs cœ
los. ¶ Porrò ꝙ ait, Vado, ideo dicit, q̄a in proxīo fuit, vt rediret ad
patrem. Quædā tñ reſtabant, videlicet occiſio pro mūdi ſalute, & reſurrectio, ſed Ch̄rus ante
Iohā.12 paſſionē interdū ſic loquit̃, quaſi iam talia fuiſſent cōpleta, eò ꝙ in proximo erāt complenda.
Iohā.14 ⌊& nemo ex vobis interrogat me quo vadis⌋ Supra cap̄lo .13. in huius ſermonis exordio le-
git̃ Petrus Ieſum quæſiſſe: Dn̄e, quo vadis? Et ſequēti ibi cap̄lo: Locutus eſt Thomas. Dn̄e,
neſcimus quo vadis. Qūo ergo nunc veritas dicit? Nemo ex vobis interrogat me &c. Ad q̄d
reſpondet̃ dupl̄r. Primo, ſcd̄m Auguſtinū, ꝙ hæc verba Ch̄ri ad t̄ps aſcenſionis ſunt referēda
vt ſit ſenſus: Vado.i. propè eſt vt aſcendā ad eū q me miſit, & nemo ex vobis interrogat me,
hoc eſt, tūc nullus veſtrū inq̄ret, quo pergā, q̄a tā manifeſte aſcēdā ad cœlos, ꝙ nō erit dubiū
Acto.1 vel q̄ſtio q̄ aſcendā? Vidētibus eñ illis eleuatus ē, & nubes ſuſcepit eū ab ocul̄ eoꝝ. Scd̄o dicē
dum, ꝙ in principio huius ſermonis aliq (vt dictū eſt) ſciſcitabant̃ Ieſum quo iret, ſed poſtea
egreſſi ſunt de loco cœnaculi & Ch̄ro cœptū ſermonē cōtinuante in alio loco, ibiq; dicente: F
Iohan.14 Vado ad eū qui me miſit, nullus Ap̄loꝝ interrogauit quo iret, & hoc fuit ex magnitudine ad-
miratiōis, timoris atq; mœſtitiæ, propter ea quæ audierūt à Ch̄ro videlicet ꝙ oīs q interfice
Iohan.15 ret eos, arbitraret̃ ſe obſequiū deo p̄ſtare &c. Obmutuerūt itaq; vehemēter attoniti, quā de-
iectionē eoꝝ Ch̄s quodāmō exprobrādo, nemo (inq̄t) ex vobis īterrogat &c. ⌊Sed q̄a hęc⌋
de v̄ris futuris pſecutōibus, & receſſu meo corpali à vobis, ⌊locutus ſum vobis, triſtitia⌋ ali-
qualiter indiſcreta ac īmoderata ⌊īpleuit cor v̄rm,⌋ q̄d ex ſua ip̄fectōe nōdū vere paratū eſt
ad ſuſtinēda mūdi aduerſa, neq; me diligit dilectōe pure ſp̄ūali, ſ; ptī ſēſuali, vñ & corpalē p̄ſē
tiā nimiū cupitis, quā p̄curſor, tāq̄ vir pfect⁹. nō curauit. Nō eñ legit̃ Ch̄rm corporal̄r affectu
Iohā.6 tus, q̄m caro nō ꝓdeſt q̄cq̄. ¶ Præterea p hoc ꝙ ait: Triſtitia īpleuit cor v̄rm, īnuit ꝙ vehemē
Iohā.14 tiſſime triſtabant̃, ideo eos benigniſſime cōſolat̃. ⌊Sed ego (q ſum veritas īcreata) veritatem⌋
ꝓportionalē ⌊dico vobis: Expedit vob⌋.i. aīab⁹ v̄ris ſalubre ē, tāq̄ diſpoſitiuū ad v̄ram ſem
Acto.2 piternā ſalutē ⌊vt ego vadā (ad p̄rē; mō p̄inducto.) Si eī nō abiero, paclet⁹ nō veniet ad vos⌋
Iohan.15 in tāta plenitudīe, atq; in ſigno viſibili, vt ī die pētecoſtes. Iā tñ ap̄li q̄b⁹ dixit: Vos mūdi eſtis
habebāt paracletū, ſcd̄m ꝙ req̄rit̃ ad ſalutē. ⌊Si āt abiero mittā eū ad vos⌋.i. copioſiſſima do
na ei⁹ vobis īfundā. ¶ Cur āt ſp̄ūs ſ. hoc mō mittēd⁹ nō fuit, niſi poſt Ch̄ri aſcēſionē p̄habitū ē
ſc; q̄a ap̄li Ch̄rm aliqual̄r ſenſual̄r diligebāt, q̄diu cū ip̄o coporal̄r cōuerſabant̃, q̄a reuera etiā
in naturalib⁹ pulcherim⁹ atq; dulciſſim⁹ hō fuit, & valde affectuoſe, ſuauiter ac humil̄r habuit
ſe ad ap̄los, q̄ſi ſp̄ōſus ad filios ſuos. Quātū āt affectio hoīs h; de carnalitate, tm̄ īpedit de ſp̄ūs
2.Cor.5 ſcti receptōe. Hinc Paulus pfectionē ſortit⁹, Ch̄rmq; puriſſime amās ac ſpeculās. Et ſi noui
mus (inquit) Ch̄rm ſcd̄m carnem, tñ nūc iam nō nouimus. Scd̄o, q̄m ſp̄ūs ſancti tam eximia

plenitu

A plenitudo dãda nõ fuit, niſi recõciliatis per paſſionem dominicã. Tertio, q̃m Chrũs rex noſter
tam excellenter dona diſtribuere nõ debebat, niſi cũ reuerſus fuit ad patriã ſuã, & ſedit in ſede
regni ſui. Quarto, q̃m mẽbra tanta gratia adornãda nõ erant, niſi ipſo capite glorificato, pro- Iohan.7.
pter q̃d dictũ eſt: Spũs nondum erat datus, q̃a Ieſus nondũ erat glorificatus. ⸤Et cũ venerit⸥ .i.
poſtq̃ ſpũs ſanctus vobis cũ tãta plenitudine fuerit datus, ita ꝙ abſtulerit vobis oẽm inordina-
tã formidinẽ, atq; infuderit verã animi libertatẽ, incõcuſſam cõſtantiã, iuſtitiæ tenacitatẽ, & fer
uidã dei ac proximi dilectionẽ, q̃d totũ factũ eſt in die pentecoſtes, ⸤ille arguet mundũ⸥ .i. per Actoꝝ.2.
verã p̄dicatiõem increpabit mũdanos & reprobos, ⸤de pctõ⸥ infidelitatis q̃d habuerunt, ⸤&
de iuſtitia⸥ quã omiſerũt .i. de cõtẽptu & omiſſiõe iuſtitiæ. Iuſtitia nẽpe nõ increpationem, ſed
laudẽ meret̃, veꝝ omiſſio & cõtẽptus iuſtitiæ meret̃ redargui, ⸤& de iudicio⸥ eoꝝ temerario,
vel de iudicio diuino, q̃d nõ timuerũt. Arguet ergo mundũ de iudicio .i. de temeritate ſuæ prę-
ſumptionis, qua nõ timuerũt diuinũ iudiciũ. Erãt eñ mundani hoĩes his tribus vitijs ſpecialiter
implicati, q̃m infideles, iniuſti, & temerarij extiterũt. Deinde Chriſtus verba ſua exponit, ⸤de
pctõ quidẽ⸥ arguet ſpũs ſanctus mundũ, ⸤q̃a nõ crediderunt (amatores mũdi) in me⸥ primo
Iudæi, deinde quidã gẽtilium, cum t̃n tãta ſigna à me, vel à vobis fieri cõſpexiſſent, propter q̃d
ſunt inexcuſabiles, ⸤de iuſtitia vero (omiſſa ab eis arguet eos) q̃a ad patrem vado⸥ propter q̃d
mihi glorificato, & ſup oẽs cœlos exaltato, magis q̃ ante obedire debuerant, cum vidiſſent atq;
audiſſent ſufficientia fidei argumenta de mea aſcenſione. Poſt aſcenſionem eñ per ap̃los de-
monſtrauit deus trinitas hominibus excellentiã Chriſti, videlicet ꝙ data ei eſſet oĩs poteſtas, Mat.28
in cœlo & ĩ terra, & ꝙ nõ eẽt in aliq̃ alio ſalus, ideo obediẽdũ fuit ipſi⁹ pręceptis. Vel ſic, Arguet Actoꝝ.10
B mundũ de iuſtitia Chr̃i, quã non acceptauerunt iniqui, q̃a ego ad patrẽ vado, per q̃d patet iu-
ſtitia mea, videlicet ꝙ dicta prophetaꝝ verificaui, patri in oĩbus obediui, irreprehẽſibiliter vi-
xi, ideo acceptanda & imitanda fuit iuſtitia mea, videlicet iuſta cõuerſatio mea. Tertio ſic, Ar-
guet mundũ de iuſtitia, credẽtium p̄ſertim apoſtoloꝝ .i. cõparatiõe iuſtitiæ fideliũ magis dãna-
biles erunt, & ideo arguent̃, ꝙ iuſtitiã credẽtium non ſunt ſecuti, q̃a ego ad patrẽ vado .i. in ve-
ſtro cõſpectu aſcẽdo, propterea imitari debebãt iuſtitiã fidei vr̃æ. Oĩes expoſitiones iſte videñ
tur ſatis redire in idem, ⸤& iã non videbitis me⸥ ad tp̃s, nec eo mõ vt nunc .ſ. in carne mortali,
nec tã frequẽter & continuate vt ante, q̃n cõuerſatus ſum inter vos, ⸤de iudicio autẽ⸥ diſcretio Baruch.3.
nis q̃d abiecerunt, vel diuinæ diſcuſſionis q̃d non timuerunt, arguet eos, ⸤quia princeps huius
mundi⸥ .i. diabolus cum ſatellitibus ſuis mundanis hominibus p̄ualens ac dominans, ⸤iã iudi-
catus eſt⸥ .i. reprobatus atq; dãnatus à me, & itẽ de corde fideliũ electoꝝ eiectus, & hoc iudiciũ
hoĩes debuerunt attendere cũ vera diſcretione, itẽq; diabolo tanq̃ eiecto & victo fortiter relu
ctari, diuini q̃q; iudicij rigorẽ ac poteſtatẽ vereri, eo ꝙ deus principẽ huius mũdi tã potẽtẽ, for- Mat.12
tẽ, armatũ, regẽ filioꝝ ſuperbiæ, cuius poteſtati nõ eſt poteſtas aliq̃ ſup terrã cõparabilis, tã di- Marc.3.
ſtricte dãnauerit, ex q̃ patet, ꝙ fragiles, imbecilleſq; hoĩes facilime poſſit dãnare, & vtiq; ſi pẽ- Lucæ.11.
ſemus q̃ horrẽde & feſtinãter deus à principio principẽ dæmonũ cũ ſuis fautoribus deiecit & Iob.41
cõdẽnauit, propter vnũ cogitatiõis tumorẽ, valde timere debemus diuinæ iuſtitiæ iudicialem Eſaiæ.14
rigorẽ. Hinc eñ Petrus habet: Si deus peccantibus angelis nõ pepercit, ſed rudentibus inferni 2.Petr.2.
detractos, in tartaꝝ tradidit cruciãdos, nouit dñs iniq̃s in diẽ iudicij cruciandos ſeruare. ¶De-
niq; licet diabolus à principio ſuæ ruinæ ſit iudicatus, & in fine ſeculi q̃dã mõ iudicandus, ſpe-
C cialiter t̃n iudicatus fuit à Chriſto cõuerſante in mundo, qui cum tentaret̃, dixit diabolo. Vade Mat.4.
retro ſatana. Et alias. Si fortior illo ſupuenerit, vniuerſa vaſa eius diripiet. Rurſuſq;: Nũc prin Lucæ.4.
ceps huius mundi eijciet̃ foras. ⸤Adhuc multa⸥ de credẽdis & obſeruandis, de myſterijs Chr̃i Marci.3
& eccleſiæ, de ſtatu ſeculi futuri, cõſummationeq; mũdi, ⸤habeo vobis⸥ quaſi futuris totius mũ Iohan.12
di doctoribus, ⸤dicere (vt poſſitis & alios informare) ſed nõ poteſtis (oĩa illa) portare⸥ in cor
de .i. capere, intelligere, retinere, ⸤mõ⸥ q̃m inq̃eti, triſtes & pauidi eſtis. Paſſiões eñ cũ fuerint
vehemẽtes, actũ rõnis multũ impediũt, vñ aĩa quieſcendo fit prudens. Et Iob ait: Neq; poſſum Iob.9.
metuẽs reſpondere. Ideo q̃q; non poterant capere, quoniã carnales & rudes fuerunt & impre-
parati. ⸤Cum autem venerit ille ſpũs veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ.⸥ non ſimpliciter
omnẽ, ſed omnẽ de qua nunc loq̃r, videlicet oĩa quæ habeo vobis dicere ad veſtrã ſalutẽ, atq;
eccleſiæ inſtructionem, q̃uo dixi capitulo præcedẽti: Oĩa quæcũq; audiui à patre meo, nota Iohã.15.
feci vobis. Hoc fuit in die pentecoſtes impletum, q̃n ſpũs dñi repleuit primitiuã eccleſiã in oĩ Acto.2.
bus ad ipſam ſpectantibus. ¶Deinceps Chriſtus oſtendit, cur ſpũs ſanctus ſit ad inſtruendum
tam perfecte idoneus. ⸤Nõ eñ loquetur à ſemetipſo,⸥ hoc eſt non vos illuminabit per allocu
tionem internã, virtute aut ſciẽtia non recepta, ſed ſibi à patre communicata, ita ꝙ locutio e-
ius erit tã vera ſicut locutio patris, vel potius eadem numero cum locutione patris, eo ꝙ opera-
tio trinitatis ſit indiuiſa. Itaq; ſpũs ſanctus non loquetur à ſemetipſo, quia non eſt à ſemetipſo,
ſed poteſtatem atq; ſcientiã, imo q̃cquid habet & eſt, recepit à patre & filio, tanq̃ ab vno prin-
cipio, ⸤ſed q̃cũq; audiet, loquet̃.⸥ Verba hæc ſanũ ac ſobriũ exigũt intellectum. Cum eñ ſpiri-
tus ſanctus ſit verus deus, & per conſequens infinitam plenitudinem ſcientiæ habens à patre,

& filio

Ioban.4 & filio, non eſt opinandum, ꝙ reuelauit alicui hominum abſolute oĩa quæcũq; audiuit, hoc D
eſt, per ſpirationem paſſiuam ſeu procedendo cognouit à patre & filio. Rurſus: Cum ſpiritus
ſanctus ſit deus, & per conſequens ſimplex & penitus immaterialis, non eſt putandum, ꝙ ali
quid corporaliter audiat. Iterum cum ſit deus ęternus, non eſt arbitrandum, ꝙ aliquid auditu
rus ſit, auditurus ve fuerit in futuro. Eſt igiẗ ſenſus: Quęcũq; vobis neceſſaria ſeu vtilia ad in-
formationẽ eccleſiæ audiet. i. ſe æternã ꝓceſſionẽ cognouiſſe oñdet. Vel audiet. i. in ęterni
tatis mom̃ẽto oĩe tẽpꝰ includẽte audit, ſeu ſpirãdo cognoſcit. Cũ enĩ proceſſio ſpũs ſancti ſit
æterna, per verba omnium tempoꝝ explicaẗ, quoniam omne tempus comprehendit æter-
Pſalm̃ 84 nitas ⌊loqueẗ⌋. i. cordibus veſtris inſpirabit locutõe interna, de qua ait Propheta: Audiã qd »
Iob, 33 loquatur in me dominus deus. Et Iob: Semel loquitur deus, & ſecundo idipſum non repetit.
⌊& quæ ventura ſunt annuntiabit vobis⌋ Ex quo cõſtat quòd Apoſtoli erãt prophetæ, imò »
ſummi prophetæ, quod maximè patet in Euangeliſta Iohanne, qui in Apocalypſi deſcribit
totum militantis eccleſiæ proceſſum, à tempore Apoſtolorum, vſq; in finem mundi. Prædi
xit quoque ſpiritus ſanctus Apoſtolis futura, quæ erant pro Chriſto paſſuri, itemq́; præmia
fuerant ſortituri, ſed & cæteris credentibus nuntiauit futura gaudia electorum atq; ſupplicia
reproborum. ⌊Ille me clarificabit⌋ hoc eſt, ſpiritus ſanctus per veſtra documenta atq; mira »
cula me clarum, glorioſum, & ſanctum eſſe oſtendet, dando hominibus veram notitiam de
me ſecundum vtranq; naturam. Tanta enim gr̃a decorauit ſpũs ſanctus Apoſtolos, quòd
per eos totus penè mundus conuerſus eſt, & Chriſti claritatem nouit ac honorauit, ⌊quia de »
meo accipiet⌋. i. eſſentiam & ſapientiam à me procedendo habet. Sic enim de ſpũ ſancto ꝑ »
modum futuri ait, accipiet, cum tamen ab ęterno ſuſceperit à filio quicquid habet, & eſt, ſicut E
iam paulo ante prædixit, quæcunq; audiet. quia cum ſancti ſpiritus proceſſio ſit æterna, per
verba omnium tempoꝝ deſignaẗ. Græci dicunt, ꝙ Chriſtus idcirco non ait, de me accipiet,
ſed de meo, quia ſpiritus ſanctus non procedit à perſona filij, ſed ab eo ꝙ eſt filij puta de ſub-
ſtantia patris, quæ communicata eſt filio. Hoc autem confingunt, quoniam in verbis ſequen
tibus. Chriſtus probat, ꝙ ſpiritus ſanctus à ſe vere procedit, ⌊& annuntiabit vobis⌋ futura, »
& cætera nunc commemorata. ⌊Omnia quæcũq; habet pater, mea ſunt⌋ non ſolum per frui »
tionem, vt dixerunt hæretici, ſed & ꝑ ſubſtantialem identitatẽ, continentiamq́; realem, hoc
eſt, totam ſuam eſſentiam, poteſtatẽ & perfectionem pater mihi communicauit, imò quicqd
conuenit patri, cõpetit filio ſola relatione, ſeu proprietate notionali, in qua diſtinguuntur,
excepta, ideo virtus ſpiratiua cõicata eſt, & cõpetit filio ⌊ꝓpterea dixi, qa de meo accipiet⌋ »
hoc eſt, de plenitudine diuinitatis meæ, ſeu de me procedit, quaſi dicat: Cũ in patre & in me
ſit vna eſſentia, vna voluntas, vnaq́; virtus, quemadmodum ſpiritus ſanctus procedit à patre
ſic & à me, quoniam id per quod competit patri ſpirare, eſt in me, ſicut tres ꝑſonæ ſunt vnus
creator, quoniã id per quod competit patri creare, eſt in filio & ſpiritu ſancto, nec aliud ob-
ſtat. ¶ Porro ſpiritus ſanctus eſt amor, ideo procedit à voluntate. Voluntas autem in patre
& filio eſt vna numero. De hac materia multa inducit Anſelmus in libro de proceſſione ſpũs
ſancti, ⌊& annuntiabit vobis⌋ quæ dicta ſunt per ſe vel per angelos ſanctos. ⌊Modicum & »
iam non videbitis me⌋. i. Pauco tempore tollar à veſtro aſpectu, videlicet ab hora compre- »
henſionis iam imminentis, vſque ad diem reſurrectionis, in quo vobis denuo apparebo, F
⌊& iterum modicum & videbitis me⌋ hoc eſt, prædicto tẽpore paſſionis ac ſepulturæ meæ »
completo, rurſus modico tempore ero vobiſcum corporali præſentia, ſcilicet à die reſurre-
Acto. 1 ctionis vſq; ad aſcenſionem, propter quod ſubditur: ⌊quia vado ad patrem⌋. i. cœlos mox »
aſcendam, vbi deus pater ſpecialiter eſſe, ac habitare aſſeriẗ, ideo videbitis me, ſed non diu
corporali intuitu. Vel ſic, quia ad patrem vado. i. per paſſionem tendo ad plenam glorifica-
tionem, ideo modico tẽpore non videbitis me. ⌊Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuicẽ⌋ »
Per hoc qd Euangeliſta ait, ex diſcipulis eius, videẗ innuere, ꝙ nõ oẽs Apoſtoli, ſed quidam
eorum dixerunt quæ ſubſequunẗ, & puto ꝙ illi qui tardioris erant ingenij, præſertim cum
verba hæc Chriſti ſint multum ad intelligendum facilia. ⌊Quid eſt hoc quòd dicit nobis, mo »
dicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Di- »
cebant ergo: Quid eſt hoc quòd dicit nobis modicum?⌋ Quid intelligit dicendo nobis, mo »
dicum cum additione oppoſitorum, quaſi dicant: Videtur contrarietas eſſe in verbis eius.
⌊Neſcimus quid loquiẗ⌋ forſitan ex reuerentia Chriſti vel timore, non audebant Chriſtum
interrogare, ſed inter ſe quaſi ſecrete conferebant & conquirebant, ſi forte vnus eoꝝ poſſet
ſatisfacere alteri. Verum cum hoc non poſſent, decreuerunt interrogare magiſtrum, qui ſci-
ens ſecreta cordis eorum, præuenit eoſdem, quemadmodum ſubdiẗ: ⌊Cognouit autem Ie- »
ſus, quia volebant eum interrogare.⌋ Chriſtus non ſolum vt deus, ſed inſuper vt homo co- »
gnouit vniuerſorum cordium abdita, & quicquid in tota creatura vnquàm fuit, eſt, aut erit.
⌊& dixit eis: de hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum & non videbitis me, & iteꝝ mo »
dicum & videbitis⌋. i. horum verborũ intellectum inueſtigatis, ad quod Chr̃s reſpondet. »

⌊Amen

A ⌞Amen amē dico vobis, q̄ plorabitis & flebitis vos⌟.i. intus & foris plangetis illo modico
tp̄e quo nō videbor à vobis, tanq̄ dicat: Per id q̄d dixi, modicū & nō videbitis me, ſignifico
tēpus paſſionis meæ & ſepulturæ, ⌞Mundus aūt gaudebit⌟.i. mundani, Iudæi, ſacerdotes,
ſcribæ ac phariſæi gloriabunt de mea occiſione & ſepultura, militū'q; cuſtodia, quaſi certi de
hoc, q̄ reſurrecturus nō eſſet, q tanto lapide fuerat clauſus, militibus'q; vallatus, vnde fertur Pſal. 34
in pſalmo: Aduerſum me lætati ſunt & cōuenerūt, cōgregata ſunt ſup me flagella. ⌞Vos au-
tē cōtriſtabimini⌟ triduo mortis meæ, propter meā occiſionē, veſtrā à me ſeparationē & de
ſolationē, inhoneſtā'q; fugā. Hæc triſtitia nō fuit illicita, q̄uis quantū ad aliquid fuerit inordi
nata, videlicet quia de corporali receſſu Chriſti nimis dolebāt, nec eius paſſionē cōſiderabāt
quaſi ſalutē mundi atq; introitū vitæ æternæ, ⌞ſed triſtitia veſtra vertet in gaudiū⌟.i. p̄dicto
mœrori ſuccedet cōſolatio magna in die reſurrectionis, & deinceps cū apparuero vobis.
¶Gaudiū quoq; infeliciū Iudæorū cito verſum eſt in mœrorē & luctū, q̄m vehemēter dolue
runt & erubuerunt, q̄n in die pentecoſtes, & poſtea cœperūt apoſtoli in noīe Chriſti tā inſu
perabiliter p̄dicare, tot millia Iudæorū conuertere, tāta quoq; prodigia operari, poſtea à Ro
manis deiecti ſunt penitus, tandē'q; in æternā prolapſi ſunt pœnā. Deniq; non ſolū apoſtoli,
ſed cuncti electi nūc in hoc mūdo plorant & flent, amore dilecti ſup omnia Ieſu Chriſti. Itē
præ deſiderio exiſtendi cū deo, & ex gloriæ dilatione, propria inſup & aliena deflent pecca-
ta, & ita ſunt eis lachrymæ panes die & nocte, & lauant cū Dauid p ſingulas noctes lectū ſuū. Pſal. 41
Mundus vero, videlicet reprobi, modo gloriat cū malefecerit, ducūt in bonis dies ſuos, & in Pſal. 6 Prou. 2
puncto deſcendunt in infernū, quibus ait ſaluator: Væ vobis qui ridetis, quia plorabitis & fle- Iob. 21.
B bitis. Electorū quoq; triſtia cito in gaudiū conuertet, iuxta q̄ dicūt in pſalmo: Tranſiuimus Lucæ. 6
p ignē & aquā, & eduxiſti nos in refrigeriū. Hinc ſcriptū eſt: Poſt tēpeſtatē tranquillū facis, Pſal. 65
& poſt fletū exultationē infundis. Et Naū primo: Bonus dn̄s & cōfortās in die tribulatiōis, & Tobię. 3
ſciens ſperātes in ſe. Magis ergo optemus nūc cū electis vtiliter cōtriſtari & plangere q̄ cum Naum. 1.
mūdo inaniter iucūdari, intimorata'q; mēte ridere. Melius em̄ eſt ire ad domū luctus q̄ ad do Eccleſ. 7
mū conuiuij. ¶Præterea adducit Chr̄s exemplū ad hoc q̄d dixit diſcipulos contriſtādos, &
cito lætificādos. ⌞Mulier cū parit, triſtitiā habet⌟ ex dolore qui inſtat, ⌞cū aūt pepererit pu
erū, iā non meminit preſſuræ⌟.i. pœnæ ac triſtitiæ p̄cedētis, q̄m non attendit nec curat ea,
⌞propter gaudiū⌟.i. præ gaudio cōcepto ex hoc, ⌞q̄a natus eſt hō (.i. filius) in mūdū.⌟ Ma-
gis em̄ ſolet pariēs exultare nato filio, q̄ filia. ⌞Et vos igit nūc quidē triſtitiā habetis⌟ de meo
receſſu & paſſione, ⌞Iterū aūt (poſt reſurrectionē) videbo vos,⌟ ita q̄ ſimul à vobis videbor,
⌞& gaudebit cor veſtrū,⌟ mihi cōgratulando & de propria cōſolatione ac ſaluatione lætan
do, quēadmodū infra habet: Gauiſi ſunt diſcipuli viſo dn̄o. ¶Moralr. Mulier eſt eccleſia, vel
anima fidelis, q̄ cū parit.i. opera pœnitentiæ facit, vel aliorū conuerſioni intendit, triſtitiam Iohan. 20
habet de ſuis & alienis peccatis, & propter labores & afflictiones vitæ p̄ſentis, prout ap̄lus te-
ſtat: Nullā reqē habuit caro noſtra, ſed ſupra modū grauati ſumus, ita vt tæderet nos viuere.
Cū aūt pepererit puerū.i. aliquē ad Chriſtū cōuerterit, vel ad regnū cœlorū p̄miſerit, vel op⁹ 2. Cor. 1.
bonū p̄duxerit ad p̄fectionē, vel ſeipſam p̄fecte reformauerit ad Chriſti imitationē, iam non 2. Corin. 7
meminit preſſuræ p̄habitæ propter gaudiū fructus cōſequuti, q̄m natus eſt hō.i. p gratiā re-
C formatus, ſp̄ualem vitā ſortitus, vel eſſe gloriæ ſempiternæ adeptus, vnde Paulus filijs ſuis
quos ſp̄ualiter peperit, ſcribens: Quæ eſt (inquit) gloria noſtra? Nōne vos. ¶Poteſt q̄q; mo- 1. Theſſ. 2
ralitas iſta referri ad primitiuā eccleſiā, collectionē videlicet ap̄lorū, q̄ tunc peperit cū triſti-
tia, q̄n de Chriſti paſſione ingemuit, poſtq̄ vero pepererat puerū.i. flendo & eiulādo Chri-
ſti puriſſimi p̄ſentiā fuit adepta, non meminit prioris triſtitiæ, propter gaudium q̄d habebat,
quia natus eſt homo in mundū.i. Chr̄s ad immortalē vitā fuerat ſuſcitatus, & mundo exhi-
bitus, ⌞& gaudiū veſtrū (ſp̄uale) nemo tollet à vobis,⌟ quia non ſolū in proſperis, ſed etiā in Act. 5
aduerſis gaudebitis, ſicut in actibus dicit, q̄ ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniā di-
gni habiti ſunt pro noīe Ieſu contumeliā pati. Et ap̄lus: Quaſi triſtes, ſemp autem gaudētes. 2. Cor. 6
Veruntamē Chr̄s ideo dicit hoc, q̄m gaudiū ap̄lorū, omniū'q; deuotorū fideliū, licet in hac
vita interdū interrūpat, & mœrori cōmiſceat, non tn̄ aufert oīno, ſed cito poſt hāc vitā p̄fi-
cit, atq; internā ſtabilitatē ſortit. ⌞Et in illo die me nō interrogabitis quicq̄.⌟ Si p hoc quod
ait, in die illo, intelligat totū tempus à reſurrectione vſq; ad aſcenſionē, non videt poſſe ſalua
ri hoc verbū, nā inter diem reſurrectionis & aſcenſionē dominicā, apoſtoli interrogauerunt
quia & Petrus dixit ad Chriſtū de Iohanne: Dn̄e hic aūt quid, q̄n Chriſtus apparuit eis ad ma Iohan. 21
re Tyberiadis, in aſcenſione quoq; qui conuenerāt, interrogabant dicentes: Dn̄e ſi in tēpo-
re hoc reſtitues regnum Iſrael? Si autē textus dicatur habere. Et in illo die me non rogabitis Act. 1.
quicq̄, rurſus inſtantiā patit, quia paulo poſt dicit: In illo die in nomine meo petetis, nec du-
bium, quin inter reſurrectionē & aſcenſionē apoſtoli deprecati ſint patrem in nomine Chri Iohan. 16
ſti. Si vero q̄d ait, in illo die, referatur ad diem determinatū, probabile videri poteſt, q̄ aliq̄
certo die, quo Chr̄s eis apparuit, vel cū interrogauerunt, nam & Euangeliſtæ non referūt

 ap̄los

apoſtolos interrogaſſe Chriſtũ, niſi ꝙ apud Iohãnẽ legiť Petrus interrogaſſe, & diſcipuli in D
Iohan. 21. Actoꝝ. 1. actis apoſtoloꝝ. Secundũ hoc ſenſus eſſet, In illo die tantã illuminationẽ vel certitudinẽ dabo vobis de mea reſurrectiõe, ꝙ non erit neceſſe aliquid interrogare: Quidã vero referunt ad diem æternitatis, in quo gaudiũ electoꝝ conſummať, nec aliquid vltra moleſtiæ patiť. Tunc enĩ beati nihil interrogãt neq; rogant, q̃tũ ad ea q̃ ad eſſentiale p̃miũ pertinent, orant tamen pro alijs, & de qbuſdã opibus dei, vnꝰ aliũ & oẽs Chriſtũ interrogare pñt, quẽadmodũ Chr̃o
Eſaiæ. 63 aſcendẽte, angeli inter ſe cõquirebãt: Quis eſt iſte q venit de Edom? Et qs eſt iſte rex gloriæ?
Pſal. 23 Chriſtum quoq; interrogabant: Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum? &c. ſecundũ ꝙ
Eſaiæ. 63 Dionyſius & Hieronymus verba Eſaiæ exponunt.

¶ Expoſitio reſiduæ partis huius cap. Amen amẽ dico vobis, Si q̃d petieritis. Art. XL.

AMen amen dico vobis, ſi quid, ⌋ ſalubre & decens ⌊ petieritis (inſtanter & pro vobis) patrem (cœleſtẽ) in noĩe meo ⌋. i. ꝑ me dei ac hominũ mediatorẽ, ꝑ virtutẽ paſſionis meæ, & merita omniũ quæ pro humana ſalute aſſumpſi, feci ac ꝑtuli, ꝑ ĩcarnationẽ, cõuerſationẽ, obedientiã, patientiã meã, ⌊ dabit vobis, ⌋ & ſi nõ ſtatim, tamen tꝑe opportuno, vel ſi nõ id q̃d petitis, tñ aliquid melius. ¶ Ad exaudibilitatẽ nẽpe orationis, vt dictũ eſt, hæc tria requiruntur atq; ſufficiũt. Primo, vt vere ſalutaria requirant. Vnde ſecundũ Damaſcenũ: Oratio eſt petitio decentiũ à deo. Secũdo, vt indeſinẽter cũ plena fidu
1. Theſſ. 5 cia oret quis, dicẽte ap̃lo: Sine intermiſſiõe orate. Et Iacobus: Poſtulet (inq̃t) in fide nihil hæ
Iaco. 1. ſitãs. Tertio, vt oret pro ſe, q̃d dico nõ q̃ſi nõ ſit orandũ pro alijs, quũ Iacobus dicat: Orate ꝑ
Iaco. 5 inuicẽ, vt ſaluemini, ſed qa oratio etiã iuſti, q̃uis ſalutaris atq; aſſidua, interdũ nõ exaudiť pro alijs, propter indignitatẽ & incapacitatẽ eoꝝ, qm̃ indeſinẽter obicẽ ponũt gratiæ dei, pro- E
Hiere. 15 pter q̃d dñs ait ad Hieremiã de pp̃lo Iudæoꝝ prauiſſimo. Si ſteterint Moſes & Samuel corã me, nõ eſt aĩa mea ad populũ iſtũ. Oremus ergo cũ omni reuerentia deũ patrẽ, ꝑ vnicũ filium eius, certiſſimi ꝙ exaudiet nos vltra & amplius q̃ meremur, quũ ſit nr̃æ ſalutis amator. Si cõſideremus q̃ta p̃ fecit pro nobis, q̃tũ dilexit nos, q̃ta bñficia cõtulit, q̃ta promiſſa ſpopõdit, dubitare nequaq̃ poterimus quin libẽtiſſime ꝑces nr̃as ſuſcipiat, ſed oino decẽs & iuſtum eſt, vt cũ cordis cuſtodia, cũ ingẽii diligẽtia, cũ puritate mẽtis & ſtabilitate dñm maieſtatis oremus ne quẽ orando mitigare ſtudemus, impie cõuerſando exacerbemus. ¶ Veruntamẽ hoc implere maximo egit labore ad refrenandũ animi euagationẽ, propter q̃d abbas Agathon dixit: Nõ eſt labor ſicut orare deũ. Itaq; quantũcunq; videmur à deo repelli, nõ exaudiri, nõ aſpici, nullatenus deſperemus, nec frangať ſpes noſtra, ſed veritatem ſcripturæ pẽſantes, ſciamus
Pſalm. 93 ſperãtẽ in dñ nõ poſſe repelli. Ideo dicit Pſalmiſta: Læteť cor q̃rẽtiũ dñm, q̃rite dñm & cõ-
Pſalm. 104 Mat. 21 firmamini, q̃rite faciẽ eius ſemp. ⌊ Vſque mõ non petiſtis quicq̃ in noĩe meo. ⌋ Supra orauit
Marci. 11. Philippus: Dñe oſtẽde nobis patrẽ & ſufficit nobis. Porrò (vt in alijs Euãgeliſtis inueniť) di-
Lucæ. 11. ſcipuli ante hãc cœnã multa ſaluberrima deprecati ſunt Chriſtũ, dicẽdo: Adauge nobis fidẽ.
Iaco. 1. Filij quoq; Zebedæi petierũt, vt vnus eoꝝ ad dexterã Chriſti, aliuſq; ad ſiniſtrã ſederet in re
Iohã. 14 Lucæ. 17 gno. Orationẽ quoq; dominicã legerũt frequẽter. Quõ ergo hucuſq; nil petierũt in nomie
Mat. 20 Chriſti? Dicendũ ꝙ nullus petit in noĩe Chr̃i, niſi Chriſtũ vere cognoſcat, eũq; ſaluatorẽ eſſe
Marc. 10 ꝑpendat. Apoſtoli aũt hucuſq; nullã fidei ſtabilitatẽ habuerũt de Chr̃i diuinitate, & de cæteris eius myſterijs, ꝓterea Chrũs nõ negat ſe exoratũ ab apoſtolis, ſed ꝙ nil petierũt patrem in noĩe ſuo, qa nõ recte ſenſerũt de Chr̃o in oĩbus, ꝓſertim q̃tũ ad eius diuinitatẽ, ⌊ Petite, ⌋
Mat. 7 in nomine meo indeſinẽter, ⌊ & accipietis, ⌋ q̃d petitis. Omnis enĩ q petit, accipit: & q quæ- F
Marc. 11. Lucæ. 11. rit, inuenit, & pulſanti aperieť. Hinc ferť in pſalmo: Sperẽt in te q nouerũt nomẽ tuũ, qm̃ nõ
Pſal. 9 dereliquiſti quærẽtes te dñe. Sic veraciter eſt, ſi noſceremus nomen dei noſtri. i. formatã, expertã, & illuminatam notitiã de eo haberemus, nullatenus diffideremus, nec fatigaremur aut ceſſaremus, ſcientes ſuæ bonitatis abyſſum, ſuæ miſericordiæ pelagus, ſuæ charitatis ardorẽ. Hoc itaq; poſtuletis, ⌊ vt gaudiũ veſtrũ ⌋ ſp̃uale, q̃d poſt reſurrectionẽ habituri eſtis de me, ⌊ ſit plenũ ⌋. i. perficiať in patria, vt gaudeatis de me, nõ ſolũ ſecũdũ ꝙ hõ ſum paſſus pro vobis, ſed inſuꝑ vt deus creator vr̃ & beatificator, vt bonitas infinita, deus immẽſus, fons totius btĩtudinis vr̃æ. Nunq̃ poterit gaudiũ noſtrũ eſſe plenũ, niſi primũ veritatẽ ꝑ ſpẽm cõtẽplemur, atq; diuina bonitate in ſeipſa immediate fruamur, ex q̃ cõtẽplatiõe & fruitione tãta delectatio oriť, ꝙ maiorẽ ſancti in p̃ria nequeũt affectare. Habẽt enĩ & poſſident poſſeſſione ſecura ac ſempiterna quicquid abſolute deſiderãt, quũ felicitas ſit bonũ perfecte cõtentatiuũ atq; quietans, vtpote ſtatus omniũ bonoꝝ aggregatiõe ꝑfectus. ⌊ Hæc i prouerbijs loquutus ſum vobis ⌋. i. cũ quadã obſcuritate & ſimilitudine parabolica. Sic enĩ Chr̃s loqui ſolitus fuit ante paſſionẽ. Vnde & nũc ſimilitudinẽ mulieris pariẽtis induxit, ⌊ Venit hora (. i. tẽpus ꝓpinquat) cũ iã nõ in prouerbijs ⌋. i. obſcure ſicut hucuſq; ⌊ loq̃r vobis. ⌋ Quãuis aũt Chr̃s diſcipu
Mat. 13 lis loq̃bať hoc mõ obſcure, nihilominus expoſuit eis ſenſum, propter q̃d ait ad eos: Vobis da
Luc. 8 Marci. 4 tũ eſt noſſe myſteriũ regni dei, cæteris aũt in parabolis. Ideo Marcus teſtať: Seorſum diſcip. ſuis diſſerebat oĩa, nõ tñ tã clare vt poſt reſurrectionẽ, idcirco nũc ſubdiť, ⌊ ſed palã de patre,

meo

A meo annũciabo vobis⌋.i.clariorẽ q̃ ante dabo vobis notitiã dei patris,q̃d factũ eſt in die pen
tecoſtes,qñ apl̃i recepto ſpũ ſancto,limpida q̃dã acie mẽtis cognouerũt de pr̃e,totaq́ʒ ſupbe Actor.2
atiſſima trinitate,q̃ añ audierũt à filio,ſed paꝝ vel nihil intellexerũt de eis.¶ Verũtamẽ ꝙ ait
palã,nõ eſt ĩtelligẽdũ de viſiõe clara & ĩmediata ꝑ ſpẽm,ſed ſingulariter euidẽti ꝑ fidẽ, de q̃
dicit apl̃s:Nos aũt reuelata facie gloriã dñi ſpeculãtes.Deniq́ʒ añ diẽ pẽtecoſtes Chr̃s ꝓprio 2.Corin.3
ore clare docebat diſcipulos de diuinis,qñ aperuit illis ſenſum, vt intelligerẽt ſcripturas,in-
ſufflauitq́ʒ ĩ eos,& ait:Accipite ſpm̃ ſanctũ.⌊In illo die in nõie meo petetis,⌋.i.patrẽ ꝑ filiũ Luc.24
vere ac rite orabitis,qa tũc cognoſcetis filiũ ſpũal̃r ac ſyncere,quõ ſit dei & hominũ media- Iohan.20
tor,ꝑ quẽ oĩa gr̃æ dona hoĩbus imptiunt à pr̃e ſeu trinitate.¶Quidã exponũt hũc locũ ab il- 1.Tim.2
lo verbo,Venit hora cũ iã nõ in prouerbijs loquar vobis,de viſiõe & illuminatiõe ſanctoꝝ à
Chr̃o in pr̃a,vbi oĩa vidẽt in verbo & deũ palã cõſpiciũt,nõ ꝑ ſpeculũ in ænigmate,ſicut mõ,
quã expoſitionẽ reprobat Auguſtinus ꝑ id q̃d adiectũ eſt.In illo die in nõie meo petetis.San 1.Cor.13
cti aũt in pr̃ia nõ petũt vt dicit,quũ petitio ſit indigẽtię q̃ in pr̃ia locũ nõ habet.Ad q̃d dici pt̃
ꝙ orãt pro alijs,& pro certis pũctis ad accidẽtale p̃miũ ꝑtinẽtibꝰ.⌊Et nõ dico vobis,qa ego
rogabo patrẽ de(.i.pro)vobis.⌋Quõ intelligẽdũ eſt hoc quũ ſupra in hoc ipſo ſermone di-
xerit Chr̃s apl̃is:Ego rogabo patrẽ, & aliũ paracletum dabit vobis . Rurſus ſine mediatore Iohan.14
Chr̃o nullus habet acceſſum ad deũ,nec aliq̃d promeremur vel exaudimur,niſi virtute & me
B rito Chr̃i:Ad hoc quidã rñdent ꝙ Chr̃s rogat vt hõ & nõ rogat vt deus.Quãuis aũt hoc ve- Iohan 17
rũ ſit,tñ nõ videt ad ꝓpoſitũ ſatisfacere,qm̃ Chr̃s cauſam cur nõ rogabit patrẽ pro diſcipu- Ibidem
lis ſuis aſſignãs adiecit.⌊Ipſe em̃ pr̃ amat vos,qa vos me amaſtis.⌋Inſuꝑ paulo poſt in hoc
ipſo ſermone Chr̃us rogat patrẽ pro apl̃is:Pater(inquiẽs)ſerua eos in nõie tuo.Et:Pater ſan
ctifica eos in veritate:Nõ ergo vult dicere,ꝙ nequaq̃ orabit pro eis,ſed ꝙ tãtæ ꝑfectionis &
gratiæ erũt,ꝙ nõ indigebunt deo recõciliari,ſed ei amantiſſimi erunt familiares & p̃accepti,
tanq̃ cõfirmati in gr̃a,ita ꝙ poſt ſpũs ſancti ſuſceptionẽ nunq̃ peccabũt mortal̃r, ideo actus
& p̃ces ipſoꝝ erũt deo placẽtes ſine ſpeciali adiutorio interceſſiõis recõciliatorię,nõ tñ exclu
dit Chr̃i ſubſidiũ,ſed inſinuat q̃ ſinal̃r & ſecure poſſint patrem accedere,ideo addit.Ipſe em̃
pater amat vos(amore æterno)quia, cuius cauſa à poſteriori, vel ſignum eſt ꝙ vos me ama-
ſtis⌋actu charitatis infuſæ.Certũ,ſæpeq́ʒ dictũ eſt,ꝙ amor dei p̃uenit & cauſat omne meri-
tũ noſtrũ,& quicquid boni habemus,idcirco amor diſcipuloꝝ ad Chriſtũ nõ eſt cauſa à pri-
ori ꝙ pater diligit eos,ſed ſignum,qm̃ amor eoꝝ ad Chriſtũ eſt effectus amoris dei patris vl̃
trinitatis ad eos.Propter quod in ep̃la Iohãnis habet:Nos ergo diligamus deũ,qm̃ ipſe pri- 1.Iohã.4
or dilexit nos.Quia igit pater nos primo amauit,idcirco amamus vnicũ filiũ eius,⌊& credi- 1.Tim.4
diſtis(fide formata)qa à deo exiui⌋.i.à patre æternaliter genitꝰ ſum,ſicq́ʒ exiui ab eo emana
tione immanente, ſicut egreditur notitia à mente,& verbũ ab intelligente,vel exiui.i. in mũ
dum directus ſum à deo trinitate,qui me hominibus viſibilẽ p̃buit ac ſocium dedit.⌊Exiui à
patre,⌋iuxta illud Eccleſiaſtici:Ego ex ore altiſſimi prodiui,primogenita ante omnẽ crea-
turã,⌊& veni in mundũ,⌋ꝑ humanæ naturæ aſſumptionẽ,atq́ʒ cũ hominibus piam cõuerſa Eccl.24
tionẽ.⌊Iteꝝ relinquo mundũ⌋.i.ab hominibus & loco terreſtri recedo,quantũ ad naturam
aſſumptã ꝑ victorioſam aſcenſionẽ. Qui em̃ deſcendit, ipſe eſt & q aſcendit ſuꝑ oẽs cœlos, Baruch.3
⌊& vado ad patrẽ⌋ꝑ hũanæ naturę collocationẽ in cœlo empyreo,in q̃ pr̃ ſpecial̃r eẽ & cõ-
C morari cenſet,qm̃ ibi excellentius operat,& ſeip̃m clarius manifeſtat,q̃uis ſecundũ ſe nullam Ephe.4
habeat habitudinẽ vel determinationẽ ad locũ,ſed in ſeipſo inuariabil̃r, æternaliterq́ʒ ſubſi-
ſtat,tanq̃ ens vere incircũſcriptũ,ſimpliciterq́ʒ & perfectiue infinitũ.⌊Dicũt ei diſcipuli eius
Ecce nũc palã loqueris,⌋dicẽdo ꝙ pr̃ amet nos,qa dileximus te &c.⌊& prouerbiũ nullũ di-
cis,⌋loquẽdo de exitu tuo à patre,& aduẽtu in mundũ,ſed ipſam veritatem nude ſine para-
bola loqueris.¶Chr̃us nãq́ʒ nõ ſemꝑ parabolice loquebat diſcipulis,& licet paulo ante iã di
xerit:Venit hora cũ iã non in prouerbijs loquar vobis, q̃d ad tẽpus poſt reſurrectionẽ rela-
tũ eſt,nõ tamẽ negauit,qm̃ etiã añ paſſionẽ loqueret eis quædã de deo ſine prouerbijs.⌊Nũc
ſcimus⌋ꝑ fidẽ & experientiã quandã,⌊qa ſcis omnia.⌋Hoc ideo aſſerũt,qm̃ Chr̃us p̃uenit
interrogationem eoꝝ & cogitationes eoꝝ cognouit,ſicut iam patuit,imò ex diuerſis verbis
& factis Chriſti cognoſcere poterãt,ꝙ nil eũ lateret,⌊& nõ opus eſt tibi⌋.i.ad hoc q̃d reſpõ
deas nõ oportet nec indiges,⌊vt quis te interroget,⌋qa tu noſti dubitationes atq́ʒ propoſita
cordiũ,vnde nõ oportet tibi aliquid notificari,ſed vniuerſa mentium noſcis arcana.⌊In hoc
credimus,qa à deo exiſti,⌋vt dicis ꝑ generationẽ æternã,ita ꝙ oĩa ſcis q̃ ſcit pater, ſicq́ʒ de
us,qm̃ omnia noſcere modo iã dicto,deo eſt propriũ.¶Secundũ Auguſtinũ apoſtoli nõ in-
tellexerũt verba Chr̃i q̃bus ſe dixit exiſſe à patre,ſed putabãt ſe ſcire q̃d ignorabãt. Veruntа-
men certũ eſt,ꝙ credebãt eũ exiſſe à patre,ita ꝙ diuinitus directus ſeu miſſus eſſet in mũdum,
ſed an verba p̃inducta de exitu generationis diuinæ acceperint,nõ eſt adeo certũ.⌊Reſpon-
dit eis Ieſus:Modo creditis,⌋clarius & magis explicite q̃ ante,tñ & ante crediderũt.Sed ne
apoſtoli de ſua quaſi perfectione gloriari inciperent,qm̃ dixit eis,ꝙ pater ipſos amaret,nec

ipſe pro eis rogaret, eo ꝙ eſſent deo amabiles, mox de eoꝝ ruina & inſtabilitate adiecit ⌊Ec D
ce venit hora⌋.i. indeſinenter propinquat, ⌊& iã venit⌋.i. in proximo eſt. Vnde quaſi præ »
ſens reputaꝛ, quia quod modicũ eſt non cõputatur, ⌊vt diſpergamini vnuſquiſq; in ꝓpria⌋ »
.i. fugiatis à me, & quilibet ſuũ latibulũ vel commodũ quærat, quomodo poſſit ſaluare ſeipſm
de manibus Iudæoꝝ, quod in comprehenſiõe Chriſti impletũ eſt, quando diſcipuli relicto
Mat.26 eo omnes fugerunt, quemadmodũ per Zachariam fuit prædictum: Percute paſtorẽ, & di-
Marci.14
Zach.13 ſpergentur oues gregis, ⌊& me ſolum relinquatis⌋.i. veſtro conſortio deſtitutũ, atq; huma »
Pſalm.87 na ope priuatũ, iuxta illud in pſalmo: Longe feciſti notos meos à me, & elongaſti à me ami-
cum & proximũ, ⌊& non ſum ſolus⌋.i. ſine conſorte ſeu pari naturæ, nec ſine aſſiſtente & »
adiuuante, ⌊quia pater mecũ eſt.⌋ Pater eñ & filius inſeparabiles ſunt natura & operatione
loquendo de filio ſecundum diuinã naturam. Sic quoq; ſunt naturæ conſortes ſeu pares. Sũt
eñi non ſolum vnius eſſentiæ, ſed & vna eſſentia, vnũq; eſſe. Loquendo aũt de dei filio ſecun
dum naturã aſſumptam. Sic pater fuit cũ filio tẽpore paſſionis tanq̃ adiutor & liberator, ani
mã eius in omniũ virtutũ ſtabilitate conſeruans, eumq; à morte celeriter ad immortalẽ vitã »
Eſaiæ.50 reſuſcitans. Propterea apud Eſaiam: Dominus (inquit) deus auxiliator meus. ⌊Hæc⌋ om͠ia »
quæ in hoc ſermone effatus ſum, ⌊loquutus ſum vobis, vt in me pacẽ habeatis⌋.i. verã aniæ »
trãquillitatẽ, & pacẽ internã ac ſpũalem, de qua dicit aplus: Pax Chri exultet ſemp in cordi-
Col.3 bus veſtris. Hanc pacẽ habemus in Chro.i. in cõtẽplatione & in dilectiõe ipſius, qm̃ Chriſtũ E
eiusq; opera & perſequutiones, bñficia & promiſſa pẽſando, pacẽ cordis habemus, quãtum-
Pſalm.118 cunq; foris turbemur, ſed & pax multa diligentibus legẽ dei. Idcirco dicit Pſalmiſta: Tribula
Ibidem tio & anguſtia inuenerũt me, mãdata tua meditatio mea eſt. Hoc nẽpe eſt ſanũ, optimũq; cõ
ſiliũ, vt omni pſequutione ſeu tribulatiõe demus nos ad cõſideratione legis diuinæ, & eorum
quæ Chriſtus pro nobis ſuſtinuit. ⌊In mundo preſſurã habebitis⌋.i. pſequutiões, tentatões, »
2.Tim.3 & aduerſitates innumeras. Omnes eñ q volũt pie viuere in Chro pſequutionẽ patienꝛ, quod
maxime verũ fuit in primitiua eccleſia, pſertim in apoſtolis, qñ omnis q occidit Chriſtianũ,
Actoꝝ.5 arbitrabatur ſe obſequiũ pſtare deo. ⌊Sed cõfidite⌋.i. ſpem ꝑualendi p grãm meam habere, »
nã ⌊ego vici mundum⌋.i. amatores terrenoꝝ, perſequutores iuſtoꝝ, videlicet ſacerdotes, »
Hiere.50 ſcribas, ac phariſæos, quos verbis & factis cõfudi & vici, quia nec ſapientiæ meæ potuerũt re
ſiſtere, nec miracula abnegare, nec me à via æquitatis auertere, ſed & per patientiã vici vni-
uerſam eoꝝ maliciã, imò tũc Chriſtus vicit mundũ, quũ eum mundus occidit, tunc ſapientia
vicit maliciã, & ipſe ſua morte meruit mundi principatũ atq; iudiciariã poteſtatẽ, deditq; ſu-
is militibus fiduciã, formã & poteſtatẽ vincendi hunc mundũ. Meruit eñ per ſuã perſequu-
tionẽ cunctis fidelibus grãm ſuperãdi ac triumphãdi in omnibus, quã deus p Chriſtũ nobis
largitur, dicente aplo: Gratias agimus deo, q dedit nobis victoriã per Ieſum Chriſtũ. Itẽq;
1.Corin.15 In oĩbus (ait) triũphat nos in Chriſto Ieſu, & oĩa poſſum in eo q me cõfortat. ¶ His verbis cõ
2.Cor.2
Phil.4 ſolatur nos Chrũs, ne in diuerſis puſillanimes aut debiles efficiamur, ſed clamemus in cœlum
1.Mach.4 ad eũ qui pro nobis vicit mundũ, & miſerebitur noſtri deus noſter, pugnãs & expugnãs pro
Ioſue.23 nobis. Rurſus, qm̃ Chriſtus vicit mundũ, debilitata eſt mundi poteſtas, nec plus poteſt in nos
q̃ Chriſtus permiſerit. Hinc ergo monemur in omni aduerſitate eſſe cõſtantes, confidendo
in Chriſto, & eius perſequutiones cõſiderando, quemadmodũ ad Hebræos ſcribiꝛ: Per pa-
tientiam curramus propoſitũ nobis certamen, aſpicientes in authorẽ fidei & cõſummatorẽ F
Hebr.12 Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucẽ. Et Petrus: Chriſto inquit paſſo in carne, &
vos eadẽ cogitatione armamini. Hic finitus eſt pclariſſimus, admirabilis & prolixus Chriſti
1.Pet.4 ſermo, factus vel potius inchoatus in cœna. Poſt hæc Euangeliſta deſcribit orationẽ & gra-
tiarũ actionẽ Chriſti pro ſuis diſcipulis & vniuerſis fidelibus.

¶ Elucidatio Cap. XVII. Hæc loquutus eſt Ieſus & ſubleuatis oculis. Arti. XLI.

CA.XVII. Completo ſermone profundiſſimo, doctrinali atq; prophetico, ſub-
iungit filius dei orationẽ ſublimem, pro ſuĩpſius glorificatione, q̃tũ
ad præmiũ accidentale, pro dei patris clarificatione in cordibus ho
minũ, pro apoſtoloꝝ, omniũq; credentiũ ſalute & cõſeruatione. Et
quia orando debemus dei laudẽ & gratiaꝝ actionẽ miſcere, ipſe ſal-
uator orãdo ad patris ſui laudẽ, itemq; gratiaꝝ actionẽ ſæpe cõuer
titur. Ait itaq; ſanctiſſimus Euangeliſta. ⌊Hæc⌋.i. ſermonẽ in qua »
Iohan.13.14 tuor præcedẽtibus capitulis iam deſcriptum, ⌊loquutus eſt Ieſus,⌋ »
15.16
Iohan.xiiij apoſtolis partim ſedẽdo vſq; ad id: Surgite eamus hinc, partim ſtan
do vel ambulando vſq; ad locũ pſentem, quem plane ſermonẽ fecit
non ſolum ad apoſtoloꝝ, ſed vniuerſoꝝ quoq; inſtructionem fideliũ, quãuis hic ſermo pro
magna parte ad ſolos ſit referendus apoſtolos, ⌊& ſubleuatis oculis (corporalibus) in cœlũ⌋ »
de quo in Geneſi habeꝛ: In principio creauit deus cœlũ & terrã. Verũ ſiue hoc intelligaꝛ de
cœlo viſibili ſeu ſtellato, q̃d dicꝛ firmamentũ, ſiue de cœlo empyreo, q̃d eſt locus & manſio
beatoꝝ

A beatoꝝ,& vnū de quatuor coꝝ queuis ſecundū Strabum & Hedam. ¶ Cur Chrūs qui ſecundū naturā aſſumptā vidit indeſinēter deū patrē & trinitatem æque pfecte per ſpēm clarius ꝙ oēs electi? Cur inquā oculos corporales leuauit in cœlū? ſi p hoc oculi ſui interiores iuuarētur vel excitarent ad cōtēplationē ſublimiorē aut feruētiorē affectionē ad deū? Et rñdendū, ꝙ fecit hoc nō ad ſuū profectū, neceſſitatē vel indigentiā, qa quotunq; corpus eius fuerat ſituatū, aīa eius æque pfecte ferebat ad deū, nō in vigilia tantū, ſed & in ſomno, qui cōtemplationē, dilectionē q; aīæ Chri nequaꝙ impediuit, ſed ad noſtrā informationē, vt edoceret nos ꝙ in orando debemus oculū mētis ad deū dirigere cū magna intentione, atq; vt hoc pfectius faciamus. Debemus & oculos corporales ad cœlū materiale leuare, quatenus inſpiciēdo magnificū opus dei & habitaculū eius, excitemur ad ſpeculationē diuinæ creatricis, atq; in cœlo habitātis maieſtatis, cœleſtiū quoq; gaudioꝝ memoriā, qa ad mētis noſtræ eleuationē ad deum, plurimū confert induſtria exterioꝝ actuū, ſituū, applicationū, qm̄ corporalia ad ſpūalia ordinātur, & bonus corporaliū vſus ſpūalibus ſuffragat. Porrò inter hæc corporalia ad internā deuotionem prouocātia, ſunt oculoꝝ eleuatio, pectoris tonſio, corporis proſtratio, genu flectio, brachioꝝ extēſio, manuū cōplicatio, multiformis inclinatio. Propter qđ in Threñ. loquit Hieremias: Leuemus corda nr̄a cū manibus ad deū in cœlos. Et Pſalmiſta: Leuaui oculos meos in montes. Deniq; publicanus pcutiebat pectus ſuū. Et Salomon in libris Regū fert Threñ.3 Pſal.120 Luc.18

primũ⌋. i. priuſq̃ ducerent eũ ad Caiphã, nã primo occurrit eis ab extra venientibus domus Mat.26
C Annæ. Voluerũt ergo eũ lætificare, ꝓſentando ei ligatũ quẽ oderat, item vt ei reuerentiã exhi Mar.14 Lucæ.22
berent tanq̃ affini Caiphæ, quẽadmodũ ſubdiť. ⌊Erat aũt ſocer (ipſe Annas) Caiphæ,⌋ quia
habuit filiã Annæ, ⌊q (Caiphas) erat pontifex anni illius.⌋ Quãuis eñ ſecũdũ legẽ debuit eẽ Num.35
vnus ſummus ſacerdos vſqʒ ad finẽ vitæ ſuæ, cui ſuccederet filius eius, iã tñ ꝑ ambitionẽ Iudæ
orũ, q̃libet pene anno mutabanť pontifices. Annas vero & Caiphas tanq̃ pecunioſiores, fre-
quentius ꝓſidebãt vicibus alternatis. ⌊Erat aũt Caiphas q cõſiliũ dederat Iudæis, q̃a expedit
vnũ hominẽ mori pro populo.⌋ Hoc dictũ eſt ſupra. Hoc ideo puto reperere Euangeliſtã, Iohan.11
vt Chriſti occiſionẽ retorqueat maxime in principes ſacerdotũ, qui ſecundũ Auguſtinũ, vo
luerunt quaſi immunes videri à morte Chriſti, propter q̃d in actis apſtoꝝ dixerunt apoſtolis: Acto.4
Impleſtis Hierũſalẽ doctrina veſtra, & vultis ſuꝑ nos inducere ſanguinẽ hoĩs iſtius. ⌊Seque-
batur aũt Ieſum Symon Petrus, & alius diſcipulus,⌋ qui cõmuniter ferť fuiſſe Iohãnes. Sed ſi
ita eſt, cur more ſolito nõ adiecit, quem diligebat Ieſus? Forſitan ideo, quia nunc recitat factũ
in quo infideliter egit. Primo fugiendo à Chriſto, deinde à longe ſequendo, propterea repu
tat ſe indignum ſolito titulo. Hi ergo præ cæteris ſequuti ſunt Chriſtum, quia in eius amore Mat.26
magis arſerunt, concupieruntq́ʒ videre quem exitum res ipſa haberet. Quamuis itaqʒ primo Lucæ 22
cum alijs apoſtolis aufugiſſent, tamẽ reſumpta quadã fiducia, rurſus ſequuti ſunt Ieſum. Mar Mar.14
cus Euangeliſta de ſequela Petri nil refert, ſed ait, ꝙ adoleſcens quidã amictus ſindone ſequu
tus ſit Chriſtum, quem adoleſcẽtem aliqui aſſerunt fuiſſe Iohannem, quamuis poſtea de ſolo

Petro dicat, ꝙ à longe ſequutus ſit eũ. ⌊Diſcipulus aũt ille erat notus pontifici.⌋ Cauſam no D
titiæ diuerſi diuerſimode tradunt. Quidã ꝙ frequẽter portauit piſces ad domum Annæ, alij
ꝙ propter nobilitatẽ ſuæ proſapiæ fuerat ei notus, quia de tribu Iuda & ſemine Dauid, ⌊&
Matth. 26 init oiuit cum Ieſu in atrium pontificis.⌋ Annam vocat pontificem, nõ quia tunc erat, ſed q̃-
Marc. 14 niam & ante & poſtea fuit. ⌊Petrus autẽ ſtabat ad oſtiũ (atrij) foris,⌋ nõ audens, vel nõ per-
Lucæ. 22 miſſus intrare. ⌊Exiuit ergo ille alius diſcipulus q erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ,⌋ ro
gans eã vt intromitteret Petrũ, ⌊& introduxit Petrũ,⌋ annuente precibus ſuis oſtiaria. Diſci
pulus iſte quãdo intrauit cũ alijs, putauit ꝙ Petrus ſe ſequeret, quem quũ videret deeſſe, egreſ
ſus eſt vt introduceret eũ, ⌊Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria: Nunquid & tu ex diſcipulis es
hominis iſtius?⌋ Hoc mulier ſuſpicabat, quoniã vidit Petrũ timide introeuntem, & forte ex
diſpoſitione habitus ſui notauit, ꝙ eſſet de conſortio Ieſu. Videtur autẽ hæc mulier quaſi cõ-
paſſiue loquuta, dicẽdo, hominis iſtius, quod nihilominus intelligi poteſt quaſi deſpectiue di
ctũ. ⌊Dixit ille: Non ſum,⌋ in quo patet infirmitas Petri, & verũ eſſe quod dixerat Chriſtus,
Iohan. 15 Sine me nihil poteſtis facere. Vbi em̃ ò Petre, vbi iam verba tua quæ paulo ante tam ſecure
Iohan. 13 dixiſti. Quare nõ poſſum te ſequi modo? Animam meam pro te ponam. Et ſi omnes ſcanda
Mat. 26 lizati fuerint, ego nunquã ſcandalizabor. Item q̃: Paratus ſum tecum & in mortem & in car
Lucæ. 22 cerem ire, & ecce vna voce ancillæ deiectus es? Nemo ergo ſe iactet, nullus præſumat, nullus
proprijs viribus innitatur. ⌊Stabant autem ſerui & miniſtri.⌋ Hoc forſitan dicit, quia & q-
dam de ſeruis tribuni affuerunt, & forte cũ ſeruis Iudæorũ ſteterunt, ⌊ad prunas, quia frigus
erat,⌋ quemadmodũ ſæpe eſt vernali in æquinoctio, ⌊& calefaciebant ſe,⌋ quia poſt medi-
am noctem tempus eſt magis frigidũ. ⌊Erat autẽ cum eis & Petrus, ſtans & calefaciens ſe,⌋ E
cui interior ignis ſanctæ dilectionis extinguebatur. Stetit autem inter miniſtros quaſi auda-
cter, ne notaretur. ⌊Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis.⌋ Cur vel quomo-
do eos collegiſſet, & vbi iam mãſiſſent, qui & quales eſſent, ⌊& de doctrina eius.⌋ examina
uit itaq; Annas Ieſum de duobus, videlicet de diſcipulis ſuis, ac documentis, vt aliquid calum-
niæ inueniret in Chriſti reſponſis. Quærebat igitur Ieſum quid docuiſſet. ⌊Reſpondit Ieſus:
Ego palàm loquutus ſum mũdo.⌋ Ad primam quæſtionem nihil reſpondit, quia diſcipuli
eius laude pro nũc digni non erant, ad ſecundam verã reſpondet, ego palàm. i. in locis publi-
cis voce expreſſa, in cõmuni audientia loquutus ſum mũdo, videlicet bonis & malis, doctis,
atq; indoctis, Non tamẽ loquebatur Chrũs ſemper palàm. i. plane ad intelligendum turbis,
quemadmodũ ait diſcipulis: Vobis datum eſt noſſe myſteriũ regni dei, cæteris autem in pa-
Mat. 13 rabolis, omnia fiunt, vt videntes non videant, & audientes nõ intelligant, ⌊ego ſemper do-
Marc. 4 cui in ſynagoga & in templo, quo om̃es Iudæi cõueniunt.⌋ His videtur cõtrarium quod ſe-
Lucæ 8 cundũ alios Euãgeliſtas Chriſtus frequẽter docuit alibi q̃ in ſynagoga & tẽplo, puta in mon
Eſaiæ. 44 te, in naui, ĩ via, in domo Marthæ, alijſq; locis diuerſis. Et rñdendũ, ꝙ ꝑ ſynagogã intelligere
Mat. 24 poſſumus congregationẽ Iudæorum. Chriſtus autem raro vel nunquã legitur docuiſſe ali-
Marc. 6 quem ſolum priuate, quamuis interdũ hoc fecerit, vt quando loquutus eſt mulieri Samarita-
Luc. 24 næ ad puteum. Dũ ergo prædicauit diſcipulis, docuit in ſynagoga. Secundo, nomine ſynago
Iohan. 11. gæ intelligi poteſt quælibet domus Iudæorũ, ordinata ad cultum diuinũ, non ad ſacrificia, in
Iohan. 4 qua cõuenerunt ad orandum ac audiendum lectionem legis & prophetarũ. Et quamuis non
habuerunt niſi vnũ templũ, in quo licuit ſacrificia immolare, habuerũt tamẽ in ſingulis vrbi-
Lucæ. 18 bus ſynagogas, in quibus legit Chriſtus frequenter prædicaſſe. Sit igit ſenſus. Ego ſemꝑ, tem F
1. Theſſ. 5 poribus aptus, quomodo alibi dicit: Oportet ſemper orare. i. omni tẽpore deputato vel de-
bito docui, loquẽdo de prædicationibus magis ſolennibus & protractis, in ſynagoga. i. ma-
teriali vel congregatione populi, & in tẽplo Hieruſalẽ, quo oẽs Iudæi cõueniunt, certis tem-
poribus ſecundũ legẽ, ⌊& in occulto loquutus ſum nihil.⌋ Quomodo verũ eſt hoc, cũ apud
Marci. 4 Marcũ dicat: Cũ eſſet in domo ſingularis, interrogauerũt eũ diſcipuli? Dicendũ ꝙ ſenſus ver
borũ eſt iſte, In occulto. i. ſuſurratorie ſeu latenter, animo occultãdi, quaſi nõ audens appare-
re, & à cõmunitate audiri, loquutus ſum. i. ꝑdicaui nihil. Hinc em̃ dicit apoſtolis: Quæ dico
Lucæ. 12 vobis in tenebris, dicite in lumine, & quæ auditis in aure, prædicate ſuꝑ tecta. ¶ Sed his rur-
Mat. 10 ſus obuiare videt, quod apud Eſaiam de Chriſto ꝑdictũ eſt. Non clamabit, nec audietur foris
Eſaiæ. 42 vox eius. Reſpondendũ, ꝙ verbis illis aufertur à Chriſto inordinata eleuatio vocis, & vana
Ephe. 4 ad plebẽ vociferatio, de quo clamore ait apl'us: Omnis ira & indignatio & clamor tollatur à
vobis. Fuit ergo ſermocinatio Chriſti modeſta, nõ ex impetu paſſionis clamoroſa. His ver-
bis Chrũs oſtendit verã eſſe ſuam doctrinã. Suſpecta nãq; & falſa documẽta, prædicãtur in
Iohan. 3 angulis, latibulis, vnde ſupra dictũ eſt: Omnis qui male agit, odit lucẽ, & nõ venit ad lucẽ, ne
manifeſtẽtur opera eius. Qui aũt facit veritatẽ, venit ad lucẽ, vt manifeſtent opera eius, quia
in deo ſunt facta. ⌊Quid me interrogas?⌋ animo reprehẽdendi, nõ proficiendi, cui nec cre-
dis. ⌊Interroga eos qui audierũt, quid loquutus ſum ipſis,⌋ quaſi dicat. Illorũ teſtimonio vo
lo ſtare, quod nõ faciunt ſeductores, ſed negant in manifeſto, ꝑſertim corã iudicibus quod ꝑ-
dicauit

A dicant in ſecreto. ⌊Ecce hi ſciūt quæ dixerim ego,⌋ & ideo debes ab eis inquirere, quia plus
credis eis q̃ mihi. Non erat hic Annas dignus veritatē prædicatā ab ore Chriſti audire, quo-
niā ad calumniandū quæſiuit. ⌊Hæc quū dixiſſet (Ieſus) vnus aſſiſtens miniſtroꝝ⌋ pontificis
volens placere dño ſuo, ⌊dedit alapā Ieſu, dicēs: Sic reſpondes pontifici.⌋ .i. quō audes tā p̄-
ſumptuoſe & reprehēſiue rñdere tanto patri ac principi, nō p̄mittēdo verba reuerētiæ. Vi-
detur huic facinoroſiſſimo ſeruo, ꝙ Chrūs nimis audacter reſpōdiſſet ſummo ſacerdoti, eūq̃
de imperita interrogatione reprehēdiſſet. ⌊Reſpōdit Ieſus: Si male loquutus ſum⌋ .i. falſe &
indiſcrete. Qñq; em̄ aliqs loquit̃ male, nec loquēs malū aut falſum, ſed veꝝ & bonū, qa q̃d bo
nū & veꝝ eſt, nō loquit̃ cū debitis circūſtantijs actus virtutū, ⌊teſtimoniū p̄hibe de malo⌋ .i.
oſtende in quo male dixi. ⌊Si aūt bene⌋ .i. prudenter & iuſte reſpondi, ⌊quid me cædis?⌋
quaſi temerariū, quū pœna infligat̃ pro culpa. Ex hoc patet, quia q̃d alibi docet ſaluator: Si Matth. 5
quis te percuſſerit in vnā maxillā, præbe ei & alterā, intelligendū ſit ſecundū animi præpara Lucæ. 6.
tionē, qñ videlicet expedit vel oportet ad dei honorē vel p̄ximoꝝ ædificationē, vel aliā piā
cauſam, nō ſecundū operis exhibitionē, niſi pro tempore, loco & cauſa.

¶ Proſequutio expoſitionis huius capituli. Et miſit eum Annas ligatū. Arti. XLIIII.

B POſtq̃ Iohannes narrauit quod alij Euāgeliſtæ omiſerūt, videlicet quid paſſus ſit Ieſus
in domo Annæ, procedit ad ea quæ alij quoq; deſcripſerunt, quæ pro magna parte
omittit Iohannes, tanquam ſufficienter recitata per illos. ⌊Et miſit eum (ſcilicet Ie-
ſum) Annas ligatum ad Caipham pontificem.⌋ Præſentatus em̄ fuit Chriſtus An-
næ ligatus, vnde & Annas iudicans eū vinculis dignū, miſit eū ſic ad Caipham, tāquā ad prin
cipalem, in cuius domo erant collecti ſacerdotes, ſcribæ ac phariſæi ac ſeniores, vt Chriſtus à
Caipha in audientia taliū examinaret̃. ⌊Erat aūt Petrus ſtans & calefaciens ſe.⌋ Secundum
Auguſtinū & eius imitatores qui dicunt trinā negationem Petri in domo Annæ cōpletam,
Euangeliſta nūc redit ad deſcribendū, ꝙ cœpit narrare de Petri negatiōe, propter quod ver
ba paulo ante inducta reſumit, dicendo. Erat autē Petrus. Alij dicunt trinam negationē Pe-
tri factā in domo Caiphæ, & per anticipationē eſſe intelligenda, quæ ſcribit Iohannes de ne
gatione p̄fata, quoꝝ aſſertioni videntur alij tres Euāgeliſtæ fauere, qui nil ſcribunt de per-
ductione Chriſti ad Annam, ſed ꝙ Petrus ſequutus ſit Chriſtum vſq; in atrium Caiphæ, &
ibi ter Chriſtū negauerit. Quidam vero affirmant, ꝙ Petrus negauit ſemel in domo Annæ,
bisq̃ in habitaculo Caiphæ, & ita ꝙ nūc ait Euangeliſta, referendum eſſet ad ſtationem Pe- Matth. 26
tri in domo Caiphæ. ⌊Dixerunt ergo ei⌋ miniſtri qui ſtabant ad ignē. ⌊Nunquid & tu diſ- Marc. 14
cipulus eius es?⌋ huius videlicet deceptoris quod conijciebant forte ex diſpoſitione ac habi
tu Petri, & quia cū verecūdia timore & cōpaſſione ſedebat. ⌊Negauit ille & dixit: Nō ſum.⌋
Chrūs prædixit Petro, ꝙ ter negaturus ſe eſſet, nūc autem aſſerit Euāgeliſta, ꝙ Petrus nega-
uerit ſe eſſe diſcipulū Ieſu, ſed hoc negādo, negauit & Chriſtū. ⌊Dixit vnus ex ſeruis pontifi-
cis, cognatus cuius abſcidit Petrus auriculā: Nonne te vidi in horto,⌋ quo cæpimus Ieſum
cū illo? quaſi dicat. Facialiter te cognoſco, quoniā recolo ꝙ vidi te in horto cū illo. ⌊Iteꝝ er-
go negauit Petrus.⌋ Poſtremo quō in deſcriptione negationis Petri differāt inter ſe Euan-
C geliſtæ dixi ſup Matthæū, idcirco nūc pertrāſeo. ⌊Et ſtatim gallus cantauit⌋ ſecūda vice, qa Matt. 26
ſecundū Marcū Chrūs p̄dixerat Petro. In hac nocte anteq̃ gallus bis vocē dederit, ter me es Marc. 14
negaturus. ⌊Adducūt ergo (Iudæi) Ieſum à Caipha in prætoriū.⌋ Prætoriū appellatur ſe-
des vel domus in qua reſidebāt ad diſcernēdas populi cauſas ipſi prætores qui dicunt̃ quaſi p̄
ceptores, quia p̄cepta dabant ſubiectis. Hoc loco multa omittit Iohannes, quæ alij Euangeli Mat. 26
ſtæ ſcripſerunt, videlicet quō Caiphas Chriſtū diſcuſſit blaſphemū, morteq̃ dignū iudica- Marci 14
uit. ⌊Erat autē mane.⌋ Nā hora prima dominū Ieſum ducebant ad Pilatū. Ex auiditate em̄ Lucæ. 22
ſuæ occiſionis, tam mane obtulerunt eū Pilato vinctū, quoniā conſuetudo eis fuit illos offer-
ri præſidi vinctos, quos iudicabant morti obnoxios. ⌊Et ipſi nō introierunt in prætoriū (p̄ſi
dis) vt nō contaminarentur⌋ ingrediendo domū viri gentilis cōtra legē, fierentq̃ immundi
ad edendū cibum paſchalem, de quo ſubijcit̃, ⌊ſed manducarent paſcha⌋ .i. azymos panes,
non agnum paſchalem, qui in veſpere præcedentis diei fuit comeſtus. ¶ Græci vero putātes
hoc loco per paſcha intelligi agnum paſchalē, dicunt ꝙ Ieſus paſſus ſit feria quinta, in qua ag
nus typicus offerebat̃, vt ſit figuratum ſeu veritas correſpondet figuræ etiam ad tempus. Sed
hoc eſt manifeſte contra alios Euangeliſtas, quemadmodum ſupra Matthæum plenius de-
claraui. Ecce hypocritæ iſti excolantes culicē, & camelum glutientes, timentes paruum pec- Mat. 23.
catū, non maximum, formidantes maculari ingrediendo domum pagani, & non verētes ef-
fundere ſanguinem Chriſti. ⌊Exiuit ergo Pilatus ad eos foras,⌋ in hoc cedens obſeruationi
eorū, ⌊& dixit: Quam accuſationē affertis aduerſus hominem hūc?⌋ tanquam dicat. Pr̨ſen
tatis mihi iſtum vinctum quaſi morte dignum, quid ergo obijcitis ei? Pilatus quippe à rege
Romanoꝝ iudex Iudææ conſtitutus, voluit Romanoꝝ legē ſeruare, quibus conſuetudo nō

D
Acto. 25 erat quemq̃ dãnare, niſi pſentes haberet accuſatores, locũq; defendendi acciperet ad abluen-
Mat. 27 da crimina, vt habetur in actis apoſtoloꝝ. ⌊Reſponderunt: Si nõ eſſet hic malefactor ⌋ id eſt
Marc. 15 enormis tranſgreſſor morti obnoxius, ⌊non tibi tradidiſſemus eũ, ⌋ ita ligatũ vt morti adiu
Lucæ. 23 dicetur, quaſi dicerẽt. Tales & tanti ſumus, ꝙ ſuſpicari nõ decet, velle nos innocentẽ morti
exponere. ⌊Dicit ergo eis Pilatus: Accipite eũ vos, & ſecundũ legem veſtrã iudicate eum, ⌋
damnando eũ ad mortẽ, ſi ſecundũ legẽ veſtrã id meruit, vel dimittẽdo ſeu minori pœna torquendo, ſi mortẽ non promeruit iuxta legẽ, quaſi dicat. Si tãtæ authoritatis atq; iuſtitiæ eſtis
vt nudis verbis veſtris credendũ ſit, ergo & iuſte iudicate eũ, & nolite me in tali negotio prægrauare. ⌊Dixerũt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quemq̃. ⌋ Quidã dicũt ꝙ Iudæi
hoc vere dixerũt, eo ꝙ Romani abſtulerũt eis iudiciũ ſanguinis, quamuis minora iudicia reliquerit eis. Sed huic dicto obuiare videt̃, quod Iudæi paulo ante frequenter tentauerũt occi-
Johan. 10 dere Chriſtũ, lapidando aut præcipitando, eodem quoq; anno occiderũt Stephanũ. Deniq;
Lucæ. 4 vt habetur in actis apoſtoloꝝ, principes ſacerdotũ cogitauerũt interficere ipſos apl'os, quã-
Acto. 7 do Gamaliel eos cõpeſcuit, imò Iudæi lapidauerunt Paulũ, putantes ꝙ mortuus eſſet. Proba-
Acto. 5
Acto. 14 bilior ergo videt̃ aſſertio dicentiũ, videlicet ꝙ non licuit Iudæis interficere quemq̃ in feſtiuitate paſchali, ne ſanguinis effuſione tantæ ſolennitatis ſanctitatẽ fœdarent. Vel potius opinandũ eſt cum Auguſtino, ꝙ callide hoc dixerunt, quatenus Chriſto à iudice reprobato, ipſi E
Johan. 12 viderent̃ immunes. ⌊Vt ſermo Ieſu impleret̃ quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus. ⌋ Ob hoc cõcomitanter Iudæi renuerunt propria authoritate occidere Chriſtũ atq; di-
Mat. 16 xerunt: Nobis nõ licet interficere quenq̃, vt̃ verbum Chriſti quo pdixit, qualiter & à quibus
Marc. 9 occideretur, ſortiret̃ effectũ. Dixit em̃ apoſtolis: Ecce aſcendimus Hieruſalem, & filius ho-
Lucæ. 19 minis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & tradent eum gentibus ad illudendum, &
Mat. 20 flagellandum & crucifigendũ, quibus verbis ſignificauit ſe à gentibus exequutiue interficien-
Matth. 27 dum. ⌊Introiuit ergo iterũ in prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum. ⌋ Iudæi enĩ cum clamo-
Marc. 15 re & ſtrepitu magno inſtabant vt Ieſum damnarent, idcirco Pilatus non potens Ieſum examinare in tanto tumultu, introiuit locum ſecretum in propria domo, puta prætorium, vt ibi
quiete & diligenter inquireret facta Ieſu, ⌊dixit ei: Tu es rex Iudæoꝝ, ⌋ vt dicunt te dixiſſe,
id eſt, Eſt ne verum quod tibi obijciunt, ſcilicet ꝙ dixeris te regem Iudæoꝝ? Hoc nanq; im-
Lucæ. 23 poſuerunt Chriſto Iudæi, imò & duo alia, iuxta illud Lucæ: Cœperunt illũ accuſare, dicentes: Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtrã, & prohibentem tributa dari Cæſari, &
dicentem ſe Chriſtũ regem eſſe. Pilatus autem duo prima nõ aduertit, quia quũ eſſet gentilis,
non curauit quomodo Ieſus doceret Iudæos, ſecundum quoq; agnouit falſum, quia percepit
Mat. 22 Chriſtũ dixiſſe: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt dei deo. Tertiũ vero videba-
Marci. 12 tur imperatori Romanoꝝ contrariũ, qui percepit, ne quis ſine ſuo conſenſu appellaret ſe re-
Lucæ. 20 gem, vt dicitur. Specialr̃ autem dicitur imperator abſtuliſſe Iudæis regium nomen, propter
eoꝝ ſuperbiam atq; frequentem rebellionem. Hinc ergo Pilatus ſolicite ſciſcitabat̃ an eſſet
rex Iudæoꝝ. ⌊Reſpondit Ieſus: A temetipſo hoc dicis, ⌋ videlicet ꝙ ſim rex Iudæorũ, ⌊an
alij tibi dixerunt de me? ⌋ Non ex ignorantia quærit hoc Chriſtus, ſed vt hac occaſione reſponſionis Pilati aliquid dicat ſalubriter ad noſtrã inſtructionem proficuũ. ⌊Reſpondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus ſum? ⌋ tanq̃ dicat: A meipſo iſta nõ quæro, quia Iudæus nõ ſum, vnde nec curo de quæſtionibus legis eoꝝ, nec iſta concipio ex me, quaſi peritus in lege illorum. F
⌊Gens tua, ⌋ videlicet populus iſte Iudaicus, de quorũ numero atq; progenie es, ⌊& pontifices tui tradiderũt te mihi. ⌋ Ex quo apparet ꝙ aliquid magnum ſit in cauſa, eo ꝙ tui tradũt
te alieno cõdemnandũ. ⌊Quid feciſti? ⌋ quaſi dicat. Verba illoꝝ, & qd tibi opponunt audiui,
ſed eis nõ credo, ſciẽs partim falſa eſſe q̃ aſſerũt, & itẽ ꝙ p inuidiã tradiderũt te mihi, ideo tu
ipſe dic veritatẽ, paratus ſum credere tibi, propter ea q̃ audiui de te, vtpote ꝙ tãta mirabilia
pperraſti. ⌊Reſpondit Ieſus: Regnũ meũ nõ eſt de hoc mũdo ⌋ .i. mũdiale, terrenũ & temporale, ſed cœleſte ac ſpũale, per quod Chrũs ſatisfecit Pilato zelante pro Cæſare. Per hoc em̃
ꝙ Chrũs nõ quæſiuit dominationẽ terrenã & tẽporalẽ, patet ꝙ nõ derogauit imperatori, qui
tũc mũdi monarchiã tenebat. ¶ Sed poteſt qs dicere, Regnũ Chriſti eſt eccleſia militans, degens in ſeculo iſto. Qũo ergo regnũ eius nõ eſt de hoc mũdo? Rurſus: Chrũs eſt princeps re-
Apoca. 1. gũ terræ, vt dicit̃ in Apocalypſi, ergo & omniũ terrenoꝝ regnoꝝ. Iteꝝ dictum eſt ſupra: Pa-
Johan. 3 ter diligit filiũ, & oĩa dedit in manu eius. Itẽq;: Dediſti ei poteſtatẽ oĩs carnis, ex qbus ſequit̃
Johan. 17 ꝙ oĩa regna mũdi huius ſint eius. Regna aũt mũdi ſunt de mũdo. Dicendũ, ꝙ ſiue p regnũ intelligat̃ principatus ſeu gubernatio regis, ſiue ſubiecti illi⁹, veꝝ eſt ꝙ regnũ Chriſti nõ eſt de
hoc mũdo .i. tale quale eſt regnũ mũdi huius, vel pertinẽs ad mundanoꝝ ſortem regnorum.
Gubernatio em̃ mundana eſt cũ pompa & gloria, cũ diuitijs atq; delicijs, vel ſaltem cũ familia multa & magnificentia eoꝝ, quæ ad mũdum reſpiciunt, ſimiliter ſubditi mundanoꝝ regum ſecularibus occupant̃ negotijs, & in exterioribus ſubijciunt̃ regibus ſuis. Porrò gubernatio Chriſti eſt interna, per fidẽ, charitatẽ ſeu grãm in cordibus electoꝝ ſuoꝝ, de qbus dixit

A ſupra:De mundo non ſunt,ſicut & ego non ſum de mundo,intelligendo per mundũ homi-
nes terrenos,carnales,mundanos. Chrũs quoq; in paupertate & humilitate,in afflictione & Iohan.17
aduerſitate præfuit ſuis,qui potius ſunt cœleſtes q̃ mundiales,dicente apoſtolo:Noſtra con Zacha.9
uerſatio in cœlis eſt. Et:Qui in carne ſunt,placere deo non poſſunt. Si ex hoc mundo eſſet Mat.11.
regnũ meum .i.mundanũ & temporale,conſiſtens in exterioribus & dominatione terre- Phil.3
na ac virtute armoꝝ, miniſtri vtiq; mei, quos tũc haberem,ſed modo non habeo,vtpo- Roma.8
te homines ſeculares ſimiles ſatellitibus atq; militibus regũ mundanoꝝ,vel miniſtri mei q̃s
nũc habeo,videlicet angeli ſancti,cæteriq; credentes, decertarent .i.pugnarent pro me,
vt nõ traderer Iudæis. Tales etẽm reges nolunt opprimi,capi aut hoſtibus ſubijci,ſubdi-
ti quoq; eoꝝ vſq; ad mortẽ pugnãt pro eis. Nũc autem regnũ meũ non eſt hinc .i.de hoc
mũdo,vt patuit. Primus em̃ Chriſti aduentus promiſſus,pnunciatusq; fuit in paupertate,ab Zacha.9
iectione & humilitate,vt patereſ pro mũdi ſalute. Secũdus vero erit in maieſtate & gloria vt Matt.25
iudicet mundũ,& omnes aduerſarios ſuos deijciat & cõdemnet. Ex quo eluceſcit cæcitas Iu Luc.21.
dæorũ,præſtolantiũ primũ Chriſti aduentũ in tanta maieſtate & gloria,ꝙ omnia mũdi re- Eſa.50
gna ipſis ſubijciet,mũdiq; monarcha conſiſtet,nõ attendẽtes ꝙ Hieremias Chriſtũ alloquẽs
prophetauit:Quare quaſi colonus venturus es in terra,& ſicut viator declinans ad manendũ Hiere14
Dixit ei itaq; Pilatus:Ergo rex es tu. Pilatus audita Chriſti reſponſione,notauit ꝙ admi
B ſit ſe eſſe regẽ,quãuis non terrenũ,ideo ſolicite inquiſiuit de hmõi regno,quod ſecundũ ver-
ba Chriſti nõ pertinuit ad Iudæos. Reſpondit Ieſus:Tu dicis,quia rex ſum ego? .i.verita
tem quã à me interrogas,tu ipſe profers,quia vere ſic eſt,ꝙ rex ſum. Quãuis em̃ interrogatio
interrogatiue propoſita nõ ſit vera nec falſa,tamẽ hoc ipſum quod ſignificat eſt veꝝ vel fal-
ſum,ſi ſimpliciter proferaſ,videlicet aſſertiue vel negatiue,ſicq; verbũ Pilati quo dixit:Ergo
rex es tu,veꝝ fuit ſimpliciter ſumptũ ſeu aſſertiue prolatũ. Chrũs aũt talem habuit modum Mat.26
reſpondendi. Nã quum Iudas dixiſſet:Nunquid ego ſum domine? Reſpondit:Tu dixiſti.
¶Porrò ꝙ Chrũs ſit rex vtriuſq; teſtamẽti,teſtanſ ſcripturæ. Scriptũ eſt em̃ de eo apud Hie Hiere.23
remiam:Regnabit rex & ſapiens erit. Zacharias quoq; ait:Ecce rex tuus venit tibi manſue- Zacha.9
tus. Item Lucas:Regnabit(inquit)in domo Iacob in æternum,& regni eius non erit finis. Lucæ.1.
Iohannes quoq; in Apocalypſi:Agnus dominus dominoꝝ ẽ & rex regũ,de cuius regno ꝙ
nõ eſt hinc conteſtaſ apoſtolus:Cũ tradiderit regnũ deo & patri. Ego in hoc, .i.propter Apoca.17
hoc natus ſum,tẽporali natiuitate ex virgine. De æterna quippe generatione modo non lo- Apoca.19
quitur, & ad hoc veni in mundũ, per incarnationis myſteriũ,non per diuinitatis mutati- 1.Cor.15
onẽ,vel deſcenſum localẽ, vt teſtimoniũ perhibeã veritati .i.vera affirmem,veritatẽ prę-
dicẽ,falſa reprobem,iniuſta condemnem. Venit em̃ filius dei,vt diſſoluat opa diaboli.¶Per 1.Iohã.3
hibuit aũt Chrũs teſtimoniũ veritati doctrinæ,euangelicã legẽ docẽdo,veritati iuſtitię,opa
Iudæoꝝ redarguendo,prout ſupra dixit:Me odit mũdus,quia ego teſtimoniũ perhibeo de Iohan.7.
illo,quia opera eius mala ſunt,veritati quoq; vitæ,quia quod docuit,adimpleuit. Deniq; te-
ſtimoniũ perhibuit veritati,vtpote ſibimetipſi,vt dictũ eſt ſupra:Ego ſum q teſtimonium Iohan. 8
phibeo de meipſo. Ipſe aũt eſt via,veritas & vita. Omnis q eſt ex veritate, æterna & in- Iohan.14
creata,nõ ſolũ per creationẽ vt omnia,ſed p prædeſtinationẽ & imitationẽ,hoc eſt quę per-
tinet ad deũ,quaſi electus ab eo,& filius eius per adoptionẽ, audit vocem meam .i.doctri
næ meæ,tandẽ aliquãdo atq; finaliter anteq̃ hinc recedat,credit & acquieſcit,& tales ſunt re
C gnũ meũ,hoc eſt q̃d alibi ſcriptũ eſt:Qui ex deo eſt,verba dei audit,propterea vos non audi Iohan.8
tis,quia ex deo nõ eſtis. Dicit ei Pilatus:Quid eſt veritas? Pilatus qa iudex erat audito no
mine veritatis,ſciſcitaſ qd ſit veritas,quæ maxime reſpicit iudices,q̃ꝝ eſt iter vera ac falſa diſ
cernere.¶Poſſunt aũt verba Pilati dupliciter accipi. Primo,vt intelligaſ quæſiſſe in cõmuni
diffinitionẽ veritatis. Secũdo,vt intelligaſ ſpecialiter interrogaſſe,quid ſit veritas,de qua au
diuit à Chriſto:Omnis q natus eſt ex veritate,ex quibus verbis penſauit ꝙ veritas eſſet quod
dam principium hominũ. Et quũ hoc dixiſſet,iterum exiuit ad Iudæos. Non expectauit
Chriſti reſponſionẽ,præ nimio deſiderio liberãdi & excuſandi eũ. Iam em̃ percepit innocen
tiam Chriſti,& forte ſic feſtinauit,quia repẽte occurrit memoriæ eius,modus eripiẽdi Chri
ſtũ de manibus Iudæoꝝ,qui modus ſubiungitur, & dixit eis:Ego nullã in eo inuenio cau-
ſam mortis,diligenti ac debita inquiſitione præmiſſa. Eſt aũt conſuetudo vobis, vt vnũ Mat.27
(reum)dimittã vobis .i.ad veſtrũ honorẽ atq; inſtantiam, in paſcha .i.in feſtiuitate paſ- Marc.15
chali. Hanc cõſuetudinẽ habuerũt Iudæi nõ ex legis præcepto,ſed ex prædeceſſoribus ſuis,q Lucæ.23
& hoc impetrauerũt ab imperatore,vt iudex ab illo conſtitutus in Hieruſalẽ & Iudæa,dimit
teret eis vnũ vinctũ in paſcha quẽcunq; petiſſent,in recordationẽ liberationis patrum ſuoꝝ
de ſeruitute Pharaonis,quæ liberatio fuit in paſcha. Vultis ergo dimittã vobis regẽ Iudæo Exodi.12
rum? Pilatus Romano imperatori obediens,vocat Ieſum regẽ Iudæoꝝ deriſorie & ioco- Mat.27
ſe. Non em̃ aſſertiue dixit eum regẽ Iudæoꝝ,quia imperator prohibuit aliquẽ ſine ſuo con- Marci.15
ſenſu Iudæoꝝ regẽ vocari,& quia audiuit à Chriſto:Regnũ meũ non eſt de hoc mundo,ſed Lucæ.23

idcirco ſic loquitur, vt oſtendat q̃ vana & friuola fuerat Iudæoꝝ obiectio, qui hoc Chriſto D
imponebãt, ꝙ dixit ſe regem Iudæoꝝ, quaſi dicat. Qualem apparẽtiam habet hoc ꝙ iſte pau
per dixerit ſe regem Iudæorum, quantum ad regimen, de quo imperatori & mihi eſt cura.
⌊Clamauerunt ergo rurſum omnes⌋ Iudæi aduerſarij ſaluatoris, non tamen omnes ſimpli- »
citer. Aliqui etenim aderant amici Chriſti, videlicet Nicodemus, Ioſeph, &c. dicẽtes. ⌊Nõ »
hunc, ſed Barrabam⌋ nobis dimitte. ⌊Erat autẽ Barrabãs latro,⌋ qui (vt Lucas refert) pro- »
pter ſeditionẽ factã in ciuitate & homicidiũ miſſus fuit in carcerem. Hunc locũ ponit Iohan
nes truncate, ſciens ꝙ alij Euangeliſtæ eũ deſcripſerint plenius. ¶ Aduertendũ ergo, ꝙ Pila-
tus ex corde cupiẽns Ieſum eripere, excogitauit induſtrioſe, propoſuitq́ Iudæis duos, quoꝝ
alterum eligerent ſibi dimitti, & ne alium magis q̃ Ieſum peterẽt ſibi dimitti, propoſuit Ie-
ſum & Barrabam latronẽ ſediciosum & homicidã, arbitrãs ꝙ nequaq̃ tam ſceleratũ ac odio-
ſum eligerent. Pontifices vero & phariſæi perſuaſerunt populo vt eligerent Barrabam, & Ie-
Ephe.5 ſum crucifigi depoſcerent, quod & fecerũt. Vnde & merito venit ſuper Iudæos ira dei vſque
in finem, quia latronem præpoſuerunt filio dei.

¶ Declaratio Cap. XIX. Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum. Art. XLV.

Luce.23 VNnus Euangeliſtarũ omittit quædam quæ alij deſcripſerũt. Iohan-
nes itaq; hoc loco omittit quod recitat Lucas, qũo ſcilicet Pilatus E
miſit Ieſum ad Herodẽ, qui quũ Ieſum alba veſte indutũ, ſpretũ, illu
ſum remiſiſſet, ipſe Pilatus rurſus inſtabat quomodo Ieſum eriperet
Cunq; Iudæoꝝ furore penſato, conſideraſſet ꝙ nõ poſſet Ieſum om
nino immunẽ dimittere cũ pace illoꝝ, cogitauit eũ caſtigare ad ſa-
tisfaciendũ illoꝝ furori, non vt Chriſtum perſequeretur, quem nouerat innocentẽ, ſed & cæſum dimitteret. Fecit ergo quod ſubditur.
⌊Tunc ergo,⌋ dũ vidit ſe verbis nihil proficere, ſed Iudæos latro- »
nem præ Chriſto eligere, ⌊apprehendit Pilatus Ieſum & flagella- »
uit⌋ eum. i. per ſuos ſeruos fecit expoliari veſtibus, alligari colũnæ, flagellis crudeliter per- »
cuti, quod erat tenerrimo, naturaliſſimo ac nobiliſſimo corpori Chriſti inæſtimabiliter pœ
nale. ¶ Nos quoq; iugiter recordemur, quæ & quanta pro nobis ſuſtinuit agnus ſine macula,
eiuſq́; exemplo diſcamus libenter ferre aduerſa, pro eius amore omnia dura ac aſpera affectu
oſe toleremus, corrigamus quoq; & caſtigemus noſipſos, meditemur q̃ erubeſcibile fuit in re
gia ciuitate, in die ſolenni, in tot miliũ præſentia, in aduerſarioꝝ conſpectu, ſic nudari, ligari
ac flagellari, & cætera quæ ſubſequunt ſufferre, ſicq́; diſcamus contemnere omnẽ humanum
honorem, & eſſe parati ad contumelias, irriſiones, confuſiones pro Chriſto. ⌊Et milites (præ »
Matth.27 ſidis) plectentes coronam de ſpinis⌋ .i. iuncis marinis longis, acutis, & valde punctiuis impo »
Marc.15 ſuerunt capiti eius cũ illuſione, quia dixit ſe regem, ⌊& veſte purpurea circundederunt⌋ .i. »
Luce.23 Mat.27 veſtiebant ⌊eum.⌋ Matthæus vocat chlamydem coccineam, & forte fuit aliquid rubeũ ſimi »
le purpuræ, ⌊& veniebant ad eũ & dicebant (irridendo): Aue rex Iudæorũ,⌋ quaſi dicerent. »
O miſer & ſtulte, qui te iactaſti eſſe regem Iudæoꝝ, propter hoc meruiſti has pœnas. ⌊Et da »
Iob.16 bant ei alapas,⌋ quemadmodum Sibylla legitur prædixiſſe: Dabunt deo alapas manibus in »
ceſtis. Et in Iob: Aperuerunt ſuper me ora ſua exprobrantes percuſſerunt maxillam meam,
ſaciati ſunt pœnis meis. Deniq; milites hæc fecerunt congregata ac præſente vniuerſa cohor
Mat.27 te ſecundum Matthæum, ponenteſq́; genua ſua adorauerunt eũ, & ſurgentes conſpuerunt F
vultum ipſius, percutiebant quoq; caput eius benedictum arundine. ¶ Hæc omnia intentiſſi
mam exigunt meditationem, cruciformem imitationem, amoris inflammationem, itemq́;
perennem gratiaꝝ actionem. Ille coronatus eſt ſpinis, vt nos coronemur corona de lapide
Pſalm.20 pretioſo, danda electis in patria, iuxta quod ſcriptũ eſt: Accipient regnũ decoris, & diadema
Sap.5 ſpeciei de manu dñi. Ille purpureo indumento pro illuſione indui nõ negauit, vt nos veſtib⁹
Eſaie.61 gloriæ, duplici ſtola veſtiamur. Vnde per Eſaiam inducitur: Induit me veſtimento ſaluris, &
indumento iuſtitiæ circundedit me. In prouerbijs quoq;: Omnes domeſtici eius veſtiti dupli
Prouer.31 cibus. Deniq; tantas illuſiones, conſputationes, contemptus ſuſtinuit vt ab illuſione diaboli,
à confuſione æterna, à vilificatione perpetua liberemur. ⌊Exiuit iterum foras,⌋ de prætorio »
ad Iudæos ſtantes ante domum ſuam, ⌊Pilatus, & dixit eis: Ecce adduco eum vobis foras vt »
cognoſcatis quia nullam in eo cauſam inuenio,⌋ propter quam occidi meruerit, quaſi dicat »
Educo eum caſtigatum, ſi forte in verbis offendit, ex quo poteſtis attendere, quod nullã cau »
ſam mortis in ipſo comperio, quia ſi ſic, non flagellaſſem eum, ſed morti adiudicaſſem. ⌊Exi »
uit ergo Ieſus portans (in capite) ſpineam coronam⌋ capiti ſacratiſſimo dire infixã, ⌊& pur- »
pureum veſtimentũ.⌋ ¶ O quantus dolor apprehẽdit & penetrauit cor maternũ dulciſſimæ »
ac virgineæ matris, quũ filiũ ſuũ vnicũ atq; chariſſimum, quẽ plus amauit q̃ ſeipſum, ſic vidit
egredientẽ, taliter cruentatum in vultu, ſic crudeliſſime contrectatum, tam miſerabiliter appa
Pſal.44 rẽtẽ. Nõ recedat à memoria nr̃a diſpoſitio dñi Ieſu taliter egrediẽtis. Tũc vtiq; ſpecioſus for

ma

A ma præ filijs hominum viſus eſt, nõ habẽs ſpẽm neq; decorẽ, qm̃ vultus eius clariſſimus, ſputo Eſa. 53
& ſanguĩe fuit pfuſus. ¶Obſecro te dñe Ieſu rex Chriſte, vt huius tuæ apparitõis merito, det Oratio
mihi nũc gr̃a taliter cõuerſandi, vt poſt vitæ pſentis incolatũ tibi pſenter ſine om̃i labe pecca-
ti, ornatus ſplẽdore virtutũ, ne tuo tribunali oblatus cõfundar. ⌊Et dixit (Pilatus) eis:⌋ puta
Iudæis. ⌊Ecce homo⌋ q dixit ſe regẽ. i. cernitis nũc, q̃ dirò & ſupſufficiẽter correptus ſit, q̃
miſerabilis appareat, ita vt merito cõtẽtari & cõpati debeatis, nõ grauiorẽ vindictã expetere
Hac nẽpe de cauſa eduxit Pilatus Ieſum, tã lamẽtabiliter ſauciatũ, vt ad cõpaſſionẽ emollirẽ-
tur corda Iudæo℞, ceſſarẽtq; pſequi innocentẽ. ⌊Cum ergo vidiſſent eum pontifices & mi-
niſtri (fautores eo℞ ſpeciales) clamauerũt, dicẽtes: Crucifige, crucifige eum.⌋ In quo patet, q̃
lapidea, ſæua, & inuidiſſima erant illo℞ corda, qui homini innocẽti ſic læſo & deformato, ꝙ
adamãtina pectora in eius compaſſione potuerũt molleſcere, nequaq̃ cõpaſſi ſunt, ſed voce
repetita præ nimio deſiderio clamabãt: Crucifige, crucifige, quaſi illa tormẽta inſufficiẽtia
fuerint. Et o beatiſſima genitrix dulcis Maria, q̃ pœnaliſſimũ erat benigniſſimæ animæ tuæ au-
dire verbũ illud crudeliſſimũ atq; aſperrimũ. Tũc verè impletũ eſt q̃d Pſalmiſta pdixit: Exa- Pſalm. 63
cuerũt vt gladium linguas ſuas. Et denuo: Filij hominũ dentes eo℞ arma & ſagittæ, & lingua Pſalm. 56
eo℞ gladius acutus. ⌊Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite. Ego eñ nõ inuenio
in eo cauſam⌋ necis ſeu crucifixionis. Illi qui dicũt Iudæos verè dixiſſe Pilato: Nobis non li-
cet interficere quenquã, quaſi om̃ino ablatũ fuerit eis iudiciũ ſanguinis, dicunt ꝙ Pilatus iſta
rñdit ex indignatione, & irriſorie, quaſi dicat: Si audetis vel poteſtis, occidite eum. Alij dicũt
B quòd Pilatus idcirco hæc dixit, quòd Iudæi voluerũt immunes videri à morte Chriſti. Pro-
pterea commiſit eis iudicium, quaſi dicat: Si imò iuſtum eſt eum occidi, facite hoc per vos, &
nõ imponatis mihi hoc onus, vel ideo dixit iſta Pilatus, vt acciperẽt Ieſum, tenerẽtq; ligatũ
vſq; poſt factũ, & tũc facerẽt ſcd̃m q̃d vellent. ⌊Reſponderũt ei Iudæi: Nos legẽ habemus⌋
diuinitus datã ⌊& ſcd̃m legẽ debet mori, quia filiũ dei ſe fecit⌋ .i. eſſe phibuit. Nã ipſa nocte
paſſionis adiuratus à Caipha, an eſſet Chr̃us filius dei benedicti manifeſte rñdit, ꝙ imò. Im-
poſuerũt ergo Chr̃o ꝙ nomẽ & gloriã diuinitatis ſibi vſurpauit, ſicq; ſcd̃m legẽ occidẽdus Leuit. 24
eſſet tanq̃ blaſphemus. Lex tamẽ pcepit tales lapidari nõ crucifigi. ¶Mira puerſitas ac cæci- Iohã. 18
tas Iudæo℞, quaſi ideo mẽtitus ſit Ieſus, q a dixit ſe filiũ dei, quũ tñ per ſcripturas & ſigna oſtẽ-
derit ſe eſſe Chr̃m, & p conſequẽs filiũ dei. ⌊Cũ ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonẽ⌋ vz ꝙ
Ieſus dixit ſe filiũ dei ⌊magis timuit⌋ nõ propter legẽ Iudæo℞, ſed formidauit, ne ſic eẽt quẽ-
admodũ Ieſus ferebaẽ dixiſſe, & p conſequẽs grauiſſimũ facinus cõmiſiſſet flagellãdo filiũ dei,
magis quoq; q̃ antea timuit Ieſum occidere, ne occidẽdo hominẽ, ſimul occideret deũ. ¶Sed
quõ Pilatus vir gẽtilis atq; idololatra, expers notitiæ veri dei timuit, audito ꝙ Ieſus dixit ſe fi-
liũ dei? Dicẽdum ꝙ multi gẽtiliũ idololatra℞ cognouerũt eẽ vnũ ſummũ deũ, imò ſcd̃m Da-
maſcenũ, om̃ibus naturalr̃ inſertũ eſt eſſe deũ. Rurſus pbabile eſt, ꝙ Pilatus inter Iudæos ha-
bitãs, aliqua audiuit de deo Iſrael, & de iudicijs ac om̃ipotẽtia eius, vnde & plagã dei potuit
abhorrere. ⌊Et ingreſſus eſt in prætoriũ ite℞⌋ ducẽs Ieſum ſecũ, vt eũ ſecretius diligẽtiusq;
diſcuteret, ⌊& dicit ad eũ: Vnde es tu?⌋ Scd̃m q̃d recitat Lucas anteq̃ Pilatus flagellauit Ie- Lucæ 23
ſum, audiuit ꝙ Galilæus eſſet, propter q̃d miſit eum ad Herodẽ, cur ergo nũc ſciſcitaẽ, & ait:
C Vnde es tu? Dicẽdum, ꝙ quia audiuit Ieſum dixiſſe, ſe eſſe filiũ dei, quærit diligẽtius de loco
& principio ſuæ natiuitatis, an ſcilicet vere de deo natus ſit, non ex hominibus. ⌊Ieſus autẽ
reſponſum non dedit ei⌋ vt impleret quod de ipſo cecinit Eſaias: Quaſi agnus corã tondẽte Eſa. 53
obmuteſcet, item, quia Pilatus capax non erat diuinæ generationis Chriſti, & rurſus, quoniã
Chr̃us noluit paſſionẽ propriam impedire, quam facillime impediſſet, ſi Pilato atq; Herodi
reſpondiſſet ad ſingula. ⌊Dicit ergo ei Pilatus:⌋ vehemẽter admirãs taciturnitatẽ Chriſti
in tali articulo, & quia ſeipſum poterat faciliter excuſare, atq; à manibus Iudæo℞ excutere.
⌊Mihi nõ loqueris?⌋ tanq̃ dicat: Stulte & mirabiliter habes te in hoc ꝙ iudici non reſpondes
prout melius vales loquẽdo mihi cum reuerẽtia & timore, vt moris eſt captiuorum iam iu-
dicandorum. ⌊Neſcis quia poteſtatem habeo⌋ Tanquàm præſes & iudex rite inſtitutus.
⌊crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te.⌋ Imò per eandem poteſtatem poſſum
vtrunq;, & quia hoc ſcis, merito reſpõderes. ⌊Reſpondit Ieſus: Non haberes poteſtatem ad-
uerſum me vllam, niſi tibi eſſet datum deſuper,⌋ Hoc eſt, à deo omnipotente, à quo deriua-
tur, & datur omnis poteſtas, dicente Apoſtolo: Non eſt poteſtas niſi à deo. Ab ipſo Roma. 13
enim eſt omne bonum, omneq; donum. Propterea niſi poteſtas iniquorum principum & iu- Iacobi 1
dicum eſſet à deo, ſcriptum non eſſet in libro Sapientiæ: Præbete aures vos qui continetis Sapiæ. 6
multitudines, quoniam data eſt vobis poteſtas à deo, & virtus ab altiſſimo, qui ſcrutabitur
cogitationes veſtras citò & horrende apparebit vobis. Dat ergo deus poteſtatem etiam im-
pijs per ſe vel per alios, ſed illi abutuntur. Poteſt quoq; ſic accipi: Non haberes ptãtem cõtra
me, niſi datũ tibi eſſet deſuper, à ſupiori principe ſcilicet imperatore Romano. ⌊Propterea⌋
Quia hæc dicis ſtudio dimittẽdi me, & ta q̃ feciſti in me, feciſti humano timore, nõ ex inuidia

vt Iudæi, vel ex cupiditate vt Iudas, ⌊qui me tradidit tibi⌋ videlicet populus Iudæoꝝ ma-
Matth. 26 xime ſacerdotum, vel Iudas originaliter ⌊maius peccatum habet,⌋ id eſt, grauius peccat in
Marci. 14 me q̄ tu, propter cauſam prædictam, & etiam quoniã prima cauſa, quæ alias mouet & prouo D
Lucæ. 22 cat ad opera praua, plus peccat q̄ cauſa ſecunda & proxima. ¶ Itaq; amplius peccat, qui tra-
Iohan. 13 dit innoxium iudici ſcienter & ex rancore, qua iudex qui ex ſuperioris poteſtatis timore, illũ
dijudicat. Veruntamen Pilatus proprijs verbis damnauit ſeipſum. Dicẽs em̃ ſe habere pote-
ſtatẽ dimittẽdi Chriſtum, nec tamẽ eum dimittẽs, quẽ ſciebat innoxium, demõſtrauit ſe po
Eccl. 4 teſtate conceſſa abuſum, nec debuit timore humano relinquere æquitatẽ, ſed vſq; ad mortẽ
agonizare ꝓ illa, ꝑſertim quũ iudex debeat eſſe quaſi animata iuſtitia. ⌊Exinde quærebat Pi
latus dimittere eũ,⌋ etiã magis q̄ ante. Intellexit em̃ ex verbis Chriſti, ꝙ nõ ſine pc̄tõ poſſet
occidere quẽ nouit innoxiũ. ⌊Iudæi aũt clamabãt: Si hũc dimittis nõ es amicus Cæſaris.⌋ qui
te ad iſtam præſidentiã promouit. i. honorẽ Cæſaris nõ defendis, nec eius præcepto obedis.
¶ Iudæi vidẽtes ſe nõ proficere ꝑ allegationẽ ſuæ legis, quã Pilatus tã q̄ alienigena nõ curauit
aſtute obijciũt ei trãſgreſſionẽ imperaliũ ſtatutoꝝ, ſciẽtes ꝙ nõ auderet cõtra Cæſarẽ agere.
Imperatores nãq; Romani ꝓhibuerũt, ꝙ aliqs ſine eoꝝ cõſenſu aſſumeret ſibi regiũ nomen
ꝓpterea ſubdit: ⌊Om̃is em̃ q ſe regẽ facit (ꝓpria authoritate) cõtradicit Cæſari⌋ q iuſſit op-
poſitũ. Poſſumus aũt ꝑ Cæſarẽ intelligere Tyberiũ ſub quo paſſus eſt dñs, nihilominus Cæſa
res q ante eũ fuerũt, iuſſerũt hoc ipm̃. ⌊Pilatus ergo cũ audiſſet hos ſermones,⌋ timẽs offen-
dere Imperatorẽ, & accuſari apud illũ, atq; priuari officio, & in exiliũ mitti, ⌊adduxit Ieſum
foras (extra prætoriũ corã frequẽtia populi) & ſedit pro tribunali⌋. i. in ſede ad iudicandum
⌊in loco qui (Græce) dicit Lycoſtratos, hebraice aũt Golgatha⌋ Lycoſtratos ſcđm Bedam
fuit locus ſublimis, habẽs lapideum pauimẽtum. Vnde Lycoſtratos dicit quaſi lapide ſtratus E
⌊Erat aũt paraſceue Paſchæ⌋. i. feria ſexta ante ſolẽniſſimũ diem feſtiuitatis paſchalis, quia
fuit ſabbatũ. Vel paraſceue paſchæ. i. ſexta feria quæ fuit vna ae pr̃ia dieꝝ paſchaliũ. Paraſce
ue aũt eſt nomẽ græcũ, q̄d interp̃tat præparatio, q̄a in eo parabãt Iudæi duplices cibos, vide-
Exo. 16 licet pro ipſa feria ſexta, & ſabbato ſubſequenti, in quo ſecundum legem non licuit coquere.
Leui. 19 ⌊Hora quaſi ſexta⌋ cõtrariũ videt, qm̃ apud Marcũ legit: Erat hora tertia, & crucifixerũt eũ
Marci. 15 ergo añ tertiã Pilatus ſedit ꝓ tribunali, quũ certũ ſit primo iudicatũ eẽ Ieſum q̄ cruce appẽſũ
Lucæ. 23 Iteꝝ in Luca dr̃, ꝙ erat hora fere ſexta qñ crucifixus eſt Chr̃us. Matthæus ãt ſcribit, ꝙ ab ho
Matth. 27 rã ſexta vſq; nonã tenebræ factæ ſunt ſup vniuerſam terrã, & toto tp̄e illo pẽdebat ſaluator in
cruce. Dicẽdũ, ꝙ hora ſexta eleuatus ẽ Ieſus in cruce, vel parũ ante ſextã vt innuit Lucas, ideo
Pilatus ſedit ad iudicãdũ ſcđm Iohannẽ añ ſextã. Marcus vero q dicit Ieſum hora tertia cru-
cifixum, retulit hoc ad animũ Iudæoꝝ, q hora tertia clamauerũt: Tolle crucifige eũ, vel ideo
dicit hoc Marcus, qm̃ crucifixus fuit infra tertiã & ſextã, mediũ aũt ꝑ vtrũq; extremoꝝ ex-
primit. ⌊Et dicit Iudæis: Ecce rex veſter⌋ quẽadmodũ tactũ eſt, hoc ait Pilatus deriſorie, &
ad verecundiã Iudæoꝝ quaſi dicat: Quid apparẽtiæ habet hoc ꝙ dicitis iſtũ ꝑenũ & miſera-
Sapiẽ. 2 bilẽ voluiſſe vſurpare regnũ Iudæoꝝ tp̄ale cõtra Imperatoris decretũ ⌊Illi aũt⌋ implacabili
Marci. 15 inuidia, ac furore repleti, q̄bus & grauis fuit ad videndũ. ⌊clamabãt: Tolle, tolle⌋. i. à terra &
Lucæ. 23 cõſortio hoĩm aufer ⌊crucifige eũ⌋ q̄d genus mortis ignominioſiſſimũ fuit & ſceleratiſſimis
deputatum. ⌊Dicit eis Pilatus: Regẽ vr̃m crucifigã?⌋ quaſi dicat: Hoc cedit in cõfuſionẽ ve
ſtrã, ſi illũ ſuſpẽdo in ligno, qui ſcđm populi opinionẽ fuit & eſt rex veſter. Tamẽ (vt dixi) Pi F
latus nõ vocat Ieſum regẽ Iudæoꝝ ex animo, ne cõtra Cæſarẽ agat. ⌊Rñderunt⌋ põtifices
Eſa. 33 ⌊Nõ habemus regẽ, niſi Cæſarẽ⌋ ¶ O infelices põtifices, nõ paſtores, ſed deuoratores gregis
Pſalm. 21 vr̃i. Si em̃ nõ habetis regẽ niſi Cæſarẽ, vbi eſt q̄d loquit Eſaias: Dñs iudex noſter, dñs legifer
Zacha. 9 noſter, dñs rex noſter, ipſe veniet & ſaluos nos faciet, vbi inſup eſt q̄d de Chr̃o Pſalmiſta ꝑdi-
Eſai. 9 xit. Et dñabit à mari vſq; ad mare. Et Zacha. Exulta ſatis filia Syon, Ecce rex tuus venit tibi
Sapiẽ. 6 mãſuetus, ipſe pauper. Rurſusq; Eſaias: Sup ſoliũ Dauid & ſup regnũ eius, ſedebit: Quõ ex-
cæcauit vos malitia vr̃a? Nonnẽ Cæſar alienus fuit & alienigena, opprimẽs vos & dominãs
vobis propter pc̄tã veſtra. Nõnẽ promiſſus fuit vobis rex verus ex populo vr̃o, ſurrecturus
rex Meſſias? Cur ergo alienę ptãti ſubijcitis vos in æternũ, & verũ promiſſumq; principẽ ab
Hiere. 5 negatis? Tũc impletũ eſt illud Hieremiæ: Negauerũt dñm & dixerũt, nõ eſt ipſe. Illud quoq;
Daniel. 9 Danielis: Nõ erit eius populus, q eũ negaturus eſt. ¶ Deniq; Chr̃m reſpuẽdo atq; dicẽdo: Nõ
habem⁹ regẽ niſi Cæſarẽ, meruerũt vſq; in finẽ mũdi Romano Imp. ſubiugari, ꝓut videm⁹ im
Dani. 8 pleri, & Daniel prophetauit. Finis (inquit) eius vaſtitas, & vſq; in finẽ, perſeuerabit deſolatio
⌊Tunc ergo⌋ quando videlicet vidit ſe nihil proficere, & illos implacabiles eẽ, ſe quoq; ſi nõ
acquieſceret petitioni illoꝝ, imperatorẽ poſſe offendere, quẽ põtifices in tm̃ honorauerũt vt
dicerẽt ſe regẽ non habere niſi illum ⌊tradidit Pilatus eis illũ⌋ vtpotè Ieſum flagellis cæſum
& ſpinis coronatũ, ⌊vt crucifigeret⌋ authoritate ſuæ ſentẽtiæ latæ cõtra Ieſum. Nam ante iã
tradidit eis illũ, dicẽdo: Accipite eũ vos, & crucifigite, ſed hoc nõ dixit diffiniẽdo iudicium
contra Ieſum, nunc vero adiudicauit fieri petitiones eoꝝ. ⌊Suſceperunt autem Ieſum⌋ id eſt

A milites præſidis in manibus ſuis nepharijs, exuentes eum chlamydem coccineam, & propria
indumenta eum induentes ⌊& eduxerunt⌋ eum extra Hieruſalē, vel ſuſceperūt eum Iudæi, Matth. 27
quia Pilatus tradidit eis Ieſum, i. ſuę voluntati expoſitū acceptauerūt. ⌊Et baiulās (Ieſus) ſibi Lucæ. 23
crucē (proprijs humeris) exiuit.⌋ Tunc iuxta Eſaiæ vaticiniū factus ē principatus eius ſuper
humerū eius, qm̄ crucē propriā baiulando, meruit principatū om̄is terræ. Egrediēdo itaq; vr Eſa. 9
bem portauit crucē ad aliquātulum ſpaciū, poſtea dederūt crucē Chriſti ad deferendum Sy-
meoni Cyrenēſi patri Alexādri & Rufi diſcipulorū Chriſti, ne Ieſus in via moreretur ſub onere Matt. 15
crucis, ſed vt eū diutius duriusq; affligerēt ¶ Cōſideremus pterea malignitatē Iudęorū, quorū Lucæ. 23
machinatiōe milites præſidis poſuerūt lignū crucis ſup collum Chriſti, q̄d nō fecerūt latroni
bus ſecum eductis. Turpiſſimā em̄ & acerbiſſimā ei mortē intulerūt, & quicquid confuſionis
cōtēptus & crudelitatis excogitare potuerūt, fecerūt in eum. Penſemus quoq; patiētiam &
manſuetudinem ſaluatoris, qui om̄ia iſta patiētiſſime tulit, & ſicut Hieremias prænuntiauit.
Quaſi agnus innocēs ductus ē ad immolādū, q cū malediceretur nō maledicebat, nec faciē ſuā
auertit ab increpātib⁹ & cōſpuētib⁹ in ſe. Attēdamus etiā q̄re hæc ptulit. ſ. ppter nos, quorū Hiere. 11
iniquitates ſupergreſſæ fuerūt caput noſtrū, & ſimus grati ei verbo ac ope, abnegādo noſipſos 1. Pet. 2
tollendoq; crucē noſtram quotidie, quatenus impleamus q̄d ad Hebræos monet Apl'us, qui Pſalm̄. 37
quum dixiſſet: Ieſus vt ſanctificaret populū extra portam paſſus eſt, addidit: Exeamus ergo Lucæ. 9
ad eum extra caſtra, improperiū eius portantes. Non em̄ habemus hic manentē ciuitatē, ſed Matth. 16
futurā inquirimus: Crucifigamus carnem noſtram cum vitijs & cōcupiſcentijs: Exiuit ergo Hebræ. 13
⌊in eum qui dicitur Caluariæ locū.⌋ Caluaria eſt caput hois mortui, vnde locus in quo crucifi- Galat. 5
xus eſt Chriſtus, appellatur locus Caluariæ, nō q caput Adæ ſit ibi ſepultū, & quidā finxerunt,
B quum Adam legatur ſepultus in Ebron, ſed quia dānati ibi occidebantur, ſicq; locus abūdauit oſſi
bus mortuorū. Sic ergo duxerūt Ieſum in locū inhoneſtū atq; turpiſſimū in quo ipſe mori ele Ioſue. 4
git, vt nos ad empyrei cœli ſplendidiſſimā manſionē feliciter trāſferamur. ⌊Hebraicę aūt⌋
vocatus eſt ⌊Golgatha, vbi eum crucifixerunt⌋ milites miniſtri præſidis, erantq; quatuor, Matth. 27
⌊& cū eo alios duos⌋ haud dubiū quin latrones ſcd̄m Matthæū, quos Lucas nominat nequā Marci. 15
Ducebantur (inquiēs) cū eo & alij duo neq̄, ⌊hinc & hinc⌋. i. ex vtroq; latere Chr̄i, ⌊medium Lucæ. 23
aūt Ieſum,⌋ q̄d idcirco fecerūt milites ex inſtigatōe Iudæorū vt Ieſus t impius videretur, quaſi Matth. 27
fuiſſet princeps latronum. Deo aūt ordinante ſeu permittente factū eſt id, vt impleretur q̄d de Lucæ. 23
per Eſaiam de Chriſto inuenitur prædictum. Et cum ſceleratis reputatus eſt. ⌊Scripſit aūt & Eſa. 53
titulum Pilatus⌋ id eſt, ſcribi fecit ſermonem, continentem cauſam crucifixionis Ieſu ⌊& po
ſuit ſup crucē⌋. i. ſuperiori parti crucis iuſſit affigi, forte cū aliquo aſſere ⌊Erat aūt ſcriptū⌋. i. Matth. 27
titulus verba hęc cōtinebat. ⌊Ieſus Nazarenus rex Iudæorū.⌋ Ieſus eſt nomē pſonæ. Naza- Mar. 15
renus eſt agnomē, locū conceptōis & nutritionis ſignificās, rex Iudæorū eſt cōplexum, expli Lucæ 23
cans quur crucifixus ſit dn̄s, videlicet, quia dixit ſe regē Iudæorū. ⌊Hunc ergo titulum multi
Iudæorū legerūt, quia prope ciuitatē erat locus (Caluariæ) vbi crucifixus eſt Ieſus, & erat ſcri
ptus, hebraice, græce, latine⌋. i. in tribus principalibus idiomatibus mundi magis notis atq;
cōmunibus, vt legeretur ab omnibus. Hebraica nāq; loquela eminebat, qm̄ prima, & in ea ſcri-
C pta fuit lex & prophetæ, pertinuitq; ad vnius veri dei cultores. Græca vero lingua pollebat
ppter naturalē ſapiam ſeu philoſophiā, ingeniūq; Græcorū. Latina vero ppter dominium
Romanorū. ⌊Dixerūt ergo Pilato pōtifices Iudæorū: Noli ſcribere (.i. ſcriptū relinq̄re) rex Iu
dæorū, ſed q̄a ipſe dixit: Rex ſum Iudæorū.⌋ Videbatur em̄ Iudæis titulus præſcriptus, in eorum
verecundiā redundare, qui tamē fuit veriſſimus, quia ſpecialiter datus eſt Ieſus in regē Iudæo
rum. quēadmodum ait in Pſalmo: Ego aūt cōſtitutus ſum rex ab eo ſup Syon montem ſan- Pſalm̄ 2
ctum eius. ⌊Reſpōdit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi⌋ id eſt firmū manebit, nec illud mutabo.
⌊Milites ergo cū crucifixiſſent eū, acceperūt veſtimēta eius, & fecerūt quatuor partes⌋ de ve Matth. 27
ſtibus ⌊vnicuiq; militi partē & tunicā⌋ ſuperiorē acceperūt. Ex quibus primo elicitur q q̄tuor Marc. 15
erāt milites crucifixores. Secūdo, q Ieſus nudus eleuatus eſt in cruce, imò tam nudus, vt venit Lucæ. 23
ex vtero matris, & ſicut Adam quando peccauit in paradiſo ſcd̄m Ambroſium, vnde & ma-
ter eius creditur peplum ſuū īuoluiſſe loco viriliū. Om̄ia iſta deuotā & gratā memoriā exigūt,
& piā imitationē. Ecce em̄ ſanctus ſanctorū vnigenitus filius dei inter latrones ſuſpēditur, cum
ſceleratis reputatur, nudus in cruce leuatur, vt nos impij iuſtificemur, & cū ſanctis annumeremur, Eſa. 53
veſtimentis virtutū induamur. Non ergo quæramus in hoc mundo magnificari ſiue laudari,
non inter doctos & eminentes locari, non precioſis veſtibus atq; ſuperfluis indui, ſed Chri-
ſtum in vera humilitate & paupertate iugiter imitari, velle contemni, peccatores reputari. Matt. 15
⌊Erat aūt tunica incōſutilis (.i. nō cōſuta) deſuper cōtexta per totum⌋. i. artificioſe elabora-
ta per modū rethis atq; cilicij nō inciſa, quam virgo benedicta creditur ſuo dilecto proprijs ma
nibus operata. ⌊Dixerunt ergo (milites quatuor) adinuicem: Non ſcindamus illam⌋ Diui-
dendo eam vt alias veſtes, quoniam partes illius fuiſſent inutiles, & forte propter operis ſub-
tilitatem, raritatem, ſeu ſpecialitatem, quilibet militum deſiderauit eam integram adipiſci,

⌊ſed for

⌊ſed ſortiamur de illa cuius ſit⌋.i.ſortem mittamus ad quem tota pertineat,vnde patet ꝙ ſu
per tunicã incõſutilẽ dũtaxat miſſa ſit ſors.Q̃uo autẽ ſoluendũ ſit,ꝙ huic videt̃ cõtrariũ dixi D
Pſalm.21 ſup Marcũ.Hæc ergo fecerũt atq; dixerũt ⌊vt⌋ intelligẽdo ꝑ vt cõcomitãtia nõ cauſam di-
rectã ⌊ſcriptura(pſalmi)impleret̃,dicẽs(in ꝑſona Chriſti.)Partiti ſunt veſtimẽta mea ſibi⌋
faciendo quatuor partes de illis ⌊& in veſtem meam(.i.ſup tunicã incõſutam)miſerũt ſortẽ,
Et milites quidẽ hæc fecerũt⌋ implentes neſcienter ꝓphetaꝝ eloquia.

¶Expoſitio ſequentis partis huius capituli:Stabat autem iuxta crucem Ieſu mater &c.
Articulus quadrageſimusſextus.

DEinceps agit Euãgeliſta de mutua cõpaſſione Chriſti filij dei,eiusq́; virgineæ ge-
nitricis,quæ tanto intimior erat cordalior atq; pœnoſior,quanto feruentior erat
amor vnius ad aliam.Certũ eſt aũt ꝙ incõparabili dilectione amauerũt ſe mutuo
vltra oẽm æſtimationẽ.⌊Stabat autẽ iuxta crucẽ Ieſu mater eius⌋ O verbũ dolo
roſum & affectuoſum.Quid eñ ſuſtinuit mens illa dulciſſima virgineæ matris,quando tam
propè aſſiſtebat filio patienti vnico,& prorſus chariſſimo,cuius teneritudinẽ ac innocentiã
nouit,quẽ licet ſciebat fructuoſiſſime pati,citoq́; reſurrecturũ,nihilominus vehemẽtiſſime ei
condoluit,in tantũ,vt cõſideratio fructus dñicæ paſſionis & reſurrectiõis tolleret̃ ab intelle-
ctu ipſius,qm̃ vis doloris oĩno abſorbuit animã eius,propter quod aſſerit Damaſcenus,ꝙ
dolor parturientiũ fuit tunc duplicatus in ea ⌊& ſoror(matris eius videlicet) Maria⌋ vxor
⌊Cleophæ(quæ fuit mater Iacobi minoris)& Marię Magdalenæ⌋ item mater filioꝝ Zebe
Matth.27 dæi ſcd̃m Matthæum:Matthæus tamen affirmat ꝙ mulieres iſtæ erant de longe ſtantes. Et
Lucæ.23 Lucas:Stabant(inquit)oẽs noti eius à longe.Ad ꝗd dicendũ,ꝙ ad tempus ſtabant propius E
deinde remotius,vel ſtabant prope & à longe reſpectu diuerſoꝝ.⌊Cum vidiſſet ergo Ieſus
matrem & diſcipulum ſtantem quẽ diligebat⌋ Per hanc circũlocutionẽ loquit̃ Iohannes de
ſeipſo quaſi de alio,⌊dicit matri ſuæ: Mulier⌋ Nõ ait mater,ne illa audito nomine tam ſuaui
nimiũ cruciaret̃ atq; deficeret,⌊ecce filius tuus⌋ hoc aliqui referũt ad ipm̃ Chr̃m,ꝙ oſtendit
ſeipſum matri ſuæ, tanquã diceret: Ecce quid patit̃ homo,quẽ peperiſti,ecce quid conuenit
mihi ex parte naturæ quã aſſumpſi ex te.Sed quia mater piiſſima tota erat intenta ad conſide
rationẽ & compaſſionẽ filij ſui,& filius eam cõſolari volebat,nõ ad ampliorẽ excitare dolo-
rem.Propterea alijs magis apparet,ꝙ Chriſtus demõſtrauit Iohannẽ,dicendo:Ecce filius tu
us,quaſi diceret:Hucuſq; me habuiſti præſentẽ,& de meo aſpectu iugiter cõſolationẽ ſorti-
ta es.Fuiq́; ad obſequiũ tuũ intentus,nũc ſubtrahor tibi,nũc vnico dilectoq́; nato orbaris,nec
tecum ero vt fui mortalis,humanam tecũ cõuerſationẽ efficiens,ideo ne penitus deſolata re-
maneas,cõſtituo tibi filiũ qui ſit loco mei, tibi obſequioſus, cõſolatiuus,familiaris, chariſſi-
mus,vt virgini virgo cohæreat atq; deſeruiat.Sed qualis eſt iſta mutatio ó domina benedi-
cta amãtiſſima virgo Maria.Datur tibi pro filio creatoris,filius piſcatoris,pro vero deo, pu
ra creatura,pro domino,ſeruus,pro filio naturali,adoptiuus.Veruntamẽ aptior & dignior,
poſt Chriſtũ nõ fuit,qui tibi relinqueret̃ pro illo.⌊Deinde dicit diſcipulo:Ecce mater tua.⌋
tibi eam committo vt ei filialiter ſemper aſſiſtas,obſequaris,prouideas.¶O ſancte Iohãnes, F
quantus tibi eſt honor & gloria,quòd incõparabilis ille theſaurus,vas oĩs ſanctitatis,domi
na mundi,regina cœli,quæ cum pr̃e æterno habet ac genuit vnum eundemq́; filium, à quo
ſpiritus ſanctus vere procedit,datur & mittit̃,tibi committit̃,mater tua efficit̃ & tu filius eius
appellaris.Vere diligebat te Ieſus,quem ad tãtam gratiam prælegit.¶Deniq; iſta cõmiſſio
fuit Iohãni valde conſolatoria,qui in matre domini ſui,de cætero quaſi in illo lætabat̃.¶Ex
hoc facto Chriſti docentur filij habere ordinatam ac debitam curam ſuoꝝ parentum, præ-
1.Tim.5 ſertim in tempore tribulationis & neceſſitatis.Propter quod dicit Apoſtolus: Si quis ſuoꝝ
& maxime domeſticoꝝ curam nõ habet,fidem negauit,& eſt infideli deterior.¶Inſuper ex
hac commiſſione quidam eliciunt,ꝙ Ioſeph ſponſus Mariæ iam obijt. Patet quoq; ex hoc,
ꝙ mater Chriſti alium natum non habuit niſi dominum Ieſum, & confundantur hæretici.
⌊Et ex illa hora,accepit eam diſcipulus in ſuam.⌋ Matrem,in ſuam fidẽ atq; cuſtodiam,ob-
ſequens ei cum omni reuerentia & amore. ¶Diſcipulus iſte electus deſignauit vnumquemq́;
fidelem.Quemadmodum ergo Chriſtus dixit Iohanni:Ecce mater tua,ſic vnicuiq; Chriſtia
no dedit matrẽ ſuã in matrẽ,ita ꝙ ipſa eſt mater & aduocata oĩm nr̃m, quã poſt deũ ſummè
amare & venerari debemus.Deniq; ꝗtidie paſſionẽ dñi recolẽtes,debemus ſimul reuoluere,
Lucæ.2 q̃uo Chr̃o cõpaſſa ſit mater dulciſſima,q̃uo tũc gladius doloris ꝑfodit aĩam eius, ſcd̃m quòd
Symeon prophetauit.Penſemus ergo ꝗd paſſa ſit,dum vnicũ ſuũ percepit iam captũ,dum vi
dit eum præſentare Pilato,qñ audiuit eum tam mẽdaciter accuſari, dum vidit eũ ab Herode
alba veſte illudi,à Pilato ſatellitibus flagellari,ad locũ paſſionis cũ propria cruce educi, in pa
Eſa.53 tibulo erigi,inter latrones ſuſpẽdi.Dum inſuper audiuit ab eo verba nũc memorata. Mulier
Matth.27 ecce filius tuus,& cætera quæ alij Euãgeliſtæ plenius recitãt.⌊Poſtea ſciẽs Ieſus ꝙ iam oĩa cõ
Marci.15
Lucæ.23 ſummata ſunt⌋.ſ.eloquia prophetaꝝ,de ſua paſſione prędicta.Pauca nempe reſtabant,quæ

mox

A mox erant implenda, ideo oĩa tunc conſummata dicuntur, ſicut cõiter de re penè finita di
cimus, factũ eſt: Verũtamẽ quod ait Euangeliſta: Poſtea ſciẽs Ieſus, nõ eſt ſic accipiendũ, q̃ſi
aliud tũc cœperit ſcire q̃d ante paſſionẽ neſciuit, ⌊vt cõſummaret̃ ſcriptura⌋ Pſalmi quo le-
gitur: Et dederunt in eſcã meã fel, & in ſiti mea potauerũt me aceto, ⌊dixit: Sitio.⌋ Ad literam Pſalm 68
Chriſtus corpaliter ſitiebat ex diuturna afflictione, vehemẽti labore, & ſanguinis effuſione, Pſalm 21
in tñ vt dicat in Pſalmo: Lingua mea adhæſit faucibus meis, quæ vtiq; ſitis pœnaliſſima fuit.
Spiritualiter vero multo feruentius ſitiebat noſtram ſalutem, pro qua omnia fecit ac pertulit.
⌊Vas ergo poſitũ erat plenũ aceto⌋ Aliqui dicunt, ꝙ piæ mulieres ex cõſuetudĩe cõtulerũt vi
num dãnatis ad mortẽ & etiã Chr̃o atq; latronibus, dantes vaſculũ vini ductori eoꝝ. Milites
vero dederũt Chriſto acetũ pro vino hmõi. Quidã etiã aſſerũt, ꝙ potus aceti accelerat mor-
tem, & ergo dederũt Chriſto acetũ, vt citius moreret̃, ſicq; de eius in cruce cuſtodia expedi-
rent̃. ⌊Ille aũt ſpongiam plenam aceto hyſſopo circũponẽtes⌋ .i. ligno hyſſopi, calamo ſiue
arundini. Impleuerũt etẽm ſpongiam, & calamo eã impoſuerũt, ⌊obtulerũt ori eius⌋ Quia
enim erectus fuit in ligno, indiguerunt huiuſmodi inſtrumento, vt poſſent eum attingere. Marc. 15
⌊Cũ ergo accepiſſet Ieſus acetũ.⌋ Marcus dicit ꝙ noluit bibere. Cõcordia tamen liquet ex Matth. 27
verbo Matthæi dicẽtis: Quum guſtaſſet, noluit bibere. Parũ igit̃ bibit, ſicq; accepit, ſed q̃a ꝙ
parũ eſt, ꝓ nihilo cõputat̃, Marcus affirmat ꝙ noluit bibere: ⌊dixit: Cõſummatũ eſt⌋ q̃d de
B mea paſſiõe fuerat ꝓphetatũ, myſteriũ q̃q; humanæ redẽptiõis iã extat impletũ. Mors etẽm
Chr̃i erat vita ſalusq; mũdi. ⌊Et inclinato capite⌋ factus obediẽs vſq; ad mortẽ, & q̃ſi grãs Phil. 2
agẽs pr̃i ⌊tradidit ſpm̃⌋ .i. poteſtatiue aĩam ſuã à ꝓprio corpe ſeparauit, clamãs vc3 voce ma Matth. 27
gna: Pater mi in manus tuas cõmẽdo ſpm̃ meũ. In q̃ innoteſcit q̃ verè erat ꝓfatus. Poteſtatem Lucæ 23
habeo ponẽdi aĩam meã, & nemo tollit aĩam meã à me, ſed ego pono eã. ⌊Iudæi ergo q̃m pa Pſalm. 30
raſceue erat (.i. feria. 6. proxĩa ſabbato ſolẽni) vt nõ remanerẽt in cruce corpa⌋ crucifixoꝝ Iohã. 10
vc3 Chr̃i atq; latronũ, ſabbato viua. ⌊Erat em̃ magnus (.i. multũ celebris) dies ille ſabbati,⌋ Iohan. 19
puta duplr̃. Primo, quia ſabbatũ in ſe celebre fuit ſcd̃m legẽ. Scd̃o, q̃m erat vna dieꝝ paſcha- Exo. 16
lium, idcirco noluerũt corpa illo die pẽdere in aris, ne diuturni horrẽdiq; cruciatus, ſuo horro
re ſolẽnitatẽ diei fœdarẽt, incutiẽdo trãſeũtibus tædiũ ac pauorẽ ⌊rogauerũt Pilatũ, vt fran-
gerent̃ (à ſuis militibus crucifixoribus) eoꝝ crura & tollerent̃⌋ nõ crura tm̃, ſed tota corpo-
ra de patibulis. Huic preci cõſenſit Pilatus, quia ſubiungit̃: ⌊Venerunt ergo milites⌋ famuli
præſidis ⌊& primi quidem⌋ id eſt, latronis pendentis ad dexteram Chriſti, vel primi, id eſt
principalioris latronis, ⌊fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo⌋ qui pendebat
ex alio latere. ⌊Ad Ieſum autem cum veniſſent⌋ id eſt, ad corpus eius exanimę, ſumẽdo par-
tem ꝓ toto, ⌊vt viderũt eũ iam mortuũ, nõ fregerũt crura eius⌋ Crura ſiquidẽ frãgebant̃, vt
mors acceleraret̃ in eis qui erãt ſuſpenſi, ⌊ſed vnus militũ lancea latus eius aperuit.⌋ De hoc
milite multa dicunt̃, vt cõſtat. Cur aũt aperuerit latus eius, diuerſę cauſę reddunt̃. Vna, vt cer
tificaret̃ de morte Chr̃i. Alia, q̃a Iudæi induxerũt eũ ad hoc, ⌊& cõtinuo⌋ de latere Chr̃ apto
⌊exiuit ſanguis & aqua⌋ Cõmuniter dicit̃, quia vera aqua exiuit de latere Chriſti, nõ vtiq;
naturalr̃, ſed miraculoſe, ꝓpter myſticas rõnes. Primo, ad oñdẽdũ ꝙ corpus Chr̃i erat vere
C ſumptũ atq; cõpoſitũ ex elemẽtis, nõ de cœlo allatũ. Secũdo, ad deſignandũ puritatem cor- Galat. 2
poris Chriſti. Tertio, ad inſinuandũ, ꝙ ſicut redemit nos ſuo ſanguine, ita & lauit nos aqua Apoca. 1
lateris ſui. ⌊Et q̃ vidit teſtimoniũ perhibuit⌋ .ſ. ipſe Euãgeliſta Iohãnes q̃ vidit oĩa iam ꝓ-
fata. ⌊Et (teſtificans) ſcripſit hæc, & verũ eſt teſtimoniũ eius⌋ quũ ſit ꝑ ſenſum & experiẽtiã
notũ ⌊& ille ſcit (deo reuelãte & ſcĩa experimẽtali cõteſtãte) q̃a vera dicit, vt & vos credatis⌋
Cognitio em̃ euãgelicę legis cõceſſa Iohãni, ordinabat̃ ad totius eccleſię illuminationẽ, quę
habet̃ in via ꝑ fidẽ, in pr̃ia aũt ꝑ ſpẽm. ⌊Facta em̃ ſunt hæc⌋ vc3 ꝙ veniẽtes ad Ieſum, nõ fre-
gerũt crura ipſius ⌊vt ſcriptura (Exodi) impleret̃: Os nõ cõminuetis ex eo⌋ Noſtra trãſlatio Exo. 12
habet ſic: Nec os eius cõfringetis. Sed quũ hoc ad lr̃am dictũ ſit de agno paſchali Iudæoꝝ figu
ratiuo, quõ Euãgeliſta dicit hoc in Chr̃i paſſiõe impletũ. Iteꝝ quõ hac autoritate ꝓbat ꝓpo-
ſitũ ſuũ, quũ ꝓbatio nõ ꝓcedat, niſi ex ſenſu lr̃ali ſcd̃m Auguſtinũ. Dicendũ ꝙ ſicut Ap̃lus ad Auguſtinus
Hebręos allegat de Chr̃o, ꝙ ad lr̃am dictũ ẽ de Salomone, vc3: Ego ero illi ĩ pr̃em, & ipſe erit Hebræ. 1
mihi in filiũ, ſic hoc locõ Iohãnes allegat de Chr̃o, ꝙ cõſtat ad lr̃am dictũ de agno paſchali. 2. Reg. 7
Vtraq; tñ allegatio efficax ẽ ad ꝓbandũ: Creatura etenĩ ſiue rõnalis ſiue irrõnalis cõſiderari 1 Cor. 10
põt duplr̃. Primo ſcd̃m ſe, ſcd̃o prout eſt figura Chriſti, qui nõ ſolum per homines, ſed etiã Pſalm. 17
per irrationalia figuratur, imò & per inanimata. Vnde dicit Apoſtolus: Petra erat Chriſtus. Matt. 21
Haud dubium q̃n figuratiue, & ꝙ Chr̃us ex Pſalmo allegat de ſe: Lapidẽ quẽ reprobauerũt Actor. 4
ædificãtes, quidã exponũt ad lr̃am de lapide materiali in tẽplo Salomonis. Hinc Chr̃us dicit̃ Apoca. 5
leo, agnus, lapis angularis, vitis. Dum ergo aliq̃d in ſcripturis dicit̃ de hmõi creaturis ſecun- Iohã. 1
dum ſe, tunc talia principalr̃ exponunt̃ de eis. Cum vero lr̃aliter dicunt̃ quædã de eis, vt ſunt Hiere. 11
figura Chriſti, tunc talia principaliter quàmuis non primo intelliguntur de Chriſto & verificã Pſalm. 17
tur in eo, vt eſt illud de Salomone, & lapide ab ædificantibus reprobato, ſimiliter in ꝓſenti. 1. Corin. 10
2. Reg. 7
Pſalm. 117

Quod em̃

Exo.12 Quod enim de agno paſchali dictum eſt: Os eius nō confringetis, dictum eſt de eo in quan- D
Numc.9 tum fuit figura Chriſti vt immolati, q̃d ſpū ſancto reuelante agnoſcēs Iohānes, dicit ſcriptu
ram illam impletā in Chr̄o, de quo vtiq; principalior eſt ſumenda. ⌊Et iteꝝ alia ſcriptura di
cit: Videbūt in quem transfixerūt⌋ Noſtra tranſlatio ſeu textus Hieronymi talis eſt: Aſpi-
Zacha.12 cient ad me quē cōfixerunt, ſed redit in idem. Propheta quippe loquit̃ in pſona Chr̄i. Iohan
nes aūt ſenſum magis q̃ formam verboꝝ allegat. Quod aūt Zacharias dixerit verba illa nō de
ſe, ſed Chr̄o, patet p id quod protinus addit. Et plangēt eum planctu quaſi ſup vnigenitum.
¶Quęrit̃ quid allegatio huius authoritatis ſpectat ad id q̃d immediate pmiſit, ꝙ nō fregerunt
crura Chr̄i? Dicit̃ ꝙ iſta authoritas introducit̃ ad approbandū q̃d dixit ſupius. Vnus militū
lācea latus eius aperuit & ꝙ crucifixerit eū. Propheta nāq; dicēdo: Videbūt in quē trāſfixerīt
innuebat ꝙ trāſfigerēt Chr̄m, & hoc Euāgeliſta oñdit impletū. Videbūt ergo infideles Iudęi
in die iudicij Chr̄m in quē trāſfixerūt, nō per ſe, ſed p milites pſidis, & eū qui latus Chr̄i ape-
ruit, q̃s induxerūt ad hoc. Ipſi q̃q; qui hoc fecerūt, cōſpiciēt Chr̄m, q cicatrices vulneꝝ cōſer
uauit in corpe, ad inflāmatione electoꝝ, & confuſionē reproboꝝ. Videbūt igit̃ Chr̄m in die
Apoca.1 nouiſſimo, iuxta illud Apocalypſis: Ecce venit cū nubibus, & videbit eū om̄is oculus, & q eū
pupugerūt. ¶Inſup tractat Euāgeliſta de Chr̄i ſepultura, quā voluit Chr̄us honorifice fieri.
Primo, qm̄ decuit. Ipſo em̄ occiſo, ſatisfactū fuit pleniſſime ꝑ totius gn̄is humani pctō, ideo
decēs fuit, vt extūc inciperet glorificatio Chr̄i, haberetq; poſt ignominioſam mortē, vene-
Eſai.11 rabilem ſepulturā. Secundo, vt impleret̃, ꝙ p Eſaiā erat pdictū. Erit ſepulchrū eius glorioſum. E
⌊Poſt hæc aūt (Chr̄o iam mortuo) rogauit Pilatū⌋ ſine cuius licētia, dānati & crucifixi non
poterāt ſepeliri, ⌊Ioſeph (oriūdus) ab Arimathia⌋ ciuitate Iudææ. Arimathia ſcd̄m Bedā ipa
1.Regū.2 eſt Ramatha de qua fuit Samuel natus, vt legit̃ in libris Regū: Rogauit aūt Pilatū ⌊eò ꝙ eſſet
diſcipulus Ieſu⌋ credēs & partim obediēs verbis eius, nō tn̄ fuit pfectus diſcipulus, ſubdit em̄
Matth.10 ⌊occultus aūt ꝑpter metū Iudæoꝝ⌋ vcʒ ne de ſynagoga expelleret̃. Nondū ergo impleuit
Lucæ.23 q̃d docuit Chr̄us: Nolite timere eos q corpus occidūt. Nihilominus Lucas Euāgeliſta appel
lat eū iuſtū & bonū. Nondū em̄ requirebat̃ ab eo tota euāgelicæ legis pfectio ⌊vt tolleret cru
cem Ieſu⌋ de cruce, & ſepeliret illud, nō ipe ſolus, ſed adiuuātibus eū iuſtis q aderāt. ⌊Et pmi
ſit Pilatus⌋ hoc fieri, qm̄ Ioſeph iſte notus fuit Pilato, & vir potēs, diues ac nobilis, ꝑpter q̃d
Matth.15 in Marco ſcriptū eſt, ꝙ fuit nobilis decurio, idq; ꝑpter reuerētiā eius, & ꝑpter innocētiam
Lucæ.23 Chr̄i, itemq; ꝑpter rumorē redeuntiū de loco dn̄icæ paſſiōis, pcutiētiū pectora ſua atq; dicē-
tium, ꝙ mirabilia illa facta fuerūt ꝑpter iniuſtā Ieſu occiſione, pſertim cū & Cēturio idipm
teſtatus ſit, dedit Pilatus cōſenſum. ⌊Venit ergo Ioſeph, & tulit (.i. de cruce depoſuit.) corpꝰ
Iohan.3 Ieſu. Venit aūt & Nicodemus (princeps Iudæoꝝ & Phariſæus) q venerat ad Ieſum nocte,
primū (.i. tpe iam elapſo, vcʒ circa principiū pdicatōis Chr̄i) ferēs mixturā myrrhæ & aloes
quaſi libras centū⌋ .i. vnguētū ex tabus ſpeciebus factū, q̃ corpa defunctoꝝ cōdiebant̃ ne pu-
trefierēt ⌊Acceperūt ergo (Ioſeph & Nicodemus) corpus Ieſu, & ligauerūt eū linteis⌋ .i. pā
nis corpus eius inuoluerūt .ſ. lintheamine & ſudario &c. ⌊cū aromatibus⌋ iam pdictis Vnde
vident̃ nō habuiſſe plenā fidē de Chr̄i reſurrectōe, adhibētes eius, ſanctam vnctionem cōtra
Pſalm.15 putrefactionē, ignorātes illud ꝑpheticū in Ieſu cōplendū. Nō dabis ſctm̄ tuū videre corru- F
ptionē. Ioſeph ergo & Nicodemus, q̃uis vſq; ad paſſionē Chr̄i fuerūt occulti eius diſcipuli, tn̄
in paſſiōe viſis mirabilibus q̃ fiebāt, aīati fuerūt ad exhibendū corpis eius ſepulturæ obſequiū
⌊ſicut moris eſt Iudęis ſepelire⌋ q corpa defunctoꝝ aromatibus cōdiunt, & ſumptuoſiſſimas
ſepulturas efficiūt, vn̄ patet ꝙ in ſepeliēdis mortuis obſeruāda ē pr̄iæ cōſuetudo, dummō nō
Matth.27 ſit cōtra fidē & æquitatē. ⌊Erat aūt in loco (.i. ꝑpe Caluariæ locū) vbi crucifixus ē (Ieſus) hor
tus, & in horto monumētū nouū (q̃d Ioſeph exciderat ſibi in petra ſcd̄m Matthæū) in q̃ nōdū
quiſq̃ poſitus fuerat⌋ In tali em̄ ſepulchro voluit Chr̄s poni, qa ſi alij in eius monumēto iam
ſepulti fuiſſent, dixiſſent forſitan Iudæi, quòd cadauer alterius eſſet ſublatum aut ſuſcitatum.
Exo 19 ⌊Ibi ergo propter paraſceuen Iudæoꝝ⌋ .i. propter exigētiam ſextæ feriæ, in qua inchoabat̃
ſequentis diei ſolennitas, durans vſq; ad veſperam ſubſequentē ⌊quia iuxta erat monumen-
tum (.i. proximū loco paſſionis) poſuerunt Ieſum⌋ .i. corpus eius. Iam em̄ dies cœpit occum
bere, propter quod nō poterant corpus Chriſti longe portare, vel eius ſepulturam differre,
ſed accelerauerunt, alias oportuiſſet expectare vſque ad finem feſtiuitatis inſtantis. ¶Poſtre
mo ex his eluceſcit, quàm deuote & reuerenter Ioſeph & Nichodemus ſepelierunt Chri-
ſtum ſumptui non parcentes, & quia in monumento quod Ioſeph ſibiipſi iuſſit parari, poſu-
it Ieſum. Debemus autem & nos cum venerabilibus viris his Chr̄m de cruce deponere, id eſt
de fine ſuæ paſſionis gaudere. Quemadmodum enim in meditatione dominicæ paſſionis cō
triſtari & compati debemus domino ſaluatori, ſic in meditatione finis huius paſſionis, vel de
hoc ꝙ terminata eſt paſſio Chriſti, & eius humanitas à tanta afflictōe erepta, lætari habemus
& hoc eſt Chr̄m à cruce deponere. Inſup debemus eū mixtura myrrhę & aloes cōdire .i. mor
tificatione vitiorum, & bono ſancto conuerſationis odore venerari & vngere, & intra nos
ſepelire

A ſepelire,imprimendo eũ noſtris ꝑcordijs per beneficioꝝ ſuoꝝ amorẽ iugẽ memoriã,ꝑ ſuæ diuinitatis cõtemplationẽ,ꝑ ſuæ bonitatis feruentẽ amorẽ,per ſuæ conuerſationis crucifor- Cant. 8
mem imitationẽ,quẽadmodũ ait in Canticis:Pone me vt ſignaculũ ſuper cor tuũ. Debemus quoq; eũ inuoluere lintheis.i.ſynceritate conſcientiæ & animi puritate,cordisq́; diligẽti cu-
ſtodia,vt perſeueret in nobis,ſicut moris eſt Iudæis.i.veris confeſſoribus,qui corde credunt Roma.10
ad iuſtitiã,& ore confitentur ad ſalutem,ſepelire dominũ Ieſum. Hæc autem maxime ſpectant ad ſacerdotes,qui corpus & ſanguinẽ Chriſti quotidie conſecrant,tractant,manducãt & ſint purificati actu,ore & corde.Sed heu multi impudentiſſimi,ingrati,intimorati,irreuerenter nimis accipiunt filiũ dei ac virginis,non ſolum ſpũalibus vitijs implicati,ſed turpiſſimis quoq; gulæ atq; luxuriæ culpis inquinantes corpus ſuũ & animã,nõ attendentes nec formidantes verbũ apoſtoli:Quicunq; manducauerit panẽ hunc vel biberit calicem domini in- 1.Cor.11
digne,reus erit corporis & ſanguinis domini.

¶Explanatio Cap.XX. Vna autem ſabbati. Arti. XLVII.

« DEſcripta dominica paſſione,ſtylum conuertit Euangeliſta ad deſcri Matth.28
bendũ reſurrectionẽ illius.⌊Vna autem ſabbati⌋.i.prima die poſt Marc.16
ſabbatũ,ſeu ſeptimũ diem ſolennẽ apud Iudæos,puta die dominico Lucæ.24
Vnum eñ in ſcripturis quãdoq; pro primo accipit,ſicut in Geneſi:
Factũ eſt veſpere & mane dies vnus.i.primus.Quẽadmodũ aũt pa- Gene.1
B gani nominant dies hebdomadæ nominibus planetaꝝ. Latini vero
& Chriſtiani nomine feriæ.Sic Iudæi nuncupãt eas à ſabbato,tanq̃
à die principaliori,ita ꝙ prima dies poſt ſabbatũ appellet prima ſab
« bati,ſecunda dies ſecũda ſabbati ſecũdi,ſicq́; deinceps,⌊Maria Ma-
« gdalene⌋ ſoror Marthæ ac Lazari,⌊venit mane,quũ adhuc eſſent
« tenebræ ad monumentũ.⌋¶Occurrunt hic duo dubia. Primũ,cur de ſola Magdalena faciat Marci.16
mentionẽ Iohannes? Secundũ,qũo hic dicit,quũ adhuc tenebræ eſſent, quũ apud Marcũ ſit
ſcriptũ,ꝙ venerunt orto iã ſole? Ad primũ dicendũ,ꝙ ideo,quia Maria Magdalena feruen- Ibidem
tior erat atq; inſtantior,magisq́; operoſa in iſto negotio,ei quoq; in primis apparuit Chrũs.
Ad aliud reſpondet,ꝙ ſecundũ Lucã Maria Magdalena cũ alijs beatiſſimis fœminis venit ad Lucæ.24
monumentũ ſummo diluculo,vtpote in auroræ initio,in quo certũ eſt aliquid lucis eſſe,& apparere in altioribus partibus terræ,aliquid ꝙq; caliginis,ꝓſertim in baſſioribus locis.Sic ergo ortus fuerat ſol q̃tũ ad apices montiũ,nõ tamẽ viſui hominũ apparebat,propter q̃d tenebræ
« erãt paucæ & tenues, ⌊& vidit lapidẽ reuolutũ à monumento⌋.i.à loco in quo iacuit corpus Chriſti amotũ. Monumentũ aũt quãdoq; accipit pro domũcula illa in qua fuit petra, in qua exciſum erat Chriſti ſepulchrũ,interdũ vero pro ſolo ſepulchro,ſic mõ accipit,vidit nãq; re
« uolutũ lapidẽ nõ à ꝑdicta domũcula,imò adhuc erat intra domũculã.⌊ Cucurrit ergo(rece-
« dens à monumẽto)& venit ad Symonẽ Petrũ,⌋ tanq̃ ad principaliorẽ inter apl'os.Cucurrit aũt ex magna admiratione & deſiderio,cupiens aliquid certius de reipſa cognoſcere. Secun
« dũ diuerſas quippe affectiones,paſſionesq́; aĩæ,corpus diuerſimode mouet,⌊& ad aliũ diſci
« pulũ quẽ diligebat Ieſus,⌋ puta Iohannẽ ꝓſentis euangelij deſcriptorem. Hi eñ duo apoſto-
C li inuicem familiariores fuerunt,& frequentius coniuncti & combinati fuiſſe legunt,vnde & Iohan.18
Chriſtũ cõprehenſum ſimul ſequuti ſunt,ſimul quoq; principibus ſacerdotũ reſponderunt: Acto.5
Obedire oportet deo magis q̃ hominibus,ſimul aſcenderũt in templũ ad horã orationis no Acto.3
nam,ſimul miſſi ſunt ad Samaritanos orare pro eis vt acciperẽt ſpiritũ ſanctũ. Deniq; ſecun Acto.8
dum alioꝝ Euangeliſtaꝝ doctrinam,etiam aliæ mulieres venerũt cũ Maria Magdalena ad Matth.28
monumentũ,videlicet Maria Iacobi & Salome,itemq́; Iohanna ſecundũ Lucã,quæ oẽs ſe Marci.16
cundũ Lucã duos angelos cõſpexerunt,à q̃bus & didicerũt Chriſtũ reſurrexiſſe, atq; ex ꝓcepto angeloꝝ venerũt & nunciauerunt vndecim apoſtolis ꝙ audierũt ab angelo.ſ.ꝙ Chrũs Lucæ.24
reſurrexiſſet. Iohãnes aũt nũc ſolũ exprimit Petrũ & ſeipſũ ſub ſolita circũloqutione. Hæc eñ nũciatio Mariæ Magdalenæ videt alia ab illa quã alij Euãgeliſtæ deſcribũt,& prior illa, tñ quo ordine facta ſint oĩa,quæ quatuor Euãgeliſtæ enarrãt,& cõſonantiã habeãt,nõ eſt facile declarare,propter q̃d expoſitores varios modos aſſignãt circa hæc,q̃ꝝ iudiciũ alijs com
« mitto,vt teneat vnuſquiſq; q̃d euãgelio magis cõcordat,⌊& dicit eis: Tulerũt dñm de mo-
« numẽto.⌋ Putauit hæc Chri ꝑdilecta diſcipula,ꝙ milites ꝑfidis,vel Iudæi,abſtuliſſent Chriſti corpus de tumulo,& alibi poſuiſſent illud,& forſitã formidauit,ne cõtumeliã aliquã cor-
« pori irrogarent,⌊& neſcimus vbi poſuerunt eũ(.i.corpus ipſius)Exijt ergo Petrus⌋ à loco
« quo ſe propter Iudæos abſcõdit,⌊& ille alius diſcipulus,& venerũt ad monumẽtũ.⌋Iam eñ milites receſſiſſe vident,vel Maria nũciauit apl'is,ꝙ iacuerũt vt mortui. Iſti duo ꝓ cæteris apoſtolis profecti ſunt ad ſepulchrũ ex præcipua dilectione ad Chriſtũ ardentiſſime cupientes agnoſcere quid accidiſſet eorum magiſtro. Porrò ꝙ ait Iohannes: Venerũt ad monumẽũ di
« cit per anticipationẽ,vnde mox ſubdit,quomodo venerunt,⌊Currebant autem duo ſimul,

A actibus pœnitentiæ non inuenit conſolationē & gratiam experimentalem, currat & nūciet
Petro, qui interpretaꝶ firmus, agnoſcens vel principalis .i. viro forti in fide, docto & ad alio-
rum gubernationem idoneo, atq; Iohanni qui interpretatur gratia dei .i. ei qui veram ſorti-
tus eſt experientiam inter bonū & malum per gratiam ſpecialē ac deuotionē frequentē. His
igitur dicat: Tulerunt dominū de monumento .i. in pœnitētiæ actibus ac lamentis Ieſum nō
inuenio modo iam tacto. Tunc iſti hoc audito admirantes, current curſu mentali ad monu
mentū, conſiderādo qualitatē operꝝ animæ talis, & nō inuento illic Ieſu, videbūt lintheami-
na poſita & ſudariū inuolutū .i. habitus gratiæ & donoꝝ, cū laborioſis vitæ actiuæ operibus
quāuis pſentia dñi Ieſu nō percipiatur per deuotionē experimentalē, & conſolatione inter-
nā. Solet nempe ſæpe huiuſmodi pſentiā ſuā abſtrahere, animāq; in afflictionibus magnis, in
cordis ariditate mentis quoq; duricia quadā relinquere, abſcondens ad tēpus faciē ſuā, vt q̄-
ratur auidius, inueniaꝶ affluentius, teneaꝶ ſtabilius, poſſideaꝶ felicius. Veruntamen adeſt inde
ſinēter per occultū gratiæ habitū, per dona & opera quæ neceſſaria ſunt ad ſalutē, quāuis pu-
tetur abeſſe & indignatus abijſſe. Interdū quoq; anima ſe affligens nō inuenit Ieſum, vel ma-
gnū profectū in corporali exercitatione, in pœnitētiali labore, in via rigoris, quia nō quærit Roma. 12
Ieſum cū vera diſcretione, & ſancta humilitate, quādo videlicet nō eſt rationabile obſequiū
eius, vel proprijs viribus & laboribus plus iuſto initur, nō ponens totā ſpem ſuā in deo & me Pſalmo. 77
ritis Chriſti, ſed putans ſe aliquid feciſſe aut eſſe, quū ita nō ſit. ¶ Præterea per curſum Petri &
Iohannis deſignatur affectuoſus acceſſus. Viri actiui ac contēplatiui ad Ieſum, vt videant eū,
qui eſt omnium finis. Currit autem Iohannes ſeu contemplatiuus, citius Petro ſeu actiuo, qa
B feruentior ſolet eſſe atq; ſtabilior in diuinis, ſed non intrat in primis, donec Petrus ingredia-
tur, quia frequenter actum ante contemplatiuos pertingunt ad finem. Abierunt ergo diſci-
« puli, non audentes diutius perſeuerare iuxta ſepulchrum propter Iudæos. ⌊ Maria autē (Ma
« gdalena) ſtabat ad monumentum foris ⌋ .i. in horto prope domunculam, in qua erat ſepul-
« chrum, ⌊ plorans ⌋ inconſolabiliter, quia nō ſolum viuente magiſtro fuit priuata, ſed & cor-
poris eius ſolatio deſtituta, nec vidit modū recuperandi hoc damnum, & eſſe aut viuere ſine
Ieſu, in quē totaliter fuerat transformata per charitatem, erat ei tormentum. Stabat ergo ad
monumentū, in quo eluceſcit eius conſtantia, ardensq; dilectio, quia apoſtolis abeuntibus nō
receſſit. Erat autem vnicū ei ſolatium, quod vel in loco eſſe potuit, in quo dominū ſuum reli
quit, nō valens ei amplius approximare. Hinc igitur manſit in loco dominicæ ſepulturæ, be
atam ſe reputans, ſi vel in tumulo illo mereretur ſepeliri. ¶ Sed cur ſtetit foris, & nō potius in
tus? Dicendū, vt oculos ſuos hincinde circūduceret, ſi forte videndo aliquid de ſuo dilecto ma
« giſtro perciperet, quemadmodū moris eſt his qui quærunt amiſſum. ⌊ Dum ergo fleret, incli
« nauit ſe & proſpexit in monumentū. ⌋ Iam ante vidit monumentū dominici corporis ſpo-
liatū theſauro, idq; intimauit diſcipulis, nūc rurſus inclinat ſe, vt per oſtium domunculæ mo-
numentū inſpiciat. Exceſſiua nanq; dilectio rationem nō penſat, ſed impetum ſequitur affe-
ctionis impellentis, nec quieſcentis. Ideo ſæpe quærit amiſſum in loco vbi certiſſime vidit ip
ſum nō eſſe, habēs ſpem contra ſpem, & ſæpe formidans, ne viſus in pcedentibus inquiſitio-
« nibus ſit deceptus, ⌊ & vidit duos angelos ī albis ſedētes, ⌋ quos Lucas nominat viros, dicēs,
C ꝙ apparuerūt in veſte fulgenti, videlicet alba & candida. Vnde quibuſdam videtur, ꝙ Ma- Lucæ. 24
ria primo aſpectu nō ſciuit ꝙ eſſent angeli. Apparuerunt ergo in ſplendidis ſtolis, quoniam
gloriam reſurgentis, claritatem ſupernæ ſolennitatis, & gaudium magnum nūciauerūt. Hu-
iuſmodi quoq; veſtis puritati naturæ angelicæ, ſanctitatiq; mentis, ſupernorum ſpirituū cor
« reſpondet. Sunt eñ eſſentiæ ſimplices, in quibus nulla eſt labes peccati, ⌊ vnū ad caput ⌋ .i. ad
« ſuperiorē partē ſepulchri dominici, ⌊ & vnū ad pedes, vbi poſitū fuerat corpus Ieſu. ⌋ Sic an
geli ſancti ſederūt propter reuerentiā loci, & quoniā illū nunciauerūt, in quo eſt duplex natu
ra, vna ſumma, & alia baſſa, imò & infima in intellectualiū ordine naturaꝝ. Matthæus vero Matth. 28
& Marcus loquūtur de vno angelo, vñ ſecūdū Aug. apparuerūt ibi tres angeli. Vnus extra ſe Marc. 16
« pulchrū, & duo ītra illū ⌊ Dicūt ei illi ⌋ duo angeli, vel vn⁹ ex pſona āboꝝ ⌊ Mlr qd ploras? ⌋
Nō ex ignorātia q̄rūt, ſed vt cōſolenꝶ Mariā, q.d. Potius gaudere te docet q̄ flere, cū dñs tu⁹
glorificatus ſurrexerit, & tibi mox apparebit. Fletus autem Mariæ partim increpabilis exti
« tit, quia proceſſit ex fidei defectu atq; amore, ſicut ſubiungitur. ⌊ dicit eis: Quia tulerunt do-
« minū meum ⌋ .i. Iudæi vel milites corpus domini mei hinc portauerunt, ⌊ & neſcio vbi po-
« ſuerunt eum, ⌋ tanquā dicat. Si hoc ſcirem, aliqualiter conſolarer, quia afferrem corpus do-
« mini mei, & illud mecū iugiter conſeruarem. ⌊ Hæc cū dixiſſet, cōuerſa eſt retrorſum ⌋ .i. re-
troſpexit, vel quia ſplendorē angelicoꝝ vultuum atq; veſtituum diu ferre nō poterat, vel vt
ex impatiente amore hinc inde proſpiceret, ſi quid de ſuo chariſſimo dño ac magiſtro poſſet
percipere, vel quod potius credendū eſt ſecundū Chryſoſtomū, ideo introſpexit, quoniā an
gelos quoꝝ colloquio fruebaꝶ, vidit aſſurgere ſeu magnā reuerentiā & inclinationē exhibe-
re cuidā retro eā, videlicet Chr̄o, q retro acceſſit, & angelis ī ſpecie dñatoris apparuit. Volēs

igitur Magdalena agnoſcere quiſnã ille eſſet, cõuerſa eſt retrorſum, ⌊& vidit Ieſum ſtãtem⌋ D
Quoniã etẽm perſeuerauit, nullãq; indignã cõſolatiouẽ admiſit, meruit cõſolatorẽ & deſide-
Mat.24 ratũ cor dis ſui inuenire ac cernere. Perſeuerandum eſt ergo in opere bono vſq; in finem, eſtq;
Pſal.76 implendum auod ait pſalmiſta: Rennuit cõſolari anima mea, ⌊& neſciebat quia Ieſus eſſet.⌋
Quia eñ affectuoſe quærebat Ieſum, meruit eũ aſpicere, ſed qa minus bene de eo ſenſit, meru-
it eius cognitione priuari. Fidẽ nãq; reſurrectionis illius non habuit, idcirco nec eum cogno-
Hiere.10 uit, qa veraciter ſcriptum eſt: Niſi credideritis, non intelligetis. ⌊Dicit ei Ieſus: Mulier,⌋ Cõ-
Marc.4 ſuetudo eſt hebraici idiomatis, quãcũq; fœminei ſexus, mulierem vocari, vnde de virgine ſan-
Lucæ.8 cta dicit apoſtolus: Miſit deus filium ſuum natum ex muliere, ⌊quid ploras? quid quæris?⌋ Id-
Galat.4 circo Chriſtus interrogauit, vt ſui amorẽ in corde Mariæ accenderet, renouaret, augeret, ſicq;
illa ſui dilecti efficeretur capacior, quoniam amor aperit cor amantis ad ſuſceptionem amata.
⌊Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet.⌋ In ſpecie enim tali apparuit ei Chriſtus, vel ideo hoc
ęſtimauit Maria, quoniam Ieſus apparuit ei in horto, ad quem putauit neminem adueniſſe niſi
horti cultorem vt illum excoleret. Spũaliter quoq; erat Ieſus hortulanus cordi Mariæ, de ea e-
radicans germina mala, dubitationis & ignorantiæ atq; peccati, & inſerens ei ſemen virtutum
Lucæ.24 fidei lumen, & cæteros fructus ſpũs ſancti. Quemadmodum itaq; Ieſus apparuit duobus diſci
pulis in ſpecie peregrini, ita apparuit Magdalene in ſpecie hortulani. Habet enim glorificatus
in corpore poteſtatem exhibendi ſe viſibilem & inuiſibilem, cognoſcibilem & incognoſcibilẽ
vel in forma qua placet. Verum de modo qualiter fiat hoc, & in quo ſubiectiue conſiſtat huiuſ-
cemodi alia effigies, longa eſt diſputatio, quam relinquo. Hoc tamẽ certũ eſt, ꝙ corpus glorifi-
catum perfecte ſubiectũ eſt imperio animæ, manetq; iugiter glorificatum, quomodocũq; ap-
pareat, viſus aũt intuentis diuerſimode immutatur. Potuit aũt Chrũs ſimilitudinẽ ſibi placentẽ E
formare in aſpicientium oculis, non tamẽ decepit eos, nec fuit ex parte eius illuſio, ſed nondum
credẽtes, meruerũt eum ſub alia intueri effigie, ſicq; à propria incredulitate oriebatur eoꝝ de-
ceptio. Chrũs vero talem ſe eis exhibuit, qualis fuit in corde ipſoꝝ, vtpote alterius diſpoſitio-
nis, ſed iſta alteritas ad veritatem ordinabatur, vt gradatim atq; paulatim manifeſtam verita-
tis ſortirentur notitiã, idcirco non fuit ex parte Chriſti deceptio. ⌊Dicit ei⌋ puta Maria Chri
Johan.13. ſto, quem hortulanum materialis horti putauit, errans in hoc, ⌊domine⌋ Puto ꝙ licet Ieſus ap
paruit in ſimilitudine hortulani, nihilominus in veneranda quadã effigie ſe pñſentauit Mariæ,
idcirco ꝗuis ipſa eſſet diues ac nobilis, tamen appellauit eũ dominũ, præſertim, quũ vere humi-
lis fuerit, cuius humilitas in hoc ipſo cõmendatur, ꝙ hunc quem putauit horticolam appellaue
rat dominum. ⌊Si tu ſuſtuliſti eum,⌋ i. ſi corpus Ieſu hinc deportaſti. ¶ Cur ęſtimauit hoc. Di
cendum ꝙ ideo, quoniam Ieſus in forma hortulani apparuit, forſitan habens palam in manu.
Quoniã ergo putauit curã illius horti pertinere ad eum, ſuſpicata eſt ꝙ corpus dñi aſportaſſet,
ſaltem cum adiutorio. Rurſus inueſtigatur cur de eo cuius nomen non expreſſit, loquitur indi-
ſtincte, ſi tu ſuſtuliſti eum? Reſpondẽdum ſecundum Gregorium, quoniã conſuetudo eſt fer-
uenter amantiũ, & nullum putent ignorare ꝙ ipſi indeſinenter reuoluunt in corde. Aliter reſ-
pondetur, ꝙ ideo nomen Ieſu non exprimit, qa putauit illum cui loquebatur ex circũſtantia lo
ci, temporis, cauſæ, & aliorũ ſignoꝝ facillime poſſe conijcere quem ipſa notauit, & forte dicẽ
do eũ, direxit oculos ſuos ad tumulũ, quaſi dicat. Illum noto quẽ ſcis ibi fuiſſe ſepultũ. Denique
ſicut Chrũs ſuſcitauit ſeipſum, ſic ſuſtulit ſe de monumento, qa per diu nitatis naturã, excitauit F
& abſtulit ſe de morte ac monumento quoad naturam aſſumptam, ⌊dicito mihi vbi poſuiſti
eum, & ego eum tollam.⌋ portando corpus eius ad domum meam, vt ibi in loco ſecuro illud
reponam. Maria hæc loquitur ſecundum feruentium amatorum morem, quo rationẽ & poſ-
ſibilitatem parum attendunt, æſtimantes ſuam poteſtatem parificari dilectionis feruori. Si eñ
poſitum fuiſſet corpus Ieſu in atrio principis ſacerdotum, vel in medio Iudæoꝝ, quomodo il-
lud tuliſſet Maria? Et ſi alibi, quomodo illud per ſe ſolã baiulaſſet? ſed forte dicere voluit. Ego
eum tollam auxilio aliorum. Loquitur tamen hæc beatiſſima Magdalena quaſi paratiſſima ſe
exponere mortis periculo, vt corpus domini ſui poſſit acquirere. ⌊Dicit ei Ieſus. Maria: Cõ-
uerſa illa dicit ei. Rabboni, quod dicitur magiſter.⌋ Statim vt Ieſus dixit Maria, cognouit ma
giſtrum diſcipula. Sic nãq; cõſueuerat eam vocare, & in ipſo nominis ſono ſenſit Maria vim
occultam, ſolitamq; dulcedinem, quas experiri ſolebat ante paſſionem dum Ieſus dixit ad eam
Maria. Senſit ergo Maria ꝗ̃ affectuoſe ac dulciter Ieſus dixit ad eam Maria, moxq; audito hoc
nomine, & magiſtro cognito, immutata ſunt oĩa viſcera eius, liqueſacta eſt quoq; anima e-
Cant.5 ius vt dilectus loquutus eſt, & maximus dolor, in ineffabile gaudiũ repente mutatus eſt. Quã-
tum enim doluit de ſui amantiſſimi magiſtri ac domini occiſione & ſublatione, tãtum glori e-
batur de eius apparitione, reſuſcitatione, glorificatione. Conuerſa illa ſpũaliter à mœtore ad
gaudium, ab infidelitate quadam & dubitatione ad fidem ac certitudinem. Chryſoſtomus ve
ro imaginatur, ꝙ Maria putans Ieſum hortulanum, viſo eo mirabatur cur angeli ei tantam re-
uerentiam exhibuiſſent, idcirco conuertit ſe ad illos, interrogare volens de hoc, Quod cum fa-
cere or-

cere ordiretur. Chriſtus dixit ad eam: Maria, quo audito agnoſcens magiſtrũ in voce, ſicut di- Lucæ.24
A ſcipuli in panis fractione, rurſus cõuertit ſe ad eum & dixit Rabboni: Sic quippe cõſueuerat eũ
vocare, ad cuius pedes tam libenter ſedere, cuiusq́ꝫ verba tam diligẽter audire ſolebat. Hoc di- Lucæ.10.
cto Maria ex vehementi amore, ꝗ intime & immediate cupit vniri amato, voluit pedes Chri
ſti amplecti & oſculari, procidens ante eum, quẽadmodũ ante paſſionẽ ſolita fuit, ideo ſubdit.
Dicit ei Ieſus: Noli me tangere, tactu corporeo, nec ſpũali indigno. i. noli de me ſentire nũc ſi-
" cut hucuſqꝫ, noli mihi vniri, ſolũ aut finaliter quo ad naturã hanc meã viſibilem. ⌊Nondum e-
" nim aſcendi ad patrẽ meũ, ⌋ i. ad patris æqualitatem me perueniſſe nõ credis, ſed hominẽ purꝰ
exiſtimas, idcirco non debes me tangere, ſentiendo de me minus digne, amandoq́ꝫ me vt ho-
minem tantum. ¶ Prohibuit ergo Chrũs à Maria ſe tangi, nõ ꝙ poſt reſurrectionẽ tactum mu
lierum vitauit, quum de duabus ſcriptum ſit: Acceſſerũt & tenuerũt pedes eius, ſed propter my Mat.28
ſticam rationẽ, videlicet, ꝙ nemo debet eum ſpũaliter tangere, niſi habeat verã fidem de ipſo,
" quam nullus habet, niſi qui credit eum patri æqualem. ⌊Vade aũt ad fratres meos ⌋ i. apoſtolos
qui fratres Chriſti dicuntur propter naturæ aſſumptæ ſpecificam conuenientiam, cõuerſatiõis
mutationẽ, amicitiæ ſingularitatẽ, æternæq́ꝫ gloriæ hæreditatẽ, de ꝗbus ait in pſalmo: Narrabo Pſal.21.
nomen tuum fratribus meis. Vnde ad Hebræos ait apoſtolus: Nõ confunditur fratres eos vo- Heb.2
care. ¶ Præterea multas ob cauſas nominat eos fratres. Primo, vt oſtendat ſe verã carnẽ, inte-
gram, totãq́ꝫ humanã naturã habere poſt reſurrectionẽ ſicut & ante. Secundo, vt det illis fidu-
B ciam redeundi ad ipſum, ꝗ propter fugã ab ipſo poterãt nimiũ formidare. Tertio, propter no
ſtrã inſtructionẽ, ne exaltati, deſpiciamus eos cũ quibus tẽpore paruitatis noſtræ conuerſaba-
" mur, ⌊& dic eis: Aſcendo ⌋ poſt dies paucos ſecundũ naturã aſſumptã, cui cõpetebat aſcẽde-
" re, nõ diuinæ, ⌊ad patrẽ meũ & patrẽ veſtrũ. ⌋ Diſtincte ait, patrẽ meũ & patrẽ veſtrũ, qm̃ pa-
" ter æternus eſt pater Chriſti ꝑ naturã, alioꝝ vero ꝑ gratiã, ⌊deũ meũ, ⌋ ſecundũ ꝙ homo ſum,
" ⌊& deũ veſtrũ ⌋ ſecũdum ꝙ per meã incarnationẽ & paſſionẽ reducti eſtis ad eũ. ¶ Deus aũt ꝗ
vtiqꝫ omniũ deus eſt, dicit ſpecialiter deus illius cui ſpecialiter prouidet, adeſt, cõmunicat, & à ꝗ Apoca.3.
ſpecialiter amatur & honoratur, ꝗ toto corde ad ipſum cõuerſus eſt, omnẽq́ꝫ ſpem ſuã in ipſo Pſal.77
fundauit. Hinc ſancti homines dicere cõſueuerunt: Deus meus, vt patet de Helia, q̊d impſectis 3.Reg.17
nõ cõpetit, propter q̊d beatus Dionyſius ex humilitate præcipua loquitur: Deus & ſi fas eſt di- Dionyſius
cere meus. Deus ergo pr̃ vel trinitas ſpecialiſſime fuit deus Chr̃i ſcd̃m naturã aſſumptã, qm̃ gra
tioſiſſime eũ ꝓuenit, eiq́ꝫ in om̃ibus affuit, cooperabat̃, & incõparabilia dona ꝓſtabat, maxime
q̊qꝫ diligebat̃ ac honorabat̃ à Chr̃o hoĩe, quẽadmodum ait ſuperius: Ego quæ placita ſunt ei, fa Iohan.8.
cio ſemꝑ. Aſcẽdit aũt Chr̃s ad patrẽ motu locali, nõ ꝙ pr̃ loco diſtabat ab eo vel eius hũanitate
quũ ſit vere vbiqꝫ, ſed ꝗa localiter aſcẽdebat ad cœlũ empyreũ, in ꝗ pater ſpecialiter eſſe & habi
tare cenſetur, qm̃ excellentius ibi oꝑatur, ſeq́ꝫ euidẽtius manifeſtat. Hac cõmiſſione fecit Chri-
ſtus Mariã, apoſtoloꝝ apoſtolã, mittẽs eam ad illos nunciare reſurrectionẽ dominicã. Decuit Gene.3
enĩ, vt ſicut per fœminã oblata eſt viro mortis occaſio, ſic ꝑ fœminã nunciaret̃ viris, facta re-
" dẽptio. Venit Maria iuſſioni Chriſti obediẽs, ⌊annuncians diſcipulis, ꝗa vidi dñm, & hæc di-
" xit mihi. ⌋ Iohanni ꝗ recedẽdo à monumẽto ante eã nõ merui ſimul cum ea vel primus videre
Chriſtũ reſuſcitatũ. ¶ Deniqꝫ in expoſitiõe huius euãgelij pulchræ atqꝫ dulciſſime, multũq́ꝫ de-
uote & affectuoſe loquitur Origenes, & in fine ſic exhortat̃. Sequamur huius mulieris affectũ,
C vt ꝑueniamus ad effectum, ploret vnuſquiſqꝫ ad Ieſum, & quærat fideliter Ieſum, apparebitq́ꝫ
ei, quia non celauit ſe quærenti peccatrici. Diſce peccator à peccatrice plorare propter dei ab-
ſentiam, deſiderare eius præſentiã, nullã conſolationem extra Ieſum recipere, nulla aduerſa ti
mere, & om̃ia mũdi proſpera propter Chriſtũ contemnere. Audeo tibi confidẽter promitte-
re, ſi in his perſeueraueris, Ieſum quem quærebas inuenies & cognoſces.

¶ Proſequutio expoſitionis præſentis capituli. Cum eſſet ſero die illa vna ſabbatorum. Articulus. XLVIII.

HOC loco deſcribit Euãgeliſta quintam Chriſti apparitionem factam in die paſchæ,
& etiam ſextam, quæ facta eſt præſente Thoma in octaua paſchæ. Quinquies em̃ ap-
paruit Chrũs in die paſchæ. Primo Magdalene, quẽadmodum in Marco legit̃: Sur- Mar.16
gens Ieſus mane prima ſabbati, apparuit primo Mariæ Magdalene. Secundo, mulie Mat.28
ribus redeuntibus à ſepulchro, iuxta illud Matthæi: Ecce Ieſus occurrit illis dicẽs: Auete. Ter-
tio, Petro, quàmuis locus ignoretur, creditur tamen ꝙ redeunti à monumẽto. Quarto, duo-
bus diſcipulis euntibus in Emaus ſecũdum quod recitat Lucas: Quinto, vndecim apoſtolis in Luc.24
" conclaui, ſicut nunc conteſtatur Iohannes: ⌊Cum ſero eſſet, ⌋ id eſt, hora veſpertina & nocte
" incipiente, ⌊die illa (in qua apparuit Magdalene) vna ſabbatoꝝ, ⌋ i. quæ dies fuit vna dierum Iohan.20
" illius hebdomadæ qui omnes dicebantur ſabbata, quia feſtiui, ⌊& fores ⌋ hoc eſt, ianuæ, ⌊eſſent
" clauſæ, vbi erant diſcipuli, ⌋ id eſt apoſtoli, & etiam alij ſecũdũ Lucã, ⌊cõgregati propter me- Lucæ.24
" tum Iudæorum. ⌋ in quo patet eoꝝ infirmitas, qui timebant eos ꝗ corpus potuerũt occidere.
¶ Dicunt quidam ꝙ apoſtoli erant diſperſi in die propter metũ Iudæoꝝ, ſed de ſero cõuenie-

bant ad locum. Euangeliſta vero nunc dicit, ꝙ erãt cõgregati propter metum prædictum. D
Lucæ.22 Lucas quoq; habet, quòd mulieres regreſſę à monumẽto, nũtiauerũt quę audierũt illis vndecim, quod fuit clara die, quia poſt hoc Petrus & Iohannes cucurrerunt ad monumentum.
Ex quibus patet ꝙ diſcipuli etiã in die ſederũt collecti ianuis clauſis ꝓpter metum Iudæorum, imò minus audebãt exire diebus q̃ noctibus. ⌞venit Ieſus⌟ oſtio clauſo, p penetrationẽ, dimẽ »
ſionẽ. Corpa eñ glorificata oĩa penetrãt p dotẽ ſubtilitatis ſcd̃m quoſdã, nõ tamẽ ſine grandi miraculo, prout Thomas ſup quartũ ſententiarum ſatis demonſtrat. Quẽadmodũ igif Ieſus exiuit vterum matris, ea integra remanẽte, ſic intrauit & exijt domum non apertam, diuina
1.Timo.2 omnipotente virtute, ⌞& ſtetit in medio diſcipulorum.⌟ Ipſe nanq; eſt mediator, doctor, »
Lucæ.22 reconciliatorq́; noſter, ideo competebat ei eſſe in medio, ſicut & ante paſſionem locutus eſt.
Ego in medio veſtrũ ſum. Magiſter quippe virtutum medium ſemper elegit, quia in medio virtus cõſiſtit. Quomodo aũt factũ ſit q̃d nunc refert Iohannes. Lucas plenius docet, quo le-
Lucæ.22 gif, quòd quum Ieſus cognitus fuiſſet à duobus diſcipulis in fractiõe panis, & diſparuiſſet, illi ſurgentes regreſſi ſunt in Hieruſalem eadem hora, inueneruntq́; vndecim cõgregatos, & eos qui cum illis erant, quibus dixerunt, quomodo Ieſus apparuiſſet eis in via, & qualiter eum co
gnouerunt, quibus iſta narrantibus. Venit Ieſus, & ſtetit in medio diſcipulorum, ⌞& dicit eis: »
Matth.10 Pax vobis.⌟ Quod docuit Chriſtus hoc fecit. Præcepit autem diſcipulis. In quãcunq; domũ »
Lucæ.10 intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui, hinc ipſe domũ ingrediẽs in qua erant chariſſimi ſui, electiſſimiq́; diſcipuli, ait, pax vobis. Rurſus ſic eos ſalutauit, quoniam paulo ante in qua nocte tradebaf, diſſeruit: Pacem relinquo vobis. Quod igif tunc reliquit, nunc attulit, dedit,
Johan.14 & auxit. Diſcipuli quoq; pace maxime indigebant, quoniam multipliciter conturbati erant, E
ac territi, videlicet propter præteritam Chriſti paſſionem, propter Iudæorum crudelitatem & proprij cordis quandã hæſitationẽ, de Chr̃i reſurrectiõe, de cuius veritate nõdũ fuerãt roborati. ¶ Inſup ſic ſalutauit diſcipulos, qm̃ pax eſt maximũ bonũ, omniq́; Chriſtiano pręcipue
Matth.5 appetẽdum, per quã homines fiunt filij dei, quẽadmodum ſcriptum eſt: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabunf. Propter quod ait Dionyſius, ꝙ omnia appetunt pacẽ, & propter hanc agunt omne quod agunt, ex quo cõcluditur, quòd pax eſt vel ipſa beatitudo, vel proxima ad beatitudinem diſpoſitio. Chriſtus autem præſertim nunc loquitur de pace interna, quæ eſt tranquillitas animi, vtpotè quies à motibus proprijs inordinatis, videlicet à timore immo-
2.Corin 7 derato, à triſtitia ſeculi, quæ ſcd̃m Apl̃m mortẽ operaf, à dolore rõnem impediẽte. Non eñ optauit diſcipulis quietẽ ab exterioribus pſecutõibus ad tp̃s, q̃s in medio luporum erat miſſurus
Matth.10 Lucę.10 ſed vt in oĩm turbatione extrinſeca cõſeruarẽt pacẽ internã. Propterea ad Hebræos monet
Hebræ.12 Apl̃us: Pacẽ ſequimini & ſanctimoniam ſine qua nemo deum videbit. ⌞Et quũ hæc dixiſſet, »
Lucæ.24 oſtendit eis manus & latus⌟ Forte & pedes, imò & pedes, vt infra ex verbis Lucæ Euangeli- »
ſtæ patebit. In his eñ quinq; vulnerum remanſerunt cicatrices, hi teſtimonium identitatis corporis paſſi, reſuſcitati & glorificati. Itemq́; in ſignũ victoriæ ſaluatoris. Oſtendit ergo di-
Matth.27 ſcipulis manus pfoſſas, & latus lancea perforatũ, vt ſcirẽt, ꝙ ipſe eſſet qui pauloante pendebãt
Marc.15 in ligno, & idem numero corpus reſumpſiſſet. ¶ Multa hoc loco omittit Iohãnes, quę recitat
Lucæ.23 Joban.19 Lucas, ea quoq; quæ Lucas omiſit, ſuppleuit Iohãnes. Itaq; Luca teſtãte: Chr̃us diſcipulis di F
Lucæ.24 xit: Videte manus meas & pedes meos, palpate & videte, qm̃ ſpũs carnem & oſſa nõ habet, ſicut me videtis habere, & alia multa in hac apparitõe dicta & facta recitat Lucas. ⌞Gauiſi ſunt »
Apoca.19 ergo diſcipuli viſo domino.⌟ dominorum, qui in fœmore ſuo ſcriptum haber. Rex regum, & »
dominus dominantium. Gaudiũ nempe eſt diffuſio animi in conceptione boni, oriturq́; ex vnione potentiæ cum bono cõuenienti. Quoniam ergo diſcipuli viderunt Ieſum ſummũ & & cõuenientiſſimũ bonũ, quẽ maxime diligebãt, de cuius paſſione vehemẽter dolebãt, cuius beatitudini cordialiter cõgratulabanf, ideo viſo eo vltra q̃ æſtimari poſſet aut exprimi, lætabanf. Gauiſi ſunt autem propter Ieſum, & propter ſeipſos, quia magiſtro ſuo intime cõgaudebant, & de ſuo profectu exhilarati ſunt, videntes ſe nõ eſſe deceptos ſequendo Ieſum ꝓpter quẽ oĩa ſua reliq̃rũt, & multa ppeſſi fuerũt ac patiebanf. ⌞Dicit ergo eis iterum: Pax vobis⌟ »
Lucæ.24 Siquidẽ viſo dño Ieſu cõturbati fuerunt atq; cõterriti, iuxta Lucam, ideo repetit: Pax vobis, quæ etiã repetitio, cõfirmationis iudicium eſt, dilectõiſq́; ſignũ, & admonitio diſcipulorum, & pacem iugiter appetant, præcipueq́; exquirãt. Vel ideo bis ait: Pax vobis, qa optauit eis pacẽ gr̃æ in præſenti, & pacẽ gloriæ in futuro. ⌞Sicut miſit me pater & ego mitto vos.⌟ Quẽad- »
modũ pater miſit me ex vera charitate & pietate, ad prædicandũ euãgeliũ vitæ Iudæis, à quibus multas perſecutiones, & tandẽ amariſſimam perpeſſus ſum mortem, quorum tamẽ homi-
Sapiæ.2 num nõnullos cõuerti, ſic ego nũc mittã vos ad prædicandũ euãgelicã legẽ Iudæis ac Gentibus ex charitate & pietate ad vos, & item ad illos, à quibus multa aduerſa & mortem ſuſtinebitis, quoſdam vero eorum cõuertetis. ⌞Hoc cum dixiſſet, inſufflauit, & dixit eis: Accipite ſpm̃ »
ſanctum⌟ Poſtq̃ ſaluator dixit diſcipulis: Sicut miſit me pr̃, & ego mitto vos, infudit diſcipulis ſpiritum ſanctum, quia officium prædicationis quod eis commiſit, ſine ſpeciali gra-

tia ſpus

A tia ſpũs ſancti expleri nõ valuit. Oportet enim vt prædicator verbi cœleſtis, in ſeipſo abundet
charitatis feruore, & ſapientia diuinorꝫ, quatenus ignita proferat verba motiua & penetratiua
ſitq́ꝫ ſententioſus, diſcretus & inſtructiuus in ſermonibus ſuis. ¶Deniqꝫ per corporalem illam
inſufflationem & inſpirationem, euidenter ſignauit ſuperintellectualem atque æternam pro-
ceſſionem ſeu ſpirationem, qua ſpũs ſanctus ab ipſo procedit, prout plenius probat Anſelmus
in libro de proceſſione ſpũs ſancti. Rurſus dicẽdo: Accipite ſpiritũ ſanctũ, inſinuauit ſe per au-
thoritatem dare ſpiritũ ſanctũ, q̊d nequaq̃ ſic eſſet, niſi ſpũs ſanctus ab ipſo procederet. Sed nõ-
" ne apoſtoli ante hãc horã habuerũt ſpiritũ ſanctũ? Habuerũt vtiqꝫ, nõ aũt tã copioſe & effica-
citer, ſeu ad tot, tantoſq́ꝫ effectus vt ex hac hora, qa & nũc data eſt oĩbus eis poteſtas ligandi Matt. 10
atqꝫ ſoluendi, ſicut mox introducetur. ¶Auguſtinus facit hic grandem quæſtionẽ, cuius ſe ſolu
tionem neſcire fatetur. Quærit ergo, cur Chrũs bis dedit ſpiritũ ſanctũ, ſemel in terra añ aſcẽ-
ſionem, & ſemel de cœlo poſt aſcenſionẽ. Tangit aũt Auguſtinus quandã ſolutionẽ ſub dubio,
puto ꝙ ideo, quoniã duo ſunt præcepta charitatis, quã rationem Gregorius & Beda affirmãt, Matt. 22
eſſe huius rei cauſam, videlicet ꝙ in terra dedit vt diligatur proximus, deinde de cœlo vt diliga Marc. 12
tur deus. Sed quia per eandem gratiam vtrũqꝫ præceptũ impletur, nec vnum ſine alio valet im- Lucæ. 10
pleri, imo & vnus eſt habitus charitatis qua deus proximusq́ꝫ diligitur, ideo poteſt alia ratio aſ-
ſignari. Vt eñ Dionyſius docet: Natura nõ procedit à diſtãti in diſtãs, niſi per medium, quem
proceſſum actor naturæ deus ſublimis & benedictus obſeruat frequẽter, præſertim cũ teſte a- Roma. 13
B poſtolo: Quæ à deo ſunt, ordinata ſunt, vnde & admonet: Oĩa decenter & ſecundum ordi- 1. Cor. 14
nem fiant in vobis. Hinc ergo Chrũs ſapientia patris, diſponens vniuerſa ſuauiter, ſuos diſcipu 1. Cor. 1
los paulatim ad ſublimiora attollẽs, ac pedetẽtim ad ꝑfectionẽ ꝑducens. Primo dedit eis ſpi- Sapiẽ. 8.
ritum ſanctũ in terra per inſufflationẽ, non in tanta plenitudine, nec in ſigno tam euidenti vt
" poſtea, quatenus per iſtam ad illam exuberantiſſimam ſpũs ſancti ſuſceptionẽ, quæ facta eſt in
die ſancto pentecoſtes, diſponerentur. ⌊Quorꝫ remiſeritis peccata⌋ eos legitime abſoluẽdo, Actorꝫ 2
" & diuinæ virtuti (quæ ſola dimittit) peccata vt cauſa principalis, inſtrumẽtaliter vi clauiũ coo-
perando, ⌊remittuntur eis⌋ à deo, ſaltem quoad culpã, nõ tamen ſemper aut totaliter quãtum
ad pœnã. Tamen per orationem ſacerdotis virtutẽq́ꝫ clauiũ, & ꝑ pudorẽ ac cõtritionem con-
" fitentis, aliqd pœnæ dimittiẽ, tanto vtiqꝫ amplius, quãto pudor & contritio fuerint fortiores.
Poſſent eñ eſſe tam magni, ꝙ tota pœna dimitteretur, ⌊& quorꝫ (peccata) retinueritis, ⌋ .i. nõ
" dimiſeritis, ſed retinenda iudicaueritis eo ꝙ nõ vere pœniteant, nec dignos ſe præbeant ad in-
dulgentiam obtinendam, ⌊retenta ſunt⌋ .i. deus illa imputabit hominibus talibus. ¶Opor-
tet itaqꝫ vt iudicium eccleſiæ cõformetur diuino iudicio, ſeruãdo videlicet rectũ proceſſum, & Dionyſius.
debitũ clauiũ vſum, vñ vltimo eccleſiaſticæ Hierarchiæ capitulo a it theologus: Sacerdotes Hie-
rarchicis ſibi collatis virtutibus vti oportet prout deitas mouerit eos. Agens eñ inſtrumentale
non ſortitur efficaciam, niſi ſecundũ q̊d à principali cauſa mouetur. Propter q̊d profiteẽ apl'us:
Secundũ poteſtatẽ quæ data eſt mihi in ædificationẽ & nõ in deſtructionẽ. Itaqꝫ Chrũs nũc ait 2. Cor. 13
& cõfert vniuerſis apoſtolis, q̊d ante paſſionẽ Petro ſingulariter dixit. Quodcũqꝫ (inquiẽs) liga Mat. 16.
ueris ſuper terram, erit ligatũ & in cœlis, & q̊dcũqꝫ ſolueris ſuper terrã erit ſolutum & in cœlis.
Ideo aũt Petro tanq̃ principaliori inter apoſtolos & capiti vniuerſalis eccleſiæ hoc dictum eſt
C ſingulariter, vt cum ſit ordo in eccleſia, hæc poteſtas credatur primo ac principaliter reſidere in
ſummo pontifice ſancti Petri vicario, atqꝫ ab ipſo deriuari in archiepiſcopos & epiſcopos &
ab ipſis tanq̃ à medijs in ſimplices ſacerdotes. ¶Veruntamen q̃uis omnis ſacerdos in ſua ordi-
natione ligandi ac ſoluendi poteſtatẽ recipiat, cum ſecundum Thomam realiter idem ſint cha
racter ſacerdotalis, & poteſtas prædicta, quæ etiã clauis vocaẽ, nõ tñ habet huius poteſtatis exe-
quutionẽ, niſi ei ſubijciaẽ materia. ſ. hoĩes, ſup q̃s ſibi iuriſdictio detur ſeu cura animorꝫ cõmit-
tatur à ſuperiore, q ſicut dat eã inferiori, ſic põt eam ei auferri in toto vel pte, legitima cauſa oc-
currẽte. ¶Præterea, Chrũs dicẽdo diſcipulis. Quorꝫ remiſeritis pctã, &c. manifeſte oſtẽdet ſe
eſſe verũ deũ, q ſolũ poteſt tantã cõferre poteſtatem hominibus, q̃ nec angelis data eſt. Decuit
autem, & poſtq̃ deus aſſumpſit humanã naturã, hoĩes ab illo acciperẽt diuinã virtutẽ, & ſuper-
naturalẽ quandã deificationẽ, q̊d maxime datũ eſt ſacerdotibus, ꝑ hoc quæſiuit diſpenſatores 1. Cor. 4
ſacramentorꝫ nouæ legis, in q̃bus gratia cõtinetur & datur. Oĩbus q̊qꝫ fidelibus datur deifica
tio talis, ꝑ diuerſa dona & gratia ſpũs ſancti, ſcd̃m q̊d in epiſtola canonica Petri induciẽ: Ma- 2. Petri. 1
xima & precioſa nobis promiſſa donauit, vt ꝑ hæc efficiamini diuinæ cõſortes naturæ. ¶Po-
ſtremo de hac materia, & qd ſit clauis, & q̃uo ſacerdos euãgelicæ legis dicatur peccata dimitte-
re, an ſcilicet aliquid cooperando, vel dũtaxat oſtendẽdo, de verbis q̊qꝫ Hieronymi circa hoc Mat. 16
" plurima dixi ſuper Matthæum, quæ non ſunt hoc loco repetenda, quãuis iſta ſine illis plene
intelligi nequeant. Dedit itaqꝫ Chriſtus apoſtolis eorumq́ꝫ ſucceſſoribus diuinam & admira-
bilem poteſtatem, qua alios poſſunt ſoluere & ligare, à regno excludere, & in illud inducere.
Sed videant miniſtri eccleſiæ, vt tanta virtute digne vtantur exiſtendo in gratia, cauſaſq́ꝫ con-
fitentium ſapienter penſando ac diſcernendo, & priuatum amorẽ ac odium, cæteraſq́ꝫ inordi-
natas



natas affectiones penitus repellendo, quoniam ſi indignos abſoluunt, vel dignos ligẽt, dicet D
Ezech.13 de eis Ezechielis: Interfecerunt animas quæ non moriuntur & viuificabant animas quæ non
viuunt. ⌊Thomas autem vnus ex duodecim⌋ Hoc eſt, vnus Apoſtolorum, qui ante paſſionẽ
Acto.1 Chriſti erant duodecim, quãdo Iudas fuit vnus illorum, vel vnus ex duodecim, quia dum Io
hannes euangelium præſens deſcripſit, ſucceſſit Matthias in locum Iudæ, ſicq́ꝫ Thomas fuit
vnus Apoſtolorum qui Matthia electo fuerunt duodecim, ⌊qui dicitur Didymus,⌋ quod
Lucæ.24 interpretatum eſt dubius, quia de Chriſti reſurrectiõe præ cæteris fuit incredulus, ⌊nõ erat
cum eis, quãdo venit Ieſus⌋ Hinc videt cõtrarium ꝙ Lucas habet, duos diſcipulos regreſſos
à caſtello Emaus, inueniſſe congregatos quorum vnus extitit Thomas. Reſpondet Auguſti-
nus, quòd Thomas affuit redeuntibus illis duobus, quibus loquentibus Thomas propter ali-
quem cauſam exiuit, & intetim apparuit Chriſtus. Poteſt etiam dici, ꝙ iſte ſit ſenſus verbo-
rũ Lucæ, inuenerunt congregatos vndecim, id eſt, Apoſtolos qui pro tunc vndecim erant,
quàmuis non fuerunt omnes collecti. Eſt quocꝫ cõſuetudo ſcripturæ vt aliquid attribuatur
toti communitati, quia maiori vel principaliori eius competit parti. ¶Quęritur quum Tho-
mas defuerit quando Ieſus venit, inſufflauit ſpiritum ſanctum largitus eſt, & dicebat: Quo-
rum remiſeritis peccata &c. an ipſe ſpiritum ſanctum bis recepit, & poteſtatem ligandi ac ſol
uendi ſortitus eſt? Dici poteſt quòd poſt octo dies apparuit Ieſu Thomas, recuperauit quòd
in die Paſchæ per abſentiam ſuam non accepit. ¶Inſuper teſte Gregorio, diuina diſpenſa-
tione factum eſt, vt Thomas tunc deeſſet, videlicet, ad noſtram informationem, quatenus E
Thoma dubitante propter ſuam abſentiam, Chriſtus appareret frequentius, ſuamq́ꝫ reſurre-
ctionem probaret lucidius. ⌊Dixerunt ergo ei (in domum regreſſo) alij diſcipuli: Vidimus
dominum. Ille autem dixit eis: Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam di-
gitum meum in locum clauorum (id eſt, in partes manuum clauis fixas) & mittam digitum
meum in latus eius (tangendo lateris aperturam) non credam⌋ Tam durus ad fidem & groſ-
ſus fuerat Thomas, quòd nec tot tantiſq́ꝫ teſtibus credidit, nec videre ſatis putauit, ſed voluit
etiã corpus manu tractare ſeu tangere. Nõ em̃ conſiderauit omnipotentiam dei, nec recor-
Matth.26 dabatur verborum Chriſti, quibus prænuntiauit ſe reſurrecturum tertia die, ſed quàm impoſ
ſibile eſſet naturaliter hominẽ taliter paſſum reſurgere. ⌊Et poſt dies octo⌋ Id eſt, die octa-
na incluſiue ⌊iterum erant diſcipuli eius intus⌋ id eſt, in domo prædicta propter metum Iu
dæorum vt ante ⌊& Thomas cum eis⌋ puto quòd Thomas poſt præſcriptam apparitionẽ
magis quàm ante manſit cum Apoſtolis, timens ne Ieſus denuo illis appareret ſe abſente.
⌊venit Ieſus ianuis clauſis⌋ propter quod dixit Manichæus, quòd Ieſus habuit corpus fan-
taſticum, non attendens omnipotentiam dei, quæ poteſt vnum corpus per aliud ducere, am
bobus integris permanentibus ⌊& ſtetit in medio (diſcipulorum) & dicit: Pax vobis.⌋ Iſta
iam ſemel expoſita ſunt. ⌊Deinde dicit Thomæ: (oſtendens ſe verba illius agnoſcere) Infer
digitum tuum huc⌋ in locum clauorum manuum mearum & palpa fixuras earum, ⌊& vide
manus meas (clauis perforatas) & affer manum tuam, & mitte in latus meum.⌋ Tangendo
aperturam illius ⌊& noli eſſe incredulus, ſed fidelis⌋ quia dixiſti te non crediturum, niſi vide
ris ac tetigeris iſta. ¶Ecce quanta fecit Chriſtus pro conuerſione vnius, quàm pie & charita- F
tiue ſeipſum exhibuit. Thomæ diſcredenti, nam & ſi Thomas plura aut certiora reſurrectio
nis argumenta petiſſet, non denegaſſet ipſi ea ſaluator. ⌊Reſpondit Thomas, & dixit ei: Do-
Roma.10 minus meus & deus meus⌋ es tu, in quo diuinitatem Chriſti fatetur. Tanta enim euidentia,
Iohan.10 veritatis conuictus corde credidit, & ore confeſſus eſt, quòd Ieſus cuius humanitatem vidit,
eſſet verus deus, quemadmodum ante paſſionem ab ipſo audiuit: Ego & pater vnum ſumus.
¶Pręterea an Thomas tetigerit latus & manus Chriſti, an ex reuerentia id omiſit, non eſt cer
tum, nec poteſt ex textu præſenti determinari, vnde diuerſi de hoc diuerſimode opinantur.
⌊Dicit ei Ieſus: Quia vidiſti me Thoma⌋ oculis carnis quantum ad naturam meam aſſum-
ptam ⌊credidiſti⌋ quod non vidiſti, videlicet quòd ſim deus. Aliud itaqꝫ vidit, & aliud cre-
didit, vidit hominem, & credidit deum. ⌊Beati qui non viderunt & crediderunt.⌋ Hoc ali-
qui aſſerunt dictum de alijs diſcipulis, ſed non apparet, nam diſcipuli qui aderant omnes iam
viderant Chriſtum. Propterea Auguſtinus dicit hoc dictum de nobis ac cæteris qui credide
runt, credunt & credent in Chtiſtum fide formata, quem nõ viderunt oculo corporali, quẽ-
1. Pet.1 admodum Petrus habet: In quem nunc non videntes, creditis. Actus enim fidei meritorius
eſt, eo quòd ex naturali ratione non habeat certitudinem, ſed diuinæ authoritati innititur,
cui intellectus ſe ſubiecit. Qui autem Ieſum oculo corporali non viderunt, & tamen credunt
magis innituntur authoritati diuinæ atqꝫ ſcripturis, quàm qui oculo carnis eum intuiti ſunt,
ideo ſunt nunc beatiores in ſpe cæteris paribus, quod addo, quia non eſt arbitrandum, quod
aliquis præter Apoſtolos, qui Chriſtum non vidit, & credidit, ſit ſimpliciter beatior Thoma
quamuis quantum aliquid ei præferatur. ⌊Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu
diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.⌋ Hoc intelligi poteſt tam de ſignis
quibus

A quibus Chriſtus ſe reſurrexiſſe probauit, quoꝝ multa omiſit Iohannes, & aliqua illorum alij Euangeliſtæ ſcripſerũt, q̃ de cæteris miraculis quæ operatus eſt ante paſſionẽ corã diſcipulis quoꝝ pauca ſcribit Iohãnes, alij aũt Euangeliſtæ multa illoꝝ deſcribunt ſignoꝝ, ſinguli tamen & omnes aliqua omiſerunt, tã de doctrina q̃ de miraculis ſaluatoris, in quo patet inſufficientia ſcripturæ Euangeliſtarum per comparationem ad eminentiã operum, documentorumq; Chriſti, quæ à nullo mortaliũ plene poſſunt deſcribi ſecundũ doctores. ⌊Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis⌋ fide per dilectione operãte, ⌊quia Ieſus eſt Chriſtus filius dei, ⌋ naturalis ac vnicus. Per ſupernaturalia eñi opera ſua oſtendit Ieſus ſe eſſe filiũ dei, ideo talia ſcripta ſunt, vt qui ea nõ vidimus, audiendo ſeu legẽdo, credamus ꝙ Ieſus ſit filius dei. Potius ꝗ̃ ait Euangeliſta vt credatis, quia Ieſus eſt filius dei q̃ filius virginis, quoniam principalis ſua intentio in deſcriptione huius euangelij fuit, oſtendere Chriſti diuinitatem atq; diuinam generationem, quia de Chriſti humanitate & generatione eius materna, alij Euangeliſtæ ſatis ſcripſerunt, ⌊& vt credentes vitam habeatis⌋ gratiæ in præſenti, & vitam gloriæ in futuro. Cognitio eñi fidei ordinatur finaliter ad vitã æternam, quæ eſt viſio dei per ſpeciem. Vnde Petrus: Videntes (inquit) exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei veſtræ ſalutem, fructum animaꝝ veſtrarum. Itaq; vitam habeatis, ⌊in nomine eius⌋, .i. virtute & gratia Chriſti, vel in ipſo Chriſto, tanquã in cauſa & obiecto beatitudinis noſtræ, quia non eſt aliud nomen datũ hominibus ſub cœlo, in quo oportet nos ſaluos fieri. 1. Petri. 1 Acto 14

B ¶Expoſitio Cap. vltimi. Poſtea manifeſtauit ſe iteꝝ Ieſus. Arti. XLIX.

POſt hæc Euangeliſta deſcribit aliam Chriſti apparitionem factam in Galilæa. ⌊Poſtea, ⌋ ſcilicet poſt aliquantulum tempus à præmemoratis apparitionibus in Hieruſalem factis, ⌊manifeſtauit ſe iterũ Ieſus ad mare Tyberiadis⌋, .i. iuxta littus maris ſituati prope vrbem cui nomen Tyberias, quæ in honorem Tyberij Cæſaris ſic vocata eſt, quod mare alio nomine appellatur ſtagnum Genezareth & mare Galilææ, quia in prouincia Galilææ habetur. Patet ergo quod iſta apparitio facta ſit in Galilæa. Vt eñi in Matthæo legitur: Ieſus in die reſurrectiõis dixit mulieribus: Nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Diſcipuli igitur ex præcedentibus apparitionibus confortati in fide & animati, exierũt in publicum, & Galilæam ingreſſi ſunt, vbi cum paucis diebus demorarentur, contigit quod nũc atteſtatur Iohannes. Primo autem refert rem geſtam ſummatim, deinde refert ordinem quo fiebat, ſecundum quod ſubditur. ⌊Manifeſtauit autem ſe ſic⌋, .i. modo qui ſequitur. Chriſtus nempe dum volebat repente diſparuit, & dũ volebat ſubito rurſus apparuit, nec erat continuo cũ diſcipulis, ſed certis locis atq; temporibus ſecundum præordinationem diuinam, prout vtile vel neceſſe fuit ad iformationem & conſolationem primitiuæ eccleſiæ. ⌊Erant ſimul Symon Petrus, ⌋ qui à natiuitate vel circuncifione dictus eſt Symon, & à Chriſto nominatus eſt Petrus, vt patuit primo capitulo, ⌊& Thomas, qui (cognomento) dicitur Dydimus, ⌋ id eſt dubius, vt dictum eſt in præcedenti capitulo, ⌊& Nathanael, ⌋ legis doctor, frater Philippi apoſtoli, ⌊qui (Nathanael) erat (oriundus) à Chana (villa) Galilææ, ⌋ vbi Chriſtus conuertit aquam in vinũ. Huic Nathanaeli perhibuit Chriſtus teſtimonium tale. Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt, ⌊& filij Zebedæi, (Iohannes & Iacobus) & alij ex diſcipulis eius duo, ⌋ quorum nomina reticentur. Omnes ergo ſimul ſeptem fuerunt. ⌊Dicit eis Symon Petrus, ⌋ qui in omnibus operoſior atq; ferue̅tior comprobatur. ⌊Vado piſcari. Dicũt ei: Venimus & nos tecum. ⌋ Licuit autem diſcipulis ad tale officiũ reuerti propter victus neceſſitatem, quia in ſe licitũ erat. Matthæus vero ad teloneum non redijt, quia huiuſmodi opus raro vel nunquam exercetur ſine peccato ſecundum Gregorium. Hi ergo diſcipuli quoniam pauperes erant, & Ieſus prouiſor eorum receſſit ab eis, ad piſcandum profecti ſunt, in quo patet Nathanaelis magna humilitas quia vir tantus ad humile opus acceſſit. ⌊Et aſcenderunt in nauim, ⌋ forſitan accõmodatam, locatam, communem ſiue vacantem. Proptias eñi naues & cætera omnia reliquærunt, ⌊& illa nocte nihil prendiderunt, ⌋ hoc eſt, nullum piſcem ceperunt, quod licet ex naturali cauſa accidiſſe potuerit, tamen diuina factum eſt diſpenſatione, & mox futura captio miraculoſior appareret, atq; ad Chriſtum declarandum efficacior. ⌊Mane autem facto, ſtetit Ieſus in littore. ⌋ Tota igitur nocte permiſit diſcipulos infructuoſe laborare, & fatigari, vt poſtea viſo Ieſu & piſcibus copioſiſſimis comprehenſis, cordialius exultarent. Lucæ. 5 Mat. 18 Matth. 4 Marc. 3. Iohã. 1. Iohã. 20 Ibidem Iohan. 1. C Matth. 29 Marci. 1. Lucæ. 5.

¶Permittit nanq; electos ſuos in nocte ſeculi huius, .i. ĩ tẽpore præſentis vitæ, quæ tribulationibus, culpis atq; miſerijs plena eſt, multipliciter tribulari, affligi, ſudare, vt tandem quietem fortiti plenius iucundentur, iuxta illud in pſalmo: Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliſti, annis quibus vidimus mla. Porrò mane facto apparet Ieſus taliter laborantibus, .i. cõſummato curſu temporis huius tenebroſi, quando traducit eos de hoc mari magno, turbulento- Pſalmo. 89 Pſal. 103.

CA. XXI. quũ e ſeculo ad portum ſecuritatis æternæ ſeu patriam electorum, vbi ſol intelligentiæ inceſſa- D
biliter oritur, nec dies tendit ad occaſum aliquando. Poteſt quoque per mane iſtud intelli-
gi finis tentationis & perſecutionis cuiuſcunq; in quo ſplendor gratiæ menti gignitur, ſpiri-
tualis cõſolatio datur, & om̃ia interiora animæ renouantur. Tunc Ieſus apparet his quibus tale
Pſal. 90 mane conceditur, ſtatq; in littore, hoc eſt in loco tranquillo, vbi flagellũ non appropinquat ta-
bernaculo ſuo, videlicet extra & ſupra hunc mundum inquietudinibus plenũ, inuitans ſuos mi
niſtros vt feſtinent venire ad ipſum, aſpirando indeſinenter ad patriã. Deniq; ad literam ſtetit
Chriſtus in littore maris, nõ ſupra aquæ fluenta, q̃a volebat diſcipulos ſuos paulatim ad ſuam »
Mat. 14 cognitionem perducere, ſi aũt ſtetiſſet ſupra aquam, obſtupefacti fuiſſent & territi, arbitrantes »
Marc. 6 fantaſma eſſe vel ſpiritũ, quẽadmodũ ante paſſionẽ, quando ambulauit ſup mare. Tunc enim »
præ timoris magnitudine clamauerunt. ¶ Myſtice vero ſtetit in littore, ad inſinuandũ ꝙ am-
plius cum eis nõ erat in aquis tribulationum, & fluctibus vitæ mortalis, ſed ad impaſſibilẽ, trã-
quilliſſimãq; vitam reſuſcitatus conſiſteret, vnde ad innuendum ꝙ hoc modo cum illis nõ eẽt,
Lucæ. 24 quibus tamen præſens loquebatur, ait apud Lucam: Hæc ſunt verba quæ loquutus ſum vobis,
quum adhuc eſſem vobiſcum, ⌊ non tamen cognouerũt diſcipuli, q̃a Ieſus eſt. ⌋ In alia nanq; »
Iohã. 20. effigie apparuit eis, quẽadmodum Magdalene, vt dictũ eſt præcedenti capitulo, vbi & declara
Chryſoſtom⁹. tum eſt, qualiter ſactum ſit hoc. Apparuit aũt diſcipulis ſecundũ Chryſoſtomum in ſpecie viri
volentis emere piſces, quod coniiicitur ex eo quod ſubditur. ⌊ Dixit ergo Ieſus: pueri ⌋ Pue- »
Pſal. 68 ros vocat diſcipulos non ætate vel indiſcretione, ſed ſimplicitate, puritate & innocentia, ꝑ quẽ
Actor. 4 modũ Chriſtus ait in pſalmo de ſeipſo: Ne auertas faciem tuã à puero tuo. Et de ipſo dixit pri E
Eſa. 8 mitiua eccleſia: Conuenerũt aduerſus ſanctũ puerũ tuũ Ieſum, Pontius Pilatus & Herodes. De
prædictis pueris ſuis atq; diſcipulis ait Chrũs per Eſaiam: Ecce ego & pueri mei q̊s dedit mihi
dñs, ⌊ nunquid pulmentarium ⌋ .i. aliquid cibi quod decoctum apponatur ac manducetur cũ »
pane vt ſapidus ſit, ⌊ habetis? ⌋ quaſi dicat, habetis aliquos piſces? Quærit, vt ex illorũ reſpõſio- »
ne cõuenienter conſulat atq; ſubinſerat. ⌊ Reſponderũt ei, Non. Dixit eis: Mittite in dexterã »
nauigij rethe, ⌋ .i. rethe veſtrũ proiicite in aliquã ad dexterã partem nauiculæ, ⌊ & inuenietis ⌋ »
quod quæritis, ſcilicet piſces in copia. Prædicit effectum futurũ in ſe penitus contingentem, vt
quũ factũ viderẽt q̊d ꝓdixit, ſcirẽt eũ eſſe Chriſtũ. ⌊ Miſerũt ergo rethe ĩ aquã (deſignatã) & »
iam nõ valebãt illud trahere præ multitudine piſcium. ⌋ Ex q̊ elici poteſt, ꝙ diuino nutu piſces »
ſubito illuc adducti atq; collecti ſunt, vel fortaſſis diuina virtute producti. Nõ eñ paulo ante
ibi fuerunt, q̃a diſcipuli tota nocte circa locum illũ erant piſcati. ⌊ Dicit ergo diſcipulus ille quẽ »
diligebat Ieſus Petro: Dominus eſt. ⌋ Quemadmodum diſcipuli ante paſſionem vocabant Ie »
Iohan. 13. ſum, nunc magiſtrum, nunc dominum, iuxta illud: Vos vocatis me magiſter & domine, ita &
Pſal. 88 poſt paſſionem. ¶ Deniq; Ieſus eſt ille dominus, de quo ait pſalmiſta: Tu dominaris poteſtati
Geneſ. 1 maris, qui in exordio mundi quinto die fecit piſces maris. Loquitur autem Iohannes ſpeciali-
ter Petro tanq̃ familiariori ac principaliori. Iohannes vero cognouit Ieſum per miraculoſam
piſcium captionem, & quia vidit verbum eius tam copioſe impletum, vel Ieſus primo oſtẽdit
ei ſpeciem ſui cognoſcibilem. ⌊ Simon Petrus, vt audiuit quia dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe. »
Erat eñ nudus. ⌋ Quòd Petrus dicitur ſe tunica ſuccinxiſſe, quia nudus erat, intelligi poteſt du »
pliciter. Primo, ꝙ ſuper ſimplicem veſtẽ qua erat indutus ſuccinxit ſe, quia diſcinctus fuit. Erat F
eñ nudus, hoc eſt parum veſtitus, ita ꝙ cõparatione ſolitæ veſtitionis dicitur nudus, quẽadmo
dum ei qui parũ indutus eſt dicimus, cur vadis nudus. Secũdo, ꝙ erat ſimpliciter nudus ſal-
tem vſq; ad lineas veſtes, & ergo tunica ſe ſuccinxit illam induẽdo atq; cingẽdo, eratq; nu-
dus ſecundum cõſuetudinem piſcatorum, vt expeditior eſſet ad opus. Porro ſuccinxit ſe pro-
Mat. 14 pter reuerentiam Chriſti, vt ad eum honeſte veniret, dicitq; Beda, ꝙ venit non ambulando ſu
Marci. 6 per vndas maris, vt ante Chriſti paſſionem, ſed natando vel peditando, quod improbat Lyra,
quia ſi voluiſſet natare non ſuccinxiſſet ſe tunica, nec poterat peditare propter profunditatem
aquæ. Diſtabat nanq; à littore quaſi ducentis cubitis, & potuit ibi currere nauis. Videtur autem
quòd Lyra ſufficienter probet ꝙ Petrus non acceſſit natando, nihilominus puto cum Beda di
cendum, quòd non ambulauit ſuper aquas, ſed peditauit. Primo, quia hoc videtur euangelicæ
veritati amplius concordare, ſequitur enim in textu. ⌊ Et miſit ſe in mare, ⌋ Ex hoc apparet ꝙ »
aquam intrauit vſque ad magnam corporis partem. Secundo, quia non eſt veriſimile, ꝙ euan-
geliſta tantum miraculum tacuiſſet. Pro eo enim quod ait: Miſit ſe in mare poterat dicere am-
bulauit ſuper mare. Quod vero arguitur de aquæ profunditate nõ cogit. Quàmuis enim euã-
geliſta appellet hanc aquam mare, non tamen prope fuit mare, ſed ſtagnum. Loquitur quippe
ſecundum conſuetudinem ſermonis Hebraici, qui quàmlibet congregationẽ aquarum nota-
Geneſ. 1 biliter magnam nominat mare, iuxta illud Geneſis: Congregationes aquarum appellauit deus
maria. Non ergo oportet aſſerere aquam tam profundam fuiſſe. Miſit ſe ergo Petrus in ma-
re, ex feruore & gaudio, cupiens celerrime venire ad ſupercharißimum ſuum magiſtrũ ac do-
minum, quem nunc totiens vidit, nec dubium, quin multa ab eo audiuit, quæ nõ ſunt conſcri-

pta,

A pta.⌊Alij autem diſcipuli nauigio venerunt,⌋ quia non adeo feruidi erant vt Petrus, nec in
« digebãt ſe in aquam deponere.⌊Non eñ longe erat à terra⌋.i.littore in quo ſtetit Ieſus, vel
« de prope,ideo poterant quaſi tam cito venire ad Ieſum vt Petrus,⌊trahentes rete piſcium,⌋
« per aquam vt moris eſt piſcatoribus,⌊vt ergo deſcenderunt in terram,⌋ de aqua vel naui,
« ⌊viderunt prunas poſitas,⌋ ſcilicet ignem carbonum,⌊& piſcem ſuperpoſitum⌋ prunis,
« qui aſſabatur vt eſſet eſui aptus,⌊& panem,⌋ iuxta prunas. Viderunt ergo neceſſaria victui. Chryſoſtom⁹.
Chryſoſtomus aſſerit,ꝙ Chriſtus hæc tria creauit ibidem de nouo,videlicet piſcem,panem
& prunas,alij ꝙ de nouo formata ſunt ex præiacenti materia. Voluit autem Chriſtus ſuæ re
ſurrectionis veritatem rurſus oſtendere,per manducationem,ideo tria hæc præparauit,ſci-
« ens etiam diſcipulos fame confectos, vtpote qui tota nocte laborauerunt.⌊Dicit eis Ieſus:
« Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nũc.⌋Quamuis eñ Chriſtus potuit oẽs ſatiare de piſce
ſuperpoſito prunis,voluit tamen vt de piſcibus captis afferrent, quia dum aliunde habemus,
non debemus ad miracula perpetranda cõfugere,nec ſupernaturalia efflagitare præſidia,dũ
« naturaliter habemus quod opus eſt. Hoc eñ eſſet deum tentare.⌊Aſcendit Symon Petrus⌋
« præ alijs ſemper promptior atq; ardentior,⌊& traxit rete in terram plenum magnis piſci-
« bus centum quinquagintatribus.⌋ Magnitudinem & multitudinem piſcium exprimit Euã-
« geliſta,ad oſtendendum excellentiam tanti miraculi,propter quod ſubditur.⌊Et quum tan
« ti eſſent,non eſt ſciſſum rete,⌋ quod naturaliter vix triginta piſces poterat ſuſtinere, vt pu-
tatur.¶Multa mirabilia in iſta apparitiõe peracta ſunt. Primo,quod Ieſus oſtendit ſe in alia
B forma,qua cognoſci non poterat. Secundo,quod tot piſces repente collecti & capti ſunt.
Tertio,quod prunæ & piſcis ac panis de nouo formata ſunt. Quarto,quod rete tot piſcibus
« repletum,manſerit integrum.⌊Dicit eis Ieſus. Venite prandete.⌋ Comedit autem Chri-
ſtus cum eis de piſce aſſo nunc,quemadmodum ante in conclaui,quamuis Iohannes non ex-
« primat.⌊Et nemo audebat interrogare eum diſcumbentium: Tu quis es,ſcientes quia do-
« minus eſt.⌋ Quoniam ergo id nouerant,non audebant inaniter interrogare. Fruſtra eñ pe-
« tiſſent quod certitudinaliter agnoſcebant.⌊Et venit Ieſus,⌋ non à longinquo tunc, ſed iuit
« ad panem protunc,ſicut ſubiungitur,⌊& accepit panem & dabat eis,& piſcem ſimiliter,⌋id
eſt cibos iſtos diſtribuit eis,vel antepoſuit,& forte diuiſit, quemadmodũ duobus diſcipulis, Lucę.24
« qui cognouerunt eum in fractione panis.⌊Hoc(tempore)iam tertio⌋.i.tertia vice,⌊mani-
« feſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis,cum reſurrexiſſet à mortuis,⌋ loquendo de apparitionibus in
hoc libro deſcriptis & veris exhibitis,ſæpius tamen apparuit diſcipulis ſuis ante hoc tempus
quàm ter,vt patet ex dictis. Iohannes quoq; iam ſupra deſcripſit tres manifeſtationes Chri-
ſti poſt reſurrectionem præter iſtam,ſed prima illarum exhibita eſt,non ipſis diſcipulis,ſed
Mariæ Magdalenæ.

¶Explanatio ſequentis partis huius capituli. Cum ergo prandiſſent.
Articulus quinquageſimus.

« FActo itaq; prandio Chriſti cum ſeptem diſcipulis. ⌊Dicit Symoni Petro Ieſus: Sy-
« mon Iohannis.⌋ Sic dicitur Petrus, quoniam pater eius vocabatur Iohannes,⌊dili-
« gis me plus his?⌋ Cum Salomone teſtante, nemo ſciat an amore vel odio dignus Eccles.9
ſit,cur Chriſtus interrogat Petrum an ſe diligat,quod eſſe non potuit ſine gratia gra
C tum faciente,quæ facit dignum amore? Rurſus cum teſte apoſtolo, nemo ſciat quid agatur
in homine,niſi ſpiritus eius,cur Chriſtus ſciſcitatus eſt Petrum an diligeret eum plus his, id
eſt ardentius quàm alij diſcipuli qui aderant,quaſi Petrus ſcire poſſet quantum alij afficeren-
tur ad Chriſtum? Et reſpondendum,quod Chriſtus interrogat non quaſi ignorans aut diſ-
cens,ſed docere intendens. Quærit ergo an Petrus diligat eum plus quàm alij diſcipuli, non
quòd Petrus certitudinaliter ſcire potuit ſine reuelatione diuina,quòd amaret Chriſtum per
charitatem infuſam,quæ eſt virtus theologica,vel quòd amaret eum plus quàm alij,ſed vt do
ceret,quòd aliorum prælatus debet non ſolum diligere Chriſtũ,ſed etiam debet eum dilige
re magis feruenter,quàm alij,imò in omni perfectione & gratia debet abundare atq; excel-
lere, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi ſubditi ſui,poſſitq; inſtar angelici hierarchæ 1.Pet.4
gregem ſibi commiſſum & vnumquemq; ſubditorũ ſuorum ſecundũ ſuam capacitatem,pro
portionem,& indigẽtiam purgare,illuminare,perficere,vnde quãuis ſecundũ iura ſufficiat
eligere ſufficientem,bonũ ſiue idoneum,nec oporteat eligere meliorem vel ſufficientiorem
in foro contentioſo ſecundũ Thomam,aliter electio poſſet pene ſemper caſſari & irrita fieri,
propter q̊d in foro contentioſo,iudicioq; humano ſufficit eligere perſonã idoneã, tamen in
foro conſcientiæ tenetur eligens meliorem eligere,eũ videlicet,qui om̃ibus penſandis pen-
« ſatis melior æſtimaſ pro honore dei & vtilitate eccleſiæ. ⌊Dicit ei(Petrus) Etiã dñe, tu ſcis,
« quia amo te.⌋ Paulo ante dixerat Petrus incaute ſe ꝑferẽs alijs. Et ſi oẽs ſcandalizati fuerint, Matt 26
ego nunquã ſcandalizabor,nunc autem propriam fragilitatem expertus,amplioriq; diſcre- Marc.14
tione & gr̃a decoratus,nõ audet reſpondere,ꝙ plus amet Ieſum q̃ cõdiſcipuli,ſed hoc q̊d ſibi

CA. XXI. conſtabat aſſeruit dicens: Tu ſcis quia amo te, quaſi dicat. Tu melius ſcis interiora mea quàm D
egoipſe, idcirco tuo iudicio ſto, quod autem ignoro, non dico neque determino, per quod do
cemur non præferre nos aliis, nec de illorum interioribus temere iudicare, ſed in dubiis, ſuſpẽ-
ſum dare reſponſum. Dulcis certe & moderata ſancti Petri reſponſio. ⌊Dicit ei Ieſus: Paſce »
agnos meos.⌋ tanquã dicat ſaluator. In hoc apparebit ꝙ diligas me, ſi digne paueris ſeruulos »
meos, homines pios & innocentes. Vel ſic, Paſce agnos meos, quia me diligis, aptus es paſcere
gregem populi mei, nec aliq̃d maius requiro mihi dari à te ex dilectione tua ad me, niſi vt ſpũa
liter foueas plebem credentẽ. Zelus em̃ animarum eſt ſacrificium deo gratiſſimũ. ¶Debet autem
prælatus paſcere ſubditos ſuos verbo inſtructionis, exẽplo ſanctę cõuerſationis, temporali q̃q;
ſubſidio dum ratio exigit. Porro de hac materia. ſ. quo modo prælatus paſcere debeat gregem
Johan. 10 Chriſti ſanguine liberatũ, dicta ſunt multa capitulo decimo. Poſſumus aũt per agnos intellige
re non ſolum innocentes, pios & puros, ſed quoſcũq; quos deus prædeſtinauit ad gratiã talem,
qui ſinaliter agni erunt & paſcua vitæ poſſidebunt æternæ. ⌊Dicit ei iterum: Symon Iohãnis di- »
Actor. 2. ligis me?⌋ ¶Quæritur, an Petrus certitudinaliter ſciuit ſe diligere Chriſtũ. Dicendum, ꝙ apo »
Roma. 8 ſtoli plus poſt receptionẽ illam plenariam ſpũs ſancti factam in die pentecoſtes ſciuerũt ſe pri-
Pſalm. 67. mitias ſpũs eſſe ſortitos atq; in bono cõfirmatos, ideo certitudinaliter ſciebat ſe Chrm̃ amare,
Roma 8. Johan. 20. ideo Paulꝰ certiſſime loq̃t. Quis nos ſeparabit à charitate dei. An vero poſt receptionẽ ſpũs ſan
cti p̃ iſufflationẽ Chr̃i, q̃ hac iterrogationẽ p̃ceſſit, apl̃i certitudinaliter ſciuerĩt ſe eẽ in charita
te & gr̃a indeſinenter, quouſq; ſpm̃ ſanctũ plenius acceperũt, nõ eſt adeo certũ. Si autẽ Petrus E
hac vice ſciuit certitudinaliter ſe Chriſtum diligere, dilectione meritoria & infuſa, hoc fuit per
reuelationem. Veruntamẽ palam ẽ, ꝙ Petrus certiſſime nouit, & vehementer experiebatur ſeu
ſenſit ꝙ amauit Chriſtũ, ſaltem amore naturali & acquiſito. Senſit em̃ ſe æſtuare in Chr̃i affectu
atq; memoria, præſertim in eius aſpectu. ⌊Ait illi: Etiam domine, tu ſcis, q̃a amo te. Dicit ei (Ie »
ſus) Paſce agnos meos.⌋ Iſta iam ſemel dicta ſunt atq; expoſita. ⌊Dicit ei tertio: Symon Iohã »
nis amas me?⌋ Ter Chrũs interrogat, & examinat Petrum de ſua dilectione, quia prælatus di- »
ligere debet deum cordiali affectu, affectuoſis ſermonibus, charitatiuis operibus, & iterum, vt Pe
Mat. 26 trus trina diuini amoris cõfeſſione, recõpẽſam faciat pro trina Chriſti timoroſa negatiõe. Vel
Marci. 14 ad inſinuandum quòd promouendi ad prælationem, ſæpe ac diligenter diſcutiendi ſeu conſi-
Lucæ. 22 derandi ſunt an ſint vere idonei, itemq́; in charitate præcipui. ⌊Contriſtatus eſt Petrus, q̃a di- »
Johan. 18 cit ei tertio, amas me.⌋ Videbatur em̃ quaſi Chrũs reſponſionẽ ſuã non approbaret, nec crede »
ret verbis ipſius, & forte timuit ꝙ ideo Chriſtus totiens verba ſua replicauit, quia vellet ei aliq̃d
Johan. 13 prænunciare in quo oſtenderetur nõ diligere Chriſtum, ſicut cum fiducialiter dixit. Animam
Mat. 26
Mar. 14. meam pro te ponam, audiuit: Non cantabit gallus donec ter me neges. ⌊Et dicit ei: Domine »
Lucę. 22 tu omnia,⌋ cordis archana, & quicq̃d fuit, eſt vel erit, ⌊ſcis⌋ non ſolum per naturam diuinã »
Johã. 13 ſed inſuper ſecundum naturam aſſumptam, per ſcientiam concreatam ſeu inditam, ⌊tu ſcis, q̃a »
amo te.⌋ ideo non oportet te amplius interrogare, & me famulũ tuũ affligere. ⌊Dicit ei: Pa- »
ſce oues meas.⌋ Superius dixit bis, paſce agnos meos, nũc ait: Paſce oues meas. Vnde p̃ agnos »
Hebrę. 5. intelligendi ſunt incipientes & proficientes, qui ſolidum cibum capere nequeunt, quibus loq-
1. Cor. 3 tur Paulus ad Corinthios: Tanquàm paruulis in Chriſto lac vobis, potum dedi, non eſcã. Iam
autem per oues deſignantur perfecti, qui pro conſuetudine exercitatos habẽt ſenſus, & quaſi
aliorum extant parentes. ¶Præterea Chriſtus committit Petro ter gregem ſuum, ad inſinuan-
dum quòd prælatus paſcere debet ſibi commiſſos prece mentali, inſtructiõe vocali, operatio- F
ne vitali, tripliciq́; cibo vt dictum eſt. Vel ideo, vt paulatim agnoſcant, quantam habeat Chr̃s
Eccle. 4 diligentiam, dilectionem & curam pro ſuis fidelibus, quàm ſolicite velit eos cuſtodiri, quàm di
ſtricte requiret à paſtoribus rationem de eis. Et quia prælati debent eſſe parati ad moriendum
pro fide, pro iuſtitia, pro Chriſto, pro grege commiſſo, ideo conſequenter Chriſtus prædicit
Petro de qualitate ſui martyrij. ⌊Amen amen dico tibi, cum eſſes iunior,⌋ annis quam nunc, »
quando etiam moribus iunior eras quàm modo, ⌊cingebas te⌋ cingulo materiali ad lumbos, »
cingebas te quoq; cingulo continentiæ quantum ad appetitum concupiſcibilem, & ab illicitis
Acto. 9. te reſtringebas, vnde in actibus apoſtolorum Petrus teſtatur: Nũquàm comedi commune q̃d
aut immundũ, ⌊& ambulabas vbi volebas⌋ pergendo de loco ad locum ad libitum tuũ, tan- »
quàm non ligatus ab aliquo, itemq́; prædicta faciendo, propria libertate ſine violentia & com-
pulſione. ⌊Cum autem ſenueris⌋ ætate & gratia. ſcilicet morte tua inſtante quando dicturus
2. Petri. 1 es. Velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ⌊extendes manus tuas,⌋ ad brachia crucis cui appen- »
deris, quod vtiq; Petrus promptiſſime fecit ſecundum rationem & appetitum ſuperiorẽ, ⌊& »
alius te cinget⌋ hoc eſt apparitor imperatoris Neronis manus tuas cruci alligabit, non em̃ cla- »
uis affixis, ſed funibus alligatus fuit patibulo crucis. Ligauit etiam Petrum in vrbe Roma an-
tequàm educeretur ad mortem, ⌊& ducet te quo non vis,⌋ hoc eſt ad locum paſſionis & ad a- »
maritudinem mortis quam ſecundum naturalem ac ſenſitiuum appetitum abhorrebis atq; re-
Phil. 1. fugies, quàmuis ſecundum appetitum intellectiuum eam libẽtiſſime patieris cupiẽs diſſolui &
eſſe

eſſe mecum in regno. Veruntamen appetitus iſte inferior refugiens mortem fuit in Petro fina
A liter, ſubditus rationis iudicio atque imperio, ita quod non timuit immoderate eos qui corpus
occiderunt. Sancti etenim & perfecti viri appetunt, & non appetunt mortem ſiue martyrium Matt.10
quemadmodum æger vult & non vult potum amarum. Aeger nanq; ſecũdum ſenſitiuum in-
tellectum refugit potionem amaram, præſertim ſi conſideretur potio amara ſecundum ſe, in
quantum eſt afflictiua. Porro ſecundum rationem & volũtatem intellectiuam vult eã maxime
prout eſt valetudinis inductiua, ſic virtuoſi appetunt mortem ſiue martyrium ſecundum ratio
nem inquantum eſt ianua quædam ad vitam beatam, ſecũdum appetitum vero ſenſitiuum re-
fugiunt eam, prout eſt vltimum, maximumq; terribilium ſecundum philoſophum. Vnde hoc
modo & Chriſtus refugiens mortem. Pater (inquit) tranſeat à me calix iſte, ſed in Chriſto ra- Mat.26
tio prçuenit & imperauit hunc mortis timorem, in cæteris autem motus huiuſmodi præueni-
unt rationem, quia & primi motus nõ ſunt in poteſtate noſtra, propter quòd Paulus decollã-
dus fecit ſibi oculos circumligari ne enſem cernens venientem, pateretur ſubitum motum na-
“ turalis timoris. Deinde ſequuntur verba Euangeliſtæ exponentis verba Chriſti præhabita.
“ ⌊Hoc autem⌋ id eſt, præinductum ſermonem parabolicum de Petri martyrio, ⌊dixit Ieſus,
ſignificans qua morte eſſet clarificaturus deum⌋ i. per verba illa Chrſus inſinuauit quali marty-
rio Petrus honoraret deum moriendo pro fide & æquitate ipſius. Quemadmodum enim iu-
ſti clarificant deum recte conuerſando, quia in ſua conuerſatione teſtantur & pandunt quòd
deus ſit ſanctus, ſublimis & iuſtus, ſic pro iuſtitia moriendo ipſum clarificant, quia teſtãtur de-
B um tantæ eſſe veritatis, æquitatis, dignitatis & amabilitatis, vt potius ſit moriendum quàm ab
illo aliqualiter recedendum. Propter quod ad Epheſios primo apoſtolus loquitur: In omni ſi- Ephe.1.
“ ducia magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem. Mihi enim vi
“ uere Chriſtus eſt & mori lucrum. ⌊Et quum hoc dixiſſet,⌋ hoc eſt, poſtquàm Ieſus prædixit
Petro qua morte clarificaret deum, ⌊dicit ei: Sequere me,⌋ Poſtquàm enim Ieſus præmemo-
rata diſſeruit, ſurrexit de loco conuiuij, cœpitq; abire, & dixit Petro hortans eum ad corpora-
lem ſui imitationem propter myſticam ſignificationem. Iam enĩ verbis reſerauit Petro quòd
crucifigendus eſſet, volens ergo idipſum facto præſignare loquutus eſt ei, ſequere me, tanq̃ di-
cat per hanc materialem ſequelam ad quam te moneo hoc deſigno quòd ſpiritualiter imitatu-
rus es me ſuſtinendo mortem crucis propter iuſtitiam ſicut & ego. Iam nempe ſæpe prædixi
quòd ſicut prophetæ interdum prophetauerunt verbis, aliquando factis, pariformiter Chri-
“ ſtus nunc verbis nunc factis aliqua prænunciauit. Ideo quoque ait ſequere me, quatenus Petrus
exemplo Chriſti confortaretur ad ſuſtinendum crucis ſuppliciũ. ⌊Conuerſus Petrus⌋ Chri-
ſto enim dicente ſequere me, orſus eſt Petrus ambulare corporali greſſu poſt eum, quòd cum
“ faceret, ſenſit alium quendam venire poſt ſe, propterea retro aſpiciens vidit quis eſſet, ſic er-
go conuerſus, ⌊vidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus ſequentem,⌋ motu progreſſiuo,
“ quia vt innuit Auguſtinus, nec Petrus, neque Iohannes cognouit propter quid dixerat Ieſus,
ſequere me, ⌊qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius & dixit: Domine quis eſt qui tradet te.⌋
Per hanc circumloquutionem ſignificat beatiſſimus Euangeliſta ſeipſum, non enim ad ſuipſi-
us iactantiam totiens commemorat ſe ſpecialiter dilectum à Ieſu, ſed vt tanto beneficio gra-
“ tus conſiſtat, & quia dulciſſimum ſibi fuit recolere quàm affectuoſe ac familiariter ſe habuit Ie-
“ ſus ad eum. Inferioribus quippe magnum eſt à ſuperiori ſpecialiter diligi. ⌊Hunc ergo cum
vidiſſet Petrus dicit ad Ieſum: Domine hic autem quid,⌋ aget vel patietur pro te, quid ei cõ-
mittis, qua morte clarificaturus eſt deum. Solicitus fuit Petrus pro condiſcipulo familiari ac
C prædilecto, nec dubium, quin in bonis gratiæ ſibi collatis & conferendis deſiderauit eum ha-
“ bere conſortem, videlicet in cura paſtorali atque martyrio. ⌊Dicit ei Ieſus: Sic eum volo ma-
“ nere,⌋ hoc eſt, in carne mortali volo Iohannem perſeuerare ſine martyrio, vtpote in pace,
“ ⌊donec veniam,⌋ ad eum in hora mortis eius, vocaturus & educturus eum de præſentis pere-
grinationis exilio ad æternæ beatitudinis regnum. ⌊Quid ad te?⌋ interrogare de tali ſecre-
to futuro. Quamuis enim vt in Eccleſiaſtico legitur: Vnicuique mandauit deus de proximo Eccle.17
ſuo, & iuxta Pauli doctrinam, debemus ſinguli quærere non quæ noſtra ſunt, ſed quę aliorum, 1.Cor.10
non tamen debemus anxiari, curioſe ſcrutari vel ſciſcitari quid deus ordinauit de proximis no
ſtris, quantum ad genus mortis eorum, & quo ad occulta futura. Vnde apoſtolis de tali nego-
cio quærentibus Chriſtus reſpondit: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pa- Acto.1
ter poſuit in ſua poteſtate. Quidam præterea hæc verba Chriſti ſic intellexerunt quòd inſi-
nuauerit Iohannem non moriturum ante diem finalis iudicij quando venturus eſt Chriſtus in
maieſtate & gloria, vnde quidam dixerunt eum tranſlatum in paradiſum terreſtrem cum He Matt.25.
lia & Enoch, cũ q̃bus aliq dicũt eũ rediturũ & p̃dicaturũ cõtra Antichriſtũ atq; ab illo occidẽdũ
quatenus ſicut vnus trãſlatus eſt in paradiſum ante legẽ videlicet Enoch, q fuit añ diluuiũ, & al
ter ſub lege puta Helias, ſic vnus ſub gr̃a trãſlatus credaẽ, ac p hoc tres vtpote de q̃libet tp̃e vnus

 venturi

venturi ſint contra Antichriſtum, quibus repugnare videtur, quod in Apocalypſi multa di- D
cuntur de his qui prædicaturi ſunt contra Antichriſtum, qui non aſſerunt niſi duo, de quibus in Apocalypſi dominus loquitur: Dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducẽtis ſexaginta, & cum finierint teſtimonium ſuum, beſtia quæ aſcẽdit de abyſſo, occidet
Apoca. 1 eos. Alij vero dixerunt Iohannẽ dormientẽ iacere in monumẽto eius apud Epheſum, quia & in loco ſepulchri ſcaturitio quædam pcipitur & ebullitio terræ, quod dicunt cauſari ex eius
Pſalm. 88 anhelitu. Dicunt quoq; quòd in fine mundi morietur pro Chriſto, quia vt ait Pſalmiſta: Quis
Hebræ. 9 eſt homo qui viuet & non videbit mortẽ. Itemq; Apoſtolus ad Hebræos: ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autẽ iudicium. Has opiniones non approbat Auguſtinus, non enim videtur quòd Chriſtus prædilectum diſcipulum tam diu retardauit à gloria, maxime quòd iaceat in ſepulchro vt dormiẽs, communiter ergo tenetur, quòd mortuus ſit, & aſſerunt quidam quòd in anima & corpore ſit glorificatus in cœlo, hoc tamẽ incertum eſt. ⌊Exiuit ergo ſermo iſte inter fratres, quòd diſcipulus ille non moritur⌋ Iſta ſunt verba Euangeliſtæ narrantis qualiter diſcipuli tunc præſentes intellexerunt verba Chriſti, putabant enim quòd Ieſus ſignificaret Iohannẽ non eſſe moriturum, & quia errauerunt in hoc, idcirco excludit Iohannes hunc ſenſum. ⌊Et non dixit Ieſus, quia non moritur⌋ .i. per verba ſua non ſignificauit quod Iohannes moriturus non eſſet, ⌊ſed (dixit) ſic eum volo manere, donec veniam,⌋ ſecundum ſenſum prætactum ⌊quid ad te.⌋ Hæc enim fuerunt verba Chriſti quæ modo expoſita ſunt, Legitur autẽ in vita beati Iohannis Euangeliſtæ, quòd imminẽte obitu eius, venit ad eum dominus Ieſus cum Apoſtolis inuitans eum ad feliciſſimam epulationẽ electorum in patria, ideo E
Chriſtus dixit: Sic eum volo manere donec veniam. ⌊Hic⌋ de quo Chriſtus iſta diſſeruit, ⌊eſt diſcipulus ille qui teſtimonium phibet⌋ de his quæ in iſto capitulo ſeu in toto volumine iſto contẽta ſunt. Perhibuit autem Iohannes teſtimonium de his quæ ad Euangelicam pertinent legem, prædicando, docẽdo, miracula faciẽdo, irreprehẽſibiliter conuerſando. Alios quoq; magnos ſuos diſcipulos ad prædicandum mittẽdo, videlicet ſanctum Ignatium, bea-
Apoca. 1 tum Polycarpum &c. Vnde in Apocalypſi aſſerit de ſeipſo: Qui teſtimonium phibuit verbo dei & teſtimonium Ieſu Chriſti quæcunq; vidit, ⌊& ſcripſit hæc⌋ poſt reditum ab inſula Patmos. ⌊Et ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius.⌋ Loquitur ſanctus Iohannes de ſeipſo in tertia perſona quaſi de alio, & quod ait ſcimus & cętera, loquitur in perſona ſui omniumq; perfectorum fidelium. ¶Deniq; Iohannes ſcripſit quæ audiuit, & vidit proprijs ſenſibus immediate à Chriſto, ſaltem pro maxima parte, cætera audiuit à fidedignis, imo omnia ſcripſit inſpirante ac dirigẽte ſpiritu ſancto, propter quod ait circa exordium primæ ſuæ epi-
1. Iohan. 1 ſtolæ: Quod audiuimus & vidimus, annuntiamus vobis, ideo teſtimonium eius certum idoneumq; conſiſtit, quoniam viſa & audita certiſſime recitantur. ⌊Sunt autem⌋ hoc eſt, fuerunt ⌊& alia multa quæ fecit Ieſus⌋ .i. ſigna & opera omni memoria ac deſcriptione digniſſima, quæ Ieſus à principio incarnationis & natiuitatis fecit per ſe & per ſuos vſq; ad ea quæ hic dicuntur, vel vſq; ad miſſionem paraclęti, ⌊quæ ſi ſcribãtur per ſingula⌋ hoc eſt, ſingillatim particulariter & ſeorſum ⌊nec ipſum arbitror mundum capere eos qui ſcribẽdi ſunt libros⌋ ſi omnia illa taliter deſcriberentur per ſingula, hoc eſt, omnium hominum in mundo hoc inferiori viuentium capacitatem tranſcenderent, ſi autem intelligatur de mundo & captione F
quantum ad ſpacium loci, videlicet quod mundus continere non poſſet tot libros, tunc accipiẽda ſunt verba iſta per hyperbolen ſeu exceſſum. Interdum enim homo aliqua dicit per exceſ-
Iudic. 20 ſum ad deſignandum magnitudinem rei quæ recitatur, vt dum in libro Iudicum ſcribitur, quod filij Beniamin ſic ad certum iactabant funda lapidem quod capillum tan-
Gene. 41 gere potuerunt. Itemq; in Geneſi Pharao ad Ioſeph: Abſque tui inquit oris imperio nemo mouebit manum aut pedem in tota terra Aegypti. Talia autem ſine mendacio aſſeruntur, quoniam narrãs agnoſcit quouſque credat nec intendit decipere, ſed veritatẽ ipſam euidentius referare, quod fieri nequit, niſi per ſermonem figuralem & hyperbo-
1. Corin. 1 licum. ¶Porro quoniam Chriſtus erat deus & homo, virtus omnipotẽs, & ſapiẽtia increata operans per humanitatem aſſumptam, ſicut per inſtrumẽtum coniunctum, animatum ac proprium, elucet, quod documenta & opera eius excellẽtiſſima erant.

Finis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM. II

FINIVNT ENAR-

RATIONES PRAECLARAE DIVI DIONY
ſii à Rickel Carthuſiani (ex cuius ore melle dulcior profluit oratio) in quatuor
Euangeliſtas, à doctiſſimis viris in hunc vſq; diē vehementer deſideratæ, ac nūc
demū, ſummo ſtudio, extrema quoq; & infallibili diligentia excuſę.
¶ Coloniæ, per honeſtum virum Petrum Quētel. An
no à natali Chriſtiano. M. Quingenteſi
mo, Triceſimoſecundo, ſexto Calen-
das Februarias.